2. (Aldus) **PAUL D'AEGINE.** Opera. *Venise, Aldus, Fédericum Turrisanum,* 1534. In-8. Vélin. *(Reliure anciennne.)* 1553 3500 F

Bonne édition donnée par Jean Gonthier à laquelle on a ajouté des notes de Jacques Goupil, successeur de J. Sylvius à la chaire de médecine du Collège royal. Vélin déchiré au second plat. *Renouard p.156.*

Fondazione Diabete To
Museo del Diabete
Libri Antichi
5



B504

n°9 — 104

PAVLI AEGINETAE MEDICI OPERA,

IOANNE GVINTERIO ANDERnaco Medico peritiſsimo Interprete.

EIVSDEM

[redacted]

ITEM

Iacobi Goupyli, & Iacobi Dalechampij Scholia in eadem opera.

Cum Indice copioſiſsimo, ac locupletiſsimo.

IN VIRTVTE,



ET FORTVNA.

LVGDVNI,

APVD GVLIEL. ROVILLIVM,

SVB SCVTO VENETO.

M. D. LXVII.

CVM PRIVILEGIO.

Extraict du priuilege du Roy.

PAR grace & priuilege du Roy eſt permis à Guillaume Rouille libraire de Lyon, d'imprimer ou faire imprimer, vne fois ou pluſieurs, ce preſent liure intitulé *Pauli Aeginetæ Medici opera*, Reueu corrigé & annoté par maiſtre Iean des Moulins, & de pluſieurs autres gens doctes en l'art de Medecine: toutes leſquelles Annotations & corrections, ledict des Moulins a recuillies & agenſees en fort bon ordre, & pource faire eſt conuenu audict Rouille, de faire de grans fraiz, miſes & deſpenſes: deſquelles pour ſe rembourſer, & de l'impreſsion deſdicts liures, eſt defendu par ledict Seigneur, à tous autres libraires, imprimeurs & perſonnes quelconques, de non imprimer, vendre, ny diſtribuer en ſon Royaume ledit liure de *Paulus Aegineta*, ainſi corrigé & annoté, ſinon qu'il ſoit de l'impreſsion dudict Rouille, & de ſon conſentement, & ce iuſques au temps & terme de neuf ans, à compter du iour & datte que ſera paracheuée la premiere impreſsion, ſur peine d'amende arbitraire & de confiſcation des liures qu'ils auroyent imprimez. Et à fin qu'aucun ne puiſſe pretendre ignorance du preſent priuilege, ledict Seigneur veut & entend, que l'extraict d'iceluy eſtant mis au commencement, ou à la fin dudict liure, ſerue pour toute notification, comme ſi la ſignification eſtoit faicte ſur l'original. Car tel eſt ſon plaiſir, comme plus à plein eſt contenu & declaré par les lettres de priuilege, ſur ce données à Moulins le vingtieſme de Feburier, l'an de grace, mil cinq cens ſoixante ſix, & de ſon regne le ſixieſme.

Par le Roy en ſon Conſeil,
Signé De Vabres:
Et ſeellé du grand ſeau en cire iaune à ſimple queüe.

IOANNES MOLINAEVS MEDICVS LECTORI.

PAulus medicus eximius, Aegina ortus, quem Honorij Imperatoris tẽpore floruiſſe in Chronico legimus, Medicinæ compendiũ tam ſcitè concinnauit, vt quæ in quaq; huius ſcientiæ parte cognitu neceſſaria ſunt, ſuperuacaneis reſectis, ordinatè diſtribuerit, atque dilucidè explicarit. Id quod quam verum ſit, quamq́; vtilia ſint cum cæterarum artium, tum maximè medicinæ compendia artificioſè contexta, ex præfatione huius operis ab ipſo authore conſcripta facilè intelliges. Sed quod omnibus

ferè bonis ſcriptoribus præſertim Græcis accidit, vt vix elapſi ex acerbitate ſuperiorum temporum corrupti diuulſiq́ ad nos peruenerint, id his Pauli libris euenerat: erant enim Græci eius codices tot modis deprauati, & tam turpibus maculis inquinati, vt horum librorum fructu carendum nobis fuiſſet, niſi aliquot viri cordati doctiq́ Medici in eo corrigendo authore multum operæ ſtudiiq́ poſuiſſent. In quibus eſt Io. Guinterius Andernacus, qui & Paulum latinè & luculenter expreſſit, & in eum commentarios ſcripſit, quibus multa emẽdauit, multa ab aliis inſcitè poſita correxit, multa explicauit. Ianus Cornarius Medicus ante annos trigintaquinque librorum Pauli è Græco conuerſionem, eámque ſeptem dolabellarũ libris dedolatam ac læuigatam, vt ipſe ait, inſtituit: ſed ſerius edidit quàm cæteri. Is verò mihi præter cõuerſionem ſuam etiam permulta in Græcis Pauli exemplaribus ſca-

bra

bra aſperáq́ non ſolùm edolaſſe, ſed etiam perpoliuiſſe videtur. His ſucceſſit Iacobus Goupylus, qui ex veteri codice multos huius autoris locos peruerſos & conturbatos reſtituit atque declarauit. Poſtremus Iacobus Dalechāpius huic operi manus admouit, medicus peritiſſimus, & in vetuſtorum ſcriptorū locis difficilioribus ponderandis ſynceri iudicij, & in maculis quæ eorum libris inhæſerint etiam abſtruſiſſimis eluendis ingenij fœliciſſimi. Is cum aliorum librorum, tum ſexti huius operis libri qui de chirurgia eſt, locos plurimos tanta dexteritate ac fœlicitate partim interpretatus eſt, partim expoſuit, partim emendauit, vt omnes qui in hunc authorem operam ſuam contulerunt ſuperaſſe diligens & eruditus lector facilè ſit perſpecturus. Cum igitur Guliel. Rouillium Pauli opera ex Guinterij conuerſione antea à ſe edita denuo typis excudere velle ſcirem, ne ſine ijs ornamentis, quæ poſt

priorem editionem illi acceſſerant, in publicum prodiret efficere volui. At ſi ad illam quam modò dixi editionem quæ Guinterij commētarios & Goupyli annotationes continet, Cornarij translationem, totas eius dolabellas, atque Dalechampij ſcholia adiunxiſſem, in quantam molem opus hoc excreuiſſet? Lectoribus, ſanè facta fuiſſet iniuria, ſi authorem qui de induſtria compendioſè ſcripſit, vt velut enchiridion quocunque circumferri poſſet, aliis commentarij, aliis exercitationis vice, tam prolixum, & illi Oribaſij Hebdomecontabiblo mole ferè parem reddidiſſemus. Quare ſic Paulum adornare viſum eſt. E Guinterij commentariis quædam minùs neceſſaria, multas item Galeni & Hipp. ſententias citatas primùm Græcè, deinde Latinè ab eodē traductas, niſi ſi alicubi neceſſariæ ſunt, deleuimus, authoribus duntaxat nominatis & eorum locis indicatis. Hos commentarios in anguſtius adductos, deinde

Corna

Cornarij annotationes ex eiuſdem dolabellis in epitomen redactis ſingulis capitibus ſubiecimus, ne Lector longiùs quærendo tempus tereret, ſed ei in promptu eſſet quod ſcire vellet, hac diſtinctione adhibita, vt annotationibus Andernaci verbum eius loci contextus in quem annotatio ſcribitur, præponatur: annotationibus Cornarij literulæ iiſdem literulis in contextu poſitis reſpondentes. Praeterea Cornarij annotationibus non ſolum eius dolabellas, ſed etiam locos multos ex eius conuerſione aut aliter quam à Guinterio, aut fœliciùs, aut dilucidiùs expreſſos complexi ſumus. Coupyli annotationes, quas etiam contraximus, margini adſcripſimus citato ſemper autore. Dalechampij doctiſsima ſcholia in margine etiam poſita his notis ( ) concluſimus. Hac ratione arbitramur nos præſtitiſſe, & vt liber hic iuſtam magnitudinem non excederet, & vt limatior ac illuſtrior quam vlla alia, hæc eius ſit editio,

eruditorum Medicorum quos ſuprà nominaui, induſtria locis aliis multò meliùs conuerſis, aliis qui hactenus obſcuri fuerant, patefactis, aliis in quibus hæſitabatur, liquidò confirmatis, aliis enucleatiùs enarratis, qui non ſolum ad hunc authorem, ſed & ad multos alios Græcorum Medicorum locos intelligendos conferunt. Quamobrem authorem hunc, Medicinæ ſtudioſi, qui Græcos omnes Galeno poſteriores breuitate & doctrina ſuperat, ſemper in manibus habete, ac diligentiùs voluite, reiectis barbaris illis ac putidis Practicarum, vt vocant, ſcriptoribus: hi enim imperitè omnia atque indiſertè confundunt, neque quid dicant aut doceant ipſimet intelligunt, ille valetudinem tueri, morbis tum pharmaco, tum manu mederi breuiter, perſpicuè, eleganter docet.

AD HONORATIS-SIMVM VIRVM IOAN-NEM BELLAIVM CAR-dinalem & Epiſcopum Pa-riſienſem,

IOANNIS GVINTERII Andernaci Medici in Paulum Ae-ginetam præfatio.

* * *

QVAM olim Pauli Aeginetæ interpretationem Latinam tibi dicaui, vir honorate, & omni dignitate princeps, eam rurſus maiore nunc cura, & fide ad vetuſta exemplaria, ipſiúſque artis rationem exactam recognitámque, ac breuibus quibuſdam cõmentariis illuſtratam offero: non dubitans, quin illam eo ſis animo excepturus, quo olim veluti rudimenta, & prima operum noſtrorum exercitia ſolebas. Hoc autem nomine potiſsimùm offero: vt egregiis tuis in me beneficiis, literata quadam remuneratione, ac debita beneuolentiæ memoria gratiam reponam. Tu ſiquidem iuuentutis noſtræ ſtudiis ad optimas quaſque artes celebrandas, recolendáſque fauere nunquam deſtitiſti: per te la-

bores noſtri, qualeſcunque in Gręcis medicinæ autoribus ſuſcepti, clariſsimo Francorum regi Franciſco innotuerunt. Vnde mihi non vulgaria præmia, & data ſunt, & propoſita, ſiue ad opes, ſiue ad gratiam. Ergo quicquid à me vnquam exactius eruditiúſque prouenerit, id omne iure tibi optimo debere me libenter agnoſcam. Cui enim potius aliquis otij ſui fructum acceptum referre poterit, quàm Mecœnati ſuo, & patrono, eíque eruditione, prudentia, & pietate excellentiſsimo? ſub cuius etiam nominis celebritate, & patrocinio tutior, à maleuolis, & vitilitigatoribus eſſe poſsit. Nam hodie ita comparatum eſt, vt ſtatim vbi quis ingenij ſui fœturas magno partas ſudore in publicum ediderit, nonnulli maleferiati homines, acutius atque acrius vitia quàm recta videāt, autori potius, quàm codicum deprauationi aſcribentes: quāquam nullus hactenus fuerit philoſophiæ, aut medicinæ interpres, quem non ſæpius aberraſſe demonſtrare poſſem. Nullus autem labor in diſciplinis veteribus inſtaurandis, magis quidem negotij, & moleſtiæ plenus, minus autem autori glorioſus ſuſcipi queat, quàm qui in autoribus conuertendis inſumitur. Id quod ego annis iam ſat multis experior, dum communibus hominum ſtudiis & publicæ vtilitati prodeſſe cogito. Cùm enim olim Lutetiæ medicinam publicè docerem, non paucos obiter Græcorum libros ſcholæ noſtræ quaſi Latinitate donaui, ac in hoc præſertim excudendos permiſi, primùm vt amicis aliquot gratificarer: deinde vt haberem ex veteribus medicis, quos ſtudioſis prælegerem. Eos tamen libros ex tempore, ſic potius

quàm

quàm cura tranſlatos, interim per interualla reuiſere, ac recognoſcere decreueram, maius aliquando otium, & meliorum codicum exemplaria nactus, ſine quibus nihil poſſe quemlibet ingenioſum puto. Inter cæteros Paulum quoque Aeginetam excellentem medicinæ ſcriptorem, annis mille deſideratum, primus integrum Latinum facere ſum aggreſſus: ea ſanè cauſa & ratione, vt poſt ampla illa Galeni theoremata, compendioſum aliquem authorem ſcholæ noſtræ haberent, ex quo medendi rationem, quam practicem vocant, fideliter condiſcerent. Paulus ſiquidem omnes recentiores à Galeno, citra controuerſiam, compendio, ordine, artificio, perſpicuitate, & doctrina ſuperat. Adde quòd multa eruditè tractet, aliis aut intacta, aut etiam incognita. Quid de parte chirurgica dicam? quam ita feliciter & dilucidè perſequitur, vt Auicenna ille Arabicæ familiæ princeps non pauca in ſuum librum mutuare ſit dignatus. Porrò quod ad partes meas attinet, in hiſce ſeptem Pauli libris plurimum laboris mihi ſubeundum fuit, tum exemplarium vitio, quamuis tria contigerint diuerſa, tum quòd in Chirurgica vel inſtrumentorum nomine difficillima, nulli ferè Latini autores habeantur, quos tutò queas imitari. Quippe is ſemper mihi in vertendis Græcorum monumentis fuit animus, vt præter fidem, purè omnia Latinè & planè quoad eius fieri potuit, exprimerem. Quanquam hodie multos agreſtes hircoſóſque philoſophos, ſi diis placet, videre liceat, quos impolita, & rudia magis delectant. Ex horum numero nonnulli grauiores diſciplinas ex-

ponere

ponere aggreſsi, vocabulis ſordidis, & à politiore humanitate alienis fœdarunt, contaminarúntque. Vnde fit, vt qui paulò humanius educati, inſtitutique ſint, non reformident illas adeò, ſed fugiant, oderint, & deſpiciant: cùm magis referret egregias mentes, præclaráque ingenia, ſermonis venuſtate, & elegantia, ad ſeueriores illas, vt ita dicam, matronas allicere. Quod an nos in hoc opere præſtitimus, aliorum eſto iudicium: certè ſedulò conati ſumus. Vale vir clariſsime apud Mediomatrices.

CAPITA PRIMI LIBRI.

QVAE grauidis ſuperueniant, & quæ uictus ratio conducat. cap. I.
De nutrice. cap. II.
De lacte nutricis. cap. III.
Quomodo lac uitiatum corrigatur. cap. IIII.
Educatio pueri. cap. V.
De puſtulis puero obortis, quæ exanthemata dicuntur. cap. VI.
De tußi & grauedine pueri. cap. VII.
De pruritu gingiuarum. cap. VIII.
De dentium ortu. cap. IX.
De oris ulceribus, quæ aphthæ dicuntur. cap. X.
Ad femorum intertrigines. cap. XI.
Ad aures humentes. cap. XII.
De Syriaſi. cap. XIII.
Ratio uictus infantium, atque reliquarum deinceps ætatum ad uſque declinantes. cap. XIIII.
De frictione præparatoria, quæ paraſceuaſtice dicitur. cap. XV.
De exercitatione. cap. XVI.
De exercitationum generibus. cap. XVII.
De generibus frictionum. cap. XVIII.
De uocis exercitatione. cap. XIX.
De laßitudinibus ob exercitationem. cap. XX.
De cute aſtricta. cap. XXI.
De ſpontaneis laßitudinibus. cap. XXII.
Ratio uictus ſenum. cap. XXIII.
De rugoſo corpore. cap. XXIIII.
Qua ratione corpus ſuauiter oleat. cap. XXV.

Quomodo

Quomodo habitus recaleſcat. cap. XXVI.
Quomodo color malus emendetur. cap. XXVII.
Ad liuores. cap. XXVIII.
Quomodo dentes ab iniuria aſſerantur. cap. XXIX.
Quomodo grauis auditus corrigatur. cap. XXX.
Ad oculorum caligines. cap. XXXI.
De repletione. cap. XXXII.
De ebrietate. cap. XXXIII.
Quibus cibi corrumpuntur. cap. XXXIIII.
De Venere. cap. XXXV.
Ad eos qui uenerem exercere nequeunt. cap. XXXVI.
De iis qui immodicè coierint. cap. XXXVII.
Si ſemen genitale redundet. cap. XXXVIII.
Si frigus noxam intulit. cap. XXXIX.
Si inſolatus aduſsit. cap. XL.
De pituita in ſuperiore uentriculo redundãte. cap. XLI.
Quomodo facilè quis uomat. cap. XLII.
Quæ ſanis aluum ſubducant, & quæ urinam moueant. cap. XLIII.
De clyſteribus. cap. XLIIII.
De glandibus. XLV.
De iis quæ per os, & nareis caput euacuant: quæq; eiſdem partibus delinuntur. cap. XLVI.
Quæ menſes ducunt. cap. XLVII.
Quæ ſudorem mouent. cap. XLVIII.
De aere. cap. XLIX.
De aquis. cap. L.
De lauacris. cap. LI.
De balneis naturalibus. cap. LII.
Quæ uictus ratio quolibet anni tempore ſit utilis. cap. LIII.
Victus eorum qui in laboribus uitam agunt. cap. LIIII.

Proficic

Proficiſcentium uictus ratio. cap. L V.
Nauigantium uictus. cap. L V I.
Quomodo extenuetur corpus. cap. L V I I.
Quomodo tenues impleantur. cap. L V I I I.
De partium attenuatarum curatione. cap. L I X.
Optimi temperamenti notæ. cap. L X.
Intemperatorum corporum notæ. cap. L X I.
De capitis formatione. cap. L X I I.
Temperaturæ cerebri notæ. cap. L X I I I.
Ventriculi temperaturæ notæ. cap. L X I I I I.
Pulmonis notæ. cap. L X V.
Cordis notæ. cap. L X V I.
Iocinoris temperaturæ notæ. cap. L X V I I.
Teſticulorum temperaturæ notæ. cap. L X V I I I.
Quæ prætermiſſa ſunt. cap. L X I X.
Quomodo calida intemperies corrigatur. cap. L X X.
Quomodo frigida intemperies emendetur. cap. L X X I.
Quomodo ſicca intemperies in uentriculo, ueluti exemplo, deinde & aliæ corrigantur. cap. L X X I I.
De alimentorum facultatibus. cap. L X X I I I.
De oleribus. cap. L X X I I I I.
De aſparagis. cap. L X X V.
De radicibus quæ cibi rationem obtinent. cap. L X X V I.
De tuberibus & fungis. cap. L X X V I I.
De frumentaceis. cap. L X X V I I I.
De leguminibus. cap. L X X I X.
De fugacibus fructibus. cap. L X X X.
De arborum fructibus. cap. L X X X I.
De animalibus, & primò de uolatilibus. cap. L X X X I I.
De ouis. cap. L X X X I I I.
De terreſtribus animalibus. cap. L X X X I I I I.
De partibus animalium. cap. L X X X V.

De lacte

De lacte, & terreſtrium ſanguine. cap. LXXXVI.
De lactis potione. cap. LXXXVII.
De lacte ſciſſili. cap. LXXXVIII.
De caſeo. cap. LXXXIX.
De piſcibus. cap. XC.
De teſtaceis. cap. XCI.
De malaciis. cap. XCII.
De cartilagineis. cap. XCIII.
De cetaceis. cap. XCIIII.
De uini uiribus. cap. XCV.
De melle & mulſa. cap. XCVI.
De ſomno. cap. XCVII.
De uigilia. cap. XCVIII.
De ſopore. cap. XCIX.
Dioclis epiſtola, ad ualetudinem tuendam conſcripta. cap. C.

CAPITA SECVNDI LIBRI.

Præfatio de febribus. cap. I.
Quot & quæ principalia in febribus perquirẽda. cap. II.
Quale morbi principium dicamus. cap. III.
Vnde cognoſcendum morbúſne ſit ſanabilis an pernitioſus. cap. IIII.
De ſignis longæ ualetudinis. cap. V.
Quomodo præſciemus an morbus iudicium ſubiturus ſoluendúſne ſit. cap. VI.
De diebus decretoriis. cap. VII.
Decretoria indicia in morborum principio eſſe praua. cap. VIII.
Quemadmodũ futurum iudiciũ prænoſcendũ ſit. cap. IX.
Quomodo inſtans morborũ iudiciũ agnoſcatur. cap. X.
Quemadmodum optimum iudicium peractum agnoſcamus. cap. XI.

De pul

De pulſibus. cap. XII.
De deiectionibus. cap. XIII.
De urinarum notis. cap. XIIII.
De ſputi notis. cap. XV.
De febribus diariis dignoſcendis curandiſq; cap. XVI.
De putridarum febrium agnitione. cap. XVII.
Curatio febrium putridarum. cap. XVIII.
De tertianarum agnitione. cap. XIX.
Curatio tertianæ. cap. XX.
Curatio tertianæ nothæ. cap. XXI.
Quartanarum cognitio. cap. XXII.
Curatio quartanarum. cap. XXIII.
Quotidianæ agnitio. cap. XXIIII.
Curatio quotidianæ. cap. XXV.
De hepialo febre & rigore qui ægrè poteſt excalefieri. cap. XXVI.
De febribus continentibus. cap. XXVII.
Agnitio febrium ſynochorum et curatio. cap. XXVIII.
Ardentium agnitio. cap. XXIX.
Ardentium agnitio. cap. XXX.
Febrium ex eryſipelate uiſcerum curatio & agnitio. cap. XXXI.
Hecticarum febrium agnitio. cap. XXXII.
Hecticarum febrium curatio. cap. XXXIII.
De ſemitertianis. cap. XXXIIII.
De morbis publicè graſſantibus. cap. XXXV.
De peſtilentia. cap. XXXVI.
De ſyncope ex redundantia crudorum humorum. cap. XXXVII.
De ſyncope ex prætenuibus humorib. cap. XXXVIII.
De ſyncope ex reliquis occaſionibus. cap. XXXIX.
De dolore. cap. XL.

Ad ſyntexes. cap. XLI.
De uigiliis in febribus. cap. XLII.
Curatio ſoporis noxij. cap. XLIII.
Curatio doloris capitis in febribus. cap. XLIIII.
Quomodo ſtomachi curam habere conueniat. cap. XLV.
De immodica perfrictione in febribus. cap. XLVI.
De ſudoribus. cap. XLVII.
De tuſsi in febribus. cap. XLVIII.
De ſternutamento. cap. XLIX.
De cibi faſtidio. cap. L.
De bulimo. cap. LI.
De canino appetitu. cap. LII.
De ſiti. cap. LIII.
De linguæ ſcabritie. cap. LIIII.
De nauſea. cap. LV.
De bilis uomitione. cap. LVI.
De ſingultibus. cap. LVII.
De aluo in febribus aſtricta & cita cap. LVIII.
De ſanguinis diſtillatione, & eiuſdem ex naribus profluuio. cap. LIX.
Si anima deficiat. cap. LX.
Quomodo ulcus circa os ſacrum proueniens curetur. cap. LXI.

CAPITA TERTII LIBRI.

De alopecia, ophiaſi & caluitio cap. I.
Quomodo pili criſpi fiant, & tincturis inficiantur cap. II.
De capitis affectibus cutem infeſtantibus cap. III.
De capitis dolore cap. IIII.
De cephalæa & hemicrania cap. V.
De phrenitide cap. VI.

De

De inflammatione cerebri cap. VII.
De eryſipelate cerebri cap. VIII.
De lethargo cap. IX.
De cathoco aut uigili comate cap. X.
De memoriæ iactura & ratiocinationis, &c. cap. XI.
De uertiginibus cap. XII.
De morbo comitiali cap. XIII.
De melancholia cap. XIIII.
De incubone cap. XV.
De lycaone cap. XVI.
De amantibus cap. XVII.
De apoplexia & paralyſi cap. XVIII.
De conuulſionibus cap. XIX.
De tetano eiúſque differentiis cap. XX.
De tremoribus cap. XXI.
Ocularia & primùm de dolore cap. XXII.
Auricularia & primùm de aurium dolore cap. XXIII.
De narium & olfactus uitiis cap. XXIIII.
Ad faciei uitia cap. XXV.
De oris affectibus, & primùm de dentium dolore cap. XXVI.
De angina eiúſque ſpeciebus, &c. cap. XXVII.
De grauedine, deſtillatione, raucedine & tuſſi. cap. XXVIII.
De orthopnœa, ſuſpirio, & ſpirandi difficultate. cap. XXIX.
De peripneumonia cap. XXX.
De cruentis ſputis cap. XXXI.
De purulentis & tabe cap. XXXII.
De pleuritide cap. XXXIII.
De cordis affectibus cap. XXXIIII.
De mammillarum affectibus cap. XXXV.

Ad fœdum axillarum odorem, ſudationéſque. cap. XXXVI.
De ſtomachi, præcordiorum & uentriculi affectibus. cap. XXXVII.
De flatu uentriculi. cap. XXXVIII.
De cholera. cap. XXXIX.
De lienteria & cœliaco affectu. cap. XL.
De teneſmo. cap. XLI.
De dyſenteria. cap. XLII.
De morbo colico. cap. XLIII.
De ileo. cap. XLIIII.
De renum & ueſicæ affectibus, & primùm de calculo. cap. XLV.
De iecinoris affectibus. cap. XLVI.
De cachexia. cap. XLVII.
De aqua inter cutem. cap. XLVIII.
De liene. cap. XLIX.
De morbo regio. cap. L.
De umbilico prominente. cap. LI.
Quomodo impuberes imberbéſque diu maneant, &c. cap. LII.
De ramicum generibus. cap. LIII.
De inflammatione inteſtini ſcrotíque, &c. cap. LIIII.
De ſeminis profluuio & ueneris inſomniis. cap. LV.
De ſatyriaſi. cap. LVI.
De priapiſmo. cap. LVII.
De particulis inefficacibus. cap. LVIII.
Pudendorum & ani remedia. cap. LIX.
De hæmorrhoidibus. cap. LX.
De uteri affectibus, & primùm de menſium purgatione. cap. LXI.
De immoderata purgatione uteri. cap. LXII.
De

De fluore muliebri. cap. LXIII.
De inflammatione uteri & declinatione. cap. LXIIII.
De uulue abſceſſu. cap. LXV.
De uteri exulceratione. cap. LXVI.
De cancro. cap. LXVII.
De ſcirrho & duritia. cap. LXVIII.
De mola. cap. LXIX.
De inflatione uuluæ. cap. LXX.
De uuluæ ſtrangulatu. cap. LXXI.
De uuluæ procidentia. cap. LXXII.
De phimo uteri. cap. LXXIII.
Vt ſterilis mulier concipiat. cap. LXXIIII.
De uuluæ ſciſſuris, condylomatis, hæmorrhoidibus. cap. LXXV.
De partu difficili. cap. LXXVI.
De coxarum morbis. cap. LXXVII.
De podagra & articulariis morbis. cap. LXXVIII.
Ad perniones. cap. LXXIX.
Ad clauos calloſq́. cap. LXXX.
Ad unguium uitia, & primùm de reduuiis. cap. LXXXI.

CAPITA QVARTI LIBRI.

De elephantiaſi cap. I.
De lepra & ſcabie cap. II.
De impetiginibus cap. III.
De pruritu cap. IIII.
De leuce cap. V.
De alpho albo & nigro cap. VI.
Ad ſtigmata cap. VII.
De exanthematis cap. VIII.
Ad epinyctidas cap. IX.
De phlyctenis cap. X.

Ad ambuſta cap. XI.
Ad eos qui flagris cæſi ſunt cap. XII.
Quomodo pili aduſtis renaſcantur cap. XIII.
Ad abraſa cap. XIIII.
De formica & uerruca cap. XV.
De ganglio cap. XVI.
De inflammatione cap. XVII.
De exterioribus corporis abſceßibus cap. XVIII.
De gangræna & ſphacelo cap. XIX.
De herpete cap. XX.
De eryſipelate cap. XXI.
De phymate, bubone, & phygethlo cap. XXII.
De furunculo cap. XXIII.
De terebintho cap. XXIIII.
De carbunculo cap. XXV.
De cancro cap. XXVI.
De œdemate cap. XXVII.
De inflatione cap. XXVIII.
De intortis & contuſis cap. XXIX.
De carne contuſa & ecchymomate cap. XXX.
De ruptis & auulſis cap. XXXI.
De ſcirrhis cap. XXXII.
De ſtrumis cap. XXXIII.
De ſteatomate, atheromate, & meliceride. cap. XXXIIII.
De fauis cap. XXXV.
De ſimplici ulcere cap. XXXVI.
Quæ ulcera glutinare poßint cap. XXXVII.
Si dolor et inflãmatio ulcera excerceat cap. XXXVIII.
Si maturari & ad ſuppurationem perduci nequeant cap. XXXIX.
De cauis ulceribus cap. XL.

Quæ

Quæ ſordida ulcera purgent cap. XLI.
Ad ulcerum uermes cap. XLII.
Quomodo caro ulceribus ſupercreſcens exedatur cap. XLIII.
De ulceribus ſerpentibus, & putridis, & phagedæna cap. XLIIII.
Quomodo cicatrix ulceri inducenda ſit cap. XLV.
De maleficis ulceribus doloſisq; cap. XLVI.
Ad cicatrices nigricantes cap. XLVII.
De ſinibus cap. XLVIII.
De fiſtula cap. XLIX.
De ulceribus diruptis cap. L.
De articulorum ulceribus cap. LI.
Quæ ſpicula, aculeos, ſpinas educunt cap. LII.
Si ex uena, arteria, naribus ſanguis profluat cap. LIII.
De neruis uulneratis cap. LIIII.
De articulorum contractione cap. LV.
De articulis relaxatis cap. LVI.
De lumbricis cap. LVII.
De dracunculis cap. LVIII.

CAPITA QVINTI LIBRI.

Quomodo quis ab omnibus communiter uirulentis beſtiis ſe tueatur cap. I.
Communis omnium qui à uirulento quopiam morſi uel icti ſunt, curatio cap. II.
De rabioſi canis morſu, & metu aquæ cap. III.
Ad morſus canis non rabioſi cap. IIII.
De ueſpis & apibus. cap. V.
De phalangiis cap. VI.

De araneæ ictu. cap. VII.
De ſcorpionis ictu cap. VIII.
De ſcolopendra terreſtri & marina cap. IX.
Ad ſtellionis tranſmarini morſum cap. X.
De fele cap. XI.
De mure araneo cap. XII.
De uipera tam mare quam fœmina cap. XIII.
De amphybæna & ſcytale cap. XIIII.
De dryino cap. XV.
De hæmorrhoo, & præſtere ſeu dipſade cap. XVI.
De natrice cap. XVII.
De cenchro cap. XVIII.
De ceraſte & aſpide cap. XIX.
De baſiliſco cap. XX.
De paſtinaca marina & muræna cap. XXI.
De dracone marino cap. XXII.
De ſcorpione marino cap. XXIII.
Quomodo teſtudinis marinæ ſanguis præparetur cap. XXIIII.
De crocodili morſu cap. XXV.
De hominis morſu cap. XXVI.
De uenenis. cap. XXVII.
De uenenorum præcautione. cap. XXVIII.
Communis uenenorum quomodocunque aſſumptorum curatio cap. XXIX.
Enumeratio ſimplicium uenenorum cap. XXX.
De cantharide cap. XXXI.
De bupreſti cap. XXXII.
De ſalamandra cap. XXXIII.
De pinorum erucis cap. XXXIIII.
De marino lepore. cap. XXXV.

De

De rana rubeta & paluſtri cap. XXXVI.
De hirudinibus cap. XXXVII.
De chamæleonte cap. XXXVIII.
De alterco cap. XXXIX.
De coriandro cap. XL.
De pſyllio cap. XLI.
De cicuta cap. XLII.
De papaueris liquore cap. XLIII.
De carpeſiæ liquore cap. XLIIII.
De mandragora cap. XLV.
De aconito cap. XLVI.
De ixia cap. XLVII.
De ephemero cap. XLVIII.
De ſmilace cap. XLIX.
De ſolano furioſo cap. L.
De ſardonia cap. LI.
De papauere corniculato cap. LII.
De pharico cap. LIII.
De toxico cap. LIIII.
De fungis cap. LV.
De ſanguine taurino cap. LVI.
De lacte intus congelato cap. LVII.
De melle quod in Heraclia naſcitur cap. LVIII.
De gypſo cap. LIX.
De ceruſſa cap. LX.
De calce, ſandaracha, & auripigmento cap. LXI.
De argenti ſpuma cap. LXII.
De plumbo cap. LXIII.
De argento uiuo cap. LXIIII.
De ueratro albo, thapſia, elaterio, &c. cap. LXV.
De uino & aqua cap. LXVI.

β 5

Procemium Chirurgiæ cap. I.
Quomodo caput aduratur in lippitudinibus, ægrè ſpirãtibus & elephanticis cap. II.
De hydrocephalo cap. III.
Quomodo arteriæ diuidantur cap. IIII.
Quomodo uaſa diuidantur, eorumq́; aduſtio fiat. cap. V.
Quomodo frons incidatur cap. VI.
Quid agendum in ſincipite ſecando cap. VII.
De ſuperioris palpebræ ſutura, aliisq́; modis cap. VIII.
Quomodo palpebræ medicamento urantur cap. IX.
Si oculus cute non obtegatur cap. X.
De inferioris palpebræ ſutura, & uſtione cap. XI.
De ectropio cap. XII.
De anabrochiſmo, & uſtione medicamento adhibenda cap. XIII.
De hydatide cap. XIIII.
De palpebris commiſsis cap. XV.
De chalazio cap. XVI.
De uerrucis & enchantide cap. XVII.
De ungue oculorum cap. XVIII.
De ſtaphylomate cap. XIX.
De oculis purulentis cap. XX.
De ſuffuſis cap. XXI.
De ægylope cap. XXII.
Si meatus auditorij non perforati ſint cap. XXIII.
Ad ea quæ in meatum auditorium inciderunt extrahenda cap. XXIIII.
De polypo cap. XXV.
Curta in auribus & labris quomodo ſarciri poſsint cap. XXVI.
De epulidibus & parulidibus cap. XXVII.
Quomo

Quomodo dentes eximantur cap. XXVIII.
De ligatione linguæ cap. XXIX.
De tonſillis cap. XXX.
De uua cap. XXXI.
Quomodo ſpinæ gutturi eximantur cap. XXXII.
Quomodo aſpera arteria incidi debeat cap. XXXIII.
De abſceſſu cap. XXXIIII.
De ſtrumis cap. XXXV.
De ſteatomatis, atheromatis, meliceridib. cap. XXXVI.
De aneuriſmate cap. XXXVII.
De bronchocele cap. XXXVIII.
De ganglio cap. XXXIX.
De uenæ ſectione cap. XL.
De cucurbitularum uſu cap. XLI.
Quomodo alæ adurantur cap. XLII.
De adnatis digitis & ſexto digito cap. XLIII.
Quomodo aduſtio purulentis adhibenda cap. XLIIII.
De cancro cap. XLV.
De iis quibus mammæ fœminarum modo inturgeſcunt. cap. XLVI.
Quomodo iecur aduratur cap. XLVII.
Quomodo lien aduratur XLVIII.
Quomodo ſtomachus aduratur cap. XLIX.
Quomodo aqua hydropicis emittatur cap. L.
De umbilico prominente cap. LI.
De peritonæo uulnerato, item de inteſtini ac omenti procidentia, &c. cap. LII.
Ad tegendam glandem colis ſi nuda eſt cap. LIII.
Quomodo glãs penis cõtecta aperiri poſsit cap. LIIII.
De phymo cap. LV.
Si præputium glandi adhæreſcit cap. LVI.
De circunciſis cap. LVII.

De thy

De thymis naturalium cap. LVIII.
De catheteriſmo cap. LIX.
Quæ curatio calculoſis adhibeatur cap. LX.
De teſticulorum partibus cap. LXI.
De hydrocele cap. LXII.
De carnoſo ramice & tophaceo cap. LXIII.
De uaricoſo ramice & uentoſo cap. LXIIII.
De inteſtinorum ramice cap. LXV.
De inguinum ramice, bubonocele cap. LXVI.
De ſcroto attenuato cap. LXVII.
Quomodo fiant eunuchi cap. LXVIII.
De hermaphroditis cap. LXIX.
Quomodo nympha excidenda, & cercoſis emendanda cap. LXX.
De muliebrium locorum thymis, condylomatis & hæmorrhoidibus cap. LXXI.
De non perforatis & phymo cap. LXXII.
De abſceſſu uuluæ cap. LXXIII.
Qua ratione partus ex utero excutiatur, excidatúrque cap. LXXIIII.
Si ſecundæ fuerint relictæ cap. LXXV.
Quomodo coxendices adurantur cap. LXXVI.
De fiſtulis & fauis cap. LXXVII.
De ani fiſtulis cap. LXXVIII.
De hæmorrhoidibus cap. LXXIX.
De condylomatis, tuberculis & rimis cap. LXXX.
De ano non perforato cap. LXXXI.
Quomodo uarices excindantur cap. LXXXII.
De dracunculis cap. LXXXIII.
De extremarũ partium præciſione cap. LXXXIIII.
De unguium pterygio cap. LXXXV.
De ungue contuſo cap. LXXXVI.

De clauis

De clauis, myrmeciis, & uerrucis cap. LXXXVII.
De telis ex corpore extrahendi cap. LXXXVIII.
De fracturis cap. LXXXIX.
De fracturis capitis cap. XC.
De naribus fractis contuſiſq; cap. XCI.
De maxilla confracta & aure contuſa cap. XCII.
De iugulo confracto cap. XCIII.
De ſcapulis cap. XCIIII.
De pectore cap. XCV.
De coſtis cap. XCVI.
De coxarum & pectinis oßibus cap. XCVII.
De uertebris, ſpina dorſi & ſacro oſſe cap. XCVIII.
De brachio cap. XCIX.
De cubito & radio cap. C.
De ſumma manu & ipſius digitis cap. CI.
De fœmore cap. CII.
De patella cap. CIII.
De tibia cap. CIIII.
De pede ſummo. cap. CV.
Quomodo crus reponi debeat cap. CVI.
De fracturis quæ cum uulnere incidunt cap. CVII.
Si præter modũ fracturis callus obducatur cap. CVIII.
Si diſtortum membrum callus firmarit cap. CIX.
Si fracturæ callo non firmentur cap. CX.
De oßibus luxatis cap. CXI.
De maxilla cap. CXII.
De clauicula & ſummo humero cap. CXIII.
De humero luxato cap. CXIIII.
De cubito cap. CXV.
De brachiali & digitis luxatis cap. CXVI.
De uertebris ſpinæ cap. CXVII.
De coxa luxata cap. CXVIII.

De genu

De genu articulo cap. CXIX.
De tali articulo, & de pedis digitis cap. CXX.
De luxatis cum ulcere cap. CXXI.
De luxatione cum fractura cap. CXXII.

CAPITA SEPTIMI LIBRI.

De temperamentis quæ per guſtátus qualitates deprehenduntur cap. I.
De ordine & interuallo temperamentorum cap. II.
De particularium ſimplicium medicamentorum facultatibus cap. III.
De medicamentis ſimplicibus quæ flauæ bili purgandæ ſunt &c. cap. IIII.
De compoſitis medicamentis purgantibus cap. V.
Quomodo eos qui purgantur tueri conueniat, quidque faciundum ubi medicamentum purgans aſſumptum nihil profecerit cap. VI.
Si purgatio modum excedat cap. VII.
De hieris antidotis cap. VIII.
Quæ ſedi & umbilico illita purgant cap. IX.
Quæ medicamenta uomitum citent, & quomodo ueratrum exhibeatur cap. X.
De differentia antidotorum cap. XI.
De paſtillis cap. XII.
De medicamentis aridis & ſmegmatis cap. XIII.
De medicamentis liquidis quæ illinuntur, ad oris uitia & guttur accommodatis cap. XIIII.
Dulces utiléſque potiones cap. XV.
De collyriis & adglutinamentis cap. XVI.
De emplaſtris, & medicamentorum quæ in illa mittuntur coctione, &c. cap. XVII.
De malagmatis & epithematis cap. XVIII.

De acopis

De acopis, inunctionibus, dropacibus & ſinapiſmis cap. XIX.
Quomodo diuerſa olei & unguentorum genera conficiuntur cap. XX.
De œnanthariis cap. XXI.
De ſuffimentis & cyphi cap. XXII.
Confectio maſuchæ cap. XXIII.
De peßis cap. XXIIII.
De medicamentis inuicem ſuccidaneis cap. XXV.
De ponderibus & menſuris cap. XXVI.

Errata inter imprimendum admiſſa. Primus numerus paginam, ſecundus lineam denotat.

Pag.21.lin.13.l.maximæ reſp. ibid.lin.16. l.ἐναυθὲς.& ſic in marg.lin.24.
recreatoria. 28.16.*l.*ἤθροισται. 29.17.*l.*ὑγραινόντων. 30.3.*l.* ἰσχάλων. 4. νοσώ-
δεις. 31.14.*l.*ἀμῦναι.25.*l.*ῥευμάτων. 32.4. *l.*ἐυφρο. 33.14.*l.* κατίεναι. 16.*l.* γίνε-
ται.& μετὰ ἢ ταῦτα. 38 *l.*ἐναντίως. 34.1.*l.*ἀφγὴν. 38.8.*l.*ἐπιγινόμεναι. 40.
11. *l.pro* λύγς. 41.8.*l.*ὑγροτέραν.*in marg.l.*ἀποσίτῳ ἢ. 24.*l.alia mediæ.* 26.*l.*
τρόφιμον.*l.*ἤπερ ἄρα. 47.25.*l.*γλυκὺς.& ξεσὰς. ū. 26 ξεσὰς. ē. 49.12. *l.*ἐμ-
μένων.13 *l.*περὶ τῶν. 50.34.*l.calore dico.* 52.32.*l.*τοιαῦτα. 53.1.*l.* σσπρίων.
54.22.*l.*καὶ γυναικὶ. 57.38.*l. vſtionem ſunt, &c.* 60.31. *l.mala cotonea.* 64.
18.*l.*πυκνὸν καὶ σκληρὸν ἐργάζεσθαι.& 20. *l.*πυκνὸν καὶ σκληρόν. & 28.*l.*φό-
βους. 65.15. *l.*φαρμάκῳ χρῆσθαι. 70.28. *l.calefaciunt.* 74.31.*l.contrarium.* 77.
24.*l.*πανθ' ὅσα. 84.32.*l.*ἀπορρύπτειν. 88.3.*l.luteo.* 100.27.*l.relatas.* 32.*l.iu-*
iubas. 104.35. *l.malacoſtraca.* 116.*lin.vlt.l.in facie.* *pag.*117.*lin.vlt.viſoriæ.*
132.21.*l.hoc pulſuum genus ſextum comm.* 147. 1. *l.arteriæ partem.* 149.13.
*l.*μορίων. 151.17.*l.concoctionem.* 153.1.*l.etiam is in.* 37.*l.*λειμὺ τι. 39.*l.* λει-
μύ. *pag.*156.*lin.penul. l.*οὔτε λύσαις. 158.37.*l.*καὶ οἴνων. 161.36. *l.etiamſi*
vtraque. 163.16.*l.qui ægrè excalefieri poteſt, ſine febri excitat.* *pag.*169.*lin.*
5.*l. Quapropter cum.* *pag.*176.*lin.*14. *l.Nulli talium.* 178.25.*l.*αὐτοῖς. 183.
*lin.penult.l.*τ̃ κώλς. 185.7. *dele* ψυχρὲς. 186.31. *l. hæſitabundus.* 35. *l.*τότε
καὶ. 187. *annotationi cap.*44.*adde Goupy.* 195.35.*l.maturationem.* *pag.*
198. *lin.* 36. *l.commentario* 20. *pag.*200.*lin.*5.*l.* ὑψηλοτάτς. 214.6.*l.* μ̀.α.15.
*l.*ῥυσίων. 216. *l.in marg.* καὶ τὰς τρίχας. 217.27 *l.*κονία ἀσβέςς. 29.*l.pilea-*
rij. 218.9.*l.*ξέςῳ. 221.29.*l.molybdænam contritam oblinito.* 222.8.*l.exulce*
*ret.*33.*l.*ἰχὼρ ἢ. 233.*in margine.l.fotu adhibita.* 244.37. *l.victu moderatio-*
re. *pag.*253. *l. in marg. Iucubo nocturna.* 259.4.*l.vmbilico.* *ibid.* 11.*l.cien-*
tia. 262.*lin.vlt.l.*ἐπίδεσις. 268.11.*l.Phænigmon.* 276.*l.in marg.Staphylo-*
ma. 282.6.*l. conuulſoria.* 284 3. *l.Ectropium.* 286.23. *l.pro* κόλλα. 289.
6.*l.* ᶜCardamomi. 292.21. *l.*προπυγιομένη. 300.11.*l.*χόινικ&. *ibid.*22.*l.len*
tiſcinum. 304. 9. *l.ſcirrhum.* 307. *l.in marg.* σὺν ἀφε. 322. *in margine l.*
μετὰ τινὲς. 336.38.*l.lemnia ſphragide.* 337. 23.*l.agreſtam.* 355. *in marg.l.*
πλῆθος. 360 17.*l.* ⁱ *De vrinæ.* 361.31.*l.Potus enim.* 438.31. *l.* ἤλύσματα.
441.*in marg. l.*τινὰ λοπόν. 450.30.*l.vitiliginis.* 504.*l.in marg.Ononis ſic-*
ca. 511.*l.in marg.* κοῖλοι. 521.15.*l.* σ'ειν. 528.11.*l.penem ipſum.* 563.27.*l.*
ὑφ' ἓν. 570.29.*l.De Ectropio.* 618.16.*l.deliganda.* 629.1.*l.Cercoſis.* 630.
20 *l.*λι' ἐμφράξιν. 644.6.*l.interiore cauſa.* 646.19.*l.*παραψαύσας. 657.*l.in*
*marg.*προσήκει. 798.4.*l.*τῶ ἄλλων. 881.4.*l.Annotat.Andernaci.*

PAVLI AEGINETAE IN SVVM DE RE MEDICA OPVS,

*

PRAEFATIO.

Pauli laborem noſce me, qui plurimas
Inuiſit orbis terras, Aegina ſatus.

NON equidem opus hoc,quaſi veteres aliqua arti neceſſaria prætermiſerint,componere ſum aggreſſus,ſed totam vt diſciplinam in cõpendium redigerem. E contrario enim illi rectè quidem omnia & integrè elaborauerunt:recentiores autem pręterquàm quòd illos ne legere quidem curant,etiam loquacitatis adhuc coarguunt. Qua ratione impulſus volumen iſtud elucubraui,quod illis ſanè qui ipſum, vt veriſimile eſt, habere velint, eorum quæ legerunt commentarius:mihi verò, exercitij loco erit. Abſurdum nanque fuerit, rhetoras quidem compendioſis vti libellis iudicialibus, & ad circunferendum accommodis, in quibus legum capita continentur, vt dùm vſus poſtulat, in promptu habeant:nos verò nullam eorum habere rationem. quùm illis non pauco tantùm, ſed iam longo etiam tempore, legibus inſpiciũdis immorari,ac differre iudicium liceat:nobis neutiquàm, aut certè rarò, ea facultas concedatur. Etenim neceſſitas in quibuſdam morbis frequenter nullam ferens dilationem, ſubitam concertationem opémque poſtulat. ob quod rectè Hippocrates occaſionem dixit præcipitem. Illos prætereà in ſolis ferè vrbibus rerum vtilitas incitat, & vbi libri nequaquàm deſiderantur: medicis autem non tantùm in vrbibus,aut agris,aut etiã locis deſertis, verùm iam quoque per mare frequenter in ipſis nauibus ſubita morborum

Veteres à recentioribus damnati.

Dilationis periculum. neceſſitas ingruit, in quibus dilatio mortem, aut omnino extremum adfert diſcrimen. Quoniam igitur vniuerſas medendi rationes, aut particularem omnem materiam memoria tenere vel difficillimè, vel nequaquàm aliquis poſſit, compendium hoc ex veteribus collegi. Nulla enim de meo inſerui, niſi paucula quædam in artis operibus mihi & viſa & comperta. Nam in pluribus egregiis authoribus, magíſque in Oribaſio verſatus [a], qui & ipſe librum totum, quo vniuerſam de tuenda valetudine rationem comprehendit, aliunde collegit: vtpotè Galeno poſterior, adeóque recentior adhuc, optima quæque ex ipſis ſelegi, nullum, quatenus licuit, ex morbis prætergreſſus. Etenim Oribaſij ipſius volumen, à ſeptuaginta libris, quos continet Hebdomecontabiblon appellatum, quòd totam in ſe artis materiam complectitur[b], non omnes, quod grandius ſit, comparare ſibi poſſunt. In huius autem Epitome ad Euſtathium ſcripta, præterquàm quod plerique morbi non attingantur, etiam imperfectam reliquorum præceptionem videas, partim cauſarum, partim ſignorum, nonnunquàm & curatio integra deſideratur [c], ceu alia in memoriam venerint.

Oribaſius.

PRAESENS autem commentarius notas, cauſas, & curationem omnium morborum continet, ſimilarium, inſtrumentariorum, & eorum quæ ad vnitatis diuortium pertinent: ídque non ſummatim, ſed quatenus licet amplè & diffusè. Ante hæc autem omnem victus rationem quæ ſanitati tuendæ facit, expoſuimus. Poſtremum autem librum de ſimplicibus compoſitíſque medicamentis conſcripſimus.

Quid ſinguli ſeptem totius operis libri, nam totidem habentur, contineant.

PRIMVS omnem ſanitatis tuendæ rationem tradit. item quomodò morbi peculiares ætatibus, anni temporibus, temperaturis, aliíſque nonnullis, caueantur, emendentúrque. Præterea ciborum omnium vires & vſus habet, vt in capitibus comprehenſum eſt.

SECVNDVS febreis vniuerſas enumerat, ita vt præponantur ipſis, quæ eò conferunt, exempli gratia, notæ ex recrementis, diebus decretoriis, & id genus aliæ. Subiunguntur autem caſus, qui febribus ſuperueniunt.

TERTIVS affectus declarat, qui ſingulis corporis partibus obueniunt: ſic, vt à ſummo capite ad imos pedes, adeóque vngueis deſcendat.

QVARTVS agit de exterioribus, & veluti in aperto contractis vitiis, quorum non certæ ſedes aſſignari poſſunt, ſed plureis particulas infeſtant. In quo, & de tineis & dracunculis tractatur.

QVINTVS de animalibus, ictu, morſúve venenum relinquentibus diſſerit, vbi & de rabioſi canis morſu, & metu aquæ, adhæc de non rabidi canis morſu hominíſque agitur. Inibi de venenis eorúmque remediis diſputatur.

SEXTVS chirurgicam omnem exponit, tùm quæ carnis vitia curat, vbi & teli extrahendi ratio comprehenditur, tùm quæ oſſium fracturas, luxationéſque artuum complectitur.

SEPTIMVS omnium medicamenrorum vireis continet, primùm quidem ſimplicium, déinde & compoſitorum, eorúmque potius quæ in ſex aliorum librorum diſcurſu commemini, præſertim maiorum & nominatarum compoſitionum. Scio enim illic non omneis diffuſè explicari, ne diſciplina tædium afferat: tùm, vt quærens aliquis vnam, aut etiam plureis nobileis confecturas, facilè inueniat. In fine adduntur nonnulla ad medicamentorum compoſitiones vtilia. Item de alternantibus inuicem remediis agitur, vt totus liber in diſciplinam de ponderibus & menſuris deſinat. Incipiemus itaque primum volumen.

PRIMVS totius operis hic liber eſt, in quo omnia ſanitatis tuendæ præcepta tradidimus, quemadmodùm iam in præfatione dictum eſt. dicentúrque iterùm capita, vbi tantum hoc prælibauerimus, quòd in primo, & ſecundo volumine plurima ex Oribaſio mutuati ſumus. Non enim peculiarem voluimus conſtituere opinionem, ſed ex omnibus vtilitatem indipiſci. In reliquis quinque libris, pauciſſima tantùm ex illius commentariis huc tranſtuli.

ANNOTATIONES CORNARII.

a *Qui & ipſe totum librum, in quo omnem tuendæ ſanitatis rationem tradidit, inſtar florum aliunde decerpſit: nam poſt Gal. & adhuc iuniores fuit. Græca lectio ſic habere debet:* καὶ αὐτῷ πᾶσαν ἀπανθίσαντι βίβλον, ἐν ᾗ πᾶσαν τὴν ὑγιεινῶν διῆλθεν ὑποτύπωσιν.

b *Non facilè parabile eſt tantæ molis opus, ad multos adeo verſus extentum.*] οὐκ εὐπόριστος ἅπασιν ἡ πραγματεία πολύστιχος. *Veteres verſuum multitudine librorum magnitudinem æſtimabant. Scribebant autem libros certis chartarum cancellis ac veluti carceribus incluſi, vt ad margines non excederent, atque hinc non difficile erat colligere, quanta verſuum multitudo, ad quantam libri magnitudinem deuentura eſſet, & ex eo tum* πολύστιχοι, *tum* ὀλιγόστιχοι *libri vocabantur.*

c *Itémque alia quæ mentionem ſui fieri poſtulant.*] ὥσπερ οὖν ἑτέρων εἰς μνήμην ἐληλυθότων.

PAVLI

PAVLI AEGINETAE LIBER PRIMVS,

IOANNE GVINTERIO ANDERNACO MEDICO INTERPRETE.

Quæ grauidis ſuperueniant, & quæ victus ratio eis conducat. *Cap. I.*

QVANDOQVIDEM inter ea quæ grauidis ſuperueniũt, hæc potiſſimũ infeſtare ſolẽt[d], ſtomachi exundatio, continuæ vomitiones, ſputa crebra, * oris ventriculi roſio, & cibi faſtidium: non alienum fuit remedia quibus ab eis vindicentur, pręſcribere. Proſunt itaque obambulationes, cibi nõ nimium dulces, vina fulua, odora, maximè quinquennia, & moderata potio. Hæc enim omnia[e], ne mulier ſtomachi exundationem experiatur vomatque, impediunt. At medicamenti nomine, vincit polygonium herbam aqua elixam bibere. item anethum & ponticam radicem, quæ indigeti vocabulo rha nuncupatur. hæc tum ante, tum poſt cibum licet aſſumere.† Extrinſecus præcordia adiuuari debent cataplaſmate ex œnanthe, balauſtio, * cytiſi ſmyrniique coma, & fœniculi ſemine, ſiue per ſe, ſiue quomodocunque voles miſcere, cum palmulis & vino veteri.

** aliâs ſtomachi eroſio.*

† Melius fortaſſe ſtomachus, aut os ventriculi cum Aetio, qui eandem planè ſententiam habet lib. 16. cap. 10. Extrinſecus autẽ adhibita languido ſtomacho conferunt hæc, œnanthe, balauſtium, roſæ, cytini &c.

** aliàs cytini. Quæ lectio magis probatur, quòd ſit accommodatior huic medicamento, quàm cytiſus. Goup.*

Aduerſus ſtomachi roſiones confert, calidã aquam bibere, quietè inambulare, præcordia contegere lana molli. At eas quæ cibum faſtidiunt, variis & ad voluptatem quæſitis cibis amylóque ſicco ſolicitabis. magis autem hoc obtuleris iis, quæ terram edere concupiſcunt, vt in Malacia, quod vicium Græcis Citta dicitur, accidere conſueuit. id tertio à conceptu menſe potiſſimùm cõtrahitur. Nam tunc id quod in vtero eſt, quicquid ratione alimenti ad ipſum fertur, tanquàm imbecillius, nequit conſumere: vndè fit, vt quum varia ex eo recrementa in ſtomacho grauidæ redundent, varia & naturæ aliena appetat, exempli gratia, carbones extinctos, cretam Cimoliam, aliáque complura. Hanc enim ob cauſam appellationem huiuſmodi affectus accepit, vel à picæ auis varietate, vel quòd eadem ſubindè hoc malo corripiatnr. Iam labor, & longior peregrinatio etiam ſtomachum ad cibos excitat. Quæ verò mulier citra labores agere conſueuit, ea ſi vterum gerat, haud commodè repentinas ſubibit motiones. Verùm acria quandóque guſtare, præſertímque ſinapi, cibum faſtidienti non fuerit alienum. Cæterùm eximios pedum tumores, quos œdemata Græci dicunt, anthyllis, quæ in aceto maduerit, foliáque braſſicæ in latum ſuper deligata diſcutiunt. Item Cimolia creta ex aceto illita: ſimiliter alumen cum aceto proficit. Rectè etiam pedes malorum medicorum, quæ Citria aliâs dicuntur, in aqua decoctorum iure lauantur.

Malacia affectio.

Pedum tumor.

Mala medica citria.

ANNOTATIONES CORNARII.

d *Humorum crudorum redũdantia.*] *Græcè legitur* τὸ περισσαίνειν, *ſed falsò, legendum enim* τὸ περισσεύειν, *id eſt, ſuperfluis humoribus abundare, qui non perfectè ſunt concocti: ita enim Gal. lib. 9. Anatomicarum aggreſſ. exponit:* τὰ μὴ κατεργασθέντα *inquit,* τελέως τῆς τροφῆς, ἃ καλοῦσιν ἰδίως περιττώματα.

e *Humorum crudorum redundantiæ, & vomitus remedia ſunt.*

f *Foris autem œnanthen, & balauſtium, & mali punici florem, &c.*] *Res ipſa indicat legendũ eſſe* περὶ κυτίνων, *non* περὶ κυτίσου. *Eſt autem* κύτινος *mali punici ſatiui flos, ſicut balauſtium ſylueſtris. Habent autem vim ſiccantem ac adſtringentem, quæ hîc nimirum requiritur.*

ANNOTATIONES ANDERNACI.

Quandoquidem grauidis. *Primum hoc caput Pauli ad verbum ex quinto Oribaſÿ ſumptum eſt: in quo grauidis multa ſuperuenire legimus: inter cætera, ſtomachi redundationem, vt Pliniano more loquar, quam Paulus verbo τῷ περισαίνειν ſignificat. Id ſi Heſychio & Suidæ credimus, à canibus caudam mouentibus: aut potius quod hîc etiam magis congruit, à fluctuum agitatione tralatum eſt. In grauida enim ſanguis menſtruus, qui ante conceptum ſtato tempore expurgari ſolebat, copioſior in vtero collectus quàm pro fœtu adhuc exiguo ad ſtomachum regurgitat, ibique exundans, nauſeam excitat. In prima noſtra verſione erat, Nauſea, ſicuti etiam Ariſtoteles lib. 7. de hiſtoria animalium ponit. ἔτι δὲ ναυτίαι, inquiens, καὶ ἔμετοι λαμβάνουσι τὰς πλείστας. id eſt, prætereà nauſeæ & vomitus plurimas infeſtant. Aetius πλάδον ſτομάχου ait, quod eſt nimia humiditas ſtomachum debilitans, non ſola imbecillitas. Nam Galenus Commentario ſecundo in primum de morbis vulgaribus ait, τὴν περιττὴν ὑγρότητα πλάδον εἴωθεν ὀνομάζειν, hoc eſt ſuperfluam humiditatem, pladō appellare cōſueuit, de Hippocrate dicens. Idem Commentario ſecundo de ratione victus in morbis acutis ἐφ' ὧν καὶ προςέθηκεν, ὡς ὁ μὲν ὑδαρὴς οἶνος πλάδον ἐν τῇ ἄνω κοιλίᾳ, τουτέστιν ὑγρότητα καὶ ἀτονίαν ἐμποιήσει. hoc eſt, in quibus etiam adiecit, vinum aquoſum, Pladon, id eſt, humiditatem & imbecillitatem in ſuperiore ventre excitaturum.*

Stomachi redūdatio. περισαίνεσις. ναυτία. πλάδος.

Sputa crebra. *Quia ſtomachus ex humiditate languet, eoq; os ipſum tenui ſputo aſsiduè plenum exiſtit: Græca dictio eſt πτυελίζειν: quam Galenus in priore prædictionum interpretatur, πτύειν πολλάκις, hoc eſt ſpuere frequenter.*

πτυελίζειν.

Stomachi eroſio. *Quando ab acrioribus humoribus irritatur, mordeturq;, vomitus futuri ſignum non exiguum habetur, Græcè dicitur καρδιωγμὸς, quaſi dicas cordis morſus. Veteres autem olim os ventriculi cor appellauerunt, nimirùm ex ſitus vicinitate, quia cor prope os ventriculi ſitum eſt, vt ait Galenus, & ipſa rei euidentia docet eundem affectum. Galenus etiam καρδιαλγίαν vocat libro ſecundo de placitis Hippocratis & Platonis.*

καρδιωγμὸς. καρδιαλγία.

Cibi faſtidium. *Nimirùm ex vitioſis humoribus ſtomachum infeſtantibus, ſi Galeno credimus, Græca dictio eſt ἀσιτεῖν, quæ ſignat cibo abſtinere, & inedia vti, ſicut Grammatici nobiles interpretantur. Galenus etiam libro primo περὶ ἐπιδημιῶν differentiam inter ἀσίτους & ἀποσίτους ponit. Ibidem ἀπόσιτοι πάντων γευμάτων ἄσιτοι διετέλουν, quaſi dicat, omniū ciborū faſtidio laborabant. Erit*

Cibi faſtidium. ἀσιτεῖν.

itaq; ἀσιτίη abſtinentia à cibo in totum: ἀποσιτία, faſtidium quidẽ, ſed vt aliquid tamen aſſumatur, quod Galenus oſtendit libro primo de cauſis ſymptomatum, grauidarum accidentia enumerans in hæc verba, βραχέα σιτουμένης τοῦ ἀνθρώπου διὰ τὴν ἀποσιτίαν. Hoc eſt quòd mulier pauca comederet ob faſtidium. Hippocr. in Aphoriſm. commentario 4. ἀπυρέτῳ ἐοῦσι ἀποσιτίη. Galen. interpretatur ἡ μὲν ἀποσιτία τὸ αὐτὸ δηλοῖ τῇ ἀνορεξίᾳ. Rurſus in libello de victu priuatorum: ὁκόσοισι δὲ ὀδύναι γίγνονται ἐκ τῶν σπλάγχνων, ἢ ἐκ γυμνασίας, ἢ ἐξ ἄλλης τινὸς ὁδοιπορίας, τουτέοισι συμφέρει ἀναπαύεσθαι ἀσίτους. Hoc eſt: quibus dolores viſcerũ oboriuntur aut ab exercitio, aut alia quadam obambulatione, his conuenit in abſtinentia conquieſcere. His omnibus animaduerſis, legendum videtur ἀποσιτεῖν pro ἀσιτεῖν, id quod ex ſequenti oratione cuiuis mediocriter ſagaci licet deprehendere. Nam Paulus ſingulorum accidentium remedia tradens, ἀποσίτους δὲ, inquit, non ἀσίτους. Quanquàm non ignarus ſim aliquandò authores, alterum pro altero vſurpare: vt è cap. 35. Verùm cùm vtraque hîc ponantur, ἀπόσιτοι, & ἄσιτοι exactè intelligenda ſunt.

ἀσιτία. ἀποσιτία. Faſtidiũ. Abſtinentia. ἄσιτος.

Vina fulua. Vtpotè frigidioribus naturis accommodata: tùm ad concoctionem, tùm ad ſucci bonitatem procreandam, vt ex Galeno didicimus lib. 12. Methodi, cap. 4.

Vina fulua

Color hic fuluus, qui Græcis κιρρός dicitur, proximus eſt flauo, quaſi dicas in pellucido flauum: hinc etiam flauus color & fuluus eidem ſæpè rei accommodantur. Id quod ex Galeno licet condiſcere, lib. 5. de Sanitate tuenda, cap. 5. Idem alibi τὸ κιρρὸν χρῶμα δύναιο ἂν λέγειν πυρρὸν ὠχρόν. Hoc eſt, fuluum colorem poſsis rufum pallẽs dicere. Sunt qui hunc colorem latinè Giluum nuncupent: ego malim ex Galeni interpretatione, fuluum conuertere: Plinium ſecutus, qui hunc colorem inter alios vino attribuit, non giluum. Siue autem dicas gilua, flaua, aut fulua, nihil intereſt, modò obſerues plerunq; vina ex vetuſtate hunc colorem induere.

Color fuluus κιρρός. Flauus. πυρρός. ὠχρός.

At medicamenti nomine. Superius commemorata ad cibum referuntur: ſequentia ceu medicamenta adhibentur, quæ ſtomachum ex nimia humiditate imbecillem corroborẽt, exiccentq; ὡς φάρμακον δὲ. id eſt, vt medicamentum verò habet textus, ego nomine medicamenti verti.

Radix Pontica. Hoc eſt, rhaponticum, vim habet corroborandi ſtomachum imbecillem. vide Dioſcoridem.

Extrinſecus præcordia. Hoc eſt, qua parte ventriculi os habetur. Abuſus eſt Paulus dictione περικάρδιον, quæ apud Galen. propriè

περικάρδιον.

propriè ſignificat membranam, ſeu tuniculam, cor ambientem, aut ſi mauis, cordis inuolucrum. Quia verò os ventriculi olim cor appellabatur, excuſari poteſt, vt pericardion pro regione externa, ſub qua illud deliteſcit, accipiatur. Plinius lib. naturalis hiſtoriæ II. membranas ſepti tranſuerſi, præcordia appellauit, quòd cordi prætendantur. Gal. autem, & Hippocr. ὑποχόνδριον *totam illam regionem appellant, quæ à mucronata cartilagine, vtraque in parte ad vmbilicum vſque porrigitur. Celſus autem latinæ linguæ in Medicina princeps, præcordia nominat. Cæterùm ex hoc Pauli loco conſtat, vbi os ventriculi affectum eſt, antè non ad dorſum applicanda remedia.*

Præcordia.

Præcordia apud Plin.

ὑποχόνδριον.

Subcartilagineum.

Medicamenta in affectu ſtomachi vbi applicãda.

Prędordia cõtegere. *Hoc loco vſus eſt dictione,* ὑποχόνδριον*: cũ hîc eundem locum quem ſuperius in vomitu voluerit, intelligat.*

At eas quæ cibum faſtidiunt. *Græcè eſt* τὰς δὲ ἀποσίτους. *Remedium faſtidientium ponit, quãquàm ſuperius* ἄσιτον *ſcriptũ erat.*

Oenanthe. *Hoc eſt, vua ſylueſtris vitis, vt ait Dioſcorides: ad verbum hæc ex Oribaſij quinto tranſcripta ſunt.*

Citta. *malacia non pica. Gale. originem huius mali tradit lib. 1. de ſymptomatum cauſis in iſtum modum.* μοχθηρῶν δὲ ποιοτήτων ἐπιθυμοῦσιν οἷς ἂν εἰς τοὺς τῆς κοιλίας χιτῶνας ἀναποθῇ τι περίττωμα μοχθηρόν. εἴωθε δὲ τοῦτο γίγνεσθαι μάλιστα ταῖς κακοχύμοις γυναιξὶν, ἐπειδὰν κυήσωσι. καὶ καλεῖται κίττα τὸ πάθος. *Hoc eſt: prauas autem qualitates appetunt ij, quibus vitioſum aliquod recrementum in ventriculi tunicas eſt inſinuatum, id quod mulieribus, præſertim ſuccis prauis obnoxiis, vbi in vtero habere cœperint, accidere conſueuit, ac vicium appellatur* κίττα. *& Plin. lib. 28. cap. 7. malaciam ſtomachi appellat.*

κίττα.

Malacia.

Id tertio à conceptu menſe. *Gal. lib. citato,* καὶ τοῦτο πάσχουσιν αἱ πλείους αὐτῶν ἄχρι τοῦ δευτέρου, καὶ τρίτου μηνός. ἐν δὲ τῷ τετάρτῳ παύονται. *id eſt, Ac cõplures ipſarũ hoc affectu vſque ad ſecundum & tertium menſem laborant: quarto autem infeſtari deſinunt.*

Id quod in vtero eſt. *Sic interpretatus ſum* κύημα, *quaſi dicas conceptum: nondum enim fœtus dici poteſt, ſi Galenum, ex quo ferè omnia hæc ſunt deriuata, his verbis loquentem intelligamus:* κατὰ μὲν τοὺς πρώτους δύο μῆνας, ὀλίγον ἐπισπᾶται τοῦ αἵματος εἰς ἑαυτὸ τὸ ἔμβρυον, ὡς ἂν ἔτι μικρότατον ὑπάρχον, ὅταν μηδ᾽ ἔμβρυον ἤδη πω καλῆται, κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ἀλλ᾽ ἔτι κύημα, *id eſt, in primis ſanè duobus menſibus fœtus pauxillum ſanguinis ad ſe attrahit, vt qui minimus adhuc exiſtat, quando ne fœtus quidem tunc appellari debet, ſed potius conceptum. Et reliqua verba Pauli in Galeno ordine inuenies.*

κύημα Conceptũ.

Remedia malaciæ ſtomachi. Iam labor & longior. *Remedium eſt faſtidij, & malaciæ ſtomachi, quæ prauos cibos & alienos à natura appetit, verum malaciæ magis. Græcè eſt in omnibus exemplaribus cùm impreſsis, tum manu ſcriptis quotquot mihi videre contigit, εὔσιτοι δὲ καὶ οἱ πόνοι &c. Hoc eſt ad verbum, bene commeſſe faciunt & labores. quod perinde eſt ac ſi dicas bonorum ciborum appetentiam faciunt: vt qui ſuperfluitatem ac redundantiam humorum diſcutiant, vnde prauorum excitatur appetitus. Sed parum refert, an εὔθετοι legas.*

εὔσιτοι.

ἀταλαιπώρως. Quæ verò mulier citra labores. *Græcè eſt ἀταλαιπώρως, id eſt, ſine exercitio aut labore. Nam ταλαιπωρία laborem & negocia vitæ apud Hippocratem ſignificat.*

ταλαιπωρία.

Acria. Verùm acria. *Vt piper, gingiber, naſturcium, aliáque id genus quæ calore ſuo ſtomachi ſuperflua conſumant.*

Oedemata. *Tumores ex pituitoſo humore collecti, qui digitis prementibus cedunt: variis etiam morbis ſuperueniunt. Vide Galenum de Tumoribus præter naturam.*

Lauantur. *Græcus codex impreſſus pro καταννίζειν κατανίζειν habet. Superfundere etiam ſignificat.*

De Nutrice. *Cap.* II.

DEligi nutrix debet, nulli morbo obnoxia, ætate nec vetula nimiùm, nec adoleſcens, ita vt iunior quinq; & viginti annos compleuerit, grandior quinque & triginta non excedat: pectore ſit amplo, mammis magnis, papillis neque conniuentibus neq; aueiſis: reliquo corpore nec admodum obeſo, nec nimiùm gracili. Prætereà magnum eſt infanti cõmodum, ſi nutrix non multò antè pepererit, maiusq́; ſi maſculum. Vitanda ei ſunt admodùm ſiccantia, ſalſa, acria, acerba, acida, amara, & valdè calefacientia. Item odores tum fœdi, tum ſuaues præter modum, condimenta, aliaq́; acria nocent. Ad hæc venere nutrix abſtineat, manus humerosq́; molendo texendoq́; exerceat: puerum vlnis geſtet, treis iam menſes quatuórve natum.

ANNOTATIONES ANDERNACI.

Ætate nec nimiùm. *Ex hac clauſula Græca μήτε δὲ νεωτέρα, reddidi: nec nimiùm adoleſcens, hoc eſt, quæ ſit in ipſo vigore ætatis: quo nimirùm corpus abſolutum iam eſt, & copioſo abundat ſanguine. Sin infrà viginti quinque ſit annos, nempe adoleſcens, corpus adhuc increſcit, & alimentum minùs habet perfectum. Eóque νεωτέρα verti adoleſcens. Nam ab anno quartodecimo*

Mulier adoleſcens.

vſq;

vſque vigeſimum quintum, ætas vocatur adoleſcentia. Ab anno trigeſimo quinto, multis ſolent menſes ceſſare, aut omnino pauci fluere, eóque alimento minus ad fœtum alendum abundant.

Nutrix non multò ante. *Quia ſanguis tunc vbertim ad mammas confluit. vnde lac copioſius etiam ſuppeditatur.*

Maſculum. *Hippocraticum eſt. propterea quòd laborato magis, probóque nutrimento ex ſanguine pollet, & minus excremento.*

Condimenta. *Sic dicuntur quæ liquoribus quibuſdam vt aceto & ſapæ, aliíſque condiendis induntur aromata, ſiue ſemina odorata, quod genus ſunt cuminum, aniſum, fœniculum: Græcis dicuntur ἀρτύσεις & ἀρτύματα. Lege in textu τὰς ἐπισήμους εὐωδίας καὶ ἀρτύσεις, pro τὰς ἐπισίμους.* ἀρτύματα. ἀρτύσεις. Condimenta.

Venere nutrix. *Galeni præceptum ex primo de ſanitate tuenda: quia ex hac menſes prouocantur, & lac odoris gratiam in deterius mutat.*

Manus humeróſque. *Exercitationem nutrici idoneam præſcribit: qua videlicet partes ſuperiores agitatæ ſanguinem copioſum lacti generando ſuggerunt. Dicit enim Galenus ſanguinem optimum gigni exercitatione moderata, cibis tum boni ſucci, tum iuſto tempore modóque aſſumptis. Præterea potione tempeſtiua, modicéque ſumpta. Græcè eſt, ἀλείτω, id eſt, molat.*

De lacte nutricis. *Cap. III.*

LAudatiſſimum lac eſt, moderatum ſpiſſitudine, copia, colore, odore, & guſtu. Commendatur & quod in vnguem pollicis inſtillatum, eo inclinato ad lucem, neq; ſubitò, neque tardè videtur defluere. Iam verò in hunc modum probari poteſt: infuſo lacti in vas vitreum coaguli exiguum admiſcetur, digitíſque agitatur, in quo poſtquam concreuerit, inſpicietur, num caſei portio minor quàm ſerum fuerit. hoc enim lac inutile eſt: contrarium huic, concoctu contumax: probatiſſimum quod vtraque habet mediocria. *Lactis boni notæ.*

ANNOTATIONES CORNARII.

g *Græca ſic legantur.* χρήσιμον δ' ἐστὶ καὶ τὸ ἐπὶ τοῦ ὄνυχος ἐνσταζόμενον τοῦ μεγάλου δακτύλου, ὑπὸ τὴν αὐγὴν θεωρούμενον, ὅταν ἐν τῷ κάμπτειν τὸν ὄνυχα μήτε ταχέως, μήτε βραδέως ἀποῤῥέῃ. χρήσιμον δὲ δοκιμάζειν καὶ οὕτως. Horum verborum ſententiam Dioſcorides ita expreſſit: ἐστὶ δὲ καλὸν γάλα τὸ ὁμαλὸν τῇ παχύτητι, καὶ συστρεφόμενον ὅταν ἐνσταγῇ ὄνυχι, hoc eſt, quod in orbem obuoluitur, vbi vngui inſtillatum fuerit.

Lauda

Laudatiſsimum. *Gale. lib. 1. de Sanitate tuenda ad verbum omnia comprehendit. De vngui autem, ex Dioſcoride lib. ij. ſumptum eſt. Quod autem ad lucem debeat inclinari, de ſuo Paulus adiecit: quemadmodùm etiam de probatione.*

Quomodo lac vitiatum corrigatur.

CAP. IIII.

LAc vitiatum hoc modo corrigi debet: ſi craſsius fuerit, pituita vomitu elicietur, qui optimè oxymelite epoto citatur: laboribus etiam cibum præcedentibus eadem extenuabitur. Tunc nimirùm in cibo conducunt, origanum, hyſſopum, ſatureia, ſcandix & thymus, item raphani momentum, vetusq́ue ſalſamentum cum oxymelite. At ſi acrius tenuiusq́ue lac euaſerit, multis quidem tunc laboribus nutricem leuare, ſorbitionibus autem & carnibus ſuillis, ſapæq́ue & vini dulcis potu reficere conuenit. Si lac fuerit imminutum, ſorbitionibus & pleniori modo ſuſtentanda eſt, vinum dulce potui dabitur: pectus & mamillas perfricare oportet. Iiſdem cucurbitula quoque defixa abundè præſtitit. Medicamenta verò etſi lacti generando proficere quidem aliquid ſciam, non tamen frequenter ipſis vti præceperim[h], vt quæ violentius conſumant. eſt autem fœniculi radix, & ſemen, ptiſanæ incocta: item cytiſi folia ex vino nigro aut ptiſana: melanthium in paſſo & anethum, paſtinacæ radix atque ſemē, quæ calida priùs irroratis admouenda ſunt. Omni verò lacte vitioſo, ſiue craſſum, ſiue acre fuerit & fœtidum, prius emulcto, puer mamillis admouendus eſt. Lac autem acre nunquam ieiuno adhiberi debet, fœtorem eius vinum odoratum & cibi dulces emendare poſſunt. Porro de caſeato lacte tertio volumine in capite de mamillis tractabimus.

Lac generantia noxia.

ANNOTATIONES CORNARII.

h *Violentius enim colliquant.*

ANNOTATIONES ANDERNACI.

Lac viciatum. *Ex quinto Oribaſij tranſcripta ſunt remedia, nimirùm lactis viciati: quæ tum corporis totius purgatione, tum victus ratione conſtant.*

Oxymelite. *Hic vomitus facillimus eſt, aliquando additur radicula, quæ raphanus dicitur, minutim conciſa horis duabus in oxymelite madeſcit. Deinde ea proiecta, oxymeli aſſumitur. Vel radiculam*

culam eſſe oportet, deinde aquam tepidam bibere. Valentiores vomitus ciendi modi ſeptimo libro traduntur.

Laboribus. *Nam exercitatio calorem prouocat: qui frigidum, viſcoſumq; humorem calefacit, extenuátque.*

Cibum præcedentibus. *Alioqui plus noxæ quàm commodi afferrent: imò plus pituitæ generarent, dum videlicet cibum prius quàm eſſet concoctus, in membra digererent.*

Salſamentum. *Græcè τάριχος eſt, quod conditam thymni carnem ſignificat. Cuius generis & Cybia ſunt: quo nomine Plinius Pelamidem conciſam appellat. Pelamidem verò Thymnum, qui nondum attigerit annum. Idem à recenti partu Cordyla dicitur.* τάριχος.

Carnibus ſuillis. *Ad obtundendam nimirùm humoris bilioſi acrimoniam. Nam humida & craſſi ſucci, his qui concoquere poſſunt, vtiliſſima. Habet autem viſcoſi aliquid, quò iecur & renes obſtruat: cætera ex omnium animantium genere quæ pedibus fidunt, vt ait Galenus, ſaluberrima. Porrò indiſtinctè dixit Paulus carnibus ſuillis, cuius putà ætatis eſſe velit omittens. Nam floridæ ætatis hominibus ac ſeſe exercentibus iuſta magnitudine adulti: inclinantibus, qui adhuc increſcunt, porculi conueniunt. Minimorum caro excrementis generandis eſt: vetulorum ſiccitate, & duritia diſplicet.* Eſus porculorũ pro ſumentis ætate variatur.

Sapæq; & vini dulcis. *Galenus libro περὶ εὐχυμίας καὶ κακοχυμίας, contrarium ferè ſcribit, docens bilioſis, quibus lac acrius tenuiúſque eſſe ſolet vinum dulce nequaquam conuenire. Quid igitur hîc dicemus? ratione alimenti exhiberi. Nam anteà dixerat ἡ τροφὴ δ' ἐξ ἁπάντων ἐστὶν αὐτῶν ἀνάλογος τῷ πάχει. Hoc eſt: Alimentum verò ex omnibus ipſis craſſitie reſpondet: putà qualem ſubſtantiæ craſſitiem obtinent, tale etiam nutrimentum, nempe craſſi ſucci producunt. Sic igitur iis quibus lac tenue eſt, conuenit. Quanquam muliebris etiam ſexus, reſpectu maſculini, frigidior exiſtat: deinde ſanguis tenuis, & ſeroſus eſſe poteſt, acris, non etiam ſtatim bilioſus, ac calidus.*

Cucurbitula etiam. *Vt videlicet ſanguinem ad partes eas ex aliis attrahat. Cautè verò ad mamillas defigenda eſt. Caro enim mollis cùm ſit, facilè intumeſcit, cucurbitulaque repleta difficilè auellitur. Quod ſi hoc acciderit, ſpongia calida illi ſuperponi debet: ſic enim laxatur. Sin minus, pertundetur.*

Melanthium. *Dioſcorides hoc docet lac extrahere. In Græco exemplari legendum quidem Oroſao aſſentior pro γλυκὺ, γλυκεῖ. Melanthium verò apud nullos autores papauer nigrum ſignat.* Melanthiũ quod gith dicitur.

Calida

Calida prius. *Græcè eſt* θερμῷ προσαιονήσαντες *legendum: non*
προσαιο-νεῖν. προσειωνήσαντες. *Dicitur etiam* καταιονήσαντες *à verbo* καταιονεῖν,
quod ſignificat καταντλεῖν, *&* καταχεῖν *Galenus in primo ad Glau-*
καταιονεῖν. *conem eodem modo accipit.*

Prius emulcto. προαμέλξασαι *paßiuè poſitum eſt: cùm medium alioqui ſit.*

Ieiuno. *Hîc propriè poſitum eſt* ἀσίτῳ, *vt facilè intelligas in initio primi capitis pro* ἀσίτους *legendum* ἀποσίτους.

Educatio pueri. Cap. V.

Mel primus infantis cibus. PRimùm infans recèns natus melle nutriri debet: mox lacte, ídque bis die, aut plurimum ter: cùm autem promptè & alacriter puer aſſumit, ac ſpes eſt eum poſſe quod oblatum eſt concoquere, tunc iam & cibus ſolidior rectè datur, qui non ipſum repleat. Ac ſi fortè imprudentibus nobis puer repletus fuerit, ſomniculoſior autem ſtatim & torpidus magis euadat, venter intumeſcat, infletúrque, & vrinæ aquoſiores reddantur, quæ repletionis notæ ſunt, nihil exhibere oportet, donec cibos prius ingeſtos conſumpſerit. Abundè autem fuerit, duobus annis lacte puerum enutrire, inde ad cibos ſolidiores tranſgredi.

ANNOTATIONES ANDERNACI.

Cibus ſolidior. *Galenus primo de ſanitate tuenda puerum vult nutriri lacte, quoad primores dentes emiſerit. Deinde cibo ſolidiore, vtpote pane, leguminibus, carne, ſimilibúſque, ſed omnibus prius com-*
σιτίον. *manſis. Græce tantum eſt* σιτίῳ, *quod per ſe cibum ſimpliciter ſignat, verùm lactis ratione ſolidior intelligendus venit.*

Si autem imprudentibus. *Græcè eſt,* εἰ δὲ λαθόντα πληρωθείη, *id eſt: Si autem latentes repleti fuerint. Sed verbum* λανθάνω *in eiuſmodi locutione rectè conuertitur, imprudentibus nobis, aut neſciis, id quod etiam Budæus annotauit.*

De puſtulis puero obortis, quæ Exanthemata dicuntur. Cap. VI.

PVſtulis, quæ quòd puero per cutem veluti effloreſcunt, Græci ἐξανθήματα nominant, primùm ſanè nullum faceſſere negotium oportet: vbi verò probè ad ſumma eruperint, tunc iam curare tentabimus, balneis, quibus iniiciantur myrtum aut lentiſcum, aut roſa. deinde roſaceo aut lentiſcino vtendum: ceratóque cum ceruſſa, ad hæc nitro abſtergere leuius expedit, nam valentiora non ſuſtinebit. Optimum

verò

verò eſt nutricem dulciori victu vti. Laudatur autem maximè ſi puer etiam ipſe neque pleniore, neque nimis tenui cibo alatur. At ſi venter ipſius non reſpondeat, tunc cibo infuſum ſimul coquere oportet: ſi ne ſic quidem deſcenderit, therebinthinæ inſtar ciceris iniicies. [i] Humectata aluo, milium potiſſimùm offerre conducit.

Aluo pueri ſoluendæ.

ANNOTATIONES CORNARII.

i *At ſi liquidior fuerit aluus.*

ANNOTATIONES ANDERNACI.

Puſtulis, quæ quod puero. *Poſt educationem infantuli morbos enumerat, quibus in ea ætatula conflictari ſolet: vocatque Græcè ἐξανθήματα à verbo ἐξανθεῖν, quod eſt efflorescere.*

Exanthemata.

Ad ſumma eruperint. *ὅταν δὲ ἐπανθήσῃ, quod eſt in extima eruperint. Vt ἐξανθεῖν ſit ſimpliciter ſe in altum promere: ἐπανθεῖν verò iuſta magnitudine & figura per ſumma apparere.*

ἐπανθεῖν.

De tuſsi & grauedine pueri. Cap. VII.

QVod ſi quandoque tuſsicula aut grauedo puerum affligat, melitiſmi dicti adhiberi debent. Conuenit igitur puero liberaliore aqua calida loto, caput ipſius melle copioſo calido illinere, deinde digito linguam leniter premere: multum enim hoc pacto pituitæ vomitu egeret.

ANNOTATIONES ANDERNACI.

Grauedo. *Græcè eſt κόρυζα. Sic enim Celſus lib. 4. interpretatur: qua nimirum pituita ex capite defluens, nares claudit, vocem obtundit, tuſsim mouet.*

κόρυζα. μελιτισμὸς.

Melitiſmi. *Ita dicuntur, ſicut ſinapiſmi, cum melle pars oblinitur, melitiſmus, cum ſinapi, ſinapiſmi.*

Copioſo calido. *In Græco deerat θερμῷ quod eſt calido. Sic enim magis aperit & diſcutit ſi quæ ſunt ſuperflua.*

De gingiuarum pruritu. Cap. VIII.

PRurientibus [k] gingiuis fomento vtendum eſt, & liberali vnctione ex oleo diſcocto, in quo ceræ momentum eliquatum ſit.

ANNOTATIONES CORNARII.

k *Si quis pruritus puerum infeſtarit.*] *Videtur ὀδαξισμὸν de totius corporis pruritu vſurpare, non de eo qui gingiuis contingit, vbi dentes producere pueri propemodum incipiũt, velut Hipp. 3. Aphor. 25. dicit, & οὔλων ὀδαξισμὸν appellat, qui velut Galen. ait, pruritus*

** Odaxeſmus eſt ſuperuacua quædam caro adnata gingiuis ſimilis dentibus. Goup. annotat ex margine cuiuſdam exemplaris.*

quidam

quidam eſt, cum breui quadam offenſa. At hoc loco ὀλαξισμὸς *ſine adiectione* ὅνλων *de totius corporis pruritu dici videtur. Quomodo Gale. vſurpauit lib. 5. de ſanitate tuenda, de pueris pruritum ſentientibus loquens. Ad quem pruritum Pau. hic oleum coctum illinendum præſcribit* ἄπεφθον, *quod* τῷ ἀνέφθῳ *opponitur. Ad gingiuarum autem pruritum ſeq. cap. ſalſamenti veteris carnem probat.*

ANNOTATIONES ANDERNACI.

ἄπεφθον. Diſcocto. *Hoc eſt, probè cocto: quod Græci dicunt* ἄπεφθον.

De dentium ortu. *Cap.* IX.

DEntiunt ſeptimo quidem menſe pueri: experiuntur autem tunc inflammationes gingiuarum, maxillarum, & tendinum, aliquando etiam conuulſiones. Tunc igitur puero nihil dandum, quod mandi poſtulet. digito autem in lauacro gingiuæ continenter contrectari, & gallinaceo adipe vel leporis cerebello emolliri debent. Vbi iam dentes prodierint, ceruix, caput, & maxillæ delicatis lanis puris contegentur, oleoque dulci & calido fouebuntur: idemque meatibus auditoriis inſtillabitur. Cæterùm plenius infantẽ tunc alere, & calida lauare oportet:* & ſi alui profluuium experiatur, tentabimus eam epithematis, quæ præcipuè ſiſtunt contrahere, inſpergendo lanæ cuminum, aut anethum, aut apium.* Salutare eſt etiam ſemen roſarum admiſcere, & ſummatim * calidè deſiccare. At ſi venter nihil reddit, melle in glandis figurã coacto inferius leniter irritabitur, aut* nepita detrita cum melle illinetur. Porrò conuulſionibus puerorum optimè videtur auxiliari * heliotropium in aqua elixum,* ſi puer in hac lauetur. confert & irino aut cyprino, & ſicyonio perungere, & vniuerſum calefacere. Cùm autem exortis dẽtibus digitos mordet vulneratque, bene faciet radicem iridis deraſam, nec admodùm ſiccam, ore continere. Hoc remedium vlceribus quoque opitulatur: butyrumque cum melle illitum adiuuat. Gingiuarum autem pruritus, veteris ſalſamenti caro lenit.

**Alui profluuij in pueris curatio: duplex lectio, prior calefacere & ſiccare. poſterior, calido deſiccare. Goup.*

Latini ſolarem vocant.

Gingiuarũ pruritus.

ANNOTATIONES ANDERNACI.

Tendines. Tendinum. *Quos hîc vocat tendinẽs, conſiderato, an muſculorum buccam mouentium, an neruos à cerebro dentium radicibus adhærentes, vnde ſenſus ipſis communicatur: an tendines alios malis.*

Aniſum. *Impreſsi codices habent* ἄνηθον, *hoc eſt anethum, quod ipſum quoque aluum ſiſtit. Sed Oribaſius habet aniſum.*

Calidè

Calidè. *Non calidis potentia, ſed calidè actu aluus ſiſti debet. Græcè θερμῶς non θερμοῖς legendum.*

De oris vlceribus quæ Aphthæ dicuntur. *Cap.* X.

OBoritur puero etiam vlcus, quod Aphtha vocatur, nũc ſubalbidum, nunc ſubrubrum, aliàs cruſtæ modò nigreſcens, quod omnium periculoſiſſimum & lethale eſt. Remedio erit, iris cum melle, & ſicca inſpirata. Item roſarum folia contuſa, earumq́ue flos, crocum, myrrhæ exiguũ, galla, lacryma thuris & cortex eiuſdem, & ſimul & priuatim ſingula melle tincta: ad hæc mulſa, & mali punici dulcis ſuccus proficit. *Aphthæ puerorum.*

ANNOTAT. ANDERNACI.

Aphthæ. *Celſus libro 2. cap. 1. Proximum eſt vt infantes adhuc pueros ſerpentia vlcera oris, quæ Græci ἄφθας nominant, exerceant. Variis interim coloribus apparent, pro humorum ea gignentium natura.* ἄφθαι.

Ad femorum intertrigines. *Cap.* XI.

FEmorum intertrigines myrtus arida † iuncus anguloſus, & roſæ inſperſæ iuuant. *† alij, cyperus.*

Ad aures humentes. *Cap.* XII.

AVrium humiditates lana ex alumine impoſita, aut mulſum, aut vinum vetus inſtillatum, aut crocum ex vino detritum, deſiccant.

De Siriaſi. *Cap.* XIII.

SIriaſis, eſt inflammatio partium circa cerebrum, eiuſq́ue membranas: concauum in ea fit ſinciput, concaui itidem cum pallore oculi, accedit & corporis totius ſiccitas. Succurrit huic malo vitellus oui ſincipiti cum roſaceo, tomenti modo impoſitus: ſic tamen, vt continuè renouetur.

Aliud ad Siriaſim.

Oportet eidem loco imponere folia [1] herbæ quam Græci heliotropion, † latini ſolarem nuncupãt, cucurbitæ ramẽta, cucumeris, quem peponem dicunt, cutem carni adiacẽtem, aut hortenſis ſolani ſuccum cum roſaceo. *† quod ſcorpiuron vel ſcorpioeides dicitur.*

ANNOTAT. ANDERNACI.

Tomenti modo. *Græcè eſt ἐν τρόπῳ πϊύγματος. Significat autem idem πϊύγμα quod πίλημα, τρόφιον ἐρίε, σύστρεμμα ἐρίων, hoc eſt, hapſus lanæ, vt Celſus ait, vel circulus.* *Goup. πϊύγμα.*

Heliotropion. *Celſo herba ſolaris dicitur. Ab herbariis vulgaribus nouo indito nomine, vocatur herba cancri, cum ſcorpioides*

potius appellaretur. Sed quia ſcorpio incognitus magis eſt, à cancro appellationem traxerunt.

Pepones, Melopepones.

Cucumeris. *Cucumis ſtatim in Pepones, & Melopepones degenerat, figura tantum & quantitate inter ſe diſsidentes: cum magnitudine exceſſere, pepones vocantur, cùm verò rotundi, formam & effigiem mali referunt, facta ex pepone, & malo appellatione.*

CORNARII.

l Græcè habetur ἡλιοτροπίου τοῦ καλουμένου φύλλα. *Vbi deeſt vox* σκορπιούρου. *quod indicat Græcæ orationis ratio, & cõfirmat Dioſcor. qui heliotropium maius, ſcorpiurum appellari ſcribit, & folia ipſius* σειριῶσι παιδίοις ὠφελίμως ἐπιπλάττεσθαι *teſtatur. Aetius item libro 4. cap. 13. expreſsis verbis habet.*

Ratio victus infantium, atq; reliquarum deinceps ætatum, ad vſque declinantes. *Cap.* XIIII.

POſteaquàm lacte nutriri infantes deſierint, liberiore eis modo & ſuo ingenio hilariter viuere permittemus: exercitia autem & alimenta leuiora. Ab anno ſexto & ſeptimo, tum pueri, tum puellæ, literatoribus blandis humaniſque tradentur, tales enim cum animi remiſſione & gratia docẽt. Animi autem relaxatio ad probam corporis educationẽ plurimum adfert momenti. Duodecimum annum egreſſi, ad grammaticos iam & geometras mittendi ſunt, corpuſq; eorum exercere oportet. A quartodecimo vſque ad primum & vigeſimum, mathematicis diſciplinis & ſapientiæ ſtudio incumbent: exercitiis pluribus propter corporis robur credentur, vt & animo & corpore laborantes, à libidinis impetu coërceantur: his etiam vinum circuncidendum eſt. Ætate florentibus educatio abſoluta tum animi tum corporis congruit. eoque exercitiis omnibus, præſertim quibus quiſque aſſueuit vtendum, cibo pleniore & valenti. Declinantibus autem remiſſa competit & animi & corporis educatio. Exercitia enim qualiacunque fuerint pro horum ratione imminuere oportet: alimento detrahendũ, vt quorum habitus iam frigeſcere incipiat.

Animi remiſsionis vtilitas.

Aetatum victus.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Iam victus rationem præſcribit ab infantia vſque ad ætatem declinantem, quæ non tam ex Medicina, quàm Philoſophia petita eſt: qui mos eſt etiam Galeno, vt non ſolùm corpus, ſed animum quoque curet.

Liberiore.

Liberiore. *Græcè eſt ἐν ἀνέσει, hoc eſt, cum animi remiſſione, à verbo ἀνίημι, quod eſt, licentia permitto, aut ſolutè indulgeo.*

Leuiora. *Græcè quidem τροφὰς αὐτοῖς προσφέρειν ἐλαφρῶς, hoc eſt, alimenta ipſis leniter præbere, reddidi ego leuiora: vtrum malis accipe.* ἐλαφρῶς

De frictione præparatoria, quæ Paraſceuaſtice dicitur.

CAP. XV.

ANte exercitationem corpus mediocriter calefacere oportet frictione linteis adhibita, deinde nudis manibus oleo intinctis perfricare, vſque dum bene incaleſcat emolliaturque, colore viuido rubeſcat, & in tumorem attollatur.

De exercitatione. *Cap.* XVI.

EXercitatio motus eſt vehemens: vehementiæ autem finis eſt, reſpiratio crebra. Id verò commodi præſtat, quòd parteis inſtrumentarias morbis non opportunas efficit, & functionibus obeundis validas: prætereà vt alimenta fortius attrahant, promptius immutent, & liberaliùs reficiantur, caloris beneficio quem illa excitauit. adde quòd meatus expurget, recrementa, propter validam ſpiritus motionem, expellat. Quoniam igitur alimentorum per corpus membratim digeſtionẽ adiuuat, nõ debet crudi incoctique, ſiue cibi † ſiue humoris copia, in ventre, aut vaſis contineri. periculum enim eſt, ne priuſquàm probè fuerint concocti, in vniuerſas animantis particulas diſtrahantur. Vnde manifeſtò liquet exercitationẽ cibum præcedere oportere. Notæ autem quę opportunitatem laboris ſubeundi oſtendant, ex vrinarum colore petuntur: etenim aquoſa nondum coctum humorem qui ex vẽtre diſtributus eſt, ſignificat: rufa autem & biliosa, iampridem elaboratum eſſe notat: mediocriter pallida, concoctionem modò factam indicat. Tunc igitur ad exercitia veniendum eſt depoſitis prius recrementis: tùm quæ in veſica, tùm quæ in aluo continentur.

† ſiue excrementi, vt in quibuſdã exẽplaribus legitur.

Goup.

Excercitatio ante cibum.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Exercitatio. *Totum hoc caput ex ſecundo Galeni de ſanitate tuenda tranſcriptum eſt: ex quinto verò Oribaſij. in eodem verò hæc clauſula aliter legitur. Græcus codex Pauli impreſſus habet:* δεῖ μήτε πλῆθος ὠμῶν, καὶ ἀπέπτων, μήτε σιτίων, μήτε χυμῶν, ἢ κατὰ τὴν κοιλίαν ἢ ἐν τοῖς ἐντέροις, *hoc eſt: Non debet crudi, incoctiq; ſiue cibi, ſiue humoris copia aut in ventre, aut in inteſtinis contineri:*

pro ἐν τοῖς ἐντέροις Galen. habet ἐν τοῖς ἀγγείοις, quod eſt in vaſis: cui lectioni ego aſſentior. Inteſtina ſiquidem concoctioni propriè dicata non ſunt: deinde ventris dictione etiam ipſa comprehenduntur. Verùm vt concoctio altera in ventre, altera in vaſis adminiſtratur: ita diſtributio ex inteſtinis prima: altera ex vaſis obitur.

Vnde manifeſtò liquet. *Galenus libro de Sanitate tuenda, iam citato & lib. περὶ εὐχυμίας καὶ κακοχυμίας ſimillimam habet ſententiam.*

Modò factam. *Galenus addit, ſecundam, vt ſit mediocriter pallida concoctionem ſecundam (nempe quæ in venis fit) modò factam ſignificat. Omiſit Paulus ſecundam, quia ex vrina iudicium non niſi de ſecunda concoctione ſumitur.*

De exercitationum generibus. *Cap.* XVII.

Exercitationes variæ.

OMnis exercitationis commune eſt, quod animali ex ipſo caloris augmentum excitat. Singulæ autem exercitationes proprium habent officium, valida ſanè, hoc eſt, violẽta, muſculis & neruis robur præſtat. [m] cuius generis eſt quum quis fodit, & maximo onere ſublato aut eodem loco manet, aut paululum procedit: item accliuis ambulatio huius quoque generis exiſtit: prætereà per funem manibus apprehenſum ſcandere, aliáque plurima conſimilia. Celeris autem exercitatio citra robur violentiamque peragitur: id genus ſunt, curſus, vmbratilis armorũ meditatio, aut quùm duo ſummis manibus concertant, tùm quæ per corycum & paruam pilam fit exercitatio. Compoſita autem ex valida & celeri, quando quas validas diximus, iis omnibus vt vehementibus vti licet, motus modo celeritatem adiicias. Prætereà per alias exercitationes lumbi magis quàm brachia crurá ve laborant: per alias ſpina tota, aut thorax tantum, aut pulmo. Exerceri verò oportet quouſque corpus in tumorem attollatur & rubeſcat [n], motus promptè æquabiliter & concinnè ædat. Inter hæc autem ſudorem cum calido vapore mixtum cernes. Pauſandum verò ab exercitatione tũc primum eſt, quùm aliquod horum fuerit immutatum, nempe ſi contractior corporis moles videbitur, ilico deſiſtendũ eſt: ſimiliter quùm coloris gratia deperit, ceſſare oportet. Quinetiam quùm motus remittere quippiam cernitur, protinus deſinere conueniet. Itidem ſi in ſudore vlla qualitatis eius, aut quantitatis mutatio accidat: quum enim is aut minor,

nor, aut frigidior factus intelligitur, tunc deſiſtendũ ſcias. oleo mox corpori ſuperfuſo, Apotherapia vti deinceps oportebit, inde frictionem apotherapeuticam adhibere, vt pædotribæ factitare ſolent.

Apotherapia.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Accliuis deambulatio. *Codex impreſſus vitiatus eſt, habet enim* καὶ οἷον ἄνϑις ἀλύνατο *pro* καὶ οἱ ἄναντες περίπατοι *ex Galeno inſtauratum, vnde hæc omnia tranſcripſit. Eſt autem accliuis ambulatio, cùm quis contra montem, aut loca æditiora inambulat.*

Præterea per alias ex. *Quippè itatio, curſúſque crurum exercitationes ſunt: acrochiriſmi, & ſciomachiæ, brachiorum, ac manuum propria. Lumborum autem, aſſiduè ſe inclinare, & rurſus reuocare. alteres, ſpinæ, thoracis autem & pulmonis, maxime reſpirationes propriæ exercitationes ſunt.*

Exercitationes ſingularũ partium.

Donec rubeſcat. *Hoc eſt dum ſanguis in extimam cutem fuerit euocatus. Id ſignat* ὅταν ἐναυθὴς ὑπάρχῃ. *Hoc eſt cùm floridus, viuidúſque & ruber apparuerit.*

ἐναυθὴς.

Concinnæ. *Malè in Græco* ῥαθυμοὶ, *pro* εὔρυθμοι *legitur. Vide Oribaſium & Galenum.*

Calido vapore. *In codice Græco impreſſo* θερμὸν *ad ſudorem videtur referri. Galenus lib. 2. de ſanitate tuenda legit* θερμῷ, *vt referatur ad vaporem, ſicut nos conuertimus.*

Apotherapia. *Exercitationis omnis pars vltima eſt apotherapia, ceu dicas recreatorie: nam corpus expurgat, & laſſitudinem arcet.*

CORNARII.

m Talia autem ſunt fodere, & maximo onere ſublato, aut in eodem loco manere, aut paululum progredi, ac veluti deambulare. Græca igitur ſic reſtituito. ἢ μένειν κατὰ χώραν, ἢ προβαίνειν μικρὸν καὶ οἷον περιπατεῖν. *Sequitur mox, Huius generis ſunt, & per funem manibus ac pedibus nitendo aſcendere: vt accliuis ambulationis mentio nulla fiat. Et paulò pòſt lege.* καὶ τὸ διὰ κωρύκου, μεγάλης τε καὶ τῆς μικρᾶς σφαίρας γυμνάσιον. *Et per follem, & per magnam ac paruam pilam exercitium. Sic enim Galenus lib. 2. de ſanit. tuen. vnde hæc deſumpta. Eſt autem corycus follis, id eſt pellis inflata, aëre ac vento incluſo turgida. Martialis:*

Ite procul iuuenes, mollis mihi conuenit ætas:
Folle decet pueros ludere, folle ſenes.

n Et quàm diu motus prompti & æquales ac concinni fiunt. Legendum enim, καὶ ἀεὶ κινήσεις ἕτοιμοι, καὶ ὁμαλοὶ, καὶ εὔρυθμοι γίνονται.

De generibus frictionum. Cap. XVIII.

Frictiones variæ.

INter frictiones, dura ligare corpus poteſt: mollis, ſoluere. quapropter quæ ſupra modum reſoluta ſunt, duriter perfricare oportet: quæ autem aſtricta, molliter. At ſi mediocri quis corpore præditus ſit, neque molliter, neque duriter fricandum id eſſe conſtat, ſed quatenus licet vterque exceſſus vitari debet. Siquidem multa & dura frictio, corporis molem deprimit: modica verò & mollis, è contrario implet. Porrò tres quantitatis frictionum differentias, ſi tribus quæ à qualitate ducuntur, iunxeris, nouem coniugationes effeceris, vt ſubiectum eſt. Etenim vna iuxta quantitatem, nempe multa, ſi tribus quæ à qualitate ſumũtur, duræ dico, molli & mediocri, adiungatur, treis ſecundum duritiem differentias efficit: modica rurſus ſi eiſdem tribus addatur, treis alias procreat. At mediocris qualitate eiſdem tribus iuncta, alias treis progignit, vt in formula ſubiecta videre licet.

QVANTITAS		QVALITAS
Multa Multa Multa	&	Dura Mollis Mediocris
Pauca Pauca Pauca	&	Dura Mollis Mediocris
Mediocris Mediocris Mediocris	&	Dura Mollis Mediocris

ANNOTAT. ANDERNACI.

Inter frictiones. *Paulus hoc ex ſecundo Galeni iam dicto libro ad verbum mutuatus eſt. Galenus autem ex commentario Hippocratis, qui inſcribitur,* κατ' ἰατρεῖον, *in hunc modum:* ἀνάτριψις δύναται λῦσαι, δῆσαι, σαρκῶσαι, μινυθῆσαι. ἡ σκληρὴ δῆσαι, ἡ μαλακὴ λῦσαι. ἡ πολλὴ μινυθῆσαι, ἡ μετρίη παχῦναι. *Hoc eſt, frictio poteſt ſoluere, ligare, replere, minuere. Dura ligare, mollis ſoluere, multa minuere.*

ἀνάτριψις.

De vocis exercitatione. Cap. XIX.

Vocis grauis ſonus vtilis.

INter vocis exercitationes [o] ſuauis lenisque modulatio nihil ad ſanitatem tuendam proficit: [p] grauioris autem vocis ſonus vtilis habetur, eoque exercere eum oportet. Ita enim aër copioſiſſimus inſpiratu in corpus attractus, thoraceem,

tem, ventrem, & meatus totius corporis diducit, dilatat, aperitque. Quapropter ipſa lectione humiditates, quæ redundant, excernit. fortiùs [q] igitur legentibus, magis & per ſudores: leniùs autem, per latentem totius corporis perſpiratum. Accidit enim propter extenuationem multa recrementa, nempè ſputa, mucos & pituitam, per ſcreatum excerni conſumíque. Iis verò qui propter frigiditatem excalfieri deſiderant, quodnam aliud præſentius remedium eſſe potuerit, quàm functio quæ reſpiratione peragitur? Conſilium igitur eſt, hos frequenter legere, vt toto corpore relaxato, fuſáque carne, [r] arteriam & alios ſpiritus tranſitus ſtudioſè rarefacientes, per grauiores vocis actiones modulentur. Vti autem oportet vocis officio neque temerè, neque inconſideratè: ſed quùm nec vitioſis corruptíſque humoribus repleti ſunt, neque magnæ & euidentes ſtomachi cruditates apparent, ad vocis exercitationem accedendum eſt, ne [s] corrupti vapores per corpus largiùs diſtribuantur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Inter vocis exer. *Hoc eſt ex quinto Oribaſij tranſcriptum. Galenus huius exercitationis ferè non meminit. Eſt autem dictio Græca ἀναφώνησις, quæ ſignat exclamationem vociferationemq́;: qualis in cantu editur, & lectione clara, orationeq́;. Verbum ἀναφωνεῖν pro voce contendere interpretari potes.* ἀναφώνησις.

CORNARII.

o *iucunda ac concinna modulatio. pro ἡ μὲν εὐμέλεια χρηστοφωνία, legendum ἡ μὲν ἐμμέλεια καὶ χρηστοφωνία.*

p *pro ὁ γὰρ τῶν βαρυτέρων ἤχων φθόγγος, legendum βαρυτέρων φθόγγων ἦχος.*

q *Legito Græcè τοῖς μὲν συντονώτερον ἀναγινώσκουσι pro τοῖς μὲν οὖν τονώτερον.*

r *ita vt de induſtria arteriam, ac reliquos ſpiritus tranſitus, ad raritatem diſparemus, & grauiores voces ſonemus. Græcè ſic legas. καὶ τὰς βαρυτέρας φθέγγεσθαι φωνάς. χρηστέον γὰρ ταῖς διὰ τῆς φωνῆς ἐνεργείαις.*

s *ne maior diſtributio corruptorum humorum ac vaporum in corpus fiat. Integra dictio χυμῶν deeſt. Sic enim legendum ὅπως ἂν μὴ πλείων ἀνάδοσις τῶν διεφθαρμένων χυμῶν ἢ ἀτμῶν, &c.*

De laſsitudinibus ob exercitationem. Cap. XX. *Laſsitudinis ſpecies quatuor.*

VLceroſa laſſitudo ab excrementorũ tenuium ſimul & acrium copia contrahitur. Tenſoria nullum quidem

excrementum, cuius ratio aliqua ſit habenda, in corpore contineri indicat, ſed in muſculis neruiſque affectus quidam quo tendi videntur, reſidet. Ea verò quæ inflammationis ſpeciem præ ſe fert, in qua nimirum ceu contuſas, aut inflammatione obſeſſas parteis ſentimus, tunc ſolet incidere, quum [t] muſculi impendiò excalfacti, aliquid ex circumfuſis ſibi recrementis attraxerunt. Eſt & alia quædam præter has quarta affectio, quæ oritur, quum muſculi ſupra quàm par eſt, ſiccãtur, ita vt veſtibus exutis ſqualens corpus contractũmque appareat, atque ad motus pigrum. Remedium vlceroſæ laſſitudinis eſt, ſi quæ redundant, euapores frictione multa molliq; cum oleo copioſiore, quod omnis aſtrictionis ſit expers. Altera laſſitudo in qua tenſio ſentitur, hoc pro curatione deſiderat, vt relaxetur. ſanè relaxatur quod diſtentum eſt, pauca & molli frictione, eaque ex oleo dulci atq; egelido: item intermiſſione omnino, quiete, balneis temperatis, atque in calida, mora longiori: adeò ſi bis térue ipſum laues, plus profeceris. Tertiæ laſſitudinis inflammatoriæ curationis conſilium, ad tria dirigitur, nempe, ſuperuacanei euacuationem, extenti remiſſionem & inflammationis refrigerium: itaq; & oleum copioſum tepidumq;, & frictiones molliſſimæ, & lenta in temperatis aquis mora, eiuſmodi laſſitudines perſanant. pari modo & multa quies, vnctiones aſſiduæ. Quarta affectio [u] nihil ſanè à priori conſuetudine immutari poſtulat, niſi calidiorẽ aquam quæ ſenſim [x] contrahat: altero die, apotherapiæ exercitationẽ [y] protinus autem in lauacra frigidi ſolij exiliant. † omnes autem qui laſſitudinibus laborant, cibo boni ſucci refici debent.

† Melior hæc lectio, quàm veteris cuiuſdã codicis, quæ ſic habet. Si ſimul atque balneo exceſſerint, cibo indigẽt. Goup.

Laßitudines.

ANNOTAT[redacted]NDERNACI.

Vlceroſa. *Exercitationum genera perſecutus, nunc ea quæ illis ſuperuenire ſolent, enumerat. Sunt itaque laßitudinis tres numero differentiæ, vlceroſa, tenſoria, & inflammatoria, ſeu vt Græcè dicam,* φλεγμονώδης. *in tertio Galeni de ſanitate tuenda ad verbum explicat.*

Quo tendi videntur. *Græcè impreßi codices,* τήκεσθαι, *quod eſt liquari, conſumique habent, pro* τείνεσθαι. *In eodem capite* χαλᾶται δὲ συντεταγμένον *pro* χαλᾶται δὲ συντεταμένον, *quod eſt, ſanè laxatur, quod diſtentum eſt.*

Oleo dulci atque egelido. *Hoc eſt: Ex maturis oliuis quarum*

baccæ

baccæ iam nigreſcere inceperint, druppas appellant, confecto. Egelido, hoc eſt tepido, vt ſoli expoſitum fieri ſolet. Id Græca dictio videtur innuere εἱληθερεῖς ſi Grammaticis credimus, qui exponunt ὑπ' ἡλίου θερμανθέντος. id eſt à ſole excalfacto. Quid ſi hyems, aut frigidum alioqui tempus ſit: quo ſol non ſolet, aut certè parum nos excalfacere, tunc ne etiam ſoli erit exponendum vt incaleſcat. Neque enim pro tepido tantùm ponitur, vt quidam volunt. Celſus egelidum in eodem ſenſu quo ego multis in locis vſurpat: vt lib. 4. cap. 11. Neque ea ipſa frigida, ſed potius egelida dãda eſt. Quomodo etiam Linacer eundem locum in Galenum ante me vertit, qui antea corrigendus erat. Scio quidem apud veteres in vſu fuiſſe poſt laſsitudinem vnctionem, vel in ſole, vel ad ignem, ſi hoc pacto velit quis intelligere εἱληθερεῖς, verùm hoc omni tempore non eſt perpetuum. Druppæ. εἱληθερεῖς. Tepidum. Egelidum.

Vnctio. *Non eſt in Græcis codicibus impreſsis: aliquot autem ſcripti manu habent, & ſenſus exigit. Quid enim eſt, ſi referatur hæc dictio, continua, ad quietem. Multa quidem eſſe debet: non tamen perpetua, quod συνεχὴς ſignificat. Iam Galenus ipſe & Oribaſius habent, ἄλειφη συνεχὴς, hoc eſt, vnctio continua. Legendum itaque in Paulo pro μάλιστα συνεχὴς. quod eſt maximè continua, ἀλείμματα συνεχῆ, vnctiones aſsiduæ.*

Apotherapiæ exercitationem. *Quæ tum in motu, tum in frictione, & pauca, & mollis, & tarda ſit: præterea ſolium ſimiliter calidum. Protinus autem in lauacra frigida exiliant, vt nimirum ipſis robur, in cute vnà cum calore conſtet, quemadmodum ait Galenus libro tertio de ſanitate tuenda. Lege in codice Græco, ἐν τοῖς λουτροῖς ἐκ τῆς, &c.*

Boni ſucci. *In codicibus impreſsis perperam habetur εὐθὺς pro εὐχύμου.*

[redacted] I.

u pro *ἐνθερμανθέντες ἱκανῶς, lege ἐνθερμανθέντες οἱ μῦες.*

v in prima quidem die nihil, &c.

x vt leuiter cutem conſtringat. Vbi enim legitur ὡς συνάγειν ἀτρέμα, deeſt vox τὸ δέρμα, quæ omnino adſcribenda eſt.

y exiliant autem ſtatim in balneis in frigida aquæ ſolia. Omnes porrò laſſati boni ſucci cibo opus habent. Legendum enim Græcè, ἐμπηδάτωσαν ἢ εὐθέως ἐν τοῖς λουτροῖς εἰς τὰς ψυχρὰς δεξαμενὰς εὐχύμου ἢ ἅπαντες οἱ κεκοπωμένοι δέονται τροφῆς. Vide Galen. libro 3. de ſanit. tuen.

De cute aſtricta. Cap. XXI.

Stegnoſis

ASTrictio (quam Græci Stegnoſin vocant) accidit, aut obſtructis, aut denſatis meatibus. obſtructio quidem, ex copioſis craſſiſque humoribus crudis cōcoctionémque non expertis, oritur: denſatio autem, ab iis quæ refrigerant, aut aſtringunt, aut deſiccant. Ac deprehenditur ſanè iam dictus affectus, ſtatim vbi ſe éxuerint, ex colore albo, & cutis tum duritie, tum denſitate: tum quòd in ipſa exercitatione vix incaleſcant. Succurrit huic affectioni calefactio, quæ valentiore exercitio, balneíſque calidioribus petenda eſt. Mora verò in frigido ſolio diuturna non ſit: imò nec ipſa aqua nimium ſit frigida. Vbi veſteis ſunt induturi, vngentur aliquo, quod mediocriter calfaciat, oleo, dulci ac tenui. Cutis autem denſitatem abundè etiam ſanat oleū anethinum, præſertim ſi viride fuerit anethum, oleúmque ex populo nigra confectum.

ANNOTAT. ANDERNACI.

στέγνωσις quid.

Aſtrictio. *Galenus lib.* 3. *de ſanitate tuenda inquit, Voco ita meatuum cutis vitium, quo ſuperuacua tranſmittere prohibetur.* στέγνωσις *Græcis appellatur.*

Acopum ex populo nigra.

Oleúmque ex. *Hoc Oribaſio debet. Is enim lib.* 5. *ad verbum ex Galeno prius mutuatus erat. Verùm in hoc diſſentiunt, Paulus habet* αἰγείρινον ἔλαιον*, hoc eſt, oleum ex populo nigra confectum, Oribaſius* ἄκοπον αἰγείρινον. *Galenus acopon ex abietis ſemine,* τὸ διὰ τοῦ σπέρματος τῆς ἐλάτης ἄκοπον. *Habes apud Paulum lib.* 7. *acopon ex abiete, acopon ex populo nigra, & oleum ex eadem populo, omnia eiuſdem facultatis. Nam loco fructus abietis, nigræ populi fructus æqua portio, apud eundem autorem ponitur.*

De ſpontaneis laßitudinibus. Cap. XXII.

Spontaneæ laßitudines

QVoniam vlceroſa laſſitudo ex acrium recrementorum vitio contrahitur, ſiquidem paucus omnino vitioſus humor fuerit, apotherapiæ exercitatio ſuffecerit: ſi copioſior, & altius in corpore redundarit, eiuſmodi malo obnoxiis, nec exercitationem, nec vllum omnino motum iniūgemus, ſed quiete, ſomnóq; recreatos abſtinere cibo totū diē cogemus, deinde veſperi pinguiter vnctis, temperatóq; balneo lauatis, cibum boni ſucci & ſorbilem modicū dabimus, non tamen à vino eos arcentes. Hoc enim ſemicrudos humores, ſi aliquid aliud, concoquit. Si ergo his peractis ſymptoma conquieuerit, ad conſueta munia paulatim reducen-

Vini concoctrix vis.

ſcendi ſunt: ſin in poſterum etiam diem remaneat, de valentiore iam remedio conſiderandũ eſt. Si enim vires conſtent, duorum alterum, aut ſanguis mittendus eſt, aut purgatio exhibenda, ſed ita vt diſcernamus, vtrum magis expediat. Quòd ſi vires inualidę ſint, ſanguinem dimittere haud quaquàm oportet, ſed deiectionem mediocrem tentare. At ſi crudi humores omnino fuerint, neque ſanguinis detractio, neque purgatio, neque exercitium ex vſu eſt, imò ne mouere quidem in totũ, aut lauare expedit. Tales igitur in quiete omni ſeruandi ſunt, cibis, potionibúſque, & medicamẽtis quæ extenuent, incidántq; ſine manifeſto calore, reficiendi. Pro cibo igitur oxymel, modicum ptiſanæ, nonnunquàm, & mulſæ exhibebitur. Quoniam verò præcordia eiuſmodi omnibus turgida, inflatáque ſunt, ac facilè quicquid aſſumpſerint in flatus conuertitur, ſatius fuerit cũ cibo piperis aliquid offerre. Vtilius autem erit, & medicamento quod dioſpolites dicitur, vti: item diatrion pepereon ſimplici: vtiliſſimúmq; ipſis eſt oxymel. Potui ſument apomel, præſertim vbi coacuit, vináq; leuiter aceſcentia. Cibi erunt qui ſine calore attenuent, cuiuſmodi eſt capparis ſi ex oxymelite, aut oxelæo aſſumatur. Porrò tenſionis laſsitudo quæ ſine exercitiis oboritur, copiam innuit ſolidas corporis parteis diſtendentem. Conſtat autem omnibus, optimum eſſe præſidium quùm ſanguinis copia ſubeſt, aut venam incidere, aut malleolos ſcarificatu ſauciare. Quæ verò inflammationem repræſentat laſſitudo ſpontanea, ea ne paucis quidem horis, nedum duobus, tribúſve diebus eodem tenore conſiſtit, ſed protinus febrem accendit vehementiſsimam, niſi ſanguinis detractione malo priùs occurreris. Præſtiterit autem, ſi fieri queat, bis eodem die ſanguinem detrahere: ac primum quidem ita mittere conuenit, ne animi defectu homo periclitetur: ſecundò autem, ne defectio quidem ipſa formidari debet. At qui ſic affecti ſanguinem non dimiſerint, hi vt periculum euadant ſeruentúrque, bonæ fortunæ beneficio opus habent.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Hoc capite de laſsitudinibus agit, quæ citra exercitationem aut motum corporis ſua ſponte, nempe ex humorum ſuperfluorum copia accedunt. Galenus eas lib. 4. de ſanitate tuenda perſequitur ampliſsimè.

Si his peractis. *Hoc eſt: Si omnibus commemoratis præſidiis malum ceſſerit, ad conſueta munia paulatim tranſeundum eſt. In Paulo deprauata eſt lectio Græca, habetur enim* πρὸς τὰ συνήθη κατὰ λόγον *pro* πρὸς τὰ συνήθη κατὰ ὀλίγον. *Linacer rurſus, conuertit.*

Quando mittendus ſanguis.

Si enim vires conſtent. *Quod eſt, cum ſanguinis plus, ſucci vero mali minùs in corpore redundat. nam in ſanguine vires naturales deprehenduntur. Si igitur paululum vel citra ſanguinem reſtitutum vel vltra proceſſum eſt, audacter mittendus eſt. Si plurimum, nequaquàm.*

At ſi crudi humores. *Hi enim in iecore, & ventre manentes, temporis ſpacio paulatim concoquuntur efficiuntúrque benigni. eóque ſeruari debent, qui tales humores collegerunt, in omni quiete, præcordiis probè fomentorum præſidio munitis, non autem ſanguis debet eis detrahi, quoniam virium robur his non adeſt, vt Galenus ait in* θεραπευτικῷ περὶ φλεβοτομίας *in hanc ſententiam,* οὐ γὰρ ὁπότε πλῆθος ὠμῶν χυμῶν ἤθροισται τοιοῦτον, ὡς κελεύεσθαι φλεβοτομεῖν ὁ λόγος ἐλέγχεται. ῥώμη γὰρ τούτοις δυνάμεως οὐ πάρεστι. *Præterea purgatio his dari non debet, quia concocta, non cruda medicamentis ſolicitare oportet.*

Oxymelitis facultas

Oxymel. *Intellige ſimplex. Id enim cùm ætatibus, tùm naturis vniuerſis, vt ait Galenus, & præcipuè pituitoſis ad ſanitatis ſecuritatem ſeruit vtiliſſimè, dum omnes meatus arctos aperit, vt nuſquàm craſſus, vel glutinoſus humor adhæreſcat.*

Apomeli. *Fit hoc melle à fauis expreſſo, & aqua fontana. Verùm non ſimpliciter ex melle & aqua, vide Galenum lib. 4. de ſanitate tuenda, & Paulum lib. 7.*

Victus ſenum ratio. Cap. XXIII.

Senibus ter die cibus dandus.

SEnectus quùm ſicca, frigidáque exiſtat, per calefacientia, humectantiáque [z] corrigi debet. Frictio itaq; adhibenda eſt, citra laſſitudinem: imbecilliores ter die cibo refici debent; ad tertiam quidem horam, panis exiguo cum melle attico: ſeptima verò hora vbi frictionem, exercitationéſque ipſis cõgruas, & balneum fuerint experti, primùm ſanè quæ aluum emolliunt, aſſument, deindè piſces, aut auiculas, hinc in cœna ea quæ optimi ſucci ſunt, & ægrè corrumpuntur.

Vina ex melle parata.

Non prohibeo item vinis ex melle præparatis vti, præcipuè quibus de calculo in renibus creato, aut etiam podagra ſuſpitio eſt, quando petroſelinum vino rectè iniicitur. At ſi quando pituita in ventriculo contracta, neceſſitas eſt aliqua, quæ eam incidant, deligere, protinus ad humectantem victus rationem digrediẽdum eſt: ac fici maturæ ante alium

cibum

cibum ipſis exhibentur: per hyemem verò, caricæ, ſi nullum in dextra præcordiorum parte ſymptoma accidere ſentiant. At quia ſeroſa pituitoſáq; in ſenili corpore excrementa colliguntur, vrinam quotidie promouere conſilium eſt, & aluum ſubducere, præſertim oleo quod ante cibum abſorbeant. Clarum verò eſt, omnia olera ante cibum ex oleo, garóq; ſumi oportere: itẽ oliuas muria ſeruatas, quas Halmadas dicunt, & damaſcena. *halmades* Quòd ſi venter magis aſtrictus nihil deiecerit, & mercurialis herba, & cnicum abundè ſunt. benefacit etiam reſina terebinthina, interim vnius auellanæ interim duarum triúmve magnitudine ſumpta. *Terebinthina ad aluũ ſuppreſſam.* Iam oleum quibus aluus contracta eſt, per clyſterem vtiliſſimè infunditur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Senectus. *Ex quinto Oribaſij, quintóque Galeni de ſanitate tuẽda. In Paulo autem Græcus codex impreſſus deprauatus eſt, habet enim* ἐπανόρθωσις δ' αὐτοῦ διὰ τῶν θερμαινόντων τε καὶ ὑγραινόντων ἅμα τοῖς θερμαίνουσι, *hoc eſt: Corrigitur autem ea calefacientibus, & humectantibus vnà cum calefacientibus. Superfluum eſt* ἅμα τοῖς θερμαίνουσι.

Frictio. *Cum oleo ſcilicet adhibita, quæ vitale robur excitat, & modicè calefacit, vndè & diſtributio nutrimenti facilior, & nutritio promptior conſequitur.*

Imbecilliores. *Vt qui decrepita potiſſimum ætate ſunt: etſi alij aliis celerius ſenectutis incommoda experiantur. Quicunque igitur vel crudi adhuc ſenes, quos Græci* ὠμογέροντας *appellant, vel decrepiti, imbecilliores viribus exiſtunt naturalibus, ter die cibum aſſument, idq; hanc ob cauſam potiſſimùm: nempe quòd vna vice multum aſſumere nequeunt. Deinde, etiam ſi ſumant, concoquere nequeunt, quare melius eſt cibum partiri in tres vices.* ὠμογέροντες *Viridis ſenectus*

Ac fici maturæ. *Hæ paulò innocentiores immaturis: mediocriter tamen in vſum adhibitæ. Ante cibum alium aſſumi debent, eo quod ſi non citò per aluum deſcendant, corruptionem in ventriculo ſubeunt, & alios ſecum cibos corrumpunt, id quod de omnibus fructibus fugacibus intelligendum eſt.* *Ficus.*

Per hyemem vero caricæ. *Hæ incidendi, extenuandíque vim habent, quo nomine aluum citant, reneſq; expurgant. Cum nucibus verò ſimul commeſtæ ad omnia præſtantiores exiſtunt, atque hinc nonnulli, qui medicamentorum aduerſus lethalia confecturas perſcripſerunt, ficus aridas cum nucibus, & ruta præſumptas omnium*

nium illorum præſens eſſe remedium tradunt.

Si nullum in dextra. *Galenus libello* περὶ εὐχυμίας καὶ κακοχυμίας *inquit:* περὶ ἰσχάδων ἢ δόξειεν ἄν τις ἐναντία λέγων ἀληθεύειν, ὡς κακοχύμους τε ἅμα καὶ εὐχύμους αὐτὰς εἶναι νοσώδεις τε καὶ ὑγιεινὸν ἐχούσας. ἐὰν γὰρ αὗται διεξέρχωνται κατὰ τὴν γαστέρα, καὶ ἡ ἀπ᾽ αὐτῶν ἀναδοθεῖσα τροφὴ, διά τε τοῦ δέρματος, καὶ τῶν νεφρῶν ὑγιειναί τε εἰσὶ καὶ εὔχυμοι βραδύνουσαι ἢ κακοχυμότεραί πως γίνονται. i. *De caricis autem, ſi quis contraria pronunciet, verè dicere cenſeri queat, nempe bono maloq́; eſſe præditas: morbidi cuiuſdam & ſalubris participes. Si nanque per aluum deſcendant, ac alimentū quod ab eis prouenit, in corpus diſtributum, iecur reneſq́; tranſierit, ſalubres ſunt, & ſucci benignioris: ſin remorentur, prauioris quodammodo fiunt. In textu Græco Galeni habes* διά τε τοῦ δέρματος, *quod eſt, per cutem malè pro* διά τε τοῦ ἥπατος.

Ante cibum. *Alui ſubducendæ gratia: quæ etiam oliuis, vt Galen. in cōmentario de alimentis docet, & damaſcenis ſollicitatur.*

CORNARII.

Z *vnà cum calfacientibus.*

De rugoſo corpore. Cap. XXIIII.

Rugas tollentia.

ERugat corpus erui farina, viti albæ miſta.

Aliud ſmegma quo continuè corpus abſtergitur.

FICI pingues ſimul cum bryonia contuſæ, farina erui, combuſta ſepiæ teſta cum mellis momento affuſo.

Quomodo corpus ſuauiter oleat. Cap. XXV.

Odorē corpori conciliantia.

VT corpus bene oleat, eidem vnctioni cupreſſi comam aridam contuſam admiſceto, aut piceæ corticem. Meminiſſe verò debes, vt manè poſtquam corpus veſtimentis munierint, pauxillum caſiæ aut ſabinæ herbæ deguſtent.

Quomodo habitus recaleſcat. Cap. XXVI.

a QVandoquidem verò habitui ſenum ſuccurrere oportet, vtatur dum lauat, puluere calefacienti, aquæ indito, qui conſtat, nepita, ſampſucho, hyſſopo, baccis lauri, rore marino, lapide pyrite, ſale, fæce combuſta, nitro, pumice, pro cuiuſque ratione: item ſinapis, herbæ pediculariæ, & cocci gnidij momento à balneo, Acopo quod calefaciat vtatur. vinum fuluum vetus potet, ſumátq́;. Propoma ex mulſo pipere, ruta, & conſimilibus.

Propomatis potus.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Quandoquidem verò. *Ex quinto Oribaſij ſumptum eſt. Græcus textus deprauatus in Paulo eſt, pro* ἰκανὴν *[illegible] legi debet*

bet ἐπειδὴ δὲ δεῖ τῇ ἕξει, &c. τρῖμμα apud grammaticos, Suidam, Heſichiũ, Budæumq́; noſtrũ pro detrimento accipitur, veluti cùm lapides atterũtur, aliàs aliæ res minutiſsimæ deteruntur. Quid hîc cõmodius erit quàm puluis? qui ex medicamẽtis contritis effectus ſit, & corpori admotus in balneo. Addidi hîc, aquæ indito, ad ſenſum explẽdum.

Sumátque propoma. *Vſus ſum dictione Græca, quod ferè nulla apud Latinos extet, quæ ad vnguem eam referre poſsit. Græci autem vocant προπόματα quæ ex vino fiunt, & melle deſpumato. Vide Paul. lib. 7. cap. 15.* *Propomata.*

CORNARII.

a *Quandoquidem verò etiam habitui opitulari oportet, medicamento defrictorio inſperſili ferueſaciente in balneo, dum lauatur, vtatur. Habeat autem id calaminthам, &c. Principium huius capitis ſic legendum. ἐπειδὴ δὲ δεῖ καὶ τῇ ἕξει ἀρῦναι, ῥίμματι λουόμενος τῷ ξῦστι χρήσθω. Τρῖμμα dixit hîc puluillum ita detritum, vt commodè inſpergi ac affricari corpori poſsit. Talibus autem in balneis vtebantur. Eſt & τρῖμμα ac ὑπότριμμα quo in cibis vſi ſunt & ad placentas, & ad piſces coquendos; videturq́; hîc τρῖμμα non rectè legi, & ῥύμματι pro τρίμματι reponendum eſſe. Sunt autem ῥύμματα eiuſmodi puluilli inſperſiles, ad exterendas corporis ſordes & maculas, aut ad vitiatum colorem tollendum, & bonum reparandum. Ita enim ſequenti cap. 27. dicuntur ἀπὸ τοῦ ῥύπτειν, id eſt ab extergendo. Huius generis ſunt ſaponum genera hodierna, & quæ ſmegmata appellantur. De quorum vſu Gal. in comm. 3. in lib. Hippocr. de vic. in morb. acut. Ac ne κόλληκες quidem alterius quàm ῥυμμάτων ac ῥυπτόντων ſunt generis, niſi quod maioris ac minoris efficaciæ ratione hæc omnia inter ſe differunt, & forma: κόλληκες enim paſtillorum forma conflantur.*

Quomodo color malus emendetur. Cap. XXVII.

CORpus decolaratum pallidúmve vita læta & cibus gratus emendat, miſcetur autem huic radicula, porrum, & viride cicer. Iam mali punici dulcis ſuccus ſorbitionis modo ſumptus, bonum colorem efficit. Proficit etiam oleum cui bryoniæ radix diutius ſit incocta. idem & corporis cutem intendit, erugátque [b]. Iis autem, qui corpori nitorẽ cõciliant miſcere conuenit paſtillos, qui fiunt ex cuiuſdam abſtergentis farina, bulbo, narciſſo, & bryoniæ radice. bene colorant, ſi copia datur, tum radix, tum ſemen amaræ amygdalæ in aqua elixa, qua pro lauacro vtitur. *Bonum colorem inducentia.*

ANNOT

ANNOTAT. ANDERNACI.

Corpus decolaratum. *Vita lætior, citra curas & melancholiam actiones naturales non habet impeditas, vnde ſanguis primùm coqui, deinde toti corpori diſtribui poteſt. Græcè eſt. βί@ ἐφροσύνης, hoc eſt, vita læta, & iucunda: προσλωῆς βρῶσις eſt προσφιλῆς, quod ſignat chara, gratáque commeſtio.*

Paſtillos. *Græca dictio eſt κόλλικας, à nullo ferè grammatico expoſita. Galenus autem ex Hippocrate interpretatus eſt ὀροχίσκους, quod hîc optimè quadrat. Magni alioqui viri in hac voce decepti ſunt, qui pro glutinantibus quibuſdam rebus vſurparint.*

CORNARII.

b *Cæterùm in medicamenta defrictoria admiſcere oportet paſtillos factos ex farina aliqua detergente, & ex bulbo, narciſſi, &c. τοῖς δ' ῥύμμασι μιγνύειν κόλλικας, &c.*

Ad liuores. Cap. XXVIII.

Liuoribus arcendis.

LIueſcere ſenum corpora prohibemus, ſi cutem ipſorum craſſam, & iniuriis haud facilè opportunam, habitúmq; calidiorem reddiderimus. Vt autem celeriùs id aſſequamur, ſale in balneis, ſuper partem quæ nigruerit vti conueniet, eandémque fomentis per ſpongias decocto raphani aut abſinthij immerſas, adiuuare.

Quomodo dentes ab iniuria aſſerantur. Cap. XXIX.

Dentes cõſeruantia.

DEntes ab interitu vindicabis, ſi primùm caueas, ne cibi quos ingeſſeris corruptionem experiantur, adhæc ne continuè vomas, deinde eſcas dentibus incommodas, nempe ficus aridas, mel coctum quòd durum nimis ſit, palmulas vix fragiles, adhæc omnia glutinoſa, quæque adeò frangi contumacia ſunt, vt denteis commoueant. inſuper vitare oportet, quæ denteis ſtupefaciunt, perfrigida cuncta & putrida. Conducit itidem ſecundùm cibum denteis purgare.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Mel coctum. *Exemplaria Græca deprauata ſunt, habent enim καὶ μέλι ἑφθὸν τὸ σκληρὸν ἄγαν, pro τὸ σκληρὸν ἄγαν εἶναι, hoc eſt, quod durum nimis ſit: cauſam addit, cur mel coctum dentibus noceat.*

Quomodo grauis auditus corrigatur. Cap. XXX.

Auditus grauitati corrigendæ.

AD grauem auditum corrigẽdum, vincit primùm meatus per quos audiendi facultas eſt, ſordibus expurgare: per [c] interualla autem linteum dropaci intinctum ipſis demit

demittere, atque prius expreſſum retrahere. ſummè enim meatus purgat, & ſimul auditum auribus reddit. Deinde aliquo erui inſtar inſerto, meatum ad diem obturabis: poſteà ipſo exempto, quotidie oleo amygdalino, aut nardino, aut chamæmelino, aut pingui anſerino, cum exiguo fellis bubuli perunges. Rurſus diebus aliquot interpoſitis, ſinapi, & ficis contritis factum penicillum ad horas duas imponis, inde hoc exempto infundis oleum, quod in aſphodeli radice excauata efferbuerit.

CORNARII.

c *Per temporis autem interuallum linamentum dropace intinctum in ipſum demittere, & appreſſum extrahere. Nam ſimul & meatus expurgatio fit, & ſimul auditus prouocatio. Poſtea lana ad erui magnitudinē obuoluta, &c. Græca igitur ſic corrigito.* Καθιέναι λίνον εἰς αὐτὸν καταβαφὲν τῷ δρώπακι, καὶ προσπιεσθὲν ἐξέλκειν, ἅμα γὰρ τοῦ πόρου ἐκκάθαρσις γίνεται καὶ ἅμα τῆς ἀκοῆς πρόκλησις. μετὰ δὲ τὰ ταῦτα ἔριον ὀρόβου μέγεθος, *&c.*

De oculorum caligine. *Cap.* XXXI.

NE caligine oculi corripiantur, quùm in aquam frigidā te mergis, illos diu in eadem apertos eſſe conueniet. hinc enim robur viſui adiicitur. Lectione verò non te fatigabis, vino craſſo & dulci abſtinebis. ſimiliter cibis qui in ſuperiore ventre diu remorantur, concoctu difficiles, [d] & qui humores lentos, craſſóſque generant: item cauebis erucam, porrum, & omnia quorum acrimonia ſurſum effertur. Vitare etiam oportet ſupinum incubitum diuturnum, frigus, ventos contra oculos flantes, fumum, & puluerem. [e] Iam verò aquam oculis inſtillare quotidie ad menſem totum, iuuat, quæ in hunc modum præparatur, fœniculum viride fictili vaſi extrinſecus picato, cum aqua cœleſti demittitur, deinde exempto fœniculo quod reliquum eſt repones.

Oculis conſeruandis.

fœniculi cremor.

ANNOTAT. ANDERNACI.

In ſuperiore ventre. *Ex quinto Oribaſij tranſcriptum eſt,* ἄνω *verti in ſuperiore ventre, in quo fit concoctio. In eo ſi diutius immorentur, peruicacia ſunt & dura.*

Ventos contrarios. *Nihil oculis magis incommodat quàm ventus contrarius, eóque miror, cur quidam mutauerit* ἐναντίους, *hoc eſt contrarios in* αἰτίους, *quaſi dicas cauſæ authores.*

CORNARII.

d *Et liquidam materiam generant lentam ac craſſam. Græca ſic*

legas. καὶ ὑγρὰν γεννῶσιν ὕλην ἀργὴν καὶ παχύν.

e *Ipſis autem oculis aquam hoc modo factam quotidie inſtillare conuenit. Ad menſem & diei vnius ſpatium, fœniculum viride in vas forinſecus pice oblitum mittito, & aquam pluuiatilem affundito, &c. Huic conuerſioni Græca optimè reſpondent.*

De repletione. *Cap.* XXXII.

PLurimum noxæ ciborum repletio conciliat, quamuis enim probè quippiam ventriculus concoquat, venæ tamen nimiùm repletæ, laborant, diſtenduntur, rumpuntur, obſtruuntur, flatu implentur, & valdè grauantur. deterrimum autem habetur in morbis, venas eſſe repletas. at ventris repletio ſi vrget, interim vomitu quod redundat, interim per aluum excernitur: in totum inualidior hæc, ea eſt quæ venis accidit, non tamen & ipſa admitti debet, ſed ſi quis impendiò plura aſſumpſerit, ſtatim eum vomere oportet. periculum etenim eſt, ne obita concoctione venæ repleantur: magíſque ſi intemperantius cibis continuè aſſumptis, nullam déinde vacuationem experiatur. vomitu igitur ſollicitari debet prius quàm cibi corrumpantur. At ſi aliquid eum impediat, aluus ſoluta frequenter ſuccurrit. ſin minus illa fluxerit, certè diutius dormire & potui aquam calidam frequenter ſumere, conſilium eſt. Vbi iam abundè concoxerit, præſertim aluo largiter fuſa, lauacris fomentíſque adiuuare, ſalſamenti parum ac potionem dilutam exhibere oportet. At ſi neque deſcenderit aluus, neque celeriter obita eſt concoctio, ſed corpus vniuerſum graue, ad motus pigrum, & ſomnolentum fuerit, mens præter rationem quodammodo torpeſcat, venarum repletionem eſſe cognoſcas. Qui verò præter hæc laſſitudine premuntur, eos conquieſcere dum ventriculus ingeſta concoquat, deinde laboribus inanire expedit.

Vomitus ratio.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Plurimum noxæ ciborum. *Similem habet ſententiam Galenus in commentario Aphoriſmorum primo.*

Vomitu igitur. *Poſt vomitum autem os colluendum, dentes oculóſque & totam faciem poſteà præcepit Oribaſius. Id niſi fiat, dentes eis qui vomunt, computreſcere. Sollicitari autem vomitus debet aqua tepida ſtatim aſſumpta.*

πληθώρα. At ſi neque deſcenderit. *Signa repletionis venarum commemorat. At ſanguinis redundantia propriè* πληθώρα *Græcis dicitur.*

πλῆθος.

πλῆθος

πλῆθος pro omnium humorum ſeparatim plenitudine accipitur. πλησμονὴ pro repletione tum potus, tum cibi, & ventris & venarum vſurpatur. *πλησμονή.*

De ebrietate. *Cap.* XXXIII.

EBrietatem vomitus repẽtè obortus diſcutit: item aquam & mulſam liberalius ſuperbibere vincit, atque ſic vomere, vſque dum plurima reiecerint, ac ſtomachi vellicatus obtundatur. à vomitu ſolium ingreſsi copioſè vngentur, reliquo tempore conquieſcent, & accuratè cooperti diutiſſimè dormient, quouſque temulentia diſcutiatur. *Ebrietatis medelæ.*

Quibus cibi corrumpuntur. *Cap.* XXXIIII.

CIbis in ventre vitiatis, ſi quæ corrupta ſunt deiiciuntur, maximum ad ſanitatem eſt compendium: ſin minùs, iis quæ leniter ſubducunt aluus irritanda eſt. Huiuſmodi autem malo affectis vomitus ante cibum [f], vini dulcis potu excitatus, conducit. Nullum prætereà cibum vel nidoroſum, vel graueolentem, vel in totum corruptioni opportunum aſſumere ipſos conſuluerim, ſed ea quæ boni ſucci ſunt deligere. Iam per interualla temporis mediocria aluum ſubducere, ex iis quæ mediocriter purgant, ita affectis confert. *Vinum ad vomitum.*

ANNOTAT. ANDERNACI.

Cibis in ventre. *Hoc ſumptum eſt ex ſexto Galeni de ſanitate tuenda. Fit autem ſæpe, vt cibi corrumpantur, aut nimia copia ingeſti, aut qualitate praua donati, aut tempore incommodo aſſumpti, aut ipſius ventriculi affecti vicio. Quomodo autem corrupta educantur, Galenus amplè docet. Inter cætera vomitum commendat ex vini dulcis potu. Sed Pauli textus impreſſus in omnibus exemplaribus deprauatus eſt, habet enim* διὰ οἴνου πόσεως καὶ γλυκέως, *pro* διὰ οἴνου πόσεως γλυκέος.

Quæ mediocriter purgant. *Sunt enim quædam medicamenta, quæ admodùm grauiter, & magno cum naturæ detrimento purgant. Itaque mediocria hic præcipit, quæ ſæpius per interualla ſumi poſsint: qualis eſt picra dia aloes, cuius compoſitionem habes in ſeptimo deſcriptam.*

CORNARII.

f *Vomitus ante cibum conferunt ex vini potu, & dulci vino ac paſſo inducti.*

De venere. *Cap.* XXXV.

Veneris vtilitas. VEneris hæc ſunt commoda, repletos inanit, corpus agile præſtat, in augmentum promouet, & virile magis efficit. Quantùm verò ad animum ſpectat, impeditam intelligentiæ vim diſſoluit, iratos mitigat, eóq; melancholicis coitus, ſi quid aliud, remedium eſt accommodatiſſimum: item alio modo inſanientibus integritatem ſenſuum reſtituit. Iam ex pituita morbis venus eſt vtiliſſima: cæterùm alij etiã cibum reſpuentes, eius cupiditatem hinc recuperarunt: alij, [g] continuis per ſomnum veneris imaginibus liberati ſunt. Porrò natura veneri idonea eſt calida, & humida, vt quæ reliquis ſalacior ſit. Minimè verò coitum excitat victus qui ſiccat refrigerátq;, ætas ſenilis, tempus autumnale. Quapropter victus ratio humida calidáque adhiberi debet, mediocritas, & laborum, & ciborum. Quemadmodùm verò moderati labores, ita etiam concubitus ipſe mediocris conuenit. Nam & ad opus incitat, & facilitatem quandam conſuetudini præbet. Requirit autem libido, ſi quid aliud, alimenti exuberantiam, eóque cibi potiſſimùm valentis materiæ vtiles ſunt: ex piſcibus autem polypodes, vt qui alioquin etiam ad venerem incitare credantur. his adduntur, molli cute præditi: ex oleribus autem, orminum, eryſimum, eruca, & rapum, quæ in medicamentorum vicem dantur: ex leguminibus proſunt, faba, cicer, ochri & dolichi, & piſæ, quæ præterquàm quòd largiter corpus alunt, flatibus etiam replent.

Venerem ſtimulãtia.

Ruta noxia. Ruta igitur quia flatus diſcutit abolétque, ideo etiam veneris ardorem obtundit. magnificè autem probo vuas, vt quæ humectent, † & ſpiritu ſanguinem repleant, qui in venerem proritat. Quùm igitur concubiturus es, nimiam ſatietatem, cruditatem, laſſitudinem cauebis: item ne vomitus, aut purgatio præceſſerit. ſimiliter repentinum alui profluuium: inueteratum enim fluorem venus deſiccat. At vehemẽtes coëundi cupiditates non laudo, ſed potius reſiſtere eis conſulo, præſertim iis quos morbus aliquis infeſtat. Saluberrimum igitur poſt exercitationem, balneum, moderatúmq; cibum, venerem exercere. ita enim viribus conducit, & [h] frigus obortum minus efficitur. Tempus autem concumbendi opportunum eſt, ſecundùm cibum, vt ſuprà dixi, antequàm ſomnus inuadat. laſſitudo ſiquidem ex coitu contracta, obdormienti ſtatim remittitur. Id verò tempus etiam liberis procre

† Antiqui codices habent corpus flatu implẽt qui ad libidinem exci tat. Goup.

Liberis pro creandis aptũ tempus.

procreãdis accommodum eſt, tum aliis de cauſis, tum quòd mulier conſopita, genituram faciliùs retinet.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Veneris hæc ſunt commoda. *Ex Oribaſij lib. 1. hæc ſunt tranſcripta. Ante commoda autem docet, quibus venus noceat: tum partibus corporis, tum temperaturis. Noxia itaque venus eſt, inquit, pectori, pulmonibus, capiti, & neruis: item ſiccis natura, & frigidis. Caueri etiam debet poſt repletionem, cùm cibi, tum vini, item poſt euacuationem ex vomitu factam: purgationem, & ſi venter ſua ſponte fuerit ſolutus. Prætereà ſi cibus nondum ſit concoctus, aut ſi ægritudo quædam infeſtat.*

Eóque melancholicis. *Vide Ariſtotelem in problematum ſectione 4. ad finem, nimirum quòd flatu redundent. Semen autem deceßio flatus exiſtit. Sed quid de inſanientibus dicemus, an & illi flatus habent? Ego ſanè opinor venerem inſanientibus conuenire, quod ſeminis qualitas quæ virilitatem & vt dicam Græcè θυμὸν homini conciliat, ſi in corporibus alioqui temperamento calidis, copioſior impertiatur, ex θυμοῦ ſolet μανία fieri. Semine autem excreto, animus ille remittitur & qualitas imminuitur. Gal. optimè de veneris vſu ſcribit in commentario qui inſcribitur, ἰατρικὴ τέχνη, cap. 86.*

Cæterùm alij etiam. *Duæ dictiones contrariæ in Græco ponuntur, nempe ἐυσιτότροφοι, & ἄσιτοι, quanquàm impropriè ſi Galeno credimus, ἄσιτοι ponitur pro iis qui faſtidio laborant. Nam id ἀπόσιτοι* ἔυσιτοι
ſignificat, vt ſuperius annotatum eſt. Sed poſitum eſt opinor, vt ἄσιτοι.
ἀσπλάγχνος, hoc eſt, ſine viſceribus, pro eo qui parua viſcera ha- ἀσπλάγχ-
bet, ἄφωνος, hoc eſt, voce carens, pro illo qui paruam vocem edit, νος.
ἔυσιτος cibi appetens. Superius nempe capite primo poſitum videtur ἄφωνος.
pro ἐυσίτους ποιῶν. hoc eſt, cibi cupidos faciens. Nam ἔυσιτοι ἢ καὶ οἱ πόνοι. καὶ αἱ μακρότεραι ἀποδημίαι. Id eſt: Iam verò & labores, & longiores profectiones cibi appetentiam faciunt. Verum alius ἔυθετοι legendum putat.

At vehementes. *Celſus eleganter libro primo hanc ſententiam ex Græcis confirmat his verbis. Concubitus verò, neque nimis concupiſcendus, neque nimis pertimeſcendus eſt. Rarus, corpus excitat, frequens, ſoluit. Cùm autem frequens non numero ſit, ſed natura, ratione ætatis & corporis, ſcire licet eum non inutilem eſſe, quem corporis neque languor, neque dolor ſequitur.*

Antequàm ſomnus inuadat. *Ex Oribaſio hæc particula ſumpta eſt: & videri poßit Galeno contraria. Is enim libro primo de ſanitate tuenda ex Hippocratis ſententia hunc ordinem obſeruat:*

Labor, cibus, potus, ſomnus, venus, & hæc omnia mediocria. Paulus ante ſomnum venerem ineundam cenſet, redditq; rationem non certè inualidam. Sed intelligendum eſt ſecundùm cibum, non ſtatim, ſed concoctione obita: nihil etiam refert, ſi ſomnus aliquis breuior præceſſerit: ſequatur autem prolixior: ex quo vires recolligentur.

Frigus ſuperueniens. *Bifariàm legitur in græcis exemplaribus, Germanicum habet* καὶ ψύξεις αἱ ἐπειγόμεναι, *hoc eſt, frigus vrgens, aut valens. Alia habent* ἐπιγινόμεναι, *quaſi dicas ſuperueniens. Ita quoque Oribaſius habet.*

CORNARII.

g *à ſeminis per ſomnum aſsidua profuſione, &c.*
h *perfrigerationes ab eo vrgentes minùs fiunt.*

Ad eos qui venerem exercere nequeunt.

CAP. XXXVI.

Coitum prouitantia.

NAturalia continuè pingui vngentur, cui adiectum ſit narciſſi radicis momentum, aut cocci gnidij, aut pyrethri, aut herbæ pediculariæ, aut ſeminis vrticæ, aut [i] viticis. Præbibere autem ante venerem oportet piper, aut ſatyrion, aut erucam, aut cnicum, aut ſimul omnia. eſſe confert ante cibum bulbos toſtos, rubentes ac exiguos, cum ſale & oleo, aut ſcillæ marcidæ modicum: item compoſitis aduerſus hoc vitium inſcriptis remediis vtendum eſt: item ſubinde laſciua legere competit.

CORNARII.

i *aut aniſi. Græca conſtanter habent,* ἢ σπέρματος κνίδης, ἢ τοῦ ἄγνου *ſeminis vrticæ aut viticis. Sed quum viticis ſemen & in cibo, & in potu, forinſecus etiam ſubſtratum flatus, diſcutiat, & ideo ad caſtitatem conferre creditum ſit, vnde etiam* ἄγνος *Græcis dicitur, non videtur huic loco competere, fieriq; potuit, vt pro* τοῦ ἀνίσου, τοῦ ἄγνου *vox ſuppoſita ſit.*

De iis qui immodicè coierint. Cap. XXXVII.

Venus immodica.

QVoniam ex immoderata venere corpus rarius, frigidius, ſiccius, & imbecillius euadit, ratio eſt admouere nimirum quæ denſent, calefaciant, humectent, confirméntque. Qui igitur immodico concubitu exhauſti ſunt, veſtimentis calidis operti conquieſcent, ſomnóque ſatis indulgebunt, donec corporis contentio ſubſidat, & illi ab imbecillitate ſeſe recollegerint.

Si

Si ſemen genitale redundat. Cap. XXXVIII.

NOnnulli ſemine copioſo & calido collecto, in venerem proruunt: quod cum in coitu egeſſerint, corpus inualidum & ſtomachum reſolutum obtinent, extenuantur ſiccantúrque, ob quam cauſam ſi rurſus à concubitu abſtinuerint, capite grauantur, & anxij fiunt, déinde ſtatim veneris inſomnia experti eodem modo afficiuntur. Nihil igitur his quod ſemini augendo efficax eſt, ſed potius & cibi & medicamenta quæ id corrumpant, offerri debent, à balneo lumbos oleo roſaceo, melino, & omphacino perungere oportet. *Semen minuentia.* Satius autem eſt oleum cera addita, ne defluat, craſſius efficere, miſceréque ſuccum aliquem refrigerantem, nempe ſemperuiui, ſolani, † cotyledonis & pſillij: *† vmbilici veneris.* ac horum quidem per æſtatem, reliquis autem anni temporibus, tum aliorum, tum lactucæ ſuccum: item lini ſemen quod aqua fuerit incoctum, nam hoc quoque refrigerantem ſuccum exhibet. Ad hæc lamina plumbea lumbis ſubiecta, veneris inſomnia cohibet. Iam herbæ refrigerante vi præditæ ſi cum ruta ſubſternantur, & teneris viticis ſurculis, idem præſtant. Præterea ſemen [k] viticis & rutæ in cibo ſumptum. Cauendum verò eſt, ne lumbis vehementer refrigeratis, renes offendantur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Capite grauantur & anxij fiunt. *Hoc caput ex Oribaſij libro primo tranſcriptum eſt. Vbi etiam Græcè habetur, καὶ ἀσώδεις γίνονται, quod eſt, & anxij fiunt, conflictantúrque. Quod Galenus in commentario libri ſecundi προῤῥητικῶν Hippocratis hoc modo interpretatur.* *ἀσώδης.* *Cùm bifariàm ægrotantes fiant ἀσώδεις, vno quidem modo, quùm virtus à corpore grauatur, nullámque eius figuram ex facili tolerat, altero autem cùm os ventriculi à vicioſis humoribus mordetur, priores quidem affecti ſunt pernicioſi: alteri verò nauſeabundi exiſtunt, &c. Hoc itaque Pauli contextu prior ſignificatio accipienda eſt, non ſecunda: quandoquidem virtus ſeminis copia multùm grauatur. Deductum autem ἀσώδεις eſt ab ἄσην: quæ dictio frequens eſt apud Galenum & Hippocratem,* *ἄσην quid.* *primum δυσφορίαν, ſignans: déinde faſtidium acribus humoribus ſtomachum rodentibus excitatum, vndè & vomitus ἀσώδεις dicitur. Nolo hîc commemorare, quàm multi etiam celebres viri in eius interpretatione ſint decepti. Legendum eſt ἀσώδης, non ἀσσώδης. quod etiam ἀσόμενος dicitur.* *ἀσόμενος.*

Aliorum. *In codicibus Græcis impreſsis habetur ἁλῶν, hoc eſt, ſale, pro ἄλλων, quod eſt, aliorum, quam lectionem & ſenſus, & Galenus in ſexto de ſanitate tuenda approbat. Nos anteà quoque aduertimus.*

Semen viticis. *Græcus codex habet καὶ σπέρμα τοῦ λίνου, hoc eſt & ſemen lini, pro σπέρμα τοῦ ἄγνου, quod eſt ſemen viticis. Sic etiam habet Oribaſius. Item ſuperius iam fecerat Paulus mentionem ſeminis lini.*

CORNARII.

K *Græcè habetur, καὶ σπέρμα τοῦ λίνου καὶ πηγάνου, &c. ſemen lini & rutæ. Sed facilè fuit, vt λίνου vox pro λύγου ſubſtitueretur, ob ſcripturæ vicinitatem, & maximè ſi quis λύγον eandem quam ἄγνον eſſe ignoret. Quod autem λύγος, id eſt vitex huc competat, diximus in cap. 36. Quod verò lini ſemen huc ineptum ſit, ex Dioſcor. conſtat.*

Si frigus noxam intulit. Cap. XXXIX.

Perſrigeratos calſaciẽtia.

QVi frigori nimio patuerunt, locis calidioribus decumbent: cyprino aut irino perunĉti. poſteà vbi modicè incaluerint, piper, myrrham cum vino dulci odorato & veteri aſſument, aut liquorem cyrenaicum cum vino vel aceto, aut pyrethrum caſtoriúmve ex aceto: cibo autem calidiore recreandi ſunt.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Piper myrrham cum dulci. *Calida perfrictionem expertis præſcribit: quæ nimirum habitũ ipſorum reſtituant. Eſt qui legendũ hîc cenſet cum vino albo, cùm nullum eius generis calidum ſit, nec odorum, quale Paulus requirit. Melior itaque lectio cum vino dulci, quale eſt fuluum, frigidis aut temperamento, aut ex accidenti accommodatiſsimum, ſi Galeno credimus, & ipſi euidentiæ.*

Calefactos refrigerãtia

Si inſolatus aduſsit. Cap. XL.

SI qui verò exuſti in ſole ſunt, his locis aëri expoſitis decumbendum eſt, perfundendáque frigida, facies, manus, & crura: ſi ſiti conficiuntur, frigidam aquam qui aſſuerunt, bibent. atque hæc paulatim, & non vna vice ac ſubitò facere expedit. cibum aſſument modicum, qui facilè in membra diſtribuatur, [1] humidiorem potiùs quàm †ſolidiorem.

† aut duriorem, σκληρότεραν pro στερεώτεραν. i. ſolidiorẽ. στερεώτερον vix inuenias in hac ſignificatione. Goup.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Si qui verò. *Græcè eſt ἔγκαυσις, quod ad verbum ſonat aduſtio vel exuſtio. Galenus lib. ſecundo κατὰ τόπους propriè dici affirmat,*

mat,

mat, de iis qui exuruntur in ſole. Celſus: Si quis in ſole exuſtus eſt, huic corpus & caput oleo perfundendum.

Paulatim. *In impreſſo eſt κατὰ λόγον, quod eſt ſecundum rationem, pro κατ' ὀλίγον, id eſt paulatim, cuius cõtrariũ ſequitur ἀθρόως, quod idem ſignificat quod vniuerſim, ſubitò ac vna vice.* ἀθρόως.

[redacted]

l atque eum humidum magis quàm ſolidum, aut frumentaceum. ὑγροτέρων μᾶλλον ἢ σιτ[redacted]*ρων.*

De pituita in ſuperiore ventriculo redundante.

Cap. XLI.

† QVòd ſi in aliquem interdum incidas faſtidientem, [m] qui quidem cibos valentis materiæ auerſetur, & ſi aſſumere compellas, nauſea afficiatur, ſola verò acria appetat, & [n] iis quidem oblectetur, ſed ventris inflationem experiatur, nauſeétque ac paululum ructibus ſolis leuetur, interim verò & ipſi cibi quos aſſumpſit, præſertim in acorem conuerſi, vitientur, omnino intelligendum tibi venit ſummam curationis exiſtere, vt pituitam à ventriculo abſtergas. Ego quandoq; ita affectum noui, qui raphanis ex oxymelite ſumptis, incredibili craſſioris pituitæ copia vomitu egeſta, integræ ſtatim ſanitati reſtitutus ſit.

† In veterib. libris legitur. Quod ſi in aliquẽ incideris qui cibos valentis materiæ auerſetur, atque non alatur, ἀπο σίτῳ δὲ μένοντι. pro ἀτρόφῳ. Goup.

Vomitus pituitæ à raphanis.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Cibos valentis materiæ. *Ex quinto Oribaſij traducta ſunt: voco autem cibos valentis materiæ, quæ probè & multum nutriunt: vt Celſus alia valentis, alia inediæ, alia imbecillæ materiæ, libro ſecundo commemorat: vocátque valentiſſimum, in quo plurimum alimenti eſt. Græci vocant τρόφιμα.*

Ex his quidem obl. *Græcus codex deprauatus eſt, habet enim χαίροντι μηδ' ἐπὶ τούτοις. Id eſt, oblectetur, neque ob hæc pro χαίροντι δ' ἐπὶ τούτοις, omiſſa negatione μὴ. Sic legit Oribaſius, quod etiam Oroſcius annotauit.*

CORNARII.

m Si vnquam in aliquem incidiſti qui nutrientes cibos oblatos auerſaretus, & à cibis abſtineret, εἴ τινι περιτετύχηκας ποτὲ τὰς μὲν τῶν τροφίμων σιτίων προσφορὰς ἀποστρεφομένῳ, ἀποσίτῳ.

n ſolos autem cibos acriores (ſi tamen & hoc faceret) admitteret, & neque his delectaretur. μόνα δὲ εἴπερ ἄρα τὰ δριμύτερα προσιεμένῳ, χαίροντι μηδ' ἐπὶ τούτοις,

Quomodo facilè quis vomat. Cap. XLII.

Vomitus facilitas.

QVoniam validè vomentibus multa ſolent abſurda ſuperuenire, commodum fuerit quomodo quis facilè vomat, exponere. Etenim vomitus pituitam inanit, caput leuat, & ne qui auidiùs nonnunquam cibum ingeſſerint, cruditate laborent: item ne qui vinum liberaliùs ſumpſerint, offendantur, prohibet. At quæ offerentur, neque acerba, neque ſicca erunt, ſed partim dulciora humidioráue, partim acriora. Commendatur ad hæc raphanus, eruca, ſalſamentum vetus, origanum viride, cepæ momentum & porri. Promouet vomitus etiam ex leguminibus ptiſana, cui mellis aliquid additum ſit, ferculum ex fabis freſis confectum, [o] magiſq; carnes ipſarum. verùm nõ ſolùm cremores ipſarum, ſed ipſas quoque integras deglutire oportet, eóque vomiturus non diu mandendis ipſis immorabitur. omnia verò per coctionem mollia flaccidáque erunt. Iam conſtat, vina dulciora deligi oportere, vt quæ in ſtomacho magis ſupernatent, atque eam potionem tepidiorem aſſumi. Confert etiam amygdalas melli intinctas comedere, ac placentas guſtare: item peponis & cucumeris ſemen maceratum detritúmque cum melle aſſumere, radicémque cucumeris contritam ex melle. At qui valentioribus vti volunt, narciſſi bulbo aquæ incocto, vinum temperant. Mouet autem vomitiones irinum quoque vnguentum, ſi digitis eo perunctis, irrites. [p] Porrò vomentis intereſt, ne ceſſet vel intermittat, vſque dùm omnia eiecerit: à vomitu os colluat, faciémque poſca aut aqua abſtergat. id nanque dentibus conducit, & caput releuat.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Vomitus quot modis excitetur.

Quoniam laborioſè vomentibus. *Hoc caput ex primo Oribaſij ſumptum eſt. Vomitus primùm victus ratione excitatur: deinde medicamentis, &c. Victus ratione excitato vtuntur etiam in ſecunda quoque valetudine: præterea in acutis ferè morbis, quum bilis, aut pituita in ſtomacho ſuperat. Medicamentis vomitum facientibus, neque ſani, neque acuta ægritudine occupati vtentur. Nam ea longis tantùm affectibus, & induratis conueniunt. Hinc etiam veteres cùm nihil in medicina ſpei deprehendiſſent, ad vomitum ſolebant confugere. Id quod hodie etiam empirici quidam ſine vlla ratione factitantes, optimis quibuſque medicis laudem præripiunt. Nam ea medicamenta propinant, quæ ſuprà & infrà valentiſſimè purgent:*

Empirici noſtræ ætatis.

purgent: quæ ſi æger ferre poſſit, ſanitati plurimum reſtituitur: ſin autem moritur, audaciæ ſuæ & temeritatis patrocinium habent, quòd ſcilicet morbus fuerit deſperatus, tot medicis antea curationem fruſtrà molitis. Cæterùm quando potiſsimùm vomitus ſolicitari debeat, Polybus in libello de victu priuatorum docet, Sex menſibus hybernis, inquiens, vomitu, æſtate clyſteriis vtendum eſt. Quia enim per hyemem pituita in ventre generatur, vomitu eam euacuari præcipit: æſtate verò bilem ſupernatantem, deorſum reuellere. Quæ ſententia Hippocrati contraria in Aphoriſmis videri queat: vbi habet: Aeſtate ſuperiora magis, hyeme inferiora medicamentis ſolicitare oportet. Hic dicemus ex ſententia Galeni, totum corpus ſi purgare volueris, æſtate per ſuperiorem ventrem, hyeme per inferiorem medicandum eſt. Sicut in Aphoriſmis dictum inuenimus. Etenim redundantibus, purgatio medetur, illuc quò vergunt adhibita. At ſi ab incremento humores in parte aliqua prohibere volueris, per oppoſita reuellere conducit. Melancholicus autem humor quocunque in loco fuerit, per inferiora educi debet. Cæterùm alij ſingulis menſibus bis vomunt: alij per longiora interualla: alij nullo tempore præſcripto, ſed quoties aut vino, aut cibo pleniore ſe ingurgitarint. Qui autem vomere bis in menſe vult, inquit Polybus, & poſt eum Celſus, melius conſulet, ſi biduò continuarit, quàm ſi poſt quintumdecimum diem vomuerit. Galenus autem nihil referre dicit, ſi ex interuallo non continuatis diebus vomas. Porrò vomitus quomodo medicamentis excitetur, ſeptimo libro eſt comprehenſum.

Polybus.
Quando vomitu vtendum.
Quomodo totum corpus purgari debet, & quomodo pars corporis.
Humores ne creſcant per oppoſita reuellendi.

Ferculum ex fabis. *Græcè hoc vocatur* ἔτνος. *Galenus interpretatur libello de euchymia his verbis.* ἔτνος οὖν ὀνομάζω τὸ ἐκ τῶν ἑψηθέντων ὀσπρίων καὶ χεδρόπων σκευαζόμενον, *&c. Verùm quod ſequitur in codice* καὶ τὰ πίονα τῶν κρεῶν, *hoc eſt, & pinguiores carnes, vbi legendum cenſeo* καὶ τὰ πλείονα τῶν κρεῶν, *quod eſt, & copioſiores carnes, ſcilicet fabarum. Nam ex leguminibus hæc commemorat Paulus. Non ſum autem ignarus, pinguiores carnes, vt eſt ſuilla, aliorúmque animalium vomitum poſſe excitare. Verùm Oribaſius nobiſcum ſentit, & contextus requirit.*

ἔτνος.

Verùm non ſolùm. *Hoc quoque ſuperiorem lectionem confirmat. Nam* χύλοι, *hoc eſt, ſucci ſeu cremores non de carnibus animalium dicitur, ſi quid iudico, ſed de leguminibus aqua maceratis: aut de herbis, ſi mentio earum fuiſſet facta. Dixi autem cremores, ſecutus Varronem & Celſum, qui vocant cremorem ptiſanæ, aliorúmque granorum, ac leguminum.*

Chyli leguminum.

Irrites. *Parum abſolutè dixit irrites, digitis eo perunctis: intellige*

telligę & in os demiſsis.

Ne ceſſet vel intermittat. *Manca videtur ſententia Græca: ἐμετικὸν δὲ καὶ τὸ μὴ ἀνιέναι καὶ διαλείπειν ἐπὶ τοῖς ἐμέτοις, quod eſt: Eum qui vomere debet, non oportet ceſſare, nec intermittere. Quid hoc eſt, niſi ponatur aliquid, quod terminum eius ſignet? Nam hoc pacto perpetuus vomitus, aut ſimile quippiam intelligi poſsit: quod quàm ſit abſurdum, omnes eruditi norunt. Addendum ergo in codice Græco ἄχρις ἂν ἅπαντα λυποῦντα ἐκβάλῃ. id eſt, Donec omnia quæ infeſtant, eiecerit. Vt eſt in Oribaſio.*

CORNARII.

o *& carnes pingues.*

p *Ad vomitionem etiam pertinet non remittere, neque ceſſare inter vomendum. ἐμετικὸν δὲ καὶ τὸ μὴ ἀνιέναι μήτε διαλείπειν ἐπὶ τοῖς ἐμέτοις. Quod experientia docet. Qui enim vbi ſemel vomere incœperint, rem non vrgent, ſed moram interponunt, hi ſemper magis ac magis inepti ad amplius vomendum fiunt, ſummoq́; labore id educunt, quod primum impetum ſecuti facilè vomuiſſent.*

Quæ ſanis aluum ſubducant, & quæ vrinam moueant.
Cap. XLIII.

VEterûm nonnullis ſatis eſſe ad ſecundam valetudinem tuendam viſum eſt, ſi aluus quotidię & vrina pro ingeſtorum tum cibi, tum potus copia, ſine vitio & abundè responderet. ac quum vacuatio iuxta aſſumptorum proportionem accidebat, commendabant: ſin minus, promouebant, vrinam quidem ſcandice, apio, aſparago, petroſelino, aniſo, nepita, origano, abſinthio, graminis carduique radice, cytiſo, adianto, omnibus in aqua elixis: quorum decoctum cum vino potui exhibebant. hæc enim per vrinam ſanguinem repurgant, vnde non parum vtilitatis percipitur. Aluum adiuuabant terebinthina: ex qua oliuæ magnitudinem dormituris deglutiendam offerebant. At quum magis ſubducere eam cogitamus, rheu momentum admiſcebimus. Accommodata deiectioni ſunt, oua ſorbilia: ex oleribus, beta, malua: item cochlearum ius, atque hæc fortè abundè erunt. Efficacior eſt herba mercurialis, in aqua cum ſale elixa comeſtaque, eiuſque decoctum potui datum: ſimiliter folia ſambuci. idem præſtat polypodij radix duarum drachmarum pondere, ſalſamento inſperſa, aut etiam in ptiſana ſorpta: adhæc ſerum lactis cum ſale aut melle, ad treis heminas

Vrinā mouentia.

Aluū ſubducentia.

heminas quatuórue aſſumptum: veteris quoque gallinacei ius, tum per ſe, tum cum cnici drachmis duabus. nonnunquam & aloë trium cicerum inſtar ſecundum cœnam rectè aſſumitur. Præſtãtiſſimum verò eſt epithymum in vino poſt mediocrem cœnam potum: qui vehementius vacuare deſideret, manè epithymi drachmam ex oxymelite, verno tempore ebibat.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Mane epithymi drahmam. *Nuſquam inuenio minus epithymi pondus ad aluum ducendam. Alij drachmas tres propinant, alij quatuor, alij quinque. Nec opinor drachmam vnam quippiam proficere, eóque mendum fortè eſt. Item Paulus in ſeptimo drachmas quinque præbet. Auicenna vſque ad quatuor.* *Epithymi doſis.*

De clyſteribus. Cap. XLIIII.

IN quibus venter ægrè deſcendit, & ſtomachus imbecillis medicamenta ad ſubducendum efficacia non ſuſtinet, clyſteribus vtendum eſt, quum pituita quidem in inteſtino reſidet, iis quæ fiunt decocto caricarum, betæ, nitri, ſylueſtris cucumeris radicis, melle, oleo chamæmelino, aut anethino: quum ſiccitas magis vrget, iis quæ conſtant althæa, fœnu greco, chamæmelis, oleo, mellis exiguo. interim etiam oleum per ſe dimidiæ heminæ menſura iniectum, abundè proficit. non tamen continuè id faciundum eſt, ne natura his irritata, ſpontaneæ excretionis obliuiſcatur. *Infuſorum per clyſteres ratio.* *Nimius clyſterum vſus noxius.*

ANNOTAT. ANDERNACI.

Clyſteribus vtendum. *Quemadmodum balneorũ præfecti, lapidum ſordes, lutúmque abluunt, ita clyſteres ventriculi & inteſtinorum pituitam & bilem detergent, qui pro humoris diuerſitate etiam variari ſolent: alij præterea lenes, alij acres habentur. Item triplici liquoris menſura conſtant. Summa eſt, tres heminæ, media, duæ, minima, vna. Si Oribaſio credimus, eóque miror Paulum hîc ſemiheminam ponere, quod ferè apud nos dimidia libra eſt: quæ parum adeò euacuabit.* *Varietates clyſterum.* *Menſuræ.*

De glandibus. Cap. XLV.

VTimur etiam glandibus ſubinde ſtercoris excernendi gratia, & in quibus id quod per clyſterem inditum eſt, non egeritur. Finguntur autem glandes ex ſale toſto, melle, & nitro: item thymus diſcocto melli additur. Fiunt etiam ex reſina terebinthina, & nitro: interdum & cocco gnidio modico. Sed quia vellicatus mouet, parteis ipſas oleo delinere *Glandium quæ ſubdũtur vſus.*

nere

nere conuenit. præterea pyrethrum aut piper admiſcetur, conuenitque reſolutionem expertis, & iis qui ex perfrictione inflationes contraxerunt. Inſuper centaurium, pici & ceræ commiſcetur, ac naturalium relaxationibus aptum eſt præſidium. Infantibus autem etiam ſalis grumus ano imponitur. Fit quoque glans ex ficu cum nitro.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Vtimur etiam gland. *Et hoc & ſuperius caput ex primo Oribaſij tranſcriptum eſt. In calce habetur Græcè* παρέσεσιν αἰδοίων *quaſi remiſsionibus, aut relaxationibus, vel reſolutionibus. Sed* πάρεσις *&* παράλυσις, *ita differunt, quòd illa partem aliquam corporis obſidet: hæc verò totum corpus. Dicuntur etiam* πάρετοι *reſoluti in aliquo membro.*

πάρεσις. παράλυσις. πάρετοι.

De iis quæ per os & nares caput euacuant, quæq; eiſdem partibus delinuntur. *Cap.* XLVI.

Apophlegmatiſmi.

HVmores in capite reſidentes per ſputa vacuamus. quod ſi modicè facere voluerimus, piper cum maſtiche temperabimus: ſi largius vacuare libet, pyrethrum aut herbam pediculariam mandi præcipiemus. item anemonæ omnis radix manſa pituitam prouocat, capparisque radicis cortex. Itaque huiuſmodi remedia ſeroſum excrementum vacuant. craſſam verò lentámque pituitam, ſinapi cum oxymelite gargarizatum, aut ſapa in qua origanum, aut hyſſopum ſit incoctum. Ego autē ſapam cum ſinapi & oxymelite miſceo. At ſi cerebrum muco purgari deſiderat, acribus eum remediis, quorum nonnulla etiam ſternutamenta mouent, euocabimus. Itaq; anagallidis vtriuſque & anemonæ cuiuſuis, & betæ ſuccus per nareis purgat: item cucumeris ſyluestris foliorum ſuccus naribus ipſe & per ſe, & cum betarum decocto ſuccóue infunditur. ſternutamentum verò crudis humoribus qui in thorace, pulmone, & capite continentur, non expedit. Quod autem ori illinetur tale eſt: ſapo cum betæ ſucco palati regionibus & columellæ delitus bene facit. idem etiam per nareis purgat, melanthio verò quod facilè paratur, ad narium illitionem ſubinde vſus ſum, interim aceto acri pridie macerans: denique poſtridie cum aceto rurſus læuigans infundénſq; naribus. Nonnũquam oleo veteri idem melanthium detritum, ſimiliter illeui. Sic igitur & Archigenes eo in narium obſtructione vſus eſt: priori autem, ex aceto, Crito in morbo regio vti ſolebat.

Pituitam à capite vacuantia.

Errhina.

Diachriſta

ANNOT.

Humores in capite. *De medicamentis agit quæ materiam ex capite tum per os, tum per nares detrahunt, ac potius detrahendi modum præſcribit. Ac primum Græco vocabulo* ἀποφλεγματισμὸν *appellat. Scribonius compoſitione nona exponit his verbis. Si per os magis detrahere materiam viſum fuerit, ſuadebimus pyrethri radiculam commanducare: atque ſubinde hiantem pati fluere ſaliuam. Celſus etiam lib. 4. cap. 2. explicat: Gargarizare his, quæ ſaliuam mouent, inquiens: Nam aut manduntur ea medicamenta, aut in gargariſmata adhibentur. Rectè igitur interpretabimur, & Latinè* ἀποφλεγματίζειν, *ſaliuam mouere. Alterum medicamentum quod per nares caput purgat,* ἔῤῥινον *vocatur. Solet enim hoc per cornu, quod* ῥινεγχύτης *dicitur, naribus infundi. Ibi pauliſper commoratur, materiam è capite detrahit. Tertium ab illitu* διαχειστὸν *nuncupatur, quod palato, columellæ, & narium foraminibus applicatur. Verùm hoc in vniuerſum intelligi debet, nullum ex comprehenſis modò medicamentis eſſe adhibendum, niſi toto prius corpore purgato.*

ἀποφλεγματισμὸς.
Materiam per os detrahere.
Saliuã mouere.
ἔῤῥινον.
διαχειστὸν.

Sapa. *Græci hoc vocant* σίραιον *&* ἕψημα. *Galenus libro 3.* κατὰ γένη. *cap. 11. Eſt autem ſeræum vel hepſema, vel ſapa, ingenij non naturæ opus, muſto ad tertiam vſque partem menſuræ decocto. Quod vbi factum ad dimidiam eſt, defrutum vocamus. Hæc Plinius libro decimoquarto, capite nono. Idem libro vigeſimo tertio, cap. ſecundo: Vino cognata res ſapa eſt: muſto decocto, donec tertia pars ſuperſit. His conſentit Leontinus agriculturæ ſcriptor Græcus, in hunc modum inquiens:* γλεύκους καλλίστου ξέστας η', οἴνου καλλίστου ξέστας ρ'. ἐπὶ τρίτης ἕψων καὶ ἀπαφρίζων ἐξαίρετον ποιήσεις, *Hoc eſt, muſti optimi ſextarios octo, vini nobiliſsimi ſextarios centum, ad tertiam coquens, deſpumansq́; eximiam ſapam conficies. Columella refert quoſdam, partem quartam eius muſti quod in vaſa plumbea coniecerunt, nonnullos tertiam decoquere. Verùm id ex aliorum ſententia recenſet. His accidit aliud ſapæ nomen Latinum, Calenum ſcilicet, quod deprauatum eſt in Palladio, mutatumq́; in Caroenum, quod vir quidam non mediocriter in literis verſatus putat ex Palladij ſeculo manaſſe, apud veteres tum Græcos, tum Latinos in vſu non fuiſſe. Verùm rem penitius introſpicienti Calenum apud Strabonem vrbs eſt Campaniæ, in cuius agro vinum optimum & dulce naſcitur. Plinius lib. quartodecimo, cap. 16. iis præponi ſolebant Calena. Legendum itaque cenſeo apud Palladium: Modus his & virtutem mutabit, & nomina. Nam defrutum à deferuẽdo dictum, vbi ad ſpiſsitudinem valde deſpumauerit, effectum eſt: Calenum, cum*

Sapa.
Soræum.
Hepſema.
Defrutum.
Calenum.

tertia perdita, duæ partes remanſerint: ſapa, vbi ad tertias redacta deſcenderit, &c. Quemadmodum igitur σίραιον ἕψημα, & ἑψητὸν apud Hippocratem inter ſe confunduntur, ita apud Latinos ſapa, & defrutum. Cùm ipſe Columella lib. 12. ſcribat, muſtum quando dulciſsimi ſaporis decoquitur ad tertias, & decoctum, ſicut ſuprà dixi, defrutum vocatur.

Quod autem ori illinitur tale eſt: ſapo. *Hoc ſumptum eſt ex lib. 2. de Compoſitione medicamentorum ſecundum locos ad calcem: verba ita ſonant:* ἄλλο διαχριστὸν στόματος, σάπωνα διὰ τεύτλου χυλῷ χρίσον τὰ κατὰ τοῦ οὐρανίσκου, καὶ τὸν κίονα τοῦ στόματος, τὸ δ᾽ αὐτὸ τοῦτο καὶ ἔρρινον ἐστίν. *Id eſt, aliud quod ori illinitur. Saponem betæ ſucco dilutum palati regionibus & columellæ illinito. Idem verò hoc etiam per nares infunditur, &c. Deinde ſequitur paulò poſt,* εὐπορίστῳ δὲ πολλάκις ἐχρησάμην φαρμάκῳ ἐγχεομένῳ τῇ ῥινὶ μελανθίῳ, ποτὲ μὲν ὄξει δριμεῖ διαβρέχων πρὸ μιᾶς ἡμέρας, εἶτα τῇ ὑστεραίᾳ σὺν ὄξει πάλιν λειῶν, καὶ ἐγχέων εἰς τὴν ῥῖνα διὰ τῶν μυκτήρων. *Hoc eſt, facili autem paratu ſubinde vſus ſum medicamento melanthio, quod naribus infunditur, interim ſanè aceto acri pridie macerans: deinde poſtero die ex aceto rurſus læuigans, infundénſque narium foraminibus, &c. Ex priore igitur contextu Galeni, Pauli lectio corrigenda venit, legendúmque pro σύνηπι, quod eſt ſinapi, σάπων, hoc eſt ſapo. Cui lectioni aſtipulatur etiam Oribaſius lib. 1. Eſt autem teſte Plinio Sapo gallorum inuentum rutilandis capillis, ex ſeuo & cinere, liquidus & ſpiſſus.*

Quæ menſeis ducunt. *Cap.* XLVII.

Menſes ducentia.

QVæcunque vrinæ ciendæ ſunt, eadem omnia menſeis ducunt, nempe braſſicæ radicis decoctum potum, [q] perſicæ radix, ruta, chryſanthemon, dictamnum, & erucæ ſemen: item quæ ori vuluæ ſubiiciuntur, menſeis commouēt, vt ruta cum melle trita, aut porri ſuccus, aut [r] allium tritum ſubiectum, aut myrrha cum vino læuigata, aut leporis coagulum.

Peſſi.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Quæcunque vrinæ ciendæ ſunt. *Omnia ex Oribaſio penè deſcripta ſunt, niſi quòd poſt rutam, addit Oribaſius, aut anethi radices vſtæ, aut cinis earum cum melle. Cæterùm quibus de cauſis menſes retineantur interim, tertio libro abundè condiſces.*

Vuluæ ſubiiciuntur. *Græci vocant medicamenta propriè, quæ lana excepta naturalibus conduntur,* πρόσθετα, *quales ſunt peſſi dicti, aut penicilla, collyriáque, vt apud Ariſtotelem in 2. de generatione*

tione: τὰς δὲ γυναῖκας βασανίζουσι τοῖς τε προθέτοις, ἐὰν διϊκνῶνται αἱ ὀσμαὶ πρὸς τὸ πνεῦμα τὸ κάτωθεν θύραθεν ἄνω: καὶ τοῖς ἐγχρίστοις. *Hoc eſt, mulieres autẽ iis quæ vuluæ inſinuãtur, explorant, num odores ad ſpiritum qui foris aduenit, ab infernis partibus ſurſum perueniant: item iis quæ illinuntur, &c. quod Hippocrates ex ſuffitũ aromatum ad nares & os delato cognoſci tradit. Cæterùm* πρόθετα *ve-niunt à verbo* προστίθεσθαι, *quod priuatim ſignat, ſubiici naturalibus mulierum. Dioſcorides lib. I. cap. I.* προστεθεῖσαι δὲ ὡς κολλύριον μετὰ μέλιτος, ἔμβρυα κατασπῶσι. *Hoc eſt radices iridis collyrij modò cum melle naturalibus fœminarũ ſubiectæ fœtus excutiunt. Hinc etiam* προθέματα *deriuantur, idem quod* πρόθετα, *ſignificantia. Dioſcorides de coſto loquens,* δύναμιν δὲ ἔχει ἐμμήνων ἀγωγόν, καὶ τῶν περὶ τὴν ὑστέραν παθῶν ἀρωγόν, ἐν προθέμασι, καταντλήμασι καὶ πυελιάσεσι, *quod Latinè ſonat: Menſtrua verò educit, & vuluæ affectibus medetur, in peſſis ſubiecta, ſuperfuſionibus & fomentis. Quemadmodùm igitur* προστίθεσθαι *apud Græcos vſurpatur, ita ſubiicere, apud idoneos Latinæ linguæ ſcriptores. Id quod ex Celſo licet deprehendere, lib. 5. cap. 21. vbi habet: Sed alia quoque vtilia ſunt, vt ea quæ fœminis ſubiiciunt:* πεσσοὺς *Græci vocant.*

προθετά. προστίθεσθαι

Subiicere.

Aut allium. *Lege in codice Græco* ἢ σκόροδον λεῖον προστιθέμενον. *non vt habetur impreſſum* ἢ σκόρδου λείου προστιθεμένου.

CORNARII.

q *Perſeæ radix.*

r *Aut ſcordium tritum appoſitum. Habent Græca* σκόρδου λείου προστιθεμένου. *Quod vt reliquis reſponderet, legendum eſſet,* σκόρδον λεῖον προστιθέμενον. *Sed dũ* σκόρδου *ſiue* σκορόδου, *id eſt allij, &* σκορδίου *vim ac vtendi modum expendo,* σκορδίου *lectio mihi magis arridet, vt legatur* σκόρδιον λεῖον προστιθέμενον. *Nam ſcordij vſum, vt ad vteri oſculum apponatur Dioſcor. palam præſcribit.* προστεθεῖσα, *inquit,* ἡ πόα ἔμμηνα κινεῖ. *At alij comæ decoctum ad inſeſſus idem ducendis menſibus ac ſecandis prodit.*

Quæ ſudorem mouent. Cap. XLVIII.

SVdorem eliciunt, chamæmelum aridum tritúmque oleo inſperſum, ſi ſummæ cuti validè infricetur: ſeſeli, pyrethrum, cachry, aniſum, ſimiliter oleo inſperſa. item nitrum toſtum non nimis tenue, cum oleo efficax eſt: adhæc ſalis flos oleo temperatus, & liquor cyrenaicus aqua dilutus corpori infricatus, epotúſve ciceris magnitudine. Pari modo

Sudorem facientia.

d

nepita & pota cum mulſa, & extrinſecus cum oleo infricata proficit.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Recremēta

Sudorem eliciunt. *Quemadmodùm aluus quotidie reſpondens, & vrina, aliáque recrementa reddita ſanitati faciunt, ita ſudor etiã cùm opus eſt, effuſus, non mediocriter corpus conſeruat. Ex cibo igitur dum concoquitur, duo recrementa generantur, alterum, quod craſsius eſt, craſsioribus inteſtinis tranſmittitur, alterum quod tenuius, cum chylo adhuc fertur. In iocinore chylus in ſanguinem conuerſus, ad cauam venam tranſit. Quem vbi seroſi illi humores, quod excrementum tenue appellaui, eò traduxerint, non conuenit, vt diutius in corpore maneant, ideóque renes, cauæ venæ non procul à iocinore adhærent, qui illos recipiant, pauco ſanè adhuc aquoſo humore ſanguini permixto, vehiculi cauſa, qui & ipſe purgari per cutis meatus debet, vocatúrque ſudor. Si itaque copioſior ſucceſſu temporis collectus fuerit, vt iam onus venis exiſtat, artificio elici debet, natura videlicet ceſſante, vel ob meatuum denſitatem, vel ob aliam cauſam. Scribit itaque remedia quædam Aegineta, quæ ex Oribaſio omnia mutuatus eſt.*

Sudor quo modo generetur.

Similiter inſperſa. *Codex impreſſus vterque habet ἐμπλασσομένη, quod eſt emplaſtri modo adhibita pro ἐμπασσομένη, id eſt, inſperſa. Non enim ſimplicia enumerata, materiam habent, qua illini poſſint.*

De aëre. *Cap.* XLIX.

Aër ſalubris & inſalubris.

LAudatiſſimus aër eſt, qui exactè purus: is autem nimirum erit qui non ex ſtagnorum, aut paludum vapore turbidus exurgit; neque ex profundo quodam ſpecu peſtilentem auram exhalante prouenit: ita qui ex cloaca quadam magnam ciuitatem expurgante turbidus exit, vitioſus eſt. Quinetiam nebuloſus ſimiliter ſanitati non facit, quemadmodùm item qui in cauo loco altis vndique montibus incluſus, nullam auram recipit. Hoc igitur modo vitioſus aër omni ex æquo ætati nocet, omníque temperaturæ: ſicut optimus prodeſt. At qualitate varians aër colore dico, frigiditate, ſiccitate, & humiditate, non ſimiliter vniuerſos afficit. Etenim temperatis corporibus aër temperatus vtilis: intemperatis, qui contrariam temperiem habuerit confert.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Laudatiſſimus. *Quemadmodùm vino, eſcis, exercitatione, vigiliis*

liis, ſomno ac venere, aliis aliàs vti pro ratione ætatis expedit: ita de aëre quoque iudicandum, quem optimum in pulmones trahere, omnibus iuxtà ſalubre eſt. Tranſcriptum eſt hoc caput penè ad verbum ex Gal. 1. de ſanitate tuenda, & Oribaſio.

Peſtilentem auram exhalante. *In codice impreſſo habet* δηλητήριον ἄυραν ἀναπέμποντος, *hoc eſt exitialem perflatum ſurſùm mittente. Galenus vndè hæc mutuatus eſt,* ἀποπνέοντος *habet, quod eſt, reſpirante, exhalante: quanquàm parum refert, hoc, vel illo modos legas.*

Hoc igitur modo. *Hippocrates iudicium hoc maximũ in morborum cauſis cognoſcendis tradit: nempe ſi omneis, cuiuſcunque ætatis, ac temperaturæ fuerint, morbis conflictentur, aërem autorem eſſe intelligemus: vt poſteà in ſecundo volumine diſces.*

Nota morborum publicè graſſantium.

De aquis. *Cap.* I.

AQuarum præterea & virtutes & vitia cognita habere expedit, vt quæ ex multiplici ipſarum vſu magis ferè quàm omnia alia ad quamlibet victus rationem requirantur. Ea igitur optima aqua cenſenda eſt, quæ nullam aut guſtu, aut odore qualitatem repræſentat, ſed protinus bibenti ſuauis eſt, & viſu pura limpidáque, quùm verò etiam à præcordiis ſtatim deſcendit, melior alia quærenda nõ eſt. Nam quæ in præcordiis reſidet diutius, ventrem ferit, inflat, grauátque, vitioſa cenſebitur, huiuſmodi aqua neque citò caleſit neque refrigeratur, ſed quæ in ipſa elixantur, tardiſſimè peiúſque decoquuntur. Præſtat itaque talem aquam experimento diſcernere. Qui verò notis quoq; eam volet agnoſcere, iis quæ dicentur attendat. quæ enim ad ſeptentrionem ſpectat, à ſole auerſa, tardè permeat, ægræ concoctionis eſt, & lentè caleſcit & refrigeratur: quæ autem ad orientem erumpit, ac per meatum quendam, aut terram colatur purã, eadémq; citiſſimè caleſit, iterúmq; refrigeratur protinus, hanc optimam eſſe exiſtimandũ eſt. Probatur item quæ æſtate frigidior, hyeme calidior eſt. Nonnulli & pondere aquã examinant, leuem præſtare credentes, hoc igitur ſi aliis à me commemoratis accedit, commendatur, verùm ſola hęc bonæ aquæ nota non ſufficit. At imbrium aqua autore Hippocrate leuiſſima eſt, dulciſſima, limpidiſſima, tenuiſſimáq;, eò quòd ſol leuiſſimum & tenuiſſimum attrahat, ac id non ex alia aqua ſolùm, verùm ex mari quoque & corporibus; quapropter etiam omnium promptiſſimè computreſcit, vt

Aqua quæ optima, & contra.

Aqua facilè putreſcens.

quæ diuerſis ex qualitatibus ſit conflata. Nemo autē aquam putrefactioni opportunam deterrimam eſſe exiſtimet: nam mutationis facilitas virtuti potius, quàm vitio tribuitur. Quæ igitur aqua optimas notas habet, ſi promptè etiam putreſcat, ea cenſebitur ſaluberrima, etſi quum mutari incipit, occaſionem raucedinis, tuſſiculæ, & grauitatis vocis iis qui biberunt præbeat. At inter imbrium aquas, æſtiua quæ tonitru decidit, præſtantior eſt, quàm quæ nimbis demiſſa eſt. Ex glacie & niuibus aqua, inſaluberrima eſt. Nam ea congelaſcente, tota pars tenuior exprimitur. Porrò paluſtrem fœdíque odoris & abſurdas recipientem qualitates, rectè decoques, atque ita meliorem redditam potui dabis vino temperatam: ſi adſtringit, dulciori: aliam verò, acerbiori. Nonnullas percolare expedit, nempe limoſas, ſalſas, & bitumen referentes. At frigidæ nimium à cibo aſſumi debent, non tamen ſubitò ac vna vice. Non deſunt qui cibos & potiones aduerſus aquarum vitia inuenerint: ac alij cicerum decoctiones præbibunt, vel eadem quoque edunt: alij caucalidem ſimiliter cum piſciculo quodam elixam, item fœniculum: reliqui betam & cucurbitam ſale conſperſam cum vino dilutiore præſumunt.

ANNOTAT. ANDERNACI.

In li. de euchymia & cacochymia

Aquarum. *Ex eodem Galeni loco hæc tranſcripta ſunt. Autor autem hic noſter ad ſanitatem tuendam etiam aquæ bonæ vſum facere teſtatur. Si quidem fit interim, vt alibi Galenus memoriæ prodit, vt totus exercitus prauæ aquæ vſu de vita periclitetur.*

ἀτέραμνα.

ἀτέραμνον ὕδωρ.

Aegræ concoctionis. *In Græco ἀτέρεμνα malè pro ἀτέραμνα legitur. Quæ dictio propriè de leguminibus dicitur: nempe concoctu difficilibus ob duritiem. Galenus in libello, quomodo boni maliq; ſucci generantur, in hunc modum ait:* ἔνια δὲ τῶν δημητρίων σπερμάτων, οὐδ' ὅλως ὀγκοῦσθαι πέφυκεν ἑψόμενα, κεκλήκασι δ' ἀτέραμνα τὰ τοιαῦτα τῶν παλαιῶν ἑλλήνων τινές, *id eſt: Nonnulla vero cerealia ſemina nequaquam ſolent intumeſcere, cùm coquuntur, vocarunt autem eiuſmodi ex veteribus Græcis nonnulli* ἀτέραμνα, *quaſi dicas rebellia, peruicaciáque. Ariſtoteles* ἀτέραμνον ὕδωρ *pro cruda aqua dixit in quarto de generatione animalium* διὸ καὶ ἀτέραμνα ὕδατα, καὶ ψυχρὰ, τὰ μὲν ἀτεκνίαν ποιεῖ, τὰ δὲ θηλυγονίαν. *Hoc eſt: Quare etiam cruda aqua, & frigida partim ſterilitatem, partim fœmellarum procreationem efficit. Cæterùm* ἀτέραμνον *habet contrarium,* τέραμον. *Theophraſtus in octauo:* τὸ

δὲ

ἢ τέραμον, καὶ ἀτέραμον λέγεται ἐπὶ ὀσπρίων μόνων. Quod eſt: Teramum & ateramum de leguminibus tantùm dicitur. τέραμον.

Aut terram colatur puram. *Paulus non habet, puram, ſed Galenus vnde hæc tranſcripſit. integra ſententia ſic habet: ὥς ὅσων γε πρὸς τὰς ἀνατολὰς ἐῤῥώγασιν αἱ πηγαὶ, καὶ διὰ πόρου τινὸς ἢ γῆς διηθεῖται καθαρᾶς, &c. Hoc eſt: Vt quarum ad Orientem ſolem fons erumpit, & per meatum quendam aut terram puram colatur.*

CORNARII.

s *καὶ ἀσφαλτώδη, habent omnia exemplaria Græca. Sed Copus legit, ídque cum polenta, quaſi legerit μετ' ἀλφίτων. Aut ad illud Plinij lib. 24. cap. 1. reſpexit. Nitroſæ aut amaræ aquæ, inquit, polenta addita mitigantur, vt intra duas horas bibi poßint.*

De lauacris. Cap. LI.

FRigidam lauationem ita quidem laudo, vt non iis qui nullo victus delectu agunt, ex vſu eſſe dicam, verùm ſolis illis qui accuratè viuunt, & laboribus, & cibis ſicut expedit, vtentes. Porrò multis qui amplius interdum refrigerari deſiderant, abundè eſt natare per æſtatem, ſi iuuenes ſint, carnoſi, & frictionibus ante excalfacti. Sint autem qui aquam ingredientur, neque venere, neque alio quodam modo laſſi, neque cruditatem ſentiant, neque vomitu, aut aluo inaniti, neque vigiliis defatigati. Periculoſum enim ſi quis ita affectus frigidæ lauacro vtatur. Calidum verò balneum & optimum & tutiſſimum eſt: laſſitudinem ſoluit, humorum repletionem per halitum digerit: item excalfacit, mitigat, emollit, flatus vbicunque decubuerint diffundit, ſomnum conciliat, carne replet. Eſt autem aptiſſimum omnibus, & viro & mulieri, & puero & ſeni, [t] & priuato.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Frigidam lauationem. *Hoc eſt in aqua frigida lauationem, quam Græci ψυχρολουσίαν vocant. Celſus libro primo frigidæ etiam lauationis meminit. Aeſtate aptißima ſunt & caro, & olus, potióque dilutißima, frigida lauatio. Hæc non omni conuenit ætati, ſed vbi iam corpus iuſtam impleuerit magnitudinem. Nam in adoleſcente, incrementum eius remoratur. Hoc quoque ex Oribaſij libro citato tranſcriptum eſt.* Frigida lauatio.

Iis qui nullo victus. *Qui enim cibis craßi ſucci, maliq; vſi ſunt, iis ſtatim ex frigida meatus occluduntur, per quos diſcuti, euocariq;*

debebant. Græcè eſt προτυχὸν *quod ſignat, vt contigerit, nulla ratione habita, quemadmodùm faciunt, qui nec debito tempore, nec pro naturæ modo, aut exercentur, aut cibum ſumunt.*

Exactè viuentes qui.

Exactè autem viuunt, qui exercitationes ante cibum moderatas ſubeunt, & quamdiu libet, vt ait Gal. dormiunt, ad concoctionem ſcilicet obeundam, nec balneis à cibo vtuntur: poſtremò, qui cibos medij tenuium, craſſorúmque ordinis aſſumunt, quales ſunt exquiſitiſsimi, maximeq́; inculpati, tanquam in ſymmetria exceſſuum conſtituti. Huius generis ſunt panes optimè elaborati, carnes gallinarum, gallorum, auium, phaſianorum, perdicum, columbarum, attagenarum, turturum, turdorum, merularum, omniúmque paſſerculorum, præterea piſcium ſaxatilium. Quanquàm qui plurimis exercitationibus vtuntur, vt agricolæ, nautæ, alijq́; id genus tam exacto victu opus non habent, quippe caloris beneficio, qui laboribus excitatur, etiam craſsi ſucci cibos tutò aſſumunt.

Porrò multis. *Qui nimirùm ſole feruente iter fecerunt, aut laboris quid ſubierunt, totum corpus ſtipulæ modo aridum habentes, ij vbi in aquam frigidam ſe proiecerint, iuuantur: potiſsimùm qui valentibus ſunt viribus, & frigido ſoli aſſueti.*

CORNARII.

t *Et magiſtratui & priuato. Græcè habetur.* ἔστι δὲ εὐμεταχείριστον παντὶ καὶ ἀνδρὶ, καὶ γυναικὶ, καὶ παιδίῳ, καὶ πρεσβύτῃ, καὶ ἰδιώτι. *Videtur itaque deeſſe vox quæ opponatur* ἰδιώτῃ: *vt quum vir mulieri, ſenex puero oppoſitus ſit, habeat quoque idiota ſibi oppoſitum magiſtratum. Proinde vocem* ἄρχοντι *aut ſimilem hîc ponendam ducimus.*

De balneis naturalibus. *Cap.* LII.

Balnea naturalia, varia.

NAturalium balneorum alia nitrum, alia ſalem, alia alumen, alia ſulfur, alia bitumen, alia æs, alia ferrum repræſentant: nonnulla compoſita ex his omnibus reperiuntur. Itaque aquarum naturalium vis eſt quæ deſiccet & calefaciat ampliter, ac humidis frigidiſque affectibus maximè conducit. Iam verò quæ nitrum & ſalem obtinent, capiti, thoraci fluxione tentato, ſtomacho humentiori, aquæ inter cutem, tumoribus laxis (œdemata Græci vocant) qui ex morbis proueniunt, & pituitoſis ſunt accommodatæ. Aluminatæ, ſanguinis reiectioni, ſtomacho vomitioni opportuno, immoderatis mulierum purgationibus, continuíſque abortibus, vtiles exiſtunt. Sulfuratæ, neruos emolliunt, calefaciúntque, & dolores mitigant, ſtomachum verò eneruant

uant euertúntque. Bituminatæ, caput replent, inſtrumenta ſenſibus diſtribuendis dicata, offendunt: calefaciunt autem continuè, & temporis proceſſu emolliunt. Quæ æris naturam occupant, ori, tonſillis, vuæ, & oculis præcipuè conferunt. Ferri virtutem ſortitæ, ſtomacho & lieni ſunt vtiles. Oportet autem in aquam ſine tumultu, & lentè deſcendere, quô virtus corpori relaxato accedens immergatur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Naturalium balneorum. *Vocantur balnea naturalia, quæ ſua ſponte talia proueniunt: alia calida per ſe, alia calefiunt. Galenus libro primo de ſimplici medicina illorum mentionem facit, Plinius lib. 31. cap. 6. vbi in hunc modum habet: Eſt autem vtilis ſulphurata neruis, aluminata peralyticis, aut ſimili morbo ſolutis. Bituminata, aut nitroſa vtilis eſt bibendo atque purgationibus. Pleriq; in gloria ducunt plurimis horis perpeti calorem earum, quod eſt inimiciſsimum, nanque paulò diutius quàm balneis vti oportet. Hactenus Plinius. In Germania certè plurimis horis quotidie vtuntur, nec à cibo potúque interim abſtinent, corpore etiam nullam antea euacuationem per medicamenta experto, quod contrà omnem rationem eſt, præterea vno balneo & paralytici, & ſanguinem ſpuentes & lienoſi, aliiſq; affectibus obnoxij vtuntur.* *Balneæ naturales.* *Differētiæ.* *Vſus.*

Aquarum naturalium. *Sola aqua potabilis teſte Galeno humida eſt. Cæterarum nulla humectare poteſt, quod videlicet non ſint exactè aqua, ſed miſta & adulterata, accepto nimirum aut alumine, aut chalcito, aut ſale, aut id genus aliquo.*

Quæ victus ratio quolibet anni tempore ſit vtilis.

CAP. LIII.

NOn alienum eſt, pro ſingulis quoque anni temporibus victum inſtituere. Ac hyeme quidem pluribus vti laboribus, plus eſſe conuenit, præſertim diebus aquiloniis. Nam auſtrinis laborare quidem ſimiliter, ſed minus cibi & potus aſſumere oportet. Summatim humido tempore corpus omnino ſiccum reddere, quemadmodùm in frigido, calidius: carnes calidas comedere & olera, plus vini bibere oportet. Vere autem ineunte, alius vomitu, alius per aluum euacuari debet, alius ſanguinis demiſſione, prout cuiuſque conſuetudo & voluntas fuerit. Per æſtatem à laboribus conquieſcendum, ciböque demendum eſt, qui rectè frigidioris erit naturæ: potione largiore vtendum, ac omnia fieri debent, quæ ad refrigerationem humidita- *Hyemis victus.* *Veris.* *Aeſtatis.*

Autumni

témque conferunt. At in autumno, quoniam prorſus inæqualis inordinatúſque eſt, & omnigenos morbos inuehit, magna victus habenda ſollicitudo eſt: frigus vitare, concubitu & frigidæ potu prorſus abſtinere expedit. item frigidus auroræ aër, meridianúſque ardor rectè cauebitur, poma aſſatim aſſumere noxium eſt, vt quæ non copia tantùm obſint, verumetiam vitioſos procreent humores, & inflationes. Etenim præſtantiſſima ipſorum, nempe ficus & vuæ, flatus pariunt, corrumpúntque cibos, niſi antè alios præſumantur: ita verò neque inflant neque corrumpunt. Vbi aër frigidior euadit, corpus pro frigoris ratione calefacere, omniáque peragere oportet, ceu hyeme aduentante. Nihil mali autem fuerit poſt æquinoctium, vacuationem ex commemoratorum aliquo tentare, ne aliquid ſuperfluum in corpore retentum, hyeme faceſſat negotium.

Pomorum vſus.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Sic etiam Polybus de ratione priuatorum.

Non alienum eſt. *Celſus ex Hippocrate eleganter tranſtulit eandem ferè ſententiam. Eo tempore anni inquiens, calidis omnibus potius vtendum eſt, vel calorem mouentibus.*

Quæſtio cur hyeme labo randũ magis.

Pluribus vti laboribus. *Quærere aliquis poſſit, cur pluribus vtendum laboribus per hyemem, cùm calor ipſi genuinus ſit amplior tunc quàm alio tempore, teſtimonio etiam Hippocratis, qui ait. Ventres hyeme & vere calidiſſimi ſunt. Ex calore autem concoctio optima, inde probus ſanguis, ex hoc autem omnes corporis partes aluntur. Quare paucioribus laboribus hoc tempore quàm alio vtendum eſt. Siquidem calor naturalis per ſe copioſus, & efficax, non opus habet vt plus nunc excitetur quàm in ipſa æſtate, aut alia anni parte. Huic quæſtioni ſic reſpondere non dubitem. Calidiſſimi quidem ventres hyeme exiſtunt, naturali calore, hoc eſt, temperatiſſimi. Particulæ autem corporis magis refrigerantur hyeme, ac nonnullis ad ventris vſque regiones penetrat. Quapropter etiam ſi probè concocti ſint in ventriculo cibi, non tamen exactam in iocinore mutationem recipiunt, ſed aliquatenus ea fruſtrantur. Præterea totius corporis venæ ab aëre circunfluo refrigeratæ haud ſimiliter ipſos tranſmutant. Accedit ciborum copia, quam tunc vnà cum pituitoſioribus qualitatibus aſſumunt: vnde etiam humor crudus colligitur, qui laboribus & exterioribus particulis recalefacientibus concoqui, digeriq; debet.*

Solutio.

Plus eſſe. *Hippocrates, aut Polybus eius diſcipulus ait:* τὸ

μὴ

μὲν χειμῶνος ἐσθίειν ὡς πλεῖστα, πίνειν δὲ ὡς ἐλάχιστα εἶναι δὲ χρὴ τὸ πόμα οἶνον ὡς ἀκρητέστατον. quod Celſus in hunc modum interpretatur. *Hyeme plus eſſe: minus, ſed meracius bibere conuenit.*

Vere autem ineunte. *Vide libellum Galeni, cui titulus eſt, quos & quando purgare oportet.*

A laboribus cõquieſcendum. *Intellige iis quibus per hyemem vſus fueris. Semper enim exercitatio corporis neceſſaria: verùm minor nunc, & facilior, ne calor naturalis, qui à ſole tunc euocatur, etiam per hanc magis diſsipetur.*

At in autumno. *Celſus eadem ferè habet: per autumnum, inquiens propter cibi varietatem, periculum maximum eſt. Itaq; neque ſine veſte, neque ſine calciamentis prodire oportet, præcipueq; diebus frigidioribus, neque ſub diuo nocte dormire, aut certè bene operiri.*

Poma. *Græcè eſt* ὀπώρας. *Nam pomum generale vocabulum eſt, & quicquid apud Græcos opora continet, complectitur. Diſcrimen ponit Democritus inter operas & acrodrya. Quicquid herbaceo fructu viret lignoſi nihil exterius habens, vt duracina, pyra, mala damaſcena, pruna, opora, apud Græcos dicitur. Acrodrya verò contrà nominantur, quæ putamen exterius, lignoſumq; fructum continent, vt malum punicum, caſtaneæ, piſtacea, nuces, vtrunque genus Salgami nomine complectuntur Latini, à quo Salgamarius originem duxit. Celſus eodem loco iam citato: poma inquit, nocere quidam putant: quæ immodicè toto die plerunque ſic aſſumuntur, ne quid ex denſiore cibo remittatur, ita non hæc, ſed conſummatio omnium nocet. Galen. optimè vtriuſque vocis ſignificatum exprimit Commentario* περὶ εὐχυμίας καὶ κακοχυμίας. *Plinius compoſitionem quandam Oporinen appellat ex fructibus generatam, vt confundat differentiam quæ inter aporam & acrodrya exiſtit. Tu igitur ſi voles oporam fructus omnes appellabis* ὡραίους καρποὺς, *horarios fructus.*

ὀπώρα.

ἀκρόδρυα.

Poma.

Poſt æquinoctium. *Intellige autumnale, quod ad octauum calendas Octobres, vel ad ſextum incipit, vt Florentinus Agriculturæ ſcriptor memoriæ prodidit. Conſulit itaque Paulus, vt ſi fortè humores vel melancholici, vel aduſti in corpore redundent, ante hyemem in autumno purgentur. Siquidem bis corpus in anno rectè euacuatur, ſi plethoricum, ſanguinis dimiſsione: ſi malis ſcatet ſuccis, purgatione. Vere, humorum qui ex hyeme ſunt contracti: autumno, qui ex æſtate reliqui vnctionem ſunt experti. Quare in duobus æquinoctiis ferè, ſani corporis euacuationem moliemur, ad futurorum accidentium præcautionem.*

Quãdo purgandum.

Victus eorum, qui in laboribus vitam agunt. Cap. LIIII.

Laborioſi quomodo tractandi.

† Vetus ſcriptura habet facilè, ῥᾳδίως Goup.

SI quis in laboribus vitam tranſigit, conſiderandum eſt, priúſne is exerceri conſueuerit, an nullo exercitio ſe credens, † mediocriter eiuſmodi conſuetudinem ferat, ita vt non morbo implicetur, continuè, facili præditus perſpiratu meatuum: eiuſmodi enim corporis naturam ad aliam conſuetudinem traducere non oportet, imò nec eos, qui ex longiore temporis interuallo ægrotant. At ſi aſſiduè quis morbo conflictari videtur, in humorum quidem redundantia (πληθωρίαν Græci appellāt) eò per totam ſalubrem victus rationem, conſilium diriges, vt humorum mediocris ſit† copia: in eorum verò prauitate (κακωχυμία Græcis dicitur) vt optimos efficias. Qui igitur humorum redundantia laborant, in balneum deduci: deinde frictionem adhibere, & paululum dimoueri prius debent. Qui verò eiuſmodi facere antea ſunt aggreſſi, iis hæc eadem paululum augere, cibo autem detrahere, eúmque imbecillis materiæ ingerere conſulemus. At qui prauos humores colligunt, non vno conſilio tractantur, quoniam neque vna vitioſi humoris ſpecies eſt. Nōnulli ſiquidem frigidiorem magiſq; pituitoſam colligunt, alij calidiorem bilioſiorémque, quemadmodum alij melancholicam magis accumulant. Quapropter ſinguli, cibo potuq; abſtinebunt, quæ collectam ipſis humorum colluuiem ſolent generare. In omnibus autem his commune eſt præſidium, alui ſubductio.

† aliqui codices habēt, ſemper, inſertum, ἀεὶ Goup.

Plethorici quomodo tractandi.

Cacochymi.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Omnis mutatio ſubita noxia eſt.

Cōſuetis aliquid tribuendum.

Denſi.

Rari.

Facili præditus. *Hoc caput ex libro primo Oribaſij ſumptum eſt. Vult autem Paulus in omni vitæ genere, vt ſemper conſuetis vtamur. Quod enim contra conſuetudinem eſt, nocet. Neque enim ex nimio labore, ſubitum ocium, neque ex nimio ocio ſubitus labor ſine graui noxa eſt. Qui igitur in laboribus vitam agunt, ſi facilè ferunt, mutationem non conſulit. Qui in ocio degunt ſani, neque hi ad labores ſunt cogendi. Siquidem natura conſuetis gaudet. Verùm vt mediocris exercitatio ſummum corpori præſidium conciliat, ita ocium, extremum adfert malum, vt alibi Galenus ait, præſertim ſi corpus denſum, quod non ex facili diſſletur, contigerit: ſin autem natura eſt rarum, perſpiratu non impedito, aptiſque nutritur humoribus, etiam ſi non exercitetur, vix morbis eſt opportunum. Siquidem per meatus quicquid fuliginoſum viſcoſumq; fuerit, diſſlatur, expelliturq;, ac qui*

talem

talem corporis conſtitutionem, fabricationémque habent, à Græcis vocantur εὐδιάπνευστοι. Exercitium hoc loco intelliges, ex præſcripto inſtitutum, quod multi ante cibum, vti expedit, ſubire nequeunt ciuilibus negociis, aut aliis etiam diſtricti: iis igitur ſi meatuum cutis raritas & amplitudo fauet, etiam ſine exercitio, ſanitate aliquandiu frui licet.

εὐδιάπνευστοι.

Imò nec eos. *Hippocrates hanc ſententiam in Aphoriſmorum ſecundo confirmat. Quæ longo tempore conſueta ſunt: etiam ſi inſuetis ſint deteriora, minus moleſtare ſolent. Nec ea de exercitiis tantùm, ſed omnibus quæ ad corpus attinent, accipienda veniunt.*

In omnibus autem his. *Galenus in libello περὶ εὐχυμίας, καὶ κακοχυμίας probat in hunc modum: Multi eiuſmodi vitæ inſtitutum ſequuntur, vt ipſis non liceat, vel ante cibum probè exercitari, vel ſatis opportunè cibum ſumere, vel alimenta fœliciter concoquere: qui ſanè à morbis immunes permanere non poſſunt, niſi ex interuallo alui ſubductione ſibi proſpiciant: interim purgatione, cum tempeſtiua ſanguinis detractione, &c. Quanquam Paulus etiam intelligit, vt quotidie aluus bis, aut certè ſemel reſpondeat inculpatè pro aſſumptorum ratione. Id niſi fiat, certè ſollicitandam eſſe docuimus.*

Neceſſitas purgationũ contra eos qui nunquã medicina vtendum docent.

CORNARII.

u *Ex his igitur qui humorum copiam coaceruant, eos qui ſtatim balneum ingreſſi ſunt, poſtea frictione vti, & parum moueri exhortabimur. Hoc loco vna vox corrupta totam ſententiam obſcurat. Si igitur pro voce πρότερον legas προτρέψομεν, habebis ſanam lectionem modò expreſſam. Hoc indicat ſequentis periodi verbum συμβουλεύσομεν. At πρότερον in re iam facta locum nullum habet.*

Proficiſcentium victus ratio. *Cap.* LV.

FAcillimè quis profectionem inibit, ſi inunctus ſit, & non fortiter incedat. Præterea ad proficiſcendi facilitatem conducit per æſtatem faſcia mollis digitos ſex aut ſeptem lata, quinq; autem cubitos non minus oblonga, lumbos ad ilia vſque complexa. Item baculus ad iter vtilis habetur. Etenim per decliuia præmiſſus, corpus quod præceps ruit, ceu conto cuidam innixum retinet: quum aſcendendum eſt, ipſi innitentes facilius in accliuia corpus promouemus. Porrò cùm in itinere ceſſamus, vnctio & pauxillum cibi cuiuſdam æſtiui, potioq; modica eo tempore conuenit: à prandio antè quàm iter arripiamus, conquieſcendum eſt. Si verò neceſſitas abeundi fuerit, & ſitis vrgeat, tenuis polenta ex aqua cum ſalis momento bibetur: æſtus ardorque ſolis

ſolis caueri debet, cui nec corpus nudum exponere, ſed cõtectum eſſe oportet, ne ex itinere ſicceſcens indureſcat. Hac enim ratione, & minus laſſatur, & nullum ex prædictis affectibus ſimiliter percipit. Hyeme quum frigus vrit, antequam itineri te accingas ventre ſubducto, & vnctione adhibita hyemaleis cibos copioſè aſſumes, potionem modicam. Cæterùm faſcia longiore non ſolùm lumbos, ſed ſpinam quoque & pectus rectè inuolues. Requieſcenti autem, ſi interea vehemens frigus vrat, neque vngi, neque cibum potúmue aſſumere præſtat. neque alio quodammodo refici debes, ſi inibi manſurus es. At ſecundum longas profectiones, alióſque validos labores, etſi laſſitudinem quis non ſentiat, non aliter quàm laſſi curabitur. minus enim ſic periculis erit opportunus.

Nauigantium victus. Cap. LVI.

Vomitus primum nauigantium.

VOmitionibus, quibus nauigantes premuntur, primùm oborientibus nec facilè, nec vtiliter ſuccurrimus: vt quæ omnino magna ex parte præſidio eſſe ſoleant. A vomitu autem cibi non copioſi, nec quilibet offerri debent, ſed aut lenticula vti ſicca, decoctaq;, cui pulegij modicum ſit adiectum, aut panem ex vino aquoſo, & odoro maceratum ingerere oportet: potione vti modica, eaq; vel ex vino prorſus aquoſo, vel aceto mulſo. Lenticulam incoqui dum emolleſcat, conueniet: mox in tenuem puluerem redigere, inde ſiccare, poſtea in vas fictile condere. At ſi diutius crebriúſq; vomitus vrgeat, cibo magis ſubtrahendum eſt, eadémque potione modica vtendum, vel aceto mulſo cum aqua, in quo thymum aut pulegium commaduerit: item aqua cum polentæ polline aut vino odorato, eoque aquoſo cum illius polline ſimiliter, recreatio tentabitur. Ad graueis autem nauium odores, aut male cotonea naribus admouentur, aut thymus, aut pulegium. Mare nequaquam aſpiciendum eſt, vſque dum in nauibus verſari aſſueſcas. Aquis porrò cura adhibenda eſt, ne turbidæ, fœdi odoris, ac ſalſæ exiſtant.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Vomitionibus. *Quandoquidem pleriſque neceſsitas incidit, nauigio per mare proficiſcendi, Paulus etiam hîc remedia malis obuenientibus enumerare voluit, Oribaſium ſecutus libro quinto. Facit igitur vini mentionem, quod maximè ſtomacho vomitionibus turbato con*

to conuenit. Vocat autem Græcè οἰνάριον quaſi dicas villum, ſicut etiam ὀξέλιον τὸ ἀπὸ μέλιτος pro oxymelite.

οἰνάριον. ὀξέλιον.

Polentæ polline. *Hoc eſt tenuiore parte farinæ hordeaceæ toſtæ. Voco autem pollinem cuiuſcunque partem ſubtiliorem, non tantùm farinæ triticeæ. Nam Celſus, Scriboniúſque thuris pollinis meminit. Plinius præparationem eius lib. 18. cap. 7. docet: Polentam quoque Græci non aliundè præferunt. Pluribus fit hæc modis. Græci perfuſum aqua hordeum ſiccant nocte vna, ac poſtero die frigunt: deinde molis frangunt. Galenus libro primo de alimentis, de nouello hordeo toſto intelligit. Græci polentam ἄλφιτον nominant: tenuiorem eius partem, ἀλφίτου παιπάλη.*

Pollen polentæ.

ἄλφιτον. ἀλφίτου παιπάλη.

Quomodo extenuetur corpus. Cap. LVII.

QVum immodicè corpus plenum eſt, extenuare id atq; imminuere oportet. Quia ergo calidior intemperatura & ſiccior gracile corpus reddere demõſtrata eſt, craſſis eam, ſi mediocres reddere voluerimus, inducemus. Didiciſti autem citas exercitationes, victum extenuantem, ſimiliaque medicamenta, & animi curas, temperamentum ſiccius, & calidius, eoque corpus gracilius efficere. Quæ igitur victus ratio extenuet, nulli non cognita eſt: medicamenta verò vehementiora hæc ſunt, rutæ ſemen, præſertim ſylueſtris, cum ipſis corymbis, ariſtolochia rotunda, tenue centauriem, gentiana, polium, quæque ad vrinam ciendam valentiora ſunt, vti petroſelinum: ſingula nanque hæc, & per ſe, & cum aliis omnia, humores abundè extenuant, inaniuntque corpus. Quinetiam ſales ex crematis viperis largiter extenuare ſolent: ipſaque adeò theriace. Digerit autem, extenuatque oleum, cui radix ſyluatici cucumeris, hibiſci, gentianæ, panacis, & ariſtolochiæ ſit incocta, ſi illinatur: ſic polium & centaurium. At cibus non ſtatim à balneo dari debet, ſed prius ſomnus eſt indicendus. Præſtaret etiam aquam balnei ex iis eſſe quæ digerant, ſi quidem ſpõte ſua ſcaturientem habeamus, qualis eſt Mitylenæ: ſin minus, ſalis florem aquæ marinæ commiſcebimus. Vino vtemur tenui & albo. Cæterùm frictio ſicca linteis craſſioribus duriſq; adhibita, idem abundè efficit. Adhæc oportet cibi minus quàm pro exercitiorum ratione ipſos aſſumere: iuuat etiam obæſos inſolatus. præbibere autem non debent, ſed epulas ſemel tantùm die ſumere magis expedit. item corpus nitro & ſale aſperiore infricare. In balneis copioſum nitrum

Carnem imminuentia

Aqua Mitylenes.

trum extenuat, modicum verò probam corporis nutritionem excitat. Poſtremò extenuat & medicamentum, quod recipit piperis & petroſelini duas portiones, aſari & aniſi dimidiam. Hoc & vrinæ & aluo promouendæ efficax eſt.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Quum immodicè corpus. *Ex Oribaſij quinto, methodi verò Galeni decimoquarto hæc ferè tranſcripſit. Cæterùm medici officium eſt, vt intemperies corrigere, continui diuortium, committere, ita quoque amputare, & præſcindere, quod magnitudine, vel numero redundat: reficere autem, & fingere quod deſit. Verbi cauſa, cùm corpus ex corpulentia eò deuenit, vt nec ingredi ſine moleſtia, nec ſedem propter ventris molem contingere, nec reſpirare liberè poßit, hanc liquare & tollere, æquè nimirùm: vt quando corpus ali deſinit, huic quoque reficiendo proſpicere. Paul. Græcè dixit* ὅταν εἰς
πολυσαρκία. πολυσαρκίαν ἄμετρον ἐκτραπῇ τὸ σῶμα. *Hoc eſt: Cùm corpus in corpulentiam immodicam deuenerit. Celſus plenum corpus dicit & obeſum.*

Calidior & ſiccior. *Græcus codex non habet* καὶ ξηροτέρα, *id eſt & ſiccior. Ex Galeno autem addendum venit.*

ὀξεῖα. Citas exercitationes. *Græcè dixit Paulus* ὀξεῖα γυμνάσια, *quod ad verbum ſonat, acuta exercitia. Galenus in commentario libelli de ratione victus priuatorum interpretatur ferè, quod decimoquarto docuit:* ἡ ταχεῖα κίνησις τὴν θερμασίαν ἐπιπλέον αὐξάνουσα τήκει τὸ σῶμα. *Quod eſt: Velox motus calorem amplius au-*
ταχεῖα. *gens, corpus liquat. Idem igitur eſt* ὀξεῖα, *&* ταχεῖα. *Celſus, curſum, multam ob ambulationem, omnèmque vehementem exercitationem ponit.*

Iuuat itidem craſſos inſolatus. *Craſſos hîc intelligo, quos*
κατασάρκους. *Græci* κατασάρκους, πολυσάρκους, παχέας *nominant. His opponuntur* λεπτοί, ἰσχνοί, κατισχνωθέντες, *&* καταλελεπτυσμένοι. *Celſus*
πολυσάρκους. *contrarios inter ſe vocat, plenum & tenuem, gracilem & obeſum. Inſolatus autem Græcè dicitur* ἡλίωσις, *quod Celſus interpretatus*
παχέας. *eſt ſol inurens, & omnis calor.*
ἡλίωσις. Præbibere autem non debent. *Hoc intelligendum eſt nimirum, ne cibus ſtatim in corpore diſtribuatur. Contrariam planè ſententiam habes apud Polybum: quam Celſus deinde interpretatus eſt: ſed nonnihil euariat. Græcè primùm ſic habetur:* καὶ τοῖς σιτίοισιν ἐπιχειρέειν, προπεπωκότας οἶνον κεκρημένον, καὶ μὴ πάνυ σφόδρα ψυχρόν, *hoc eſt: Et cibos aggredi, vino prius temperato, & non admodùm frigido aſſumpto. Celſus inquit, ſemel die aſſumptæ epulæ, &*

vini

vini non perfrigidi potio ieiuno in conſuetudinem adducta. Galenus autem ſententiam corrigens dicit legendum μήθ' ὅλως θερμὸν, quod eſt, neque omnino calidi.

Semel tantùm die. *Græci hoc vocant μονοσιτεῖν. Galenus autem in commentario nuper citato locum hunc quaſi corrigit, κάλλιον inquiens ἂν ἦν εἰρῆσθαι πρὸς αὐτῷ μὴ μονοσιτεῖν, ἀλλὰ ὀλιγοσιτεῖν, hoc eſt: Præſtaret dictum ab eo fuiſſe, non ſemel epulas aſſumere, ſed modicas. Quidam enim ex iis qui ſemel tantùm cibum ſumunt, multò plus ingerunt, quàm qui bis capiunt.* *μονοσιτεῖν. ὀλιγοσιτεῖν.*

Quomodo tenues impleantur. *Cap.* LVIII.

QVum extenuatos implere volumus, vinum quidem craſſum, cibus autem craſſi ſucci, exercitatio modica, frictio mediocris, & vt ſummatim dicam, omnia prædictis contraria expediunt. Commodum eſt iiſdem & pice diebus tribus quatuórue interpoſitis, oblini. Si ieiunus aliquis lauetur, ante balneum linteis corpus donec rubeſcat, infricare debet, ˣ deinde frictione dura, non tamen multa cutem cogere, quo denſa duraque euadat. Expedit igitur iis qui pallido ſunt colore præditi, nec alimentum ſentiunt, iram animique motus excitare. *Pication is vtilitas. Ira inducenda.*

ANNOTAT. ANDERNACI.

Quum extenuatos. *Hoc caput ex decimoquarto Methodi Galeni ſumptum eſt. Commemorat autem victus rationem extenuatis accommodam, primùm quidem vinum craſſum, cuiuſmodi ſunt nigra & fulua Italica vel Aſiana, aut etiam Hiſpana. Linacer autem methodi interpres vertit οἶνον παχὺν, vinum pingue, qua ratione, vel quem ſecutus autorem neſcio. Dicuntur autem vina craſſa, quæ ſuccum craſſum habent, multúmque alunt. Cibus autem craſſi ſucci, qualis eſt, alica, porcina caro, panes furnacei, & textuacei, tragus, oua, lac, caſeus, magnáque piſcium pars. Qui cibi craſſi omnes ad nutriendum ſunt valentiſſimi, & ſi probè in ventriculo ac iocinore concocti fuerint, ſanguinem benignum generare ſolent.* *Vina craſſa. Craſſi ſucci cibus.*

Exercitatio modica. *Omnia exemplaria Pauli impreſſa habent γυμνάσια ᾗ βραδέα. Hoc eſt, exercitia autem lenta: & optimè quadrat lectio ſuperiori ſententiæ, quæ de craſſis extenuandis habetur: nempe huic, Citas exercitationes. Galenus autem in Methodo, omnibus codicibus atteſtantibus, legit βραχέα, hoc eſt modica. Celſus in ſimili ſententia de replendis tenuibus dicit conuenire modicā exercitationem. Rurſus Galenus in commentario ſuperius citato dicit extenuatis eadem ferè ex vſu eſſe: οὕτω ᾗ, inquiens, καὶ τὰ γυμνάσια,* *Contrarij loci.*

σια, βραχέα τε γυμνάσεται, καὶ βραδέα, καὶ μετὰ τροφήν. *Quod eſt, Ita vero etiam exercitia, & pauca, & lenta, & poſt cibum habebit. Sume igitur vtramuis lectionem. Ego ſecutus ſum Galenum in methodo, vnde hæc ſunt deſcripta.*

Deinde frictione dura. *Hæc ſententia & mutila, & deprauata exiſtit in Paulo. Quid enim per hæc verba intelligas:* κἄπεισα σκληρὰ μὴ πολὺ πιλοῦντες τὸ δέρμα, *&c. Corrigenda inſtaurandaq́; eſt ex Galeni libro ſexto de ſanitate tuenda, in hunc modum,* κἄπειτα τρίψει σκληρᾷ μὴ πολλῇ πιλοῦντας τὸ δέρμα. *Hoc eſt: Et poſtea frictione dura non multa cogentes cutem, quò denſa, duraq́; euadat.*

Iis qui pallido. *Iram, motúſque animi præcipit decoloratis, vt videlicet inde ſanguis in exteriores partes trahatur: ſicut alij quibuſdam medicamentis eò alliciunt.*

CORNARII.

x *Et poſtea frictione dura non tamen multa cutem ſpiſſare, quò denſam ac duram efficiamus. Græca corrupta ſic reſtituenda ex Galen. lib. 6. de ſanit. tuen.* κἄπειτα τρίψει σκληρᾷ μὴ πολλῇ πιλοῦντας τὸ δέρμα πυκνὸν καὶ σκληρὸν ἐργάζεσθαι, *Videtur & iuxta Aetij lib. 4. cap. 35. lectionem reſtitui poſſe hoc modo.* κἄπειτα τρίψει χρῆσθαι μὴ πάνυ σκληρᾷ ἵνα μὴ πιλοῦντες, τὸ δέρμα πυκνὸν καὶ σκληρὸν ἐργασώμεθα. *Vult enim Aetius duram quidem frictionẽ eſſe adhibendam, non tamen ita valde vt penitus cutem ſpiſſemus, ſed vt denſa ſolùm ac dura reddatur. Quod autem mox ſequitur de iracundia inducenda, ad colorem reparandum, & vt alimentum non ſentientibus rurſus ſanguis in vaſa ſubter cutem colligatur, ex Hipp. doctrina eſt, qui lib. 2. Epid. ſect. quartæ fine ſic ait,* ἐπιτηδεύειν ὀξυθυμίην ἐμποιέειν καὶ χρώματος ἀναλήψιος εἵνεκα, καὶ ἐγχυμώσιος: *& addit* καὶ εὐθυμίας καὶ φόβους, καὶ τὰ τοιαῦτα. *Atque hæ ſunt commotiones animales, Paulo* συγκινήσεις ψυχικαὶ *dictæ.*

De partium attenuatarum curatione. *Cap.* LIX.

EXtenuantur plerunque partes nonnullæ, vel diuturna ipſarum quiete, vel deligaturæ modo quo confracta faſciantur. Itaque virtus partis extenuatæ firmari, ſanguíſque ad eam elici debet copioſus, frictione moderata, aptóque motu, & calentis aquæ mediocri ſuperfuſione. Hæc ſanè tantiſper facienda ſunt, dum rubeſcens corpus attollatur. ceſſandum verò prius quàm collabatur. y Iam & picationem prædictis membris, adhibere congruit. Quum autem frigidiorem partem ſenſeris, linteis ipſam confricare, ac calefacienti

Calidæ affuſionis modus.

cienti qu odam medicamine oportet. Vſus ſum aliquando & thapſia, nunc cum melle, nunc cum cerato illinens.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Extenuantur plerunque. *Vide Galenum in decimoquarto Methodi medendi, vbi etiam horum curationem plenius perſequitur. Picationis mentionem facit, quæ πίττωσις dicitur Græcis, hoc eſt, pix membris oblita: hyeme bis, æſtate ſemel, idq; frigidis & humidis, aut vtroque temperamento ſimul donatis. Nam ſiccis & calidis eiuſmodi medicamenta adhiberi non debent.* πίττωσις.

CORNARII.

y *Quin & picationem adhibere oportet iuxta relatos ſcopos. Vbi verò frigiditatis ſenſus circa attenuatam partem fuerit, &c. locus Pauli corruptus ex Aetio ſic reſtituendus* ταῦτα δὲ ποιεῖν μέχρις ἂν ἐρυθρὸν γενόμενον τὸ μέρος μετεωρισθῇ καὶ πρὶν συμπέσῃ παύεσθαι. δεῖ δὲ καὶ τῷ τῶν πιττωτῶν αρμάκῳ χρῆσθαι κατὰ τοὺς εἰρημένους σκόπους. ὅταν δὲ αἴσθησις ψύξεως περὶ τὸ λελεπτυσμένον μόριον ὑπάρχῃ, &c.

Optimi temperamenti notæ. Cap. LX.

TEmperatiſſimus homo eſt, cuius corporis compoſitio omnium extremorum exactè medium occupat, nempe gracilitatis, craſſitiei, mollitudinis, duritiæ, caloris, frigiditatis, humiditatis, & ſiccitatis, in vniuerſum naturæ ac animi functiones habet inculpatas: medius quoque eſt glabri & hirſuti, nigri & albi: pilos in pueritia rufos magis quàm nigros habet: in vigore, è contrario. *Temperatiſsimi hominis notæ.*

Intemperatorum corporum notæ. Cap: LXI.

COrpora moderato calidiora citius dentient, increſcéntque ſimiliter: tangentibus autem calidiora, minúſque pinguia apparent: colore ſunt rubido, pilis nigris, mediocriter hiſpidis, & latis venis. At ſi quis ſimul & pinguis, & craſſus latiores venas habeat, is ob conſuetudinem, non natura pinguis euaſit. Frigidioris temperaturæ nota eſt, ſi ad tactum frigidius apparet corpus, glabrúmq; ſit & pingue, color vnà cum capillis rufus, ſi multa ineſt frigiditas, liuens quodammodò & plumbeus, venæ anguſtiores, ſi gracilis eſt eo temperamento præditus, neque is neceſſariò talis, ſed ex conſuetudine factus eſt. Sicca autem temperies durior eſt, graciliórque temperata, atq; hirſuta, durities igitur à ſicca temperie omnino ſeparari nequit: gracilitas autem non modò naturaleis temperaturas, ſed etiam ex longa conſuetudine *Intemperaturarũ ſimplicium ac compoſitarum notæ.*

acquiſitas comitatur. Indicium ſiccitatis eſt, ſi corpus ægrè mouetur, ſiccum, & ſqualidum à ſiccantibus euadat. Humida temperies, cætera quidem temperatæ ſimilis eſt, ſed mollior, corpulentiórque, ac ab hac ſeparari nequit mollities, quemadmodum & craſſitudo, non inſitum modò temperamentum comitatur, ſed etiam ex longa quadam conſuetudine conſtituitur: [z] peculiare verò humiditatis ſignum eſt, corpus maximè hirſutum, facilis pilorum capitis prouentus, iique nigri ſunt, & per iuuentutem copioſi: proceſſu temporis caluitium ſequitur, venæ latæ ſunt, ſicuti & arteriæ grandes, ſimúlque vehementiſſimè pulſant. præterea totum corpus validum, articulatum, muſculoſum, pinguedinis expers apparet, cutis dura, & nigrior. Frigidam humidámque temperaturam teſtatur thorax anguſtus, ſicut etiam totum corpus glabrum, cutis tenera & alba, capilli ſubrufi, præſertim in iuuentute, hac præditi in ſenio non caluescunt, verùm ſtatim timidi, puſillanimes, pigri, venis latentibus, craſſi pinguéſque, & femoribus, [a] & muſculis indiſtincti, inarticulati, bleſique fiunt. At ſi humiditas frigiditáſque magis fuerit adaucta, color vnà cum pilis rufus videtur: ſi plurimùm increuerit, liueſcit. Porrò calidum ac humidum temperamentum mollius carnoſiúſque, optima temperie exiſtit: auctum ampliſſimè, putridis affectibus opportunum eſt. Quùm autem paulò quidem humidius, multò autem calidius fuerit, eo donati molliores paulò, corpulentioréſque temperatis exiſtunt, non paulò verò hiſpidiores, [b] imò etiam ad tactum calidiores apparent, nigri ipſis pili exiſtunt, & caro pinguitudinis expers. Quòd ſi paulò quidem fuerit calidius, multò autem humidius, mollis his caro, multáque exiſtit, & color ex rubro, & albo commiſtus, tangentibúſque paulò calidiores apparent. At ſi frigiditas pariter cum ſiccitate ex æquo augeſcit, corpus erit durum, gracile, album, non muſculoſum nec articulatum, piliſque vacuum, tangentibus frigidum deprehenditur: pinguedo tamen, graciles licet eiuſmodi exiſtant, per carnem diſperſa eſt, color autem & capilli frigiditati proportione reſpondent. Quod ad animi mores pertinet, puſillanimes, timidos & triſtes eiuſmodi temperamentum efficit. Ac, vt ſemel expediam, in coniugatis temperaturis ſemper euincentis qualitatis notæ ſuperare ſolent.

De

ANNOTAT. ANDERNACI.

Dentient, increſcéntque. *Hoc & ſuperius caput, ex commentario Galeni ſumptum eſt, qui ars medicinalis inſcribitur. Deeſt autem in codicibus Pauli impreſsis dictio* καὶ, *in capitis principio. Lege igitur* τοὺς τιθολόντας φύσει θᾶττον, καὶ αὐξηθήσεται. *Hoc eſt: Dentes citius producent, & augebuntur.*

Is ob conſuetudinem. *Putà liberaliorem cibum ſumptum continuè, ocium, totámque denique victus rationem: quod apud Galenū* κατὰ συμβεβηκός, *hoc eſt, ſecundum accidens, contrarium huic vocat* κατὰ φύσιν, *ex natura. Veluti alij nati grandioribus venis, corpore ad gracilitatem idoneo ex ocio diuturno, cibíſque tum validis tum copioſis craſſeſcunt, alij exilibus venis præditi ex labore aßiduo, curis, vigiliíſque & cibis extenuantibus vſi in obeſitatem prolabuntur.* Conſuetudo acquiſita natura.

Nigri ipſis pili exiſtunt. *In codicibus Pauli impreßis hæc tota ſententia deſideratur: planéque vt adſit, neceſſaria ad diſputationem de temperaturis videtur. Nam altera diuiſionis pars exiſtit. Repone igitur ex Galeno in arte medicinali in hunc modum poſt* ἐν ὀλίγῳ θερμότερον. μέλαιναι δ᾽ αὐτοῖς αἱ θρίχες, καὶ ἡ σάρξ ἀπίμελος. εἰ δ᾽ ὀλίγῳ μὲν εἴη θερμότερα, παμπόλλῳ δ᾽ ὑγρότερα, μαλακὴ τούτοις ἐστὶν ἡ σάρξ καὶ πολλὴ, καὶ τὸ χρῶμα συμμιγὲς ἐξ ἐρυθροῦ καὶ λευκοῦ. καὶ ψαύοντων ὀλίγῳ θερμότερα.

Color autem & capilli. *Hic quoque mutilus eſt codex Græcus, habetur enim:* τὰ δὲ τῶν τριχῶν τῆς χροιᾶς, *pro* τὰ δὲ τῶν τριχῶν, καὶ τῆς χροιᾶς. *Color itaque totius corporis, hoc eſt albus, maximè erit, ſi illud vehementer fuerit frigidum, capilli quoque rarißimi enaſcentur, ſi illud tale fuerit: ſin minus, minus illa quoque erunt intenſa. Hoc itaque eſt pro proportione.*

CORNARII.

z *Proprium autem humiditatis ſignum grauari corpus ab humidioribus. Cæterum calida & ſicca temperatura extremè hirſuta eſt, & capitis pilos multùm augeſcentes, & nigros, & multos, in iuuenili ætate habet. Progreſſu verò temporis, &c.*

a *Et femoribus ac muſculis imbecilles, & inarticulati. Sed & bleſi fiunt. Græcè vbi habetur* καὶ μηροῖς καὶ μυσὶν ἄδριστοι, *id eſt femorib. ac muſculis indiſtincti lege* ἄῤῥωστοι: *ita enim Aetius habet.*

b *Satis eſt ſi poſt verba Gal. ex arte medica, & Aetij lib. 4. cap.58.* καὶ μὲν δὴ ἁπτομένοις ἐν ὀλίγῳ θερμότεροι, *hæc ſolùm adſcribantur,* μέλαιναι δὲ εἰσὶν αὐτοῖς αἱ τρίχες, καὶ ἡ σάρξ ἀπίμελος. *Ad contactum non paulò calidiores. Nigri autem ſunt ipſis pili, & caro*

pinguitudinis exors. Periodus autem quæ ſequitur in Gal. & Aetio omittatur, vt quam etiam Paulum omiſiſſe credam, qui ſatis eſſe duxerit de hac tota tractatione admonere ad finem, quod in coniugatis temperaturis, prædominantis qualitatis notæ ſemper præualerent, alioqui etiam alia multa, quæ reliquit vltro adſcribenda fuiſſent. Non enim Pauli inſtitutum fuit omnia ex Gal. & aliis, ſed optima tantùm, & quæ ſibi ſufficere videbantur tranſcribere.

De capitis formatione. *Cap.* LXII.

Capitis formatio. EXiguum ſanè caput prauam cerebri ſtructuram propriè notat: magnum verò non neceſſariò bonam teſtatur. Si nanque tale inſitæ virtutis, materiam probam multámque efformantis robore factum eſt, bonum eſt indicium: ſin ex ſolius materiæ copia, non item. Verùm diſtinguere ea conuenit figura, & iis quæ ex illo proceſſerint. Figura quidem, ſi concinna, aptáque fuerit, hæc enim ſemper bona eſt conſtructio: iis autem quæ ex illo procedunt, [c] ſi optimè ſit diſpoſita, & ſi neruoſum genus ipſi integrum, bene habitum, valens, ſicque oculi acriter cernant. *Caput acutum.* In acutum faſtigiata capita, deficientem in fronte, vel occipite habent eminentiam, aut magis quàm decens eſt, auctam. [d] Plerunque igitur, vt magnam, ita has quoque deprauatas comperiemus. fit tamen, ſed raro vt nonnullæ ex his bonæ proueniant cum formans ſcilicet vis, non inualida fuerit.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Exiguum ſanè caput. *Hæc quoque ex arte medica Galeni trãſcripta ſunt. Prauam, inquit, cerebri ſtructuram indicat. Nam quod in tentoriis præſtant pali quos Græci* *λάμακας* *appellant, & in ædibus parietes, id nimirùm in animalibus oſſium ſubſtantia. Quippe ad huius imitationem cætera omnia in animante ſolet effingi, mutaríque: vt ſi caluaria ſit rotunda, neceſſariò cerebrum tale fuerit: quemadmodùm etiam ſi oblonga ſit, talem quoque figuram cerebrum induet. Si itaque paruum eſt caput, ea quæ oſſibus adhærent, exigua, aut mutila eſſe coniicimus.* *λάμακες.*

Figura per fecta. Figura. *Nempe quæ ad oblongæ ſphæræ potiſſimùm ſimilitudinem ſtructa eſt. Alia verò capitis figura vertice acuminato, qualem Therſites habebat apud Homerum, deprauata eſt. Naturalis itaque, priorem ac poſteriorem partem prominentiorem habet. Deprauata, altera eminentiarum caret. Deprauatiſſima quæ vtraque: quare etiam ſuturas præter naturam habet.*

Si

Si optimè ſit diſpoſita. *Galenus dicit: Si validam habet ceruicem, aliisq; oſſibus optimè ſit conſtituta.*

Plerunque igitur. *Retuli ad eminentias. Nam ad figuram non poteſt. Vult itaque Paulus nonnunquàm etiam fieri, vt capita etiam b ona exiſtant, quamuis eminentiæ à naturæ modo receſſerint.*

CORNARII.

c *ſi validam ceruicem habet, reliquíſque oſſibus optimè diſpoſitũ eſt: & ſi neruoſum in ipſis genus vniuerſum habitius ac plenius eſt, & firmum, & ſi oculi, &c.*

d *Plerunque velut magnum, ita etiam hæc capita reprehendenda comperiemus.*

Temperaturæ cerebri notæ. *Cap.* LXIII.

Cerebri tẽperati notæ.

CErebrum temperatum moderatas habet, & animi functiones, & excrementa, miniméque ab omnibus exteris offendetur. Talium pili capitis in infantia ſubrufi, pueritia ſubflaui apparent: vbi adoleuerint flaueſcunt, medij quodammodo inter criſpos exactè ac ſimplices, nec tamen facilè calueſcunt. Si verò calidius temperato extiterit, omnia quæ circà caput exiſtunt, & calidiora, & rubicundiora apparent, oculorum venæ ſenſibiliter apparent, capilli his in lucem æditis protinus in capite oriuntur. Iis autem qui multò ſunt calidiores, nigri, validi, & criſpi: qui non multò, iis flaui primùm, deinde nigri proueniunt, procedente ætate calueſcunt, interim his recrementa ſunt exigua, & inculpata fruuntur valetudine: capite verò à calefacientibus cibis, potu, odoribus, & foris accedentibus implentur grauantúrque, modicus ſomnus in huiuſmodi temperaturis ſufficit, neque is profundus admodùm. Frigidius autem quàm conuenit cerebrum fatentur, excrementa copioſiora per meatus ei peculiareis manantia, capilli recti, rufi, firmi, & facilè à frigidioribus cauſis læduntur, deſtillationibus, & grauedinibus continuè infeſtantur, oculorum venę latent, ſomno maximè premuntur. Siccioris cerebri nota eſt, ſi nihil excrementi emanat, ſenſuum acrimonia, vigiliæ, capilli ſunt robuſtiſſimi, ſtatim ab ortu, ac iis criſpi magis, verùm ex facili caluent. Humidioris autem, capilli ſimplices planíque, & nequaquam caluitium experiuntur, ſenſus turbulenti, excrementorum copia, ſomnus multus & profundus. Calido, & ſicco cerebro præditi, recrementis carent, exactos ſenſus obtinent, vigilantiſſimi ſunt, facilè caluent, primùm verò

Cerebri imtemperaturarum ſimplicium ac compoſitarum notæ.

capilli celerrimè ipſis proueniunt, & optimè habiti, pleniſſimique, nigri calidi ad tactum capitis, rubríque vſque ad vigorem apparent. At ſi calori humiditas acceſſerit, ita vt vtraque paululùm excedant mediocritatem, colorati calidíque ſunt, venæ oculorum grandes, excrementa pleniora, mediocriter concocta, capilli recti, ſubflaui, caluitium haud facilè experiuntur, verùm capita ipſorum calefacientibus, humectantibúſq; implentur, grauantúrq;. Vbi verò humiditas, caliditáſq; accreuerit, caput morbidum euadit, faciléq; ex calidis & humectantibus noxam contrahit, eiuſmodi temperamento præditi, vigilare diu nequeunt, dormientes autẽ imaginibus per inſomnia torquentur, oculi caligant, non exactos ſenſus obtinent. Frigida verò ſimul & ſicca temperamenta cerebri, frigidum decolórque caput efficiunt, oculorum venæ non extant, à frigidis cauſis promptè offenduntur, eóque inæquali valetudine fruuntur, ſenſibus per adoleſcentiam exactis inculpatíſque proceſſu temporis ſubitò contabeſcunt: ſummatim circa omnes capitis partes citò conſeneſcunt, capilli à natali die vix erumpunt, exorti non aluntur, rufeſcúntque. Humidum frigidúmque temperamentum cerebri, reddit ſoporoſos, ſomnolentos, ſenſibus vitioſos, excrementicios, frigori opportunos, capita habentes quæ facilè repleantur, deſtillationi, grauedini obnoxios: non tamen hi caluitium experiuntur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Miniméque ab omnibus exteris. *Ex eodem Galeni commentario ſumptum eſt: dicit autem exteris, quod idem ſibi vult ac ſi dicas, extrinſecus accidentibus quæ qualefaciunt, refrigerant, ſiccant, & humectant. De pilis etiam in libris de facultatibus naturalibus comprehenſa à Galeno reperias.*

Summatim circa. *In fine capitis hæc clauſula habetur. Sonat autem Græcè* ταχύγηροι τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν ἄπαντα εἰσίν. *Hoc eſt ad verbũ: Citò ſeneſcunt in iis omnibus quæ circa caput ſunt. Quaſi dicas: Omnes capitis partes potiſſimùm maturè ſenium teſtantur.*

Ventriculi temperaturæ notæ. *Cap.* LXIIII.

Ventriculi temperaturarũ notæ.

VEntriculi natura ſiccioris indicium eſt, ſi confeſtim eò donati ſitiant, & modico ſint contenti potu, largiore grauentur, fluctuationes experiantur, vel id quod redundat in ventriculo ſupernatet, cibíſque delectentur ſiccioribus. Humidiorem notant, ſi nulla ſitis vrget, & largior humor

non

non moleſtat, cibíque placent humidiores. Calidior natura ventriculi melius ſanè concoquit, quàm appetat,& dura potius,quæque difficulter poſſint immutari, calidis cibis, & potionibus oblectatur, neque à frigidis quicquàm incommodi percipit, ſi modicè vtatur. Frigidior, appetendo quidem valet, concoquendo minùs, præſertim ſi contumacia frigidáque alimenta aſſumpſerit, quæ facilè in eo aceſcunt, frigidis quidem gaudet,ſed immoderatiùs aſſumptis promptè offenditur. At intemperies ex morbo contractæ hac ratione ab inſitis differunt, quòd contraria ſibi, non ſimilia appetant. Si igitur venter probè concoctionem obit, temperatus: ſi non concoquit, intemperatus eſt. Item ſi nidoroſos ædat ructus, immodicum etiam feruorem igneum fatetur: ſi acidos, contrarium. Rurſus ſi rebelles concoctioni cibos probè concoquat,immodicũ: ſi piſces concoquat, illos minùs,imbecillem,quod num ex humore quodam aliundè influente accidat, conſiderare oportet. Etenim pituitoſi, acidum: bilioſi nidoroſum, graueolens, aliáſque extraneas qualitates ructant. Communiter autem vtriſque nauſea ſuperuenit.Verùm ſi vitioſi humores in concauo ventriculi ſpatio ſupernatent, vomitu reiiciuntur: qui autem corpore ventriculi contenti, tunicis eius adhæreſcunt, fruſtrà eum ob inanem ad vomitum nauſeam conturbant.

Naturales temperies ſimilia, morboſæ cõtraria appetũt.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Fluctuationes. *Sic interpretatus ſum Græcam dictionem κλύδωνας. Ventriculi eſt parum ea quæ ingeſta ſunt, comprehendentis, concoquentisq́; , fluctuationes experiri.*

κλύδωνες. Sitis ex viſceribus.

Calidis cibis. *In impreſſo codice erat, πέλλοῖς pro θερμοῖς. Galenum vide in arte medicinali.*

Pulmonis notæ. Cap. LXV.

NOn modò ventriculus ſitim vel adfert, vel arcet, ac frigidæ calidæque potionis appetentiam facit, ſed etiam quæ in thorace continentur viſcera, cor, pulmo, & iecur.[c] Verùm qui ob horum caliditatem ſitiunt, largius inſpirant, expirántque longius, item ſentiunt in thorace ardorem: non ſicuti qui in ventriculo ſubter præcor dia illum experiuntur. † Quinetiam ſi biberint, non ſtatim ſitire deſinunt, ac frigida potio magis quàm calida admodùm ſitim ipſorum reſtinguit: frigidus autem aër inſpiratus refocillat, quùm ni-

† vetuſtus codex habet ac frigidæ paucæ potio magis quã multæ calidæ ſitim, &c. qui ſenſus magis conuenire videtur coup.

hil ventriculi vitio ſitibundos ſoletur. Hac ratione qui è contrario affecti ſunt, à frigido inſpiratu ſenſibilem moleſtiam percipiunt, quod maximum pulmonum frigiditatis indicium eſt, adeòque pituitam ſcreatu & tum tuſſi reiiciũt. Sicci autem pulmones excrementis carent, & [f] pituita, quemadmodùm humidi excrementicij ſunt, & obſcuram raucámque vocem efficiunt: ac recrementa ipſis interueniunt, vbi aut vehementiùs, aut acutiùs loqui ſtuduerint.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Non modo ventriculus. *Ex eodem Galeni libro, eodémque ferè loco tranſcripta ſunt. Poſt hæc autem verba: Cor, pulmo, & iecur, ſententia Pauli manca videtur quæ reſtituenda eſt vt ſum interpretatus. Nam ſi legas. Non ſolum ventriculus ſitim vel adfert, vel arcet, ac frigidæ calidæ quæ potionis appetentiam facit, ſed etiam quæ in thorace continentur viſcera, cor, pulmo & iecur. Quinetiam ſi biberint, &c. quàm integra ſit oratio doctis indicandum relinquo: meo certè iudicio apponenda videntur quæ textui inſerui ex Galeno.*

ἐνίσχει. Recrementa ipſis interueniunt. *Hoc eſt, craſſæ humiditates & pituitoſæ arteriam aſperam, per quam vox æditur, intercipiunt. Græcum verbum eſt ἐνίσχει αὐτοῖς. Aliàs ſignat, inſident, inhæreſcunt, ſi Græcorum grammaticis fidem accommodamus.*

CORNARII.

e *Et ſanè bibentes non ſtatim ſitire ceſſant, & frigidus paucus potus ſitim ipſorum magis ſiſtit, quam multus calidus. Hîc quaſi ex abrupto Paul. ad potum progreſſus eſſet, quædam deeſſe videri poſſint, quæ & Gal. & Aetius habet: ſed ſi quis compendij ſtudium in hoc authore conſiderauerit, integram lectionem habebit, niſi quod ὀλίγον vox deeſt. legendum enim καὶ τὸ ψυχρὸν ὀλίγον πόσον, frigidus paucus potus, ſequitur enim ex oppoſitione πολὺ θερμὸν, multus calidus.*

f *Verum pulmonis ſiccitates ſuperfluitatibus carent, & vocem puram habent, quemadmodùm, &c. In quibuſdam Græcis exemplaribus corruptè legitur καθαραὶ τῷ φλέγματι, pro καθαραὶ τῷ φθέγματι. Sic enim legendum eſſe indicat vox obſcura & rauca, quæ puræ prægreſſæ opponitur.*

Cordis

Cordis notæ. *Cap.* LXVI.

COrdis calidioris notæ ſunt, reſpiratio magna, pulſus velox & creber, itidem audacia, inſanaq́; ferocitas: thorax ipſis hirſutus, præſertim pectora exiſtunt, ac præcordiorum regio his vicina: magna verò ex parte totũ quoq; corpus calidum, niſi iecur validè renitatur. Quinetiam thoracis latitudo calorem notat, niſi & hic cerebrum valde reſiſtat. Porrò cor frigidius, pulſus habet mediocribus minores, ac qui tale habent, [g] † timidi natura ſunt & puſillanimes, negligentes, pectore glabro. Cor ſiccius pulſus edit duros, iram excitat non procliuem, ſed feram, & quæ non facilè queat placari: magna verò ex parte, vniuerſum corpus reddit aridius, niſi iecur repugnet. Humidius cor teſtantur, pulſus molles, mores ad iram proni, ſed quæ facilè pacari poſſit, ac totum corpus humidius, niſi iecur reſiſtat. Calidum & ſiccum cor oſtendunt pulſus duri, magni, veloces, & crebri: item reſpiratio magna citata & frequens. hoc donati corde, maximè hirſutum pectus, nec non præcordia obtinent, impigri tractandis negotiis, furibundi, temerarij, moribus tyrannicis: etenim ad iram procliues, quæ non facilè conquieſcat. Si autem humiditas cum calore ſuperauerit, tales minus hirſuti ſunt, quàm commemorati, prompti autem functionibus obeundis, neque tamen fero animo, ſed ad iram prono duntaxat exiſtunt, pulſus in eis magni, molles, citati & crebri. Humidioris frigidioríſque, pulſus quidem molles, mores autem puſillanimes, timidi, & pigri: talium pectora pilis vacant, ac nequaquã iram retinent diu, quemadmodum neque ad eandem procliues ſunt. Frigidum & ſiccum cor, pulſus duriores & exiguos efficit. huiuſmodi corde donati minimè omnium iræ ſunt obnoxij, ſed vbi ſemel eam conceperint, diu retinẽt: pectora ipſorum omnium maximè pilis vacant.

Cordis temperaturarũ notæ.

† *μελληταὶ καὶ ἀργοί, id eſt cunctatores, & pigri. Goup.*

ANNOTAT. ANDERNACI.

Ac præcordiorum regio. *Hoc eſt qua præcordia incipiunt. Græcus codex habet: καὶ τῶν καθ' ὑποχόνδριον ὅσα τούτοις πλησίον, quaſi dicas ad verbum: Et præcordiorum quæ his propinqua ſunt. Hoc eſt, & partes præcordiorum his pectoribus vicinæ hirſutæ ſunt. Mox ſequitur: Magna verò ex parte quòd textus Græcus in impreſſo tantùm his verbis continet: ὡς ἐπιτοπολὺ καὶ τὸ, pro ὡς ἐπιτοπολὺ ἢ καὶ, atque ſic corrigito. Paulo poſt: Quinetiam, in*

Græco impreſſo eſt καὶ μέν γε γῆ ἡ, *&c. tu corrige ex Galeno* καὶ μέν τοι καὶ ἡ, *requirente id ſenſu. Rurſus puſillanimes, negligentes, pectore glabro, codex Græcus planè deprauatus eſt: habet enim,* ἄτολμοι, καὶ μάλιστα εἰψιλὸν αὐτοῖς τὸ στέρνον, *pro* ἄτολμοι καὶ ἀμέλητοι, καὶ ψίλον.

CORNARII.

g *Et tales timidi ſunt natura, & puſillanimes, & ſegnes. Græcè legendum pro* καὶ μάλιστα ει, *ex Gal.* καὶ μελιταὶ, *id eſt ſegnes. Aetius habet* καὶ ῥάθυμοι *eadem ſignificatione. Falſò aliqui his Gal. & Pauli locis legunt* ἀμελιταὶ, *id eſt negligentes, velut ipſi exponunt, ſignificatione non multum diuerſa, ſed hi* ἀμελεῖς *non* ἀμελιταὶ *dicuntur qui impigri ſunt, &* μελιταῖς *opponuntur.*

Iocinoris temperaturæ notæ. *Cap.* LXVII.

Hepatis tẽperaturarũ notæ.

IEcoris calidi notæ, venarum latitudo, flauæ bilis copia, per ætatis autem vigorem, etiam atræ, ſanguis calidior, eoque totum etiam corpus exiſtit, niſi cor obſtiterit: præcordia & venter pilis obſita ſunt. Frigidioris indicium, venæ anguſtæ, pituita copioſior, ſanguis, totúſque corporis habitus frigidior, niſi à corde incaleſcat: præcordia & venter pilis vacant. Siccius iecur teſtatur, ſanguis craſſior, minúſque redundans, venæ duriores, ac vniuerſa corporis habitudo aridior. Humidioris notæ ſunt, ſanguis copioſus & humidus, venæ molliores: ſic etiam totum corpus, niſi cor reſtiterit. Calidi ſimul & ſicci indicia ſunt, præcordia maximè hirſuta, ſanguis craſſior ſimul & paucior, amara bilis copioſiſſima, ac in ætatis vigore, atra, venarum latitudo duritiéſque: pari modo & totum corpus calidum ſiccúmque. Siquidem calor à corde procedens, frigiditatem à iocinore prouenientem poteſt euincere, quemadmodum & frigiditas caliditatem: ſiccitatem verò non poteſt cor humidius ad contrarium perducere. Cõſtat autem quòd ſi in idem vtriuſque principij temperamenta concurrerint, totum omnino corpus, illorum ratione affici. At humidum ſimul & calidum iecur, minus quàm calidum & ſiccum præcordia efficit hirſuta: plurimum verò ſanguinis, venas grandes, habitum humidum & calidum, niſi cor obſiſtat. Quòd ſi vtraque qualitas longius à naturæ modo receſſerit, morbis qui ex putredine vitioque humorum habent originem, corripiuntur: idque magis, ſi plurimum humiditas, parum calor increuerit,[h] ac humoribus vitioſi fiunt. Cæterùm humidius

Hepar quo modo à corde emendetur.

frigid

frigidiúſque glabra habet præcordia, ſanguinem magis pituitoſum, nec non venas anguſtas, totúmque corpus ſimiliter afficit, niſi cor ad contrarium deducat. Frigidum ſimul & ſiccum iecur, corpus efficit modico ſanguine, veníſque anguſtis, & frigidius, præcordia glabra, niſi & hîc cor ſuperauerit.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Hoc caput etiam ex eodem Galeni commentario, vt ſuperiora quæ de temperaturis agunt, quaſi tranſcriptum eſt. Cæterùm in clauſula venæ duriores, Græcus codex deprauatus eſt. Habet enim αἱ φλέβες ξηραὶ, *quod eſt venæ ſiccæ, pro* αἱ φλέβες σκληρότεραι. *Hoc eſt venæ duriores.*

CORNARII.

h *Si verò viceuerſa modicè aucta fuerit humiditas, plurimùm verò caliditas, vitioſi humores minimè in ipſis gignuntur. Cæterùm humidius, &c. Hæc tota ferè periodus ex Græcis codicibus intercidit, ex Galeni Arte redintegranda: nam alioqui ſententia non cohæret. Sic ergo pro* κακόχυμοι γίνονται *legendum,* ἀλλ' ἔμπαλιν ἐπ' ὀλίγον μὲν αὐξηθείη τὸ ὑγρὸν ἐπὶ πλεῖστον ἢ τὸ θερμὸν, ἥκιστα κακόχυμοι γίνονται.

Teſticulorum temperaturæ notæ. Cap. LXVIII.

Calida teſticulorum temperatura, ad libidinem procliuis eſt, fœcunda, & maſculos procreat, parteis genitaleis celeriter hiſpidas efficit, ac vicinas etiam attingit. Frigida contrà. Humida, copioſo ac humecto ſemine abundat. Sicca, pauci & craſſi ſeminis efficax eſt. Calida & ſicca temperies mediocriter craſſum ſemen progignit, eſtque fœcundiſſima, ac celerrimè ad libidinem iam inde ab initio animal incitat. Tales itaque teſticuli hiſpida ſtatim genitalia, eorúmque viciniam efficiunt, ſurſum, vſque ad vmbilici regionem: infrà, vſque ad media femora: ac eiuſmodi temperamentum abundè venerem commouet, ſed celerrimè ſatiatur, & ſi compellas, offenditur. Porrò ſi humiditas calori fuerit coniuncta, hiſpidos quidem minus tales reddit: copioſo autem ſemine magis abundant, non tamen magis quàm alij appetunt, minus autem frequentiori concubitu læduntur: ſi autem vtraque & humidum & calidum impenſè creuerint, non ſine noxa à venere abſtinent. At humidi frigidiq; temperamento teſticuli, vicinas parteis glabras reddunt, ac tardè concumbere incipiũt. neq; ad actionem excitantur

Teſtium temperaturarũ notæ.

† Infæcundum, ἄγονον. Goup.

citantur aquoſum, tenue, & † inualidum ſemen, [i] ac fœminæ efficax proiiciunt. Siccum frigidúmq; temperamentum, alia quidem ſimilia prædicto, craſſius autem ſemen & planè exiguum progignit.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Porrò ſi humiditas calori fuerit coniuncta, hiſpidos quidem minus, tales. *Vtrunque exemplar impreſſum mutilum eſt, deſideratur enim* ἧττον. *Nam legendum eſt*, συνελθούσης ἡ ὑγρότητος τῇ θερμότητι, λάσιον μὲν ἧττον οἱ τοιοῦτοι.

CORNARII.

i *ac fœminarum generationi aptum.* θηλύγονον.

Quæ prætermiſſa ſunt. *Cap.* LXIX.

Singularũ partiũ temperamenta.

SIngulæ corporis noſtri partes peculiarem quandam & temperaturam & vim ſortitæ ſunt: omnium verò notas hoc loco exponere neceſſarium non eſſe duco, quum infinitæ propemodum ſint: & nos compendium ſcribere propoſuerimus. Porrò de iis egimus, quæ potiſſimùm totum corpus conſortij quadam lege afficiunt, de reliquis eadem ratione & via cõſiderare præcipimus, temperamenta ipſorum tum ab excrementis, tum ex reliquis functionibus, tum iis quæ ſuperueniunt dignoſcentes. Tempeſtiuum igitur eſt, vt oratione conuerſa, doceamus quomodo totius corporis intemperies corrigi debeat.

Quomodo calida intemperies corrigatur. *Cap.* LXX.

QVum itaque in calida intemperie bilis ſuperet, ſi per inferiora deſcendit, notum eſt omnibus, nullum oportere negotium faceſſere: ſi ad ſuperiorem ventriculum tendit, vomitu euacuare, qui poſt exercitationem ante cibum factam aquæ potu cietur. Vtilius autem exercitium ipſis eſt, quod non velox ac validum eſt, ſed remiſſius leniúſque. Nonnulli vehementer calidi nequaquam exercitationem requirunt, verùm obambulatio balneúmque ipſis ſufficit, iidem lauacris quoque ſecundùm cibum oblectantur. Quibus adiuncta eſt ſiccitas, hi ratione victus humectante indigent, ex cibis humectis, balnei, & exercitiorum valentium, & multorum abſtinentia. Quare per æſtatem citius lauare, & à cibo rurſus debent: frigida hos potius iuuat. Venus autem ſiccis temperamentis maximè eſt inimica: cauenda ipſis laſſitudo, inſolatus, ſollicitudo, & vigiliæ. Humidæ & calidæ natura intemperies in pueritia morbis patent rheumaticis,

Temperamenti calidi correctio

Calidi & ſicci

Calidi & humidi.

cis, plethoricíſque, & præterea iis qui putredini feruntur accepti. Itaque pluribus egent exercitiis, exacta in ventre concoctione excretionéque per vrinas. quapropter ſi etiam ante cibum bis térue lauent, vtanturque aquis natura calidis, magnum ſentiunt præſidium. [k]Porrò defluxionibus proſpiciendum eſt, lauacris, multa exercitatione etiã ante cibum, vrinæ, aluique excretionibus. Nihil autem prohibet, etiam apophlegmatiſmis nonnunquam vti, & purgationibus, cibis boni ſucci, & vino quod vrinam moueat.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Quum itaque in calida. *Totum hoc caput ex ſexto Galeni de ſanitate tuenda iuxta principium, & Oribaſij quinto ſumptum eſt: conuenit autem rectè vt poſtquam temperaturarum notas deſcripſerit, intemperierum remedia ſubiungat.*

Solicitudo & vigiliæ. *Poſt has dictiones,* καὶ κινήσεων ἀπασῶν ὀξέων. *Hoc eſt, & omnes celeres motus. Sic enim verto* ὀξὺ, *quod eſt acutum. Rectè autem dixit celeres motus, vt qui corpus calefaciant impenſius.*

Humidæ & calidæ natura. *In Græcis codicibus impreßis, tantùm humidæ, habetur. Legendum autem ex Galeno, ſenſu id requirente:* αἱ δ' ὑγραὶ καὶ θερμαὶ τῇ φύσει, *&c. Quod eſt: Humidæ verò & calidæ natura. Nam vbique apud Galenum habes, humidæ & calidæ naturæ, putredini ſunt obnoxiæ, quod lib. 1. de febrium differentiis hiſce verbis confirmat:* ἑτοιμότατα γὰρ σήπεται πάνθ' ὅσα θερμὰ καὶ ὑγρά. *Hoc eſt: Nam omnia quæ calida & humida ſunt, facillimè computreſcunt.* Calida & humida.

Rheumaticis, plethoricíſque. *Vſus ſum Græcis dictionibus opera dedita, quòd medicis admodum ſint familiares. Poteram autem dixiſſe, fluxionum & redundantiæ morbis, quemadmodum Linacrus. Sed neſcio quid energiæ habent voces Græcanicæ.*

Porrò defluxionibus. *Rectè quadrat. Nã ſuperius dixit, rheumaticis patent morbis. Vocantur autem Græcis* ἀπόῤῥοιαι *corporis defluxus, nunc in hanc, nunc in illam partem: quales experiri ſæpe ſolent humidi temperamento & calidi.* ἀπόῤῥοιαι.

Lauacris, multa exerc. *Trifariam hæc lectio apud autore variat: apud Paulum habetur:* ἀποῤῥοιῶν δὲ προνοεῖν χρὴ διά τε λουτρῶν καὶ γυμνασίων πολλῶν καὶ πρὸ τροφῆς. *Hoc eſt: Defluxionibus proſpiciendum eſt, lauacris, exercitiis multis, & ante cibum. &c. Oribaſius legit* καὶ τῶν ἀποῤῥοιῶν δὲ προνοεῖν χρὴ διά τε λούτρων καὶ γυμνασίων πολλῶν, *&c. conſentit ferè cum Paulo. Galenus autem*

in hunc

in hunc modum ait: ὥς τε καὶ τὸν ὡδὶ τεταγμένον τῷ τοιούτῳ σώματι τῶν ἀπορροιῶν προνοεῖσθαι χρὴ διά τε γυμνασίων ὡς ἔφην, καὶ λουτρῶν, καὶ τροφῶν πλειόνων, ἐκκρίσεως τε τῶν δι' οὔρων, καὶ γαστρὸς γινομένων &c. Hoc eſt, Quare qui huiuſmodi corpori tuendo præficitur, proſpicere iis debet quæ ab ipſo deſtuunt, tum exercitiis, vt dixi, tum balneis & cibis pluribus, tum verò iis quæ per ventrem & vrinas redduntur, excernendis, &c. In hac oratione mendum planè eſt: quid enim ſibi vult, cibis pluribus? quum corpus defluxionibus opportunum, ſobriam potius viuendi rationem requirat, quàm multorum ciborum ingeſtionem, qui ipſi ſæpius fluxiones ſolent excitare. Legendum itaque exiſtimo in codice Græco λουτρῶν πρὸ τροφῶν πλειόνων, quod eſt: Lauacris ante cibum pluribus. Nam vt exercitatio cibum præcedēs, ita balneum quoque, ſuperflua corporis diſcutit, ſubſequens autem cibos, cruditatem, eoq́; prædicta ſymptomata procreat. Sed cui autori aſſentiemur? alius habet pluribus balneis, alius, pluribus exercitiis. Superius ſemel dixerat, multa exercitatione, eoq́; hîc etiam referendam puto dictionem pluribus, ad exercitiis.

CORNARII.

K Sed & ea quæ defluunt à corpore procurare oportet, per balnea, &c. Græcè habetur, καὶ τῶν ἀπορροιῶν δὲ προνοεῖν χρὴ, hoc eſt: Sed & defluxionibus proſpicere oportet: quo ſcilicet contingant: non vt ne contingant: id quod ſequentia indicant, quibus modi proſpiciendi, vt defluxiones contingant præſcribuntur, per balnea videlicet, & exercitia multa, & per excretiones ante cibum per vrinam ac ventrem contingentes: itémque per apophlegmatiſmos ac purgationes. Sunt enim ἀπόρροιαι defluxiones recrementorum ac ſuperfluitatum totius corporis, per omnes partes excrementis euacuandis deſtinatas contingentes, per ſudorem item, ac per inſenſibilem tranſpirationem decedentes: quas tantò magis hîc procurare Paul. iubet, quantò plus eiuſmodi recrementorum in humidis natura temperaturis generatur. Eſt tranſcriptus locus hic ex 6. Gal. de ſanit. tuend. Habetur quoque apud Aetium lib. 4. ca. 96.

Quomodo frigida intemperies emendetur. Cap. LXXI.

Temperamenti frigidi ſicci correctio.

INter frigidas intemperies, tres numerantur differentiæ, ex quibus ſicca eſt deterrima: quod enim proceſſu temporis ſeneſcentibus obuenit, id ſtatim ab initio hos affligit. Itaque humectare eos & calefacere oportet, quod commodè fiet exercitiis mediocribus, cibo humido & calido, vini calidioris potu, ſomno pleniore, cura tamen adhibita, vt quæ in corpore recrementa quotidie procreantur, omnia

euac

euacuentur. Cæterùm venus omnes ſicciores, & præſertim qui præterea frigidi ſunt, offendit: ſolis autem calidis humidiſq; tuta. Porrò vitioſa quoque frigida temperamenta ſunt quæ humiditatem habent coniunctam: & hæc potiſſimùm rheumaticis corripiuntur morbis. Prodeſt ipſis balneo abſtinere, largius exerceri, victus tenuior, vnctiones mediocriter calidæ. Qui autem frigidiores natura ſunt, mediocriter verò ſicci humidique temperamento, horum calor ſuſcitari firmarique debet, ac in humiditatis ſiccitatiſque totius victus ſpecie, media deligi debet. *Frigidi & humidi.* *Frigidi.*

ANNOTAT. ANDERNACI.

Inter frigidas. *Hoc totum caput ex ſexto libro Galeni de ſanitate tuenda ſumptum eſt: ex Oribaſij autem quinto. Enumerat autem tres frigidæ intemperiei differentias, frigidam & ſiccam, frigidam & humidam, frigidam & mediocrem in ſiccitate & humiditate. Harum ſingularum remedia ordine enumerat. Inter quæ Paulus recenſet:* ἀλουσίαι τε καὶ γυμνάσια πλείονα καὶ λεπτότερα, *quod eſt, balnei abſtinentia, exercitia plura, & tenuiora. Vbi legendum exiſtimo ex Galeno, ſenſu id exigente,* ἀλουσίαι τε καὶ γυμνάσια πλείονα καὶ δίαιτα λεπτοτέρα, *hoc eſt: Balnei abſtinentia, exercitia plura, & victus ratio tenuior.*

Quomodo ſicca intemperies in ventriculo, veluti exemplo, deinde & alia corrigantur. Cap. LXXII.

INtemperies[1] ſicca, alia eſt, vbi ſolida ſimilarium partium ſubſtantia reddita eſt ſiccior, quæ nihil in medicina ſpei habet, alia cum ſubſtantia, quæ ex humore concreto conſtat, eſt colliquata: tertia præter has cùm propria humiditas vnde partes nutriuntur omnino eſt abſumpta: quæ continetur in omnibus animalis partibus, roris modo eis inſperſa. Hanc igitur particulis ſine nutrimento inſerere, nulla ratione queas, ideoq; difficilima eſt omnium eiuſmodi affectuũ curatio. At quæ in exilibus arteriis veniſque conſiſtit ſiccitas, curationem recipit, ſi ſingulas ſimilarium partium, propria humiditate, humectantis alimenti auxilio repleas. Balneum igitur temperatum conuenit, in quo diutius verſari hominem expedit: inde ſtatim lac exhibere aſininum, quod recens mulctum fuerit, & pauxillum mellis tepidi adiectum habeat: poſtea conquieſcere ad ſecundam vſq; lauationem permittes, tum modicè fricabis ſimul & pinguiter, vtique ſi lac quod ſumpſit, iam omnino confecit, id quod tum ex ructu, *Temperamenti ſicci correctio.*

ctu, tum ventris mole licet coniicere. modicum verò temporis inter primam & ſecundam lauationem, interuallum erit, vt quatuor, aut quinque æquinoctialium horarum ſpatium interſit, ſcilicet ſi tertio adhuc lauare paras: ſin aliter, plurium. Quinetiam poſt vnamquanque lauationem, hominem priuſquam ſe veſtiat, oleo perungemus: ac ſi quidem lacte oblectatur, poſt ſecundam quoque lauationem id exhibebis: ſin aliter, ptiſanam diligenter incoctam, aut chondrum ptiſanæ modo præparatum. hinc vbi rurſus conquierit, ad tertiam reducendus eſt lauationem, aut ilicò ad cœnam. Sit autem panis præparatus illi purus, & qui curioſè in furno ſit coctus. obſonium quoque ex ſaxatilibus piſcibus, aut ex albo iure aſellus, & vt paucis alimenti ſummam complectar, concoctu ſit facile, nutriens, miniméque glutinoſum & excrementitium. Potus, vinum aquoſum & album, purum, & quod minimam, ſi diluitur, aquæ miſtionem ſuſtinet, Oligophoron Græci nominant, modicæ aſtrictionis particeps: atque hæc maximæ ſiccitatis curatio eſt. Modica verò non tam exacto victu indiget, & pleniorem cibum admittit. *Sicci & frigidi.* Proponatur autẽ & nunc ſiccitas priori ſimilis, copuletúrque ei frigiditas mediocris: in qua ad calefacientium materiam tranſeundum eſt: ac commemoratis modò adiiciemus: in lactis quidem vſu, mel copioſius: vinum autem minus aquoſum priore dabimus. Quinetiam eſculenta omnia calidiora, idq; nõ naturalibus modò ipſorum temperamentis, verum recentibus etiam qualitatibus, exhiberi debent. Nardino præterea vnguento vngendus aſſiduè venter eſt, aut maſtichino. At verò ſi cum ſiccitatis intemperie multa ſit frigiditas, primùm ipſam difficillimam, & vix emendabilem cenſeto: eiſdem verò vtere, & melle per ſe diſcocto deſpumatoq;, vinũ autem eliges antiquius. Optimum ſanè medicamentũ talibus eſt, quo picatores aſſiduè vtuntur. & illinere eo ventrem conueniet, ac poſt auellere etiamnũ calidum. Cæterum iuuat eos probè carnoſus puellus vnà ſic accubãs, vt ſemper abdomen contingat. *Sicci & calidi.* Iam verò multæ ſiccitati moderata caliditas iuncta eſto. In eiuſmodi ſanè intemperie primum curationis modũ ſeruabimus, ita vt mel prorſus nõ deguſtetur, vinum verò exhibeatur quod minimè ſit vetuſtũ. Porrò cibos tepidos, [m] lactis modo offeremus, & ventriculũ oleo tum crudo, tũ melino perũgemus.

Verùm

Verùm hos vehementer admodùm refrigerare periculoſum eſt, quandoquidem hæc affectio, febris quodammodò naturam, vbi calor ſuperarit, imitatur. Fingamus itaque rurſus calidam intemperiem præpollere, huic autem adiunctam eſſe humiditatem, talem frigidæ aquæ potu curabimus. huc optimè facit vſus ciborum aſtringentium, ſed qui citra calorem ſint auſteri. Quùm humida ſola intemperies eſt, ſiccantes cibi, ita vt non calefaciant, aut refrigerent validè, auxiliantur. adhæc conſuetæ potionis penuria. Si cum frigiditate humida vrget intemperies, optima remedia ſunt, omnia acria. miſceri autem his debent etiam quæ ſine manifeſto frigore aſtringunt. optima ſimul his eſt exigua potio, eáque vini validè calfacientis. Hoc igitur modo intemperies qualitatum curantur. Quoniam verò ſæpe in ipſo ventriculi ſinu contentus humor, interim autem in ipſas ventriculi tunicas abſorptus, intemperiem procreat, non alienum eſt de his diſſerere. Prior itaque affectio ſi ſemel radices egerit, purgatione per vomitum facilè conquieſcit, ſi autem rurſus ex alia quapiam aliiſve particulis confluxerit, exactam requirit dignotionem: curatio verò ſtatim ſubſequetur. Etenim vniuerſam eam parti affectæ oportet accommodare, cura adhibita, iis quæ recipiunt, ne facilè quæ confluunt, admittant. Fiet autem hoc aſtringentibus & iis quæ totum corpus ad bonam habitudinem perducunt. At vitioſos in ventriculi tunica humores mediocriter purgantibus educemus, cuiuſmodi eſt aloë & ex ea confectum medicamentum amarum quod hiera picra dicitur. Verùm quibus lenta ſimul pituita ventriculo impacta eſt, iis priùs exhibenda ſunt quæcunque hanc diſſecent: deinde purgatio tentanda. Quòd ſi ad vomitum ſunt idonei, ex ſumpta radicula vomant. Sin nec lentus humor ſit nec craſſus, vtique abundè eſt à ptiſanæ cremore vomuiſſe, item à mulſa. proficit & abſynthij ſuccum in mulſa bibere, reliquarum verò partium intemperies haud abſimiliter curare oportet, ita vt humoribus idoneos effluxus inuenias. Nam ſi particula ſenſibilem effluxum non habeat, [n] redundantem in ea vel ſaniem vel humores, quemadmodùm ſi id quod continetur, ſpiritus ſit flatulentus, euaporatu diſcutere ac vacuare conuenit.

Calidi & humidi.

Humida ſolum.

Humidi et frigidi.

Intemperierum cũ humore curatio.

quibuſdam vtraque contingunt, nempe vt & craſſi ſint ſucci, & glutinoſa, vt teſtaceo tegmine prædita. Itaque victus extenuans ad ſanitatem tuendam tutior quàm qui incraſſat, exiſtit. Quùm verò imbecillis ſit materia, non robur nec vireis corporibus ſuppeditat, ac oportet nonnunquam valentis materiæ cibum, quùm inedia quædam preſſit, mediocriter exhibere. præſertim verò citra periculum aſſumunt, qui ſe exercent, & quantumlibet dormiunt. omnes autem quibus ante cibum exercitari non licet, craſſi ſucci alimenta euitabunt. Imò neque in otio degentes eiuſmodi cibos aſſumēt. Porrò quemadmodùm ſummum otium maximè valetudini tuendę obeſt, ita mediocris motus ſummum adfert præſidium. Cæterùm cibi inter eos qui incraſſant & attenuant, medij, omnium ſunt laudatiſſimi, vt qui mediocrem ſubſtantia ſanguinem procreent. Talis itaque cibus corporibus noſtris congruit: qui autem vitioſos humores gignit, noxius eſt, eóque ſemper caueri debet. Iam & varia ciborum genera aſſumere cautio eſt, præſertim ſi ex diuerſis conſtent facultatibus: ingeſta enim concoctionem non, vt par eſt, ſortiuntur.

Otium noxium.

Varietas ciborũ noxia.

ANNOTAT. ANDERNACI.

QVæ igitur attenuandi. *Olim veteres maiorem vim in victus ratione ponebant, quàm in medicamentis: vbi vel humor vicioſus emendandus, vel morbo venienti erat proſpiciendum: alia nimirum ratione, quàm huius ſeculi Medici, factitantes: qui ſtatim cùm quis de particula aliqua conqueritur, ad valentiſsima etiam medicamenta confugiunt. Cæterùm Paulus noſter hæc ex commentario Galeni cui titulus eſt, de iis quæ bonum malúmve humorem gignunt ſumpſiſſe videtur. Habet ille in hunc modum:* καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ἰατροῖς εὑρέθη τὰ κληθέντα πρὸς αὐτῶν ὑγιεινὰ φάρμακα διὰ λεπτυνούσης ἅπαντα δυνάμεως ὄντα. τούτοις γὰρ ἔργον ἐστὶν, ἐκφράττειν μὲν τὰς στενὰς διεξόδους, ἀπορρύπτειν δὲ τὸ προσπλαττόμενον γλίσχρον ἐκ τῶν χυμῶν τοῖς ἀγγείοις, τέμνειν δὲ καὶ λεπτύνειν τὰ παχέα τῶν ὑγρῶν ἀλλ' ἐὰν πλεονάσῃ τε ἐν αὐτοῖς, ὀῤῥῶδες, ἢ πικρόχολον ἐν τῷ χρόνῳ, ἢ μελαγχολικὸν ἐργάσεται τὸ αἷμα. *Hoc eſt: Quamobrem medici ſalubria ab ipſis vocata medicamenta inuenerunt, omnia facultatis attenuatoriæ: ſiquidem munus ipſorum eſt arctos tranſitus patentiores reddere: ſuccorum lentorem vaſis adhæreſcentem abſtergere: humorum craſsitiem incidere atque extenuare. Sin autem ſeroſum quippiam in eis redundet, vel ſanguinem bilioſum*

Salubria medicamenta quæ.

tempo

temporis interuallo, vel melancholicum efficiunt, &c. Sunt aut medicamenta ſalubria, cibi loco medicamentorum ſumpti, quibus per ſanitatem vtimur.

Porrò quæ incraſſandi. *Ex eodem commentario tranſcripta ſunt, vbi in iſtum modum habet:* τὰ δὲ τοὺς παχεῖς καὶ γλίσχρους γεννῶντας χυμοὺς ἐδέσματα τροφιμώτατα πάντ᾽ ἐστι, κἂν πεφθῇ καλῶς ἔν τε τῇ γαστρὶ, καὶ τῷ ἥπατι, χρηστὸν αἷμα γεννᾶν πέφυκεν, ἀμεμπτότατα δὲ τῶν ἐδεσμάτων ὑπάρχει τὰ μεταξὺ τῶν λεπτυνόντων τε καὶ παχυνόντων. *Quod eſt: Cibi verò craſſos, viſcoſosq; humores generantes, omnes & valentiſſimæ ſunt materiæ, & ſi probè in ventriculo, & hepate fuerint concocti, benignum generare ſanguinem aſſolent: verùm inculpatiſſimi inter cibos ſunt, qui tenuium, craſſorúmque medij habentur.*

Qui ſeſe exercent, & quantùm libet. *Galenus hæc ita habet:* ὅσοις μὲν γὰρ ἀνθρώποις οἷόν τ᾽ ἐστὶ γυμνασίοις τε πλείοσι χρῆσθαι, καὶ κοιμᾶσθαι μέχρις περ ἂν ἐθέλωσι, καὶ βιοῦν ἔξω τῶν πολιτικῶν ἀσχολιῶν ἢ ῥᾳστώνη τούτοις ἐγχωρεῖ, καὶ τὰ παχύχυμα καὶ γλίσχρα τῶν ἐδεσμάτων ἐσθίειν. *Hoc eſt: Quibus itaque exercitiis pluribus vti licet, & quàm diu libet dormire: ad hæc qui vitam ciuilibus negotiis vacantem degunt, ij & cibos craßi ſucci, & viſcoſos tutò aſſument.*

Porrò quemadmodùm. *Ad verbum ex eodem loco tranſcripta ſunt. Galenus autem addit rationem: neutiquàm enim, inquiens, aliquis ægrotabit, ſi opportunè proſpiciat, ne concoctione vnquàm fruſtretur, item ne à cibo validam quandam ambulationẽ ſubeat. Quippe ſicut exercitatio cibos præcedens, plurimùm conſeruandæ ſanitati conducit: ſic qualibet ſecundum cibos commotio, nocentiſſima eſt. Nam alimentum antequàm ſit concoctione elaboratum, ex ventriculo diſtribuitur. Vndè crudorum humorum copia in venis collecta, omnigenas morborum ſpecies procreare ſolet, niſi protinus labore aßiduo fuerint diſcußi, vel concocti, ac in ſanguinem commutati.* *Exercitatio.*

Varia ciborum genera. *Plinius lib. II. cap. 52. Homini cibus vtiliſsimus ſimplex. Aceruatio ſaporum peſtifera, & condimenta pernitioſiora.*

De oleribus. *Cap.* LXXIIII.

Lactuca manifeſtò & refrigerat & humectat, eóque ſomnum accerſit. vt autem inter olera valenter nutrit, ita boni ſucci ſanguinis efficax eſt. Intibum frigidi humidíque temperamenti, ſed minus quàm lactuca exiſtit. Malua refrigerat quidem, ſed nõ euidenter, magis autem humectat: vnde etiam aluum ſubducit, idque propter genuinam eius vi- *Lactuca.* *Intibum.* *Malua.*

Beta. ſcoſitatem. Beta vi abſterſoria ventrem ſubducit, eóque ſto-
machum largius comeſta erodit, ° iecoris lieníſque meatus
Braßica. aperit. Braſſica bis cocta ſi edatur, aluum cohibet: ſemel au-
tem non tamen vehementer cocta, cum oleo & garo, vel ſa-
le comeſta, magis ſubducit p, quemadmodùm ſuccus ipſius
Braßica marina. etiam lenticulæ efficacius purgat. Hac magis adhuc marina
braſſica aluum emollit, maniteſtò ſalſa, & ſubamara: idem
Halimum. præſtat halimon, amplioris autem ſalſæ qualitatis particeps,
aluum ſubducit, magis quàm braſſica ſtomacho conducit,
ceu aſtrictionis modicæ compos: lac & ſemen producit.
Blitũ. Atriplex. Blitum & atriplex humida quidem & ventrem ſoluunt, ſed
parum alimenti præſtant. Omnia ſpinoſa, vt ſcolymos, at-
Scolymos. Attractilis tractylis, eiúſque generis alia ſtomacho præter cinaram
conducunt, quæ cùm dura euaſerit, improbum ſuccum pro-
Cinara. creat, quapropter optimum eſt, incoctam cum oleo, garo,
Apium. & coriandro aſſumere. Apium, hippoſelinum, ſion, & ſmyr-
Hipposelinum. nium, omnia vrinæ ciendæ ſunt, ſed ſmyrnium aromati-
cum ſpirat, magis acre, vrinæ ducendæ proficit, & mulieri-
Sion. bus menſeis commouet: apia ſuauiora ſunt, ideóq; ſtoma-
Smyrniũ. cho magis amica. Eruca calida eſt, & ſeminis efficax, ob
Eruca. quod libidinem & capitis dolorem, quam cephalæam dicũt,
Naſturtiũ. excitat. Naſturcium, ocimũ, & ſinapi, calida quidem & acria,
Ocimum. ſed maximè naſturcium: concoctu verò difficilia, ſtoma-
Sinapi. cho inimica, & vitioſi ſucci. Vrtica extenuat, ventrem ſub-
Vrtica. ducit, modicè alit. Gingidion ſimile eſt ſcandici, aſtringen-
Gingidion. tis & non parùm amaræ qualitatis particeps. prætereà ſto-
macho congruit, vt etiam cibum faſtidientibus cum aceto
aſſumptum, proficiat: parum verò alimenti corpori mini-
ſtrat. Porrò ſylueſtria dicta olera maximè vitioſos gignunt
Capparis. humores. Capparis cibi cupiditatem proritat, iecoris lie-
níſque meatus aperit, pituitam ſubducit. Vtendum verò ea
eſt ante cibum alium, ex oxymelite aut oxelæo.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Lactuca. *Ex libris de alimentorum facultatibus ferè mutuatus eſt omnia Paulus. Itaque cùm dicit, eóque ſomnum accerſit, intellige, veſperi commanducata, vt Galenus vti ſolebat. Valenter nutrit,*
φόριμος. *Græca dictio eſt φόριμος, quaſi dicas, nutriens valdè, ſic enim docti interpretantur vocem iſtam.*

Ita boni ſucci. *Galenus, cum alia omnia olera pauciſsimum ſanguinem*

guinem

guinem generent, ſola lactuca non multum quidem nec vicioſum gignit, non tamen abſolutè εὔχυμον, hoc eſt boni ſuci, laudabilem & benignum.

Intybum. *Aliàs Græcis σέρις dicitur, in ſatiuum & agreſtem diuiditur. Quanquàm Græci per cichoreum tam domeſticum quàm agreſtem intelligant. Satiuus intybus duplex, vnus latioribus foliis, lactucæ ſimilibus, quem nos endiuiam, corrupto nimirùm vocabulo appellamus. Alter foliis ſtrictioribus, multis capillamentis per radicem tranſeuntibus. Hoc loco intybum, intellige potiſſimùm, quam vulgò Endiuiam nominamus, in acetariis vſitatam.* **Intybus. Endiuia.**

Braſſica marina. *Fortè ea eſt herba, quam officinæ Soldanellam vocant circa maritima naſcentem, niſi Dioſcorides folia longa braſſicæ huic attribuiſſet, quæ in Soldanella non ſunt: aut longitudo de foliorum ordine venit intelligenda.* **Soldanella.**

Blitum & atriplex. *Blitum olus rubrum quod in altum ſe attollit, cuius folia iuribus incocta ſic ea inficiunt rubore, vt nigelli vini dilutum colorem repræſentet: à quo rubrum olus etiam ab olitoribus vulgò vocatur. Radice non vna nititur, ſed contra cæterorum ferè olerum morem multiplici, prolixa, non in rectum tendente, betaceis frondibus, ſine acrimonia fatuis, ſemen corticeum profert racematim ſingulis ramis inſidens. Atriplex flore aureo prodit, caule interdum purpureo, interdum candicante, ramoſo, folio bliti, cùm pubeſcit herbaceo, cùm ſeneſcit flammeo, nonnunquàm in luteum langueſcente, ſemine foliaceo, ſimplici radice in altum aſcendente, ex quo multæ ſe promunt. Dicitur etiam Dioſcoridi Chryſolacanum.* **Chryſolacanum.**

Scolymos. *Paulus & Aetius ſcolymon à Cinara diremerunt: hanc officere ſtomacho, illum prodeſſe iudicantes. Idem etiam Galenus, ex quo ſua mutuati ſunt illi, in 2. de alimentorum facultatibus teſtatur. Alij tamen Græci nullum aliud inter hæc diſcrimen ponunt, quàm quòd Scolymos ferus ſit, & ſylueſter: Cinara verò, domita cultu, feritate exuta, mitior & altilis: cuius cibus, licet ſtomacho ſit grauis, non protinus à Scolymis natura, viribusq; degenerauit. Verùm ex coctura noxam, quam prius referebat, amolitur: iis additis quæ etiam Galenus enumerat.*

Atractylis. *Hæc duas habet ſpecies, vna mitior eſt cnico ſatiuo ſimilior, caulè rectiore ac rigido, exili. Itàque pro colo antiquæ mulieres vtebantur, atque hanc propriè atractylida nominabant, ſemine candido, grandi, amaro. Ab officinis dicitur hodie ſylueſtris cartamus. Quibuſdam ſanguinea virga nominatur quòd vulſo ramu-* **Sylueſtris cartamus.**

lo cruorem modicum profundat. *Altera ſpecies hirſuta, caulibus ſonchi, toroſis, humi reptantibus, ſemine minuto, frequenti, amaro, & pilis barbato, flore lutheo, vt prior. Cruor etiam ex vulnere ſecti exit: hæc officinis vocatur, Carduus benedictus.*

Carduus benedictus.

Apium hippoſelinum ſion, ſmyrnion. *Quùm apium abſolutè apud autores ponitur, hortenſe venit intelligendum, quòd vulgò Petroſelinum dicitur. Semina quæ à pharmacopolis paſsim venduntur, Eleoſelini ſunt, id eſt, paluſtris apij. Hippoſelinum à Romanis Oluſ-atrum dicitur, non autem ab equis nomen ſumpſit, vt quidam voluere, ſed à magnitudine ſua. Nam apud Græcos ἵππ⊗ in compoſitione ſolam magnitudinem ſignat, in iis maximè rebus, quibus nihil peculiare habet. Id quibuſdam putatur apium, quod Galli, Ache, Germani Eppich nominant, Ferrariæ vulgò appellant Apium Macedonicum. Diſſentiunt autores in Hippoſelino & Smyrnio. Alij Hippoſelinum, oluſ-atrum nominant, alij ſmyrnion, quidam diuerſa olera hæc iudicant, quidam eadem. Nam Plinius ait: Oluſ-atrum hippoſelinum Græci vocant, alij ſmyrnion. Theophraſtus idem videtur cum Plinio dixiſſe. Galenus ſmyrnion oluſ-atrum vocat, Romanorum ſecutus nomenclaturam. Dioſcorides & Plinius de iis priuatim vt genere diuerſis egerunt. Fortè ea herba eſt, quam Galli Leuechiam nominant. Sion, Latinis dicitur Lauer, frutice puſillo, in profluentibus aquis emicante, habitu ſubrecto, pinguiq́; latis ac luxuriantibus foliis, oluſ-atro ſimilibus, minoribus tantùm, odoratiſque. Officinæ Berulam vocant.*

Berula.

Eruca. *Notiſsima herba eſt, in acetariis vtimur, ob guſtus acrimoniam. Græci εὔζωμον, Galli Roquetam appellant.*

Ocymum. *Recentiores Græci, qui de re herbaria ſcripſerunt. Baſilicum, hoc eſt, regium appellant: quod nomen apud omnes ferè nationes hodiè vſurpatum videmus.*

Gingidiũ. Chærefoliũ.

Gingidium ſimile eſt ſcandici. *Gingidium fortè eſt herba ea quam vulgò Chærefolium appellant: non autem quam Plinius Chærephyllon nominat. Olus fuit Pauli & Galen. temporibus triſsimum in vſu. Scandix ſylueſtre olus eſt, ac vtiliſsimum, ſi Plauto credimus.*

CORNARII.

o. *Obturat autem hepar & ſplenem.* ἐμφράττει δὲ τὰ καθ' ἧπαρ καὶ σπλῆνα.

p. *Quemadmodum ſuccus ipſius magis quàm lenticulæ ſuccus purgat.* ὥσπερ ὁ χυλὸς αὐτῆς καὶ τοῦ τῆς φακῆς μᾶλλόν ἐστι καθαρτικός.

De

De aſparagis. *Cap.* LXXV.

BLiti, lactucæ, attriplicis, maluæ & betæ planta quidem humida eſt, aſparagus autem ſiccus. Contrà, raporum, ſinapis, radiculæ, naſturcij, pyrethri, braſſicæ, omniúmque aliorum quæ calida ſunt, planta quidem ſicca, aſparagus autem humidus eſt. ꝗ At à ſpinoſis ſtirpibus, paluſtris & hortenſis aſparagi: item qui à bryonia decerpuntur, ſtomacho quidem vtiles ſunt, & vrinam citant, ſed inualidè alunt. At ſi probè coquantur, magis quàm ij qui ex oleribus ſumuntur, nutriunt. Conſimili modo & chamædaphnes aſparagus agit. *Aſparagi omnis generis.*

ANNOTAT. ANDERNACI.

Aſparagus. *Per hanc dictionem intelligi volo, quæ primùm in lucem prodeunt olerum germina, prius quàm in folia explicentur, recentiſsimóſque turiones qui edendo ſunt. In ſumma, primos cauliculorum partus comprehendo.* *Aſparagus.*

CORNARII.

ꝗ *At verò fruticoſarum plantarum aſparagi, & paluſtris & hortenſis.* οἱ δὲ ἀπὸ τῶν θαμνωδῶν φυτῶν ἀσπάραγοι, *&c.*

De iis quæ radices eſculentas habent. *Cap.* LXXVI.

NApus[r] & rapa ſi bis coquantur, nihilo minus quàm reliquæ ſtirpes alunt, continuè autem aſſumpta, craſſum ſuccum procreant. Bulbi aſtringunt, abſtergunt, cibi cupiditatem mouent, ſtomachum confirmant, & viſcoſos pectore humores eliciunt: bis incocti valentius quidem nutriunt, ſed nihil emolliũt, amara ipſorum qualitate ſic abolita. Præterea ſemen genitale augent, libidinémq; excitant, ſi largius vtare. item inflationes & tormina pariunt. Quod ſi ex aceto cum garo & oleo edantur, ſuauiſſimi ſunt, flatus non generant, valenter alunt, concoctu faciles. Paſtinacæ verò, dauci & cari radices quidem minus quàm rapa nutriunt, calidæ autem aromaticæque manifeſtè ſunt, & vrinam cient. Si verò immoderacius vtatur aliquis, vitioſos humores gignunt, & ægrè concoquuntur communi radicum ratione. Nõnulli ſylueſtrem paſtinacam daucum nominant, efficaciore ad vrinam ciendam virtute præditum. Radicula, quæ Græcis raphanis dicitur, extenuandi calefaciendiq; vireis obtinet. ſumitur rectè ante cibum ex aceto & garo, alui ducendæ gratia: ſecundùm cibum, nequaquam. Cepa, allium, porrum, & ampelopraſum acri virtute donata, corpus calefaciunt, ex- *Napus. Rapum. Bulbi. Paſtinaca. Daucus. Carus. Radicula. Cepa. Allium. Porrum.*

tenuant, & craſſos in eo humores incidunt: bis cocta, parum alunt: cruda, omnino nihil. Atqui allium magis meatus reſerat, humoréſq; diſcutit. Sunt autem porris ſicciora ampeloprasa, vtpote ſylueſtria. In totum omnia cruda olera, ſi edantur, peiores quàm cocta ſuccos procreant, ac plus humoris excrementitij continent. Verùm quæ condita vel muria, vel oxalme reponuntur, ſtomacho proſunt, & appetentiam excitant, crudos humores incidunt, ſed ægrè concoquuntur: & ſi abutare, vitioſos ſuccos gignunt.

Ampeloprasum.

Acida muria.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Bulbi.

Bulbi. *Bulborum facies, vt olim veteribus fuit cognita, ita nunc maximè cùm officinis, tum medicis, pace eruditorum dixerim, incognita eſt. Sunt autem cepæ modo tunicati, & fronde cepicia, tereti, anguſta, in mucronem deſinente, cauliculo dodrantali, in cuius faſtigio flos emicat purpureus, vt in ſcilla circumactus. Agri Gallici, appetitus appellationem indiderunt, quòd meram excitent, cibi auiditatem. Verùm genus hoc quòd in hortis copioſiore coma viret, nucleis gracilioribus nunc porretam, nunc vnionetam à porri, vel vnionis, tum ſapore, tum forma vocant. At non ſolùm propriæ cuidam plantæ bulbi nomen inditum eſt, verùm etiam rotundæ radices ſuis membranis tunicatæ Bulbi nominantur, ſiue pluribus capitulis coagmententur, vno folliculo omnes ambiente, ſiue quadamtenus diſtinctæ ſeparentur, quales ſunt croci, liliorum, narciſſi, ſcyllæ, &c.*

Paſtinacæ verò, dauci & cari. *Ad verbum ex Galeni libro citato tranſcripta ſunt. Paſtinacæ ſpecies ſatis ſunt cognitæ. Dauci verò & cari non item. Sunt porrò tres Dauci ſpecies à Dioſcoride deſcriptæ: quam hodie in officinis habemus, ſylueſtris paſtinaca eſt, vt ſapor, odor & tota deliniatio oſtendunt. Nulla autem dauci ſpecies apud Dioſcoridem paſtinaca ſylueſtris eſt, ſed tertia tantùm huic comparatur muſcario. Verus Daucus ex Creta exportari debet. Huius ſemina & radices in vſum medicum veniunt: aliarum ſpecierum ſemina tantùm. Quia verò Dauci & ſylueſtris paſtinacæ eædem propemodum vires exiſtunt, ea pro dauco vti licebit.*

Officinarũ daucus.

Verus Daucus.

Cari.

Cari. *Officinæ carui dicunt Serapionem ſuum, alióſque Barbariæ ſcriptores ſecutæ. Non tamen ſemen hoc carui quod Pharmacopolæ vendunt, reſpondet Serapionis deſcriptioni: quippe craſſius hoc eſſe dicit quàm cyminum: officinarum autem multò minus cymino eſt. Caros igitur fortè vna ex noſtratibus dauci ſpeciebus erit, ſi ſemen etiam à Dioſcoride exiguum deſcriptum, reſpiciamus.*

Ampelopraſum. *Caule proſilit bicubitali, foliis porraceis, ſed anguſt*

anguſtioribus, flore candido, radice bulboſa. Prouenit in vinetis, vnde à natalibus Ampeloprason quaſi vitigineum porrum Græcis nominatur. Noſtrates officinæ Vineale porrum appellant. *Porrum vineæ.*

CORNARII.

r *Bunias quod et rapum appellatur, bis coctum, &c.* ἡ μὲν οὖν βυνιάς τε καὶ γογγύλη προσαγορευομένη, δίεφθος, &c.

De tuberibus et fungis. *Cap.* LXXVII.

TVber humorem de ſe reddit qualitatis expertem, ſed frigidiorem & craſſi ſucci. Fungi verò frigidi pituitoſi & mali ſucci ſunt: in his ipſis minùs nocentes boleti ſunt, qualitatis expertes, ſi probè coquantur. Qui verò ammanitæ dicuntur, ſecundùm ab his ordinem obtinent: aliis fungis abſtinendum, plerique ſiquidem ipſorum lethales. Ac ipſi boleti niſi exactiùs decocti edantur, periculi occaſionem frequenter præbent. *Tubera.* *Fungi.* *Boleti.* *Ammanitæ.*

ANNOTAT. ANDERNACI.

Tubera. *Hæc ex terræ ſagina conglobantur, ſine medulla, vena, cortice, ſolo vndique circundata, nullis fibris, nullisq; capillamentis nixa, nec extuberante loco in quo gignuntur, aut rimam agente, nec ipſa terræ cohærent. Galli hæc Trufla nominant. Itali Zuneſta tarenſola. Vere effodiuntur, nec vltra annum durant.*

Fungi. *Iſtorum origo prima è limo et aceſcente ſucco madentis terræ, aut radicis fermè glandiferæ. Initio ſpuma lentior, dein corpus membranæ ſimile, mox partus. Cortice, medulla, neruo, vena carent.*

De frumentaceis. *Cap.* LXXVIII.

EX iis quæ frumentacea nominantur, chondrus egregiè nutrit, & glutinoſos parit humores: verùm elotus, prauus habetur, quoniam promptè craſſeſcens, concoctionis expers permanet. probatur magis cremor chondri, ſi totus probè ptiſanæ modo fuerit decoctus. Alica in cæteris chondro quidem reſpondet: ſed aluum magis aſtringit. Triticum, elixum ſanè, concoctu difficile eſt, & inflationes creat: vbi verò concoctionem expertum eſt, alimentum præbet valentiſſimum. In panem autem coactum minùs inflat, minúſque ægrè concoquitur, vtpote fermenti & ſalis particeps. Inter panes firmiſſimus eſt ſiligineus, deinde ex ſimila, tertius à quo cribro nihil excuſſum eſt, Græci syncomiſton quaſi dicas confuſaneum appellant. Sordidus panis minus quidem nutrit, ſed magis per aluum deiicitur. Amylum parum alimenti præſtat, quemadmodum & panis elotus. Hordeum frigidæ *Chondrus.* *Alica.* *Triticum.* *Panis genera.* *Amylum.* *Hordeum.*

frigidæ facultatis eſt & abſterſoriæ, ptiſanæ modo incoctum humectat: torrefactum, quemadmodum in polentis fit, deſiccat. Polenta per æſtatem ante balneum cum aqua pota, ſiti medetur. Panis hordeaceus fragilior eſt, & parum nutrit.[s] Maza difficilius concoquitur, flatúſque magis quàm panis hordeaceus gignit: melle autem adiecto aluum citat. Auena & calida eſt, & imbecillis materiæ. Milium & panicum refrigerant, ſiccant, pauxillum nutriunt, & aluum cohibent. Omnino autem milium panico eſt præſtantius. Oryza vix concoquitur, parum nutrit, & ventrem retinet. Porrò ptiſana in hunc modum coquitur: vni eius parti aquæ quindecim & olei momentum adiiciuntur, vbi ebulierint, acetum quoque addes. quum iam exactè cocta fuerit, ſal tenuis ſuperiniicitur, in quibuſdam porrum & anethum ei miſcent. Cæterùm auena chondrúſque in ptiſanæ modum decoquuntur.

Polenta. Maza. Auena. Milium. Panicum. Oryza. Ptiſanæ coctura.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Chondrus. Halica.

Chondrus. *Magna ſcriptorum recentiorum diſſenſio eſt, & adhuc ſub iudice lis eſt, Num ſcilicet Chondrus & Halica diuerſa inter ſe ſint, cùm apud Paulum diſtinctim ſcribantur, an idem, cùm apud autores Græcos Chondrus, pro Halica Romæna ſæpius ponatur. Apud recentiores autem Græcos ambæ dictiones coniungantur: Vt in Aetij ſermone 9. cap. 10. in hunc modum:* ῥοφὴν ἢ διδόναι χόνδρον ἄλικος μετ' οἴνου λευκοῦ. *Quibus verbis præcipit cibum dari chondrum halicæ cum vino albo. Item diſceptatur, an hæc ſemina ſint naturalia per ſe, an potius res facticiæ. Certè quantum ad primam controuerſiam attinet, collatis multorum autorum ſcriptis, Chondrus videtur antiquorum in vſu fuiſſe, ſi Galeno de victus ratione in morbis acutis credimus, quanquam lib. 1. de alimentis, nomen eius apud antiquos perrarum fuiſſe prodat, vt ferè ſibi ipſe contrarius videatur. Halica verò teſte Plinio, res Romana eſt, neque Pompeij magni ætate in vſu fuiſſe traditur, nec pridem excogitata. Paulus noſter ambo quaſi conſimilis vſus ac facultatis, frequenter coniungit, vt lib. 3. cap. 31.* ἔστω ἢ σοι ἄρτος πλυτὸς ἐκ ψυχροῦ, ἢ ἄλιξ, ἢ χόνδρος. *Id eſt. Panis tibi eſto lotus è frigida, vel Halica, vel Chondrus. Sic itaque colligo, vt ſecunda quoque diſcordia dirimatur, Chondrum & Halicam eiſdem ferè modis fieri, non autem ſemina, aut fruges eſſe per ſe. Paulus autem dicit Halicam Chondro in omnibus reſpondere, niſi quod ventrem magis aſtringat. Nimirùm propterea quòd Chondrus fiat ex Zea, quæ Italis & quibuſdam Germanis Spelta nomina*

nominatur hodie, Frumenti genus inter triticum & hordeum medium. Halica verò ex tritico fiat, quicquid dicat Palladius de hordeo ſemimaturo. Ea hodie nobis puls frumentacea vocatur: ptiſanæ cremori colatitio ſimilis. Errant qui halicam ex Zea, chondrum ex tritico fieri autumant. De chondro conſulant Dioſcoridem & Conſtantinum lib. 3. de re ruſtica. Interim videas apud veteres hæc duo confundi, vt quod halicæ tribuendum ſit, chondro tribuant. Inueniáſque varias vel chondri, vel halicæ conficiendæ rationes. Non etiam audiendi ſunt, qui far apud Romanos dictum, chondrum eſſe arbitrantur: cùm & ipſum far teſtimonio Archigenis frumenti quædam ſit præparatio, ex Zea nimirum & frumento. Plinius teſtatur populum Romanum farre tantùm ex frumento tercentum annis vſum fuiſſe.

Inter panes firmiſſimus. *Vſus ſum dictione Celſiana, firmiſſimus, pro eo quod eſt alimenti plurimùm præſtans, quanquam in cõparandi gradu τροφιμώτερος habeatur.* *Panes.*

Syncomiſton. *Hunc alio nomine Galenus Autopyron appellat, quod ex omnibus ſuæ farinæ partibus citra vllam detractionem conſtet, inter furfuraceum & ſimilagium medius, Syncomiſtos quaſi confuſaneus dictus, quoniam caſtratus non ſit, ſed omnia ſimul tulerit, furfures, vtriculos & ſimilam.* *Syncomiſtus.*

Polenta. *Vide Galenum lib. 1. de alimentis, vbi polentam quam Græci ἄλφιτα nominant, recenſet, ex hordeo nouello mediocriter toſto fieri: eámque veteres militibus panis loco dare ſolebant.*

Maza. *Cum polenta liquore conſpergitur, atque ſubigitur, mazæ appellationem aſſumit: Hinc quidam eruditus offam appellat.* *Maza.*

Oryza. *Hoc frumenti genus Gallicum, Germanicumq; vulgus detracta priore litera Rizon appellant.* *Oryza.*

CORNARII.

s *Maza eſt ipſa hordei farina cocta, quæ quò magis tenuis albáque ac pura eſt, tantò citius in ventriculo alteratur, & melius concoquitur, diſtribuitúrque, & promptius nutrit. Quandoque etiam ex hordeo fricto, id eſt polenta parabatur, ſimplici facta in aqua coctura, pingui aliquo addito. Quod ſi maza cum vino dulci aut ſapa diutius ſubigeretur, τριπτὴ Atticis dicebatur. Quæ verò ſic parata non eſſet, ἄτριπτος.*

De leguminibus. Cap. LXXIX.

EX leguminibus, lenticula vitioſum ſuccum, & melãcholicum producit, imò etiam, præſertim bis cocta, aluum cohibet. decoctum verò ipſius cum oleo & garo potum aluum *Lenticula.*

aluum proritat. at quia inflationes mouet, ſatureia, vel pu-
Fabæ. legium admiſcendum eſt. Fabæ, leues ſunt, inflant & abſter-
Faba Ægyptia. gunt. Ægyptia autem faba humidior noſtra eſt, & excre-
menticia. Piſum laxum quidem, non tamen adeò flatuoſum
Piſum. eſt. Cicer inflat, abſtergit, genitale ſemen auget, libidinem
Cicer. incitat, & calculos confringit: frictum, minus quidem inflat,
Lupinum. ſed ægrè concoquitur. Lupinum concoctioni rebelle, haud
Fœnugræcum. facilè per aluum tranſmittitur, crudi humoris efficax. Fœ-
nugræcum ſi ante cibum ſumatur, calefacit, & aluum mo-
Ochron. uet. [t] Ochron & phaſelum macerata donec etiam radices
ſuccreuerint, ex garo ante cibum ſumpta, aluum ſubducunt,
Phaſelum. ac plus quàm fœnugræcum alimenti exhibent. [u] At phaſe-
Dolichon. lum & dolichon integra cum ſiliquis viridia comeſta, excre-
mentitia magis redduntur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Legumina. Ex leguminibus. *Legumina, inquit Galenus ea ex cerealibus ſeminibus appellant, quæ paniſicio non accommodantur, vtputà fabæ, piſa, cicera lentes, lupinum, oriza, eruum, &c. Galenus vocat* ὄσπρια *&* χέδροπα.

CORNARII.

t *Ochri & phaſeli præmacerati. In Græcis falsò legitur* φασιόλοι. *Differunt enim phaſeli à phaſiolis. Et phaſelum quidem idem eſſe quod* λάθυρον, *id eſt cicerculam Gale. quoſdam aſſerere dicit. At* φασίολον *vocari etiam* δολιχὸν *&* λοβὸν, *id eſt ſiliquam: idem lib. 1. de Alim. teſtatur. Ochrum verò Eruiliam Latinis dictam eſſe doctis quibuſdā placet.* u *At phaſioli qui etiā dolichi appellantur, &c.*

[x] *De temporariis fructibus.* Cap. LXXX.

Cucurbita. CVcurbita refrigerat humectátque, & ventrem ſubducit,
Pepon. ſed parum alit. Pepon totus vitioſi ſucci eſt, frigidus,
humidus, & vomitioni dicatus, non coctus, [y] bilem generat.
ſemen eius vrinam citat & calculos in renibus confringit,
Melopepō. ac in totum abſtergit vehementer. Melopepon omnia quæ
Cucumis. de pepone dicta ſunt, inualidiùs efficit. Cucumer minus pe-
pone frigidus, humidúſque eſt, ſed acrius cit vrinam, diffi-
cilis concoctu & vitioſi ſucci, etiam ſi concoctus fuerit.
[z] Summatim omnia poma refrigerant humectántque, im-
becilliter alunt, & vitioſum humorem progignunt.

ANNOTAT. ANDERNACI.

ὧραι. ὡραῖοι. De temporariis. *Sic interpretatus ſum ὡραίους: quaſi dicas horarios. Nam Galenus cæteriq; Græci id anni tempus, horam appellant:*

lant: in quo medio canicula ſidus oritur, ad quadraginta vſque dies perdurans, quo tempore omnes temporarij fructus, aut tempeſtiui, vt Plinius ait, proueniunt. At Galenus non ſolùm horarios dici cenſet, quòd eo tempore naſcantur, ſed vt à conditaneis diſcernantur. Sic etiam Plinius appoſitè dixit, de perſico, quia non aliud fugacius. Hoc eſt quod minus duret. *Fructus.* *Fructus fugaces.*

Omnia poma. *Græcè eſt ὅλη ὀπώρα. Sic antea interpretatus ſum quicquid herbaceo fructu viret, lignoſi nihil exterius habens. Propriè verò Galenus Oporam nominat libello περὶ εὐχυμίας καὶ κακοχυμίας, ficus & vuas: vt Paulus ſequenti capite etiam indicat.*

CORNARII

x De fructibus fugacibus. Fugaces fructus qui non durant, neque apti ſunt ad repoſitionem, quos eadem de cauſa ὡραίους Græci vocant, non ſolùm quod ὥρα appelletur ipſis id tempus quo proueniunt, ſed quod ſint temporarij, ac minimè durent. ὥραν autem Græcos nominare id tempus, in cuius medio canis oritur, & eſſe id tempus quadraginta dierum Gal. lib. 2. de Alim. author eſt.

y choleram efficit.

z In ſumma verò omnes fugaces fructus frigefaciunt, &c. In Græcis corruptè legitur, καθόλου δὲ πᾶσα ὀπώρα. non enim de ὀπώρᾳ, ſed de ὡραίοις ipſi ſermo eſt. Quare ſic corrigito: καθόλου δὲ πάντα ὡραῖα ψύχει τε καὶ ὑγραίνει, καὶ ὀλιγότροφά ἐστι, καὶ κακόχυμα. At de ὀπώρᾳ, id eſt de pomorum fructibus autumnalibus ſequenti cap. agit. Et alioqui de his in vniuerſum intelligi non poteſt quod refrigerent & humectent, quum quidam ex ipſis calefaciant & ſiccent. Significat autem ὀπώρα non ſolùm fructus, ſed etiam tempus quo hi proueniunt. Eſt autem id tempus canis ortus, quod principium ὀπώρας eſſe Gal. in Apho. 14. lib. 3. Hipp. prodit, & declarat in lib. περὶ εὐχυμίας his verbis: ἐμπλησθεὶς δὲ μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ τῆς ὀπώρας ἁπάντων τῶν ὡραίων ἐνόσησα τοῦ φθινοπώρου νόσον ὀξεῖαν. Vnde apparet etiam fugaces fructus partim ὥρας, partim ὀπώρας tempore produci vſque ad Arcturi exortum, qui principium eſt autumni. Et rurſus ὀπώρας temporis fructus partim ſub oporam, partim ſub autumnum prouenire, vt non malè autumnales fructus appellentur Latinè, quum ὀπώρας tempus Latinam appellationem nullam habeat. Poſſunt etiam malorum ac pomorum fructus appellari.

De arborum fructibus. *Cap.* LXXXI.

Ficus & vuæ inter omnia poma principatum obtinent, vt quæ minus vitioſos humores generent, & magis nutriant. Inter hæc ipſa ficus probioris ſucci ſunt, valentioriſq; materiæ *Ficus. Vuæ.*

materiæ aluo & vrinæ ducendæ, renibus purgandis idoneæ, præſertim admodum maturæ. Idem præſtant caricæ, quanquam inflationes & ſanguinem non probum pariant: eoque frequentius vſurpatæ pediculos procreant. Vuæ, ſi non deſcendunt, non quidem concoquuntur, verùm etiam crudum humorem generant: ſin autem deiiciantur, moderatiores ſunt. Vuæ paſſæ aliis calidiores ſunt, ſtomacho gratiores, valentius alunt, ſed minus ſubducunt aluum. Mora quæ aliâs ſycamina Græcè appellantur, impenſè humectant, mediocriter refrigerant, ac ante alios cibos præſumpta ventrem ſoluunt, non admodum ingrata ſtomacho, ſed exigui alimenti. Ex ceraſis, dulciora quidem aluum ſubducunt, verùm ſtomacho inimica: quibus ineſt aſtrictio minus quidē ſtomachum lædunt, ſed non ventrem citant. Atq; hæc ratio tum in vuis & moris, tum in aliis compluribus ſeruatur. In vniuerſum, aſtringentia ſi potius ante alium cibum aut edūtur, aut bibuntur, aluum comprimunt. Quibus autem ob imbecillitatem venter non reſpondet, ij molliendi virtute prædita, nempe, olera aut piſces, aut id genus aliud præſument: deinde aſtringentia, quæ dum ipſum firmant, deorſum propellunt, & ad excretionem incitant. Pini nucleus, qui & ſtrobilus dicitur, boni quidem ſucci eſt craſſique, & ad nutriendum valens: non tamen ex facili concoquitur. Perſica praui ſucci, [a] acidiq; ſunt, & facilè corrumpūtur: eoq, primùm exhiberi debent, quò protinus deiiciantur, nullámq; in ventriculo diutius immorata, corruptionem ſentiant.* Præcocia, duracina & armenia, perſicis præſtant: neq; enim aceſcunt, neque ſimiliter corrumpuntur, ac ſunt etiam guſtu gratiora. Malorum, dulcia ſanè aliis calidiora ſunt, & facilè in corpus diſtribuuntur, præcipuè vel aſſa, vel elixa: acida, magis refrigerant, & humores ventriculo impactos incidunt: au-

Caricæ. *Vuæ paſſæ.* *Mora.* *Ceraſa.* *Pini fructus.* *Perſica.* *Præcocia.* *Duracina.* *Armenia.* *Mala.*

** Matthiolus in comment. in libro I. Dioſcor. cap. 131. rectè in Paulo δωράκια legi contendit, non ῥοδάκινα, & δωράκια Latinè non eſſe duracina, ſed genus præcocis, ſeu armeniaci mali. Rhodacena autem ſimpliciter & vniuerſè mala eſſe perſica. Armeniaca verò præcocia & doracia, etſi à quibuſdam inter perſica numerentur, quòd forma tantùm iis ſimilia videantur, non tamen ſimpliciter ſunt perſica. Rhodacena & perſica Gallicè Peſches. Duracina, Preſſes. Armeniaca, doracia & præcocia, Abricots. Aduerte facultates, quas Simeon Sethi rhodacenis & præcocibus tribuit, non conuenire Pauli doraciis & præcocibus.*

ſtera

ſtera ſtomachum firmant, & ventrem reprimunt, atque his
magis cotonea. Idem præſtant pira grandia maturáq; præ- *Pira.*
tereà etiam valentius nutriunt. Mala punica frigefaciunt, & *Mala pu-*
parum alimenti præbent. Meſpila ſorbáque vehementiùs a- *nica.*
ſtringunt, eóque aluo fuſæ accommodantur. Palmulæ, niſi *Meſpila.*
admodùm ſint pingues, ſtomacho proſunt, ventrem retinẽt, *Sorba.*
craſſos, glutinoſóſque humores gignunt, capiti faciunt do- *Palmulæ.*
lores. Ex oliuis, druppæ ſtomacho aduerſantur, craſſi humo- *Oliuæ.*
ris efficaces: muria conditæ, & colymbades, ſi ante cibum
ſumantur, appetentiam faciunt, & aluum ſubducunt, ac ma-
gis quæ ex aceto & oxymelite præparantur. Inter nuces, iu- *Nuces re-*
glans, auellana minùs nutrit, ſtomacho gratior. Nux viridis *giæ.*
humidior eſt, & ventrem citat: arida, ſi vbi in aqua com-
maduertit membrana ipſius interior adimatur, conſimilem
viridi poteſtatem obtinet. Amygdala incidendi extenuan- *Amy-*
díque viribus pollent, ideóque viſcera & thoracem expur- *gdala.*
gant, idque efficacius amara. Similiter & piſtacia, verùm ie- *Piſtacia.*
cur efficaciùs obſtructione liberant. Damaſcena ante cibum *Dama-*
ſumpta & cruda, & in mulſa elixa ventrem ſoluunt. [c] Syri- *ſcena.*
ca ægrè coquuntur, ſtomacho noxia, modicíque alimenti. *Serica.*
Siliquæ ægrè conficiuntur, aluum cohibent, & humores *Siliquæ.*
creant vitioſos. Sycomora manifeſtò & frigefaciunt & hu- *Sycomora.*
mectant. Citrei mali pars exterior acris & concoctioni re- *Citrea ma-*
bellis eſt: caro valenter alit, & ipſa ad concoquendum con- *la.*
tumax: interior pars ſiue acida, ſiue aquoſa fuerit, abundè
refrigerat. Glandes non minus quàm frumentacea alunt, *Glandes.*
ſed concoctu difficiles, craſſi ſucci, & tardè permeant. Ca- *Caſtaneæ.*
ſtaneæ omni ex parte his præcellunt.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Ex ceraſiis. *Galenus commentario iam citato in hunc modum de tempeſtiuis illis fructibus præcepit. Sunt autem arborei propè dixerim vniuerſi fructus, vicioſis ſuccis donati, præter quas vocant caſtaneas. Hæ ſi quidem exactam in ventriculo concoctionem adeptæ, nutriũt, verùm ſuccis craſſioribus: malis nequaquàm. Aliarum arborum fructus temporarij omnes maligni ſunt, nam ſi in ventriculo computreſcant, medicamenti deleterij naturam ferè induunt, ſicut & mora, licet ea perſicis dictis & prunis moderatiora ſint. Tamen corruptelam nihilominus illîc prauam ſuſtinent, &c. De vſu horum paulo poſt ait: A vicioſis ſemper abſtinendum, niſi cùm ægroti*

Aliquando viciosis vtendum.

æſtate totius corporis ſiccitatem calorémque emendare conantur. Conueniunt enim tunc poma, pira, mora, ceraſia adſumpta. Cucumer verò, pepo & melopepo, item præcocia dicta, vel perſica modicè tunc manducari debent.

In vniuerſum, aſtringentia. *Vide Galenum lib. 2. de alimentis: vbi rationem tradit, cur rethori cuidam aſtringentibus ſumptis poſt alios cibos laxantes venter fuerit ſolutus. Ibiq; hæc Pauli ſententia copioſius explicatur.*

Primæ mẽſæ qui cibi cõueniunt.

Eóque primùm exhiberi debent. *Idem Galenus libro ſuprà nominato confirmat in hunc modum. Omnes cibi qui prauum ſuccum cum humiditate, & lubricitate obtinent, ex facili deſcendunt, eóque prima menſa ſumi debent.*

Duracina.

Duracina. *Sunt qui lectionem hanc deprauatam putent, velíntque legi pro Duracina, Rhodacina, nulla planè ratione valida nitentes. Gal. quidem & alij vetuſtiores hoc vocabuli non vſurpant: verùm recentiores Græci, vti Paulus, hoc cum Rhomanis commune habent. Vocantur autem Duracina, quòd corpus ipſorum pertinacius oſſi hæreat, quàm vt auelli queat. Græci δωρακινὰ, vel δυρακινὰ dicunt, latinos ferè imitati. Conſtantinus lib. 10. de agricultura* ἐπειδὴ δὲ ἴσμεν τὸ δωρακινὸν ταχέως γηράσκον. *Paulò poſt,* ὄρυθρὰ ποιήσεις τὰ δωρακινὰ, ῥόδα φυτεύων ὑπὸ τὰ φυτά.

Druppæ.

Druppæ. *Plinius lib. 13. cap. 26. Oleum & Omphacium eſt. Fit duobus generibus, & totidem modis ex olea & vite: olea adhuc alba expreſſa, deterius ex druppa. ita enim vocatur, priuſquam cibo matura ſit, iam tùm colorem mutans, &c. Græci* δρυπετὰς *appellant.*

Piſtacea.

Piſtacea. *Vide Plinium. Fructus eſt nucum genere, qui è Syria apportatur: Creſcit arbore omnino nuda, præterquàm ramorum cacuminibus. Hæc enim comantur denſiore folio, anguſto, maiore tamen quàm lentiſci ſubruffo, ſurculis dependentibus pineæ nucis ſimilitudine. Lutetiæ in quibuſdam hortis eſt videre nunc. Officinæ pharmacopolarum vocant fiſtica aut fiſticorum grana.*

Phiſtica officinar.

Sirica.

Sirica. *Galenus ita vocat Ziziphа à recentioribus Græcis appellata: quæ officinæ ſeplaſiariorum iuiubas nuncupant. Recentiores maximè commendant hunc fructum, vt boni ſucci. Galenus vt prauo donatum reiiciendum putat. illi præterea ſtomacho gratum, hic concoctioni rebellem prædicat. item illi aluo ſubducendæ conuenire, hic aſtringere aluum. Aetius recentior, calore & humore temperata tradit, eóque ſanguinis acrimoniam edomant, probum ſuccum creant, ſeroſum ſanguinis humorem eliciunt. Decoctum eorum tuſſim & difficultatem ſpirandi lenit, pectori, renibus, veſicæ, prodeſt.*

Perſi

CORNARII.

a *Perſica mali ſucci ſunt, & aceſcunt.*

b *Et Rhodacena & Armenia.* ῥοδάκινα *legendum, & non* δωράκινα*, itémque infra lib. 3. cap. 6. ita vt ex Latinis duracinis Græci nomen non ſumpſerint, ſed contrà, vt apud Latinos Rhodacenorum nomen in duracinorum appellationem corruptum ſit. Simeon Sethi in libello de ciborum facultatibus ad Michaelem ducem Constantinopolitanum Imperatorem ante annos propemodum quingentos ſcripto,* ῥοδάκινα, *inquit* οἱ μὲν ἐν τῇ τρίτῃ τάξει τεθείκασι τῶν ψυχόντων τε καὶ ὑγραινόντων, οἱ δὲ ἐν τῇ, α, οἱ δὲ ἐν τῇ, β. ὃ καὶ ἀκριβέστερον. ἀπογεννῶσι δὲ χυμὸν φλεγματικὸν, καὶ δύσπεπτα τυγχάνουσι, καὶ ταχέως ἐν τῇ γαστρὶ διαφθείρονται, καὶ διὰ τοῦτο οἱ συνεχέστερον κατακόρως τούτων μεταλαμβάνοντες πυρετοῖς ἁλίσκονται. βλάπτουσι δὲ τινὶ ἰδιότητι καὶ τὰ νεῦρα. δεῖ δὲ ταῦτα πρὸ τῆς ἄλλης τροφῆς προσφέρεσθαι, καὶ ἄκρατον τούτοις ἐπιπίνειν. τὰ δὲ ἐξ αὐτῶν πέπειρα τὴν γαστέρα προτρέπουσι, τὰ δὲ ἄωρα ταύτην ἐπέχουσι, τὰ δὲ ξηρὰ πλέον. *Idem eodem lib. de præcocibus,* πραικόκια εὔφθαρτα μέν εἰσι. τὸ δὲ ἐξ αὐτῶν ἀπογεννώμενον αἷμα μοχθηρὸν ἐστι. εἰσὶ δὲ ψυχρὰ καὶ ὑγρὰ κατὰ τὴν δευτέραν ἀπόστασιν, καὶ τῶν ῥοδακίνων κακοχυμότερα.

c *Serica. Hæc hodie ignota ſunt, & non eadem ſunt quæ Zizipha, vt docti quidam exiſtimarunt. De iis quæ Paul. hîc dicit ex Gal. tranſcripſit lib. 2. Alim. Non habeo, inquit, quod de ſericis teſtimonium præbeam, quod aut ad ſanitatis conſeruationem, aut morborum curationem faciat. Eſt enim edulium muliercularum, & puerorum effrenatorum, quod parũ nutrit, ægrè concoquitur, nec ſtomacho commodum eſt. Nec præterea de ſericis quicquam apud Græcos ac Latinos ſcriptores reperio, vno Plinio excepto lib. 15. cap. 14. Aeque, inquit, peregrina ſunt Zizipha & Tuberes, quæ & ipſa non pridẽ venere in Italiam. Hæc ex Africa, illa ex Syria Sex. Papyrius quem conſulem vidimus vtraque attulit, Diui Auguſti nouiſſimis temporibus in caſtrorum aggeribus ſata, baccis ſimiliora quam malis, ſed aggeribus præcipuè decora, quoniam & in tecta iam ſyluæ ſcandunt. Tuberum duo genera, candidum, & à colore ſericum dictum. Ex his Plinij verbis primùm intelligimus Zizipha & Tuberes diuerſorum malorum genera eſſe, & ex diuerſis regionibus in Italiam allata. Deinde Tuberum duo genera eſſe, alterum candidum, alterum à colore ſericum appellatum. Accipio autem eum ſerici colorem, qui ſerici natiui, puri, & adhuc crudi eſt, qui ſane ſubflauus exiſtit. Ab hoc itaq; colore dicta Plinij ſerica, eadem eſſe puto quæ Gal. & Pauli ſerica,*

Quæ eadem eſſe quæ Ziziphа neſcio qua ratione ducti quidā ſibi perſuaſerunt. Partim enim ſimpliciter pronunciant Galeno eſſe Serica quæ & Zizipha dicuntur: partim velut hoc iam dato, recentiorum Græcorum ſententiam de his diuerſam à Galeni traditione producūt, & ſeipſos implicant, dum diuerſis rebus diuerſas facultates à diuerſis authoribus attribui non animaduertunt: partim Arabas medicinæ ſcriptores Græcorum recentiorum ſententiam ſecutos, quod tamen illos latuit, grauiſſimè coarguunt, & ignorantiæ damnant: quæ omnia ex eo conſecuta ſunt, quod Serica à Gal. damnata, & Zizipha à poſterioribus laudata eundem eſſe fructum putauerūt. Nos verò Zizipha à Sericis diuerſa eſſe argumentis adductis nixi aſſerimus. De quibus Simeon Sethi hæc ſcribit. ζίζιφα σύμμετρά ἐστι τῇ ὑγρότητι καὶ τῇ θερμότητι, ἰδιότητα δὲ ἔχουσι τὸ τὴν δριμύτητα καταπαύειν τοῦ αἵματος. χρηστὸν δὲ χυμὸν γεννᾷ, καὶ κενοῖ τὸ ὀρρῶδες τοῦ αἵματος. λυσιτελεῖ τε τὸ τούτων ἀπόζεμα πρός τε βῆχας καὶ δυσπνοίας, καὶ τῷ στήθει, καὶ τοῖς νεφροῖς, καὶ τῇ κύστει. Κρείττονα δὲ τὰ μείζονα, τοιαῦτα δέ εἰσι τὰ ἐλαιωνά. Καταπαύουσί τε τὸν ἀπὸ δριμέων χυμῶν ἔμετον, πλὴν δύσπεπτά εἰσι, καὶ ἁπλῶς βλαπτικὰ, καὶ διὰ τοῦτο κρεῖττον τῷ τούτων ἀποζέματι. Hæ Ziziphorum facultates, ſunt quas Gal. Sericis nō attribuit, vt qui de diuerſo fructus genere loquatur. Quid igitur Sericam ne Gal. nouit, Zizipha nō nouit? & poſterior ætas Zizipha nouit, Serica non nouit? Galenus & Serica nouit & Zizipha, & de Sericis quidem ea quæ ſuprà adduximus prodidit. De Ziziphis verò eodem libro inter Syluestrium plantarum fructus mentionem facit: quibus omnibus in communi adſcribit, quod parū alunt, & mali ſucci ſunt. Atq; hoc eſt quod etiam Simeon de ipſis dixit, δύσπεπτά εἰσι, καὶ ἁπλῶς βλαπτικά. At reliquas facultates à Simeone relatus ex cultu Ziziphis poſtea acceſſiſſe credibile eſt, quùm à Gal. relata ſint inter agreſtes arborum plantas, vt quæ centum plus minus annis ante ipſum in Italiam venerint, & ſemper indies ampliore cultu mitigata ſint, & hunc vſum adepta quem de ipſis Simeon prodidit, etiam hodie pharmacopoliis nota ſunt, Iuiubas vocant.

De animalibus, & primò de volatilibus. Cap. LXXXII.

Volatilium caro.

ANimalia quæ volatu nituntur, minus quidem quàm quæ pedibus fidunt, & præcipuè quàm ſues, alunt, ſed promptiùs concoquūtur, magiſq; perdix, attagena, pullus columbinus, gallina & phaſianus. At turdi, merulæ, & exigui paſſeres, inter quos ſunt etiā à turribus vbi nidificant Pyrgitæ appellati, durius alimentū præſtāt, atq; his magis adhuc, turtur, palumbus, & anas: ſed multò durius, cōcoctu difficilius, magiſ

magíſq; fibroſum pauo exhibet. Anſerum verò & ſtruthio cameli caro excrementicia, ægrius quàm omnia cõmemorata concoquitur, ſi alæ excipiantur, quę non minus quàm aliarũ auium probi ſucci exiſtunt. Porrò gruum caro fibroſum durúmq; præbet alimentum. In totum iuniora veteribus humidiora ſunt promptius concoctioni parent, valentiorem cibũ præſtant, atq; per aluum facilè deſcendunt. Similiter elixa ab aſſis, & in ſartagine frixis differunt. Iam quæ in ſiccis locis & montoſis proueniunt, citius concoquuntur, minúſque excrementicia ſunt, quàm quæ in paludibus nutriuntur.

De ouis. Cap. LXXXIII.

OVa gallinarum, phaſianorúmq; omnibus præſtant. Anſerum & ſtruthiocamelorum praua habẽtur. Ex omnibus autem recentia veteribus multo ſunt præſtantiora, ac tremula plus alimenti habent: ſorbilia magis deſcendunt, ac faucium aſperitates læuigant. Reliqua omnia ad concoquendum rebellia, tardè tranſeũt, & ſuccum gignum craſſiorem, præter ea quæ pnicta dicuntur, hæc autem fiunt ſi cruda immergantur in aquam calidam cum garo, vino, & oleo, & in vaſe mediocriter coagulentur. Huiuſmodi enim coqui facilia & boni ſucci habentur. Omnia verò quæ ſartagine friguntur deteriora ſunt.

Ouorum facultas.

Oua ſuffocata.

De pedeſtribus animalibus. Cap. LXXXIIII.

INter animalium quæ pedibus fidunt, carnes, ſuilla maius quàm alij cibi alimentum præbet, eò quòd guſtu & odore familiaritatẽ cum humanis corporibus ſortita eſt, vt nõnulli, qui imprudenter humanas carnes guſtarunt, cognouerũt. Alimentum verò quod ex illis contrahitur, viſcoſum eſt, & non facilè in membra poteſt diſtrahi. Ouilla excrementicia prauíque ſucci eſt. Caprilla acris eſt malúmque ſuccum efficit. Deterrima hircina, ſiue ſucci bonitatẽ, ſiue concoctionẽ reſpicias. Bubula melancholicũ humorẽ facit. Leporina craſſi ſucci eſt, ſed minus quã ouilla & bubula. Ceruina dura eſt, & cõcoctioni rebellis. In totum, iuniora vetuſtis humidiora, mollioráque, & ad concoctionem faciliora ſunt. Hoc modo etiam caſtrata, non caſtratis, benè habita, macris præſtant.

Carnis animalium facultates.

De partibus animalium & ſanguine. Cap. LXXXV.

Animaliũ particulæ.

SVmmæ corporis particulæ neruoſæ ſunt, citrà pinguedinem, & excarnes, eóq; glutinoſæ, exigui alimenti, ac ad

aluum mouendam efficaces, ſi excipias quæ volatu nituntur, ob nimiam ſiccitatem. Roſtra & aures cartilaginoſæ, & ad concoctionem ſunt pertinaces. Lingua, eſt fungoſa laxáve, exanguis: parum alimenti habet. Glandulæ ſuaues ſunt, & friabiles, ſed mammarum, præcipuè ſcropharum, quùm lacte ſcatent, dulciores habentur: hæ autem nõ minus quàm carnes alunt. Renes & teſticuli guſtu inſuaues & concoqui difficiles. At ſaginatorum gallinaceorum teſticuli & ſuaues ſunt, & probum corpori alimentum præſtant: quemadmodùm taurorum, hircorum, & arietum concoctioni reſiſtunt, & vitioſos creant humores. Cerebrum pituitoſum, craſſi, vitioſiq; ſucci, lentè tranſit, concoctioni aduerſatur, ſtomachum lædit, & nauſeam excitat: ſi autem probè coquatur, plurimum exhibet alimenti. Medulla pinguis, & cerebro ſuauior eſt, in cæteris ei reſpondet. Pinguedo & adeps pauci alimenti ſunt, & ſtomacho nocent. Cor & iecur craſſi ſucci, ægrè concoquuntur, & lentè tranſeunt. At ſuillum iecur aliis præſtat. Lien, tum vitioſi ſucci eſt, tum melancholicum humorem efficit. Pulmo facilius quidem, vtpotè fungoſus, concoquitur, ſed leuiorem cibum præbet, pituitæ generandæ efficax. Ventriculus, vulua, inteſtináq;, dura concoctioni aduerſantur, pituitæ efficacia. Summatim fera animalia ſiccius, quàm domeſtica alimentum exhibent, minúſque excrementicium. *Sanguinis eſus.* Sanguis quilibet, vix concoquitur, præſertim craſſus, & melancholicus, qualis nimirum eſt bubulus. Leporinus vtpote ſuauiſſimus cõmendatur. Ac multi ipſum cum iecore ſolent incoquere, quidam vero, & cum aliis viſceribus nõnulli & iuuenis porci ſanguinem edunt. Caprillum verò nonnullos comediſſe, etiam Homerus teſtatur.

De lacte. *Cap.* LXXXVI.

Lactis vires. LAc coctum probè nutrit, gingiuis autem & dẽtibus nocet. quapropter vbi aſſumptum eſt, primùm mulſa, deinde vino aſtringenti os colluere oportet. Item caput tentat, præcordia, ventrémq; inflat, calculos in renibus gignit. Ac humidius, minus quidem alimenti præbet, ſed magis aluum proritat: craſſius autem è contrario, magis alit, minùs deſcendit. At caprillum lac mediocre conſiſtentia eſt, ſicut ouillum craſſius: & quod ſtatim à partu redditur, tenuius eſt, procedente tempore craſſius, deteriúſque efficitur.

De

De lactis potione. Cap. LXXXVII.

QVi lac potare voluerit, ab aliis abſtinere cibis debet, donec concoctum fuerit, & inferius deſcenderit. Satius itaque eſt manè recens mulctum bibere, ac poſt id nihil aſſumere, necnon labores nimios deuitare, vt quòd laborantibus neceſſariò aceſcat, ſed lentè obambulare ſatius eſt, & intereà vigiles conquieſcere: hoc enim pacto quamprimùm per aluum deſcendit. Vbi deiectum fuerit, aliud bibendum eſt: ac ſi hoc quoque deſcendat, aliud. Initio itaque purgat vtiliter, non quidem copioſum ex reliqua corporis mole, ſed quæ in ventre continentur: mox venas ingreditur, ac optimè nutrit, atque non amplius deiicitur. Porrò in bilioſis fluxionibus, & quùm ſyntexes, hoc eſt, colliquamenta corporis ad ventrem concurrunt, coctum lac exhiberi debet.[d] Coquetur autem primùm lentè paulatímque vt pars deſcendat, pars conſumatur, deinde magis, ac magis incoquetur, cura adhibita, ne aduratur, aut in caſeum coaleſcat. quod optimè fiet, ſi leniter ipſum coquamus, & agitando id quod receſſerit vndique abradamus. Agitabitur autem ferula leui & tenui: & ſi quid oris ollæ inferueſcat, hoc quoque ſpongia adimere oportet: id enim ſubinde etiam reliquum lac corrumpit. Eo igitur modo quo dixi, lac coquendum eſt, vſque dùm æquabiliter craſſius dulciúſque crudo euaſerit. Quod in eo tenue eſt & ſeroſum,[e] calculis marinis ignitis in id demiſſis, ebibitur conſumitúrq;. Atque hoc alui fluxionibus, præſertim bilioſis eſt accommodatum.

Lactis potandi ratio.

Lac ad purgationem.

Lactis coctura.

CORNARII.

d *Coquere autem oportet primùm leniter ac paulatim, vt ne pars quædam diffundatur, pars verò conſumatur. Hanc eſſe huius loci ſententiam intelligunt omnes qui vnquam, lac coxerunt. Proinde Græcè legito.* ἕψειν δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἡσυχῇ καὶ ἐπ᾽ ὀλίγον, ὡς μὴ μέρος μέν τι διαχυθῆναι, μέρος δέ τι τακῆναι.

e *Per ignitos ſilices. Meminit eius rei Paul. infrà lib. 3. cap. 42. Atque ibi* κάχληκας *vocat, quos hic* κόχλακας. *Sunt autem hi lapides ſilices nobis dicti: non eſſe autem alios lapides accipiendos Gal. lib. 10. ſimpl. med. apertè docet. Hipp. quoq; ita vſurpat lib. 7. Epid.*

De lacte ſciſsili. Cap. LXXXVIII.

SEroſa lactis portio à caſeo diſcernitur, ſi vehementius ad ignem largiorem citra fumum excoquatur, deinde colo, aut panniculo exactè traiiciat[illegible]. Po[illegible] miſcetur ſero

Lac ſciſſum.

mellis momentum, aut oxymelitis aliorúmve, datúrque ſubducendi ventris gratia, ætate quidem florentibus ad duos ſextarios: iunioribus, non minus ſextario. Quod verò marinis calculis ignitis aut ferro candenti demiſſo lac incraſſatum eſt, inteſtinorum torminibus & alui profluuiis rectè exhibetur.

De caſeo. *Cap.* LXXXIX.

Caſei vires. OMnis caſeus acris eſt, ſitim facit, ægrè concoquitur, vitioſos ſuccos, calculóſque generat. Laudatior eſt recens, laxus, mollis, ſuauis, & modici ſalis particeps: qui ſecus habet, peſſimus eſt.

De piſcibus. *Cap.* XC.

Piſcium vires. OMnes piſces frigidioris, humidioríſque temperamenti eſſe, nulli non conſtat. Omnium verò optimi ſunt *Saxatiles.* ſaxatiles, ad concoquendum prompti, boniq́ue ſucci, modicè *Pelagij.* humectant, [f] vbi non duram carnem occupauerint. Verùm ex non ſaxatilibus, pelagij multùm ab iis variant, qui in limo nutriuntur, vel in fluuij oſtio: ſed omnium deterrimi qui vel in ſtagnis[g] vel mari ſtagnante viuunt. Particulatim verò *Capito.* Capito, ſi pelagius fuerit, mediocriter ſuauis eſt, minus, concoctioni rebellis, & boni ſucci, ſanguinem verò gignit te*Lupus.* nuiorem imbecilliorémque. ſimilia & Lupus præſtat. Mul*Mulus.* lus qui & ipſe pelagius eſt, aliis piſcibus durior eſt, fragilis, concoctu facilis, validæ ad alendum materiæ, ſuauis & pinguedinis expers.

CORNARII.

f *Vbi non habuerint carnem duram.*

g *Aut iſtic vbi flumina in mare incurrunt.*

De teſtaceis. *Cap.* XCI.

Piſces teſtacei. GEneratim piſces qui teſta conteguntur (Græci vocant Oſtracoderma) ſalſum crudúmq; humorem producũt. Ex his oſtrea molliſſimam carnem obtinent & facilius deſcendunt. Chamæ verò, purpuræ, vngues, ſpondyli, buccina, *Cruſtacei.* cochleæ, atq; huiuſmodi alia dura. At quæ molli teſta integuntur (Malacoſtrata Græcis nominantur) nempe gammari, paguri, cancri, locuſtæ, & ſquillæ, concoctioni repugnant, ſed alimentum præbent, & ventrem comprimunt, ſi in aqua dulci ſępius decoquantur. Omnibus verò cruſtatis ineſt ſuccus aluo ſubducendæ vtilis, eóque etiam terreſtribus cochleis. Ac quum hæc duram carnem, cõcoctu difficilem, valentis

lentis materiæ & ſuccis vitioſam ſortiantur, nonnulli ius ipſorum cum oleo & garo conditum, ad aluum ſubducendam adhibent. Echini modicè frigefaciunt, exigui alimenti, & vrinæ ciendæ efficaces.

De mollibus quæ Malacia dicuntur. *Cap.* XCII.

MOlles cute piſces, vtpote polybi, ſepiæ, loligines, dura carne, & concoqui difficiles ſunt, pręcipuè polypi, ſalſum humorem modicum obtinent: concocti autem non parum alimenti corpori exhibent. *Molles.*

ANNOTAT. ANDERNACI.

Molles. *Addidi cute, & paulò poſt, dura carne, dixi, ne ex ſimplici vocum interpretatione contraria inter ſeſe poſita videri poßint. Sunt itaque piſces hi molles cute ſi attingas, duri autem carne, vt Galenus habet libro tertio de alimentis. Nihil in capita præcedentia ſum commentatus quod & facilia, & ex Galeni libro iam citato ſint omnia ferè decerpta.*

De cartilagineis. *Cap.* XCIII.

CArtilagineorum (quæ Selache Græci dicunt) torpedines paſtinacæ, mollem, ſuauémq; carnem occupāt, quæ celeriter deſcendit, facilè concoquitur, & probè alit. Raiæ, leuiraiæ, ſquatinæ, atque eius generis reliqua, duriora ſunt, concoctioni renituntur, & valentius nutriunt. In ſumma, quibus dura caro eſt, & ægrè concoquuntur, & plenius alunt: vbi verò concocta fuerint, copioſum ſolidúmque alimentum præbent. *Cartilaginei.*

ANNOTAT. ANDERNACI.

Cartilaginea. *Hi piſces ſuperioribus ſunt contrarij, nam duram habent cutem: mollem autem carnem. Cæterùm Galenus Selache dictos affirmat, ἀπὸ τῶ σέλας ἔχειν, hoc eſt, quia ſplendorem habeat eorum cutis.* *Selache Piſces.*

De cetaceis. *Cap.* XCIIII.

CEtacea, vtpote balenæ, vituli marini, libellæ, delphini, & prægrandes thynni, duram, concoctu, difficilem & craſſi ſucci carnem habent. Sale condita eiuſmodi moderatiora efficiuntur, iam qui ex aliis piſcibus humidiores habentur & magis excrementitij; ad condituram magis ſunt accommodi. Talis autem in condituris eſt differentia, qualis & piſcium, vnde conficiuntur. *Cetacei.*

De vini viribus. *Cap.* XCV.

Vini facultates. QVi ſanitatis tuendę curam ſuſceperit, eum quoque vini facultates cognitas habere expedit. In vniuerſum itaque vinum omne nutrit, verùm rubens & craſſum magis: boni autem ſucci non eſt efficax. Item dulce & ipſum quidem impenſè nutrit, ſed ſtomacho nocet. Auſterum, ſtomacho quidem amicum eſt, verùm ægrè in corpus diſtribuitur, leuiúſq; alit: hoc autem minùs album. Præſtantiſſimum eſt colore fuluum. Porrò vetuſtius nouo magis & calefacit, & deſiccat. Hæ igitur vini ſunt facultates, veluti ſummatim expoſitæ. Cęterùm vinum calorem genuinum refocillat, vnde concoctio melior, & ſanguis probus euadit, cibũ per omnia corporis membra, vt quod facile penetret, deducit. Quamobrem ex morbo emaciatos reficit, corpusque ipſorum auget. Etenim cibi cupiditatem facit, pituitam extenuat, bilem per vrinam educit, & bonum colorem conciliat, animo lætíciam, voluptatémque parit, & robur adiicit. Harum itaque commoditatum moderata vini potio, immoderata verò cõtrariorum occaſionem prębet, eoque temulenti, animo turbantur, deſipiunt, & graui ſomno (quæ Cataphora dicitur) premuntur. Qua de cauſa immodica vini potio diligẽter vitanda eſt, quanquam longiore temporis ſpacio interpoſito liberaliter bibere conducat. Ita namque vrina largiùs & ſudores promouentur. Vincit autem mox vomere, aſſumpta prius mulſa, quò ne paululum quidem ab eo noxæ percipiatur. Qui igitur potationi indulgebit, alio cibo non admodum repleri debet, ſed inter potãdum braſſicam elixam eſſe, & bellaria præſertim amygdala aſſumere, vt quæ capitis dolores leuent, & vomentibus nihil adferant moleſtiæ. Præſtaret autem abſinthij dilutum ante potionem bibere, vt quod omnium maximè crapulæ diſcutiendæ ſit efficax. At ſi quis roſionem à vino ſentiat, frigidam bibet: inſequenti die, abſinthij rurſus dilutum, obambulatione itidem, frictionibus, balneo & exiguo cibo reficietur.

Ebrietatis mala.

De melle & mulſa. *Cap.* XCVI.

Mellis vires. MEl coctum valentiùs nutrit, quàm ſubducat aluum: non coctum, è contrario, ac frigidis humidisque temperaturis conducit: calidis, in bilem vertitur. Mulſa verò, non admodum bilioſis vtilis eſt, vt quæ in bilem degeneret. Itaque in eiuſmodi naturis dilutior mulſa rectè dabitur: iis qui

qui viſcera habent affectibus opportuna, incommoda eſt. Cæterùm hoc modo præparari mulſa debet. Octupla aquæ portio melli admiſcetur, incoquitúrq; donec ſpumare deſinat. ſpumam verò continenter ab ea tollere, ſimul atq; orta eſt oportet. *Mulſa quò præparetur.*

De ſomno. *Cap.* XCVII.

POſtea quàm omnia quæ ad victus rationem ſpectant, ſumus executi, ſupereſt vt de ſomno, eò quòd omnium poſtremus magna ex parte initur, diſſeramus. Itaq; ſomnus virium animalium (vt ita dicam) requies eſt, vtili humilitate cerebrum madefaciente proueniens. Qui ſi rectè ineatur, multa præſtat commoda, cibum elaborat, humores excoquit, dolorem lenit, laſſitudinem ſolatur, intenta laxat: animi verò ægritudines obliterat, rationem vitiatam corrigit. Porrò tempus ſomni optimum eſt à cibo, ſed diurnus haud omnibus eſt idoneus. Tempus enim quo obdormiſcunt ad abſolutam ciborum concoctionem non ſufficit. Interrupta enim ante horam ſuam concoctione, à meridie reſurgentes, ſubinde acidos ructus edunt, & flatibus replentur. Nonnulli verò fluctuatione ventris infeſtantur, niſi vel ex conſuetudine, vel ſufficienti ſomno vſi, eiuſmodi mala effugiant. Cæterùm optimus ſomnus eſt nocturnus, quoniam nox naturali humiditate, ſilentioque animum in ſomnum deducens, abſolutam molitur concoctionem. Item poſt ſomnum nocturnum plurima parte ad excretionem recrementorum inſtigamur. Terminus autem ſomni eſſe debet perfecta ciborum concoctio, quæ tum ructibus, tum ventris contractione deprehenditur, ſecundum quam vigilantia non inutilis, vt quæ recrementorum ex concoctione deiectionem moliatur. *Somnus quid.* *Somni tempora.*

ANNOTAT. ANDERNACI.

Itaque ſomnus. *Galenus libro tertio de cauſis pulſuum in hunc modum ſomni generationem deſcribit. Etenim ſomnus fit, cùm naturalis caliditas, vel ob defatigationem quandam & maiorem ſiccitatem ad alimentum conuerſa eſt, vel vbi propter nimiam humiditatem foras nequit extendi. Prior ſanè eſt ſalubris, & ſecundùm naturam. Secundus autem dictus, qualis in comate & lethargo, &c. Paulò poſt: Somnorum verò naturalium, ſicuti etiam vigiliarum generatio exiſtit qualis antea expoſita eſt, nempe vt ſomni fiant cùm naturalis animantium calor indiget quidem ſimul & deſtituitur copioſa* *Somni generatio.*

pioſa humiditate, eóque ad viſcera & ventrem commeat: vt autem vigiliæ, cùm idem calor hac humiditate potitus fuerit abundè, vt iam naturalem habeat qualitatem, &c. Nam ex alimenti confectione multa vaporoſa humiditas in ipſo calore, meatibus, omnibúſque particulis intermediis ſuggeritur.

Mutua virium ſubſidia.

Virium animalium requies. *Hoc eſt, ipſæ quidem non agunt, ſed naturalibus ſubſidium adferunt: eoq; præcipitur rectè, vt dum ſit concoctio, etiam in vigilantibus, abſtineatur à lectione, diſputatione, aut cogitatione graui, ne vis naturalis aliò diſtrahatur, nam mutuò ſibi ferunt auxilia, impedimentáque.*

Tempus ſomni.

Tempus ſomni optimum à cibo. *Intellige non ſtatim: nam ſomnus ſtatim à cibo, caput replet, vt etiam Plethoricæ diſpoſitiones, ſi Galeno in Aphoriſmis fidem accommodamus.*

Terminus autem ſomni. *Non ſunt audiendi qui vnum omnibus terminum ſomni præſcribunt. Nam alij celerius, alij tardius concoquunt: hi plus aſſumunt, illi minus. Quare Galenus rectè in commentario de euchymia & cacochymia tradit. Quibus itaque exercitationibus plurimis vti licet, & quàm diu libet dormire, ij & cibos craſſi ſucci, & viſcoſos tutò aſſument.*

De vigiliis. *Cap.* XCVIII.

Vigiliæ ex animi affectibus.

Vigilias quæ laborantes iam affligunt, ex dolore, aut febri, aut acutiore quodam caſu oborientes, ſecundo libro de febribus perſequemur: quæ autem ſanos infeſtant, hoc loco nobis exponendæ ſunt. Si igitur aliquis ob mœrorem, aut curam, aut quandam animi ægritudinem vigilauerit, primùm id quod moleſtat, quatenus licet, protinus amputabimus: deinde ſuauium ſonorum auditu mens à ſollicitudinibus abducenda eſt, id quod nonnulli leni aquæ murmure machinantur: qui enim ſic permulcentur ſomno facilè capiuntur.

Somnũ inducentia.

Præterea balneis, præſertímque veſpertinis quum bene concoxerint vtentur, ciboque humectanti, vtpote lactuca, & id genus aliis: nonnunquam nigri papaueris folia viridia obſoniis admiſcebunt. Piſcibus ad concoctionem promptis, vino largiore tenui & non vetuſto recreari debent. Dormituri roſaceo caput perungent, aut oleo in quo papaueris capita, aut mandragora ſint incocta. item anethinum non vetus ſomnum acceſſit. Noui autem qui poſt laſſitudinem quiete ſubitò ſuccedente, ſomno caperetur. Adhæc venus moderata idipſum præſtat. Alij caput aut pedes refrigerantes, facilè ſomno corripiuntur. At ſi ex cibi

copia

copia vitióue ſtomacho grauato vigilauerint (nam hoc etiam accidere nouimus) quemadmodum rurſus alij præter conſuetudinẽ inedia preſſi, aut modico cibo ſumpto, vigiliis ſunt infeſtati, conſiderare id, ac cauſam ſuccidere, oportet.

Vigiliæ ex cibi copia, & inopia.

De ſopore vehementi, quæ Cataphora Græcis appellatur. *Cap.* XCIX.

AT ſi è contrario alti vehementéſque ſomni, quæ Cataphora dicitur, vrgeant, ab aſſiduis lauacris, & refrigerante vnctione abſtinebimus, medicamentis pituitam per os elicientibus vtemur, atque in totum ad calidiorem victus rationem, ſicciorem imbecilliorémque ipſos traducemus, quãdoquidem huiuſmodi affectio à frigidiore vt plurimùm & humidiore materia cerebrum imbuente, accidit.

Somni nimij remedia.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Cataphora. *Dictio Græca eſt, à verbo* καταφέρεσθαι, *quod eſt obdormiſcere vehementius. Vnde etiam* καταφορικὸς ὕπνος *dicitur. Latinè interpretari poſsis, grauis, aut vehementis ſoporis impetum. Galenus ſub hoc nomine, alios affectus ſoporoſos videtur comprehendere,* καταφορὰς, *inquiens,* βαθείας ἐργάζεται. ἃς ὀνομάζουσιν ἀποπληξίας, καὶ κάρους καὶ κατοχάς. *Hoc eſt, Cataphoras profundas efficit, quas nominant apoplexias, & caros, & catochos.*

Cataphora. καταφέρεσθαι.

In Epiſtola Dioclis poſt συνάγχην *quid ſibi velit* νύκτωρ *non intelligo. Nihil itaque mali ſi legas* νυκτάλωπα.

Dioclis Epiſtola ad valetudinem tuendam conſcripta. *Cap.* C.

DIOCLES ANTIGONO REGI.

QVoniam tibi omnium regum [h] literatiſſimo eſſe contigit, & multum iam ætate prouecto, omnis philoſophiæ, diſciplinarúmque mathematicarum peritia excellere, exiſtimaui eam philoſophiæ partem quæ valetudinis tuendæ præcepta tradit, haud alienã à regia maieſtate fore: eoq; tibi perſcripſi, vnde morbi hominibus oriantur, & quibus ſignis præcedentibus, quomodoque ipſis ſuccurrere conueniat. Quemadmodum enim in cœlo nunquam tempeſtas ingruit, quam non indicia quædam præcedant, quibus nautæ, cæterique probè periti homines certiores reddantur, ita humanam naturam nullus inuadit morbus, quem non ſignum aliquod denuntiarit. Tu itaque ſi iis quæ à nobis dicentur, animum attendas, exactam illorum cognitionem indipiſceris.

Corporis humani partes quatuor

Morborũ capitis præſagia.

dipiſceris. Hominis corpus in quatuor parteis diducimus, caput ſcilicet, thoracem, ventrem & veſicam. Igitur vbi caput morbo conflictaturum eſt, hæ plurimum notæ ſolent præcedere, Vertigo, capitis dolor, ſuperciliorum grauitas: aures ſonant, tempora ſaliunt, oculi mane illacrymant, caligántque, nares oppletæ odorem non ſentiunt, dentium gingiuæ attolluntur. Quum ergo ex his aliquod accidit caput purgari oportet, nullo quidem medicamento, ſed vel hyſſopi, vel origani ſummitatibus tritis, quæ in ollula cum muſto, aut ſapæ heminæ dimidio deferbuerint, atque hoc abſorbens ieiunus os colluet, & gargarizando humores ex alto deducet, eaque capitis affectuum curatione, nulla leuior eſt alia. Optimè facit etiam ſi ſinapi mulſa calida dilutum ieiunus abſorbens gargarizet, pituitámque ex capite eliciat. Cæterùm caput operimentis prius calefacere oportet, quo pituita liquefacta, promptè effluxioni pareat. Si quis hæc ſigna neglexerit, huiuſmodi ægritudines ſolet experiri, lippitudinem, glaucomata, aurium vomicas ac eruptiones, in ceruice ſtrumas, cerebri cariem (quem σφακελόν Græci vocant) grauedinem, anginam, nyctilopa, teredines, vuam, capillorum defluxus, capitis vlcera, & dentium dolorem.

Thoracis morborum præſagia.

Quum autem à thorace morbus naſcetur, totum corpus incipit ſudare, thoraxque, lingua fit craſſior, ſputum ſalſum aut amarum, aut bilioſum exiſtit, dolor coſtas aut ſcapulas ſine occaſione inuadit, oſcitatio frequens, vigiliæ, ſuffocatio, ſitis ex ſomno, animus triſtior: pectus frigidum, brachia & manus tremiſcunt. Succurrendum eſt prudenter hoc modo, vomitus quàm optimè fieri poteſt, poſt cœnam ſine repletione, ſinéque medicamento citari debet: vtiles ſunt & vomitiones ante cibum, quas Græci [1] Syrmaiſmos appellant. Oportet autem eum qui ſic vomet, radiculas tenueis præſumere, naſturtium, erucam, ſinapi, & portulacam, mox aqua tepida ſuperbibita vomere. At ſi huiuſmodi indicia contemnãtur, hi morbi ſolent obuenire, Pleuritis, peripneumonia, melancholia, febres acutæ, phrenitis, lethargus, febris ardens cum ſingultu.

Morborũ vẽtris præſagia.

Quòd ſi à ventre morbus orietur, hæc erunt ſigna, Venter prius cruciatur, turbatúrq;, cibus & potio amara videntur, genua grauantur: lumbi nequeunt flecti, totúmque corpus etiam ſine occaſione laborat, crura torpent, ſebriculæ exiguæ affligunt. His itaque cognitis,

ventrem

ventrem prius emollire oportet, non medicamentis, ſed victu. Tutius enim eſt vti iis quibus nullus error committi poteſt, vtpote betis mulſæ incoctis, alliis elixis, maluis, lapatho, mercuriali herba, & ex melle confectionibus. Omnia ſiquidem aluo ſubducendæ ſunt. Si quod è ſignis intendatur, cnici ſuccum omnibus decoctis admiſcere oportet, vt quæ ſuauiora & ſine periculo ſint. Iam & læuis braſſica in aqua largiore cocta, eiúſq; ſuccus ad heminas quatuor potus cum melle & ſale, vtilis eſt: vel ciceris, aut erui decocti aquam eodem modo ieiunus vtiliter bibet. Qui nullam eiuſmodi ſignorum rationem habent, ij his morbis tentari ſolent, Alui profluuio, inteſtinorum torminibus, eorúmque læuitate, [m] ilio, coxendice, febre tertiana, podagra, apoplexia, hæmorrhoidibus, morbo articulari. A veſica qui naſcuntur morbi, hæc dabunt ſigna: Pleni ex cibo modico eſſe videntur, inflationes ventris vrgent, ructus, pallor totius corporis, ſomni graues, vrina liuida, & vix erumpens, naturalia tument. Quum itaque huiuſmodi notæ apparuerint, odoratis vrinam cientibus tutiſſimè occurrere malo oportet. Itaque fœniculi apiíque radices, vino albo odorato madefacito, atque huius diluti cyathos duos, mane ieiuno ſingulis diebus propinabis cum aqua dauci, ſmyrnij, helenij, quodcunque horum habueris, nam omnia proficiunt: adhæc aqua ciceris macerati cum vino idem efficit. Qui hæc ſigna negligunt, hos morbos expectent, aquam intercutem, lienem magnum, iecoris dolores, calculos, renum cruciatus, vrinæ ſtillicidium & ventris tumorem. In omnibus huiuſmodi indiciis infantes ſanè leuiori, adultos acriore curatione tractabimus. [n] Cæterùm anni ſolſtitia in quibus hæc ſolent ingruere ſilentio prætermittenda non ſunt, ſed quæ in ſingulis alimenta conueniant, paucis exequemur, auſpicati ab hyemali.

Morborũ veſicæ præſagia.

Mutationibus temporum corpora affici.

Solſtitium hyemale.

SOLSTITIVM itaq; hyemale vſque ad vernum æquinoctium auget in hominibus diſtillationes humiditatéſque, ac propterea calidioribus vti cibis, [o] parciore potu, ſed meraciore, atque ex origano bibere oportet, nec non veneri indulgere. Numerantur dies ad æquinoctium, nonaginta.

Aequinoctium vernum.

HOC tempore pituita in hominibus creſcit, & dulcis ſanies

nies ſanguinis, vſque ad vergiliarum ortum, p eoque tunc maximè ſuccoſa acriaque aſſumi debent, corpus exerceri, & venus. Sunt autem ad vſque vergiliarum ortum dies ſex & quadraginta.

Vergiliarum exortus.

HOC tempore bilis amara augetur, amaraque ſanies, vſque ad æſtiuum ſolſtitium, dulcia omnia tunc quæ aluum moueant, conueniunt, venus quàm parciſſimè exercenda, hinc ad ſolſtitium æſtiuum dies quinque & quadraginta exiſtunt.

Solſtitium æſtiuum.

HOC anni tempus atram bilem aduſque æquinoctium autumnale promouet, quapropter aqua frigida atque odoratis omnibus vtendum eſt: venus pernicioſa: aut innocentius ſaltem quæ de ea præſcripſimus adhibeto. Porrò ſunt ad æquinoctium autumnale, dies tres & nonaginta.

Aequinoctium autumnale.

HAEC anni pars pituitæ copiam generat, tenueſque defluxiones, donec vergiliæ occidant. Conuenit igitur tunc humores ex capite elicere, atque acerrima, q maximéq; ſuccoſa aſſumere, vomitum rariſſimè citare, exerceri, atque concubitum vitare. Numerantur ad vergiliarum occaſum dies ſex & quadraginta.

Vergiliarum occaſus.

HOC tempore pituita aduſq; ſolſtitium hyemale in hominibus redundat, quam ob rem acerbiſſima quæque, vinum ſuauiſſimum aſſumere oportet, pinguibúſque vti & exercitari. Sunt autem ad ſolſtitium hyemale dies quinque & quadraginta.

CORNARII.

h *Quandoquidem contigit tibi vt omniũ regum maximus muſicus ſis, & plurimo tempore vixeris, omníſque philoſophiæ peritus ſis, & in mathematicis diſciplinis primas teneas, arbitratus ſum, &c.*

i *temporum pulſationes, oculi mane tument. In Græcis habetur,* νυγμοὶ κροτάφων, οἱ δ' ὀφθαλμοὶ τὸ πρωῒ δακρύουσι. *Sed vetuſtiſſima quædam tranſlatio* σφυγμοὶ *legit pro* νυγμοὶ, *& pro* δακρύουσι *habet* οἰδέουσι, *quam nos ſecuti ſumus.*

K *Angina, capitis vlcuſcula manantia achores appellati, teredines. Græca hîc corrupta ſunt,* συνάγχη, νύκτωψ, τερηδόνες. *Vox enim* νύκτωψ *per ſe nihil hîc ſignificat, nec ad anginam præcedentem, nec*

ad tered

ad teredines ſequentes referri poteſt. Proinde pro νύκτωρ legendum ἄχωρ, id eſt vlcuſculum capitis manans. Videntur autem non ineptè ἀχῶρες teredinibus præmiſſi: ſunt enim τερηδόνες oſſis capitis caries, ob quam cutis de capite alia atque alia parte diſcedit. Vetus tranſlatio, cuius proximè mentionem feci, videtur πνιγμοὺς legiſſe pro νύκτωρ, habet enim ſuffocationem, quæ & ipſa anginam non malè ſequitur.

l Commodi ſunt & ieiuni vomitus, quos aliqui Syrmaiſmos appellant. Gal. in Gloſſis Hippocraticis συρμαΐαν purgationem moderatam eorum quæ in ventre ſunt eſſe dicit. Et comm. 2. in Hippoc. de Articul. moderatas euacuationes, ſiue per ſedem, ſiue per vomitum fiant, veteres συρμαισμοὺς vocaſſe ſcripſit. Proinde etiam Paul. ieiunos vomitus ita aliquos appellare dicit, nimirum non ab accepto cibo, ſed dato medicamento ortos.

m Voluulo.

n Scripſi autem tibi etiam de mutationibus temporum per annum, in quibus ſingula fiunt.

o Et partius bibere, & vinum meracius bibere. Græcè pro ἀκρατέστερον, lege ἐγκρατέστερον, id eſt parcius, & non liberalius, quum alioqui corpus ſit fluxionibus obnoxium. Sed tamen ἄκρατον, id eſt meracum bibere ad humorum videlicet concoctionem præcipit, quod ἀκρατοποτεῖν vocat.

p Vtere igitur odoratiſſimis ac acribus cibis. Græcè habetur, χρῶ τοῖς ὀπωδεστάτοις καὶ δριμέσι. Verùm acria cum ſucculentis non cohærent, nec tempus æquinoctij verni pituitam augens ſuccoſos cibos exigit. Lege igitur τοῖς εὐωδεστάτοις pro τοῖς ὀπωδεστάτοις.

q Ac odoratiſſima exhibere. Hîc quoque legendum εὐωδέστατα pro ὀπωδέστατα. Atque ita legit veteris illius tranſlationis author, qui vtroque loco odoratos, & acres cibos habet.

PAVLI AEGINETAE LIBER SECVNDVS DE FEBRIBVS, IOANNE GVINTERIO ANDERNACO INTERPRETE.

***

CAPVT I.

Morbi ſimilariũ partium, ſimpliciores, febriles.

ABſolutis de valetudine tuenda præceptis, exequi aggrediemur, quomodò eos qui morbis iam cõflictantur, reſtituamus, à ſimilarib. vtpotè ſimplicioribus morbis exorſi: quales nimirum ſunt, quos febriles appellant. Rurſus igitur nos Oribaſij compendio, quod ex Galeni ſanè potiſſimũ, & aliorum præterea compluriũ commentariis eſt excerptum, vtentes, paucula quoque ab illis omiſſa adiungemus.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Liber hic ſecundus de febribus, & earum accidentiis facili tractat compendio, ex Galeni opere de medendi ratione ad Glauconem magna ex parte tranſcriptus. Nonnulla verò Paulus noſter ex opere de Criſibus, pauca ex Prognoſticis Hippocraticis, quædam ex aliis autoribus ſumpſiſſe videtur. Cæterùm à morbis ſimilaribus auſpicaturum ſe dicit, qui quatuor conſtant intemperaturis. Quia verò calida omnium eſt efficaciſſima, meritò ab hac appellationem deſumpſit, febres, morbos nominans ſimilares, qui nimirùm etiam ſimpliciores dicuntur. Compoſitos in tertio quartoq; volumine perſequetur.

Oribaſij compendio. *Iulianus olim Imperator medicinam ſuo tempore vagam amplámque intelligens, præſtantiſſimos ex omni regione medicos Romæ colligendos magno ſtudio curauit, delegítque ex vniuerſo illorum numero ſeptuaginta duos, qui diuerſis antiquorum autorum monumentis euolutis examinatíſque, neceſſaria magis in artem medicam compendioſa ratione comprehenderent. Hi*

igitur

igitur omnes, ſua prius ratione & via, ſingulatim explicata, vno tandem conſenſu ſcribendi prouinciam Oribaſio vt facilè principi, doctiſsimoq; tradiderunt. Is varia Galeni opera, aliorúmque nonnullorum perſcrutatus in compendium quoddam ſeptuaginta duobus libris comprehenſum (tot enim fuerant conuocati medici) artificioſè redegit. Paulus autem Aegineta opus hoc maius eſſe animaduertens, quàm vt iter facturo circunferri poßit: aut ab homine tenuioris fortunæ comparari, in ſeptem tantùm libros conſtrinxit.

Ex Galeni ſanè. *In Græco malè legitur ἐκ τ͂ Γαλλωῦ ὦ μἐν ὡς μάλιστα. Hîc ὦ eſt ſuperfluum: ac legi debet Γαλλωῦ μἐν ὡς μάλιστα.*

Quot, & quæ principalia in morbis potiſsimùm febrilibus perquirenda. *Cap.* II.

PRimùm quidem perquirere conuenit, morbus ſalutémne promittat, an mortem minetur: & ſi polliceatur ſalutem, vtrum acutus ſit, an longus. Hæc ſanè in aliis quoque magnis affectibus commodè quæruntur. Tertium quoque, nunquid vna vice criſim experturus, quod febribus potiſſimum peculiare eſt, an particulatim ſoluetur.

Tria pŕimũ in morbis conſideranda.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Vna vice. *In Græco eſt ἀθρόως, quod cumulatim ſignat, ac vna vice. Celſus dixiſſet ſemel. Contrarium huic κατὰ μέρος, & κατ' ὀλίγον, quod eſt, particulatim, & paulatim, multíſque vicibus. Quandò ſcilicet morbi in abſceſſum finiunt pluribus diebus fit criſis.*

ἀθρόως.

Ex Galeni commentariis, quale morbi principium dicamus.

CAPVT III.

NEque enim capitis dolores & febris idem exiſtunt, quēadmodùm neque vigilia, & cibi faſtidium, totiúſque corporis grauitas, aut ſenſus laſſitudinis: verùm vnumquodque horum licet à febri ſit diuerſum, ipſam tamen denuntiat. Porrò febris inuadens, præſertim acuta, neque nos poteſt, neque imperitum aliquem latere. Sed finge, ſi placet, etiam latere: miraculum tamen indicauerim, ſi hora amplius ægrum ſubterfugerit. Quamobrem illud tempus morbi eſſe principium dicemus, quo manifeſtò febricitare incipientes decumbant.

Principiũ morbi.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Neque enim capitis. *Ex Galeni* I. *de diebus decretoriis hæc tranſcripta ſunt. Deſideratur autem in Paulo vocula, δὲ, habet enim πυρετὸς εἰς βάλλων, pro πυρετὸς δὲ εἰς βάλλων.*

Aliquem latere. *Galenus addit emphaſeos gratia κἂν ἀναισθη-τότατος εἴη, hoc eſt, etiamſi ſtupidiſsimus, & ab omni alienus ſenſu fuerit.*

Vnde cognoſcendum, morbúſne ſit ſanabilis, an pernicioſus.

CAPVT IIII.

Signa pernicioſa.

LEthales notæ ſunt, facies cadaueroſa, nares acutæ, oculi concaui, reliquáque ab Hippocrate commemorata: ſi hæc neque ex vigilia, neque euacuatione, neque inedia acciderint. Item in propinquo mors eſt, ſi ægri lumen refugiũt & illacrymant, non ex quadam à foris accidente cauſa: neque tamen oculis peculiari vicio obnoxiis. Ad hæc ſi alter ex his minor appareat: quæque in iis alba eſſe debent, rubeſcant, aut liueant, aut nigricent. Aut ſi [r] pituita ipſis inhæreſcat, pérque ſomnum alba oculorum appareant palpebris extrorſum non commiſſis, niſi ea larga vacuatio expreſſerit, aut ex conſuetudine ipſis hoc acciderit. Iam illa mortis ſunt indicia, dentibus ſtridere, aut deſipere, aut in veſte floccos legere, 'aut feſtucas carpere. Attendendúmq; eſt ad decubitum: nam ſi æger ſupinus cubat, & veluti reſolutus, vel ſi etiam deorſùm à lecto ad pedes delabatur, extremam imbecillitatem fatetur. Multò adhuc peius eſt, frigidum ſpiritum ex naribus, & ore elidere: item [s] pulſus languidus crebérque, & deficiens: item ſi æger ad animi deliquium ſudore digeratur, perniciem præſagit. Si igitur omnia, quæ retulimus indicia, aut plura ex his appareant, aut etiam pauciora, ſed valida, nullúmque ſalutis argumentum affulſerit, periculum mortis ineuitabile ſignat. Contrà ſpirandi facilitas, pulſus vegetior, mens ſibi conſtans, bene erga cibum oblatum affici, adhæc facies iacentíſque habitus ſani ſimilis, bona indicia ſunt, & ſalutaria. In vniuerſum quæ à naturali habitu maximè abhorrent, peſtifera ſunt: quæ verò ipſi reſpondent, ſalutaria. Cæterùm præſagia ex vrinis, deiectione, & ſputo, paulò poſt exequemur.

Signa ſalutaria.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Lethales notæ. *Subſequentes ſcilicet, facies cadaueroſa, ſano quàm diſsimillima, vt quæ mortuum imitetur, vndè Græcis νεκρώ-δης dicitur. Nam ſi ex Hippocratis ſententia, ſimilis ſit ſani præſertim ipſius, qui nunc ægrotat, faciei, optimè ſperandum eſt. Porro notæ hæ ſunt in morbis acutis, diuturnis, animi defectionibus, doloribus, item omnibus defunctis. In faciei autem, quòd imprimis appareant,*

νεκρώδης.

& vim obtineant maximam. Cadauerosa: quoniam natura debilitata, non amplius ſanguinem & ſpiritum in hanc ſuppeditat.

Nares acutæ. *Ita Celſus interpretatur. Neſcio cur Laurentianus Naſus compreſſus verterit, quod Græcis dicitur ὀξεῖα ῥὶς. Sunt autem nares acutæ, aut ob aliquam cauſam carnoſas animalium partes conſumentem, corrumpentémque, aut ob debilitatem caloris natiui, qui non magis in extimas corporis partes extendi poteſt, ſed in viſceribus ſolis exiguus remanet. Quò fit, vt non amplius tantum ſanguinis, aut ſpiritus in partes illas affluat. Cùm autem in naſo oſſeæ partes & humidæ carnoſæq; ſint inuicem commiſſæ: deinde quùm oſſeæ propter terreſtrem ipſarum ſubſtantiam ſimiles permaneant, humidiores autem conſumi facilè poſſint, & in ſe concidere ob inopiam tum ſpiritus tum ſanguinis, fit vt naſus graciléſcat.* *Laurentianus.* *Nares acutæ.*

Oculi concaui. *Ob eaſdem cauſas fiunt: ſed quantò extremo naſo humidiores, molliorésque exiſtunt, tantò citius cauantur. Imò etiam ſpiritus animalis copioſi participes exiſtunt, & caloris non pauci, quibus ipſi deſtituti meritò contrahuntur. Cadauerosa igitur facies quæ ſequentia apud Hippocratem obtinet, in diuturnis ſæpè morbis viſitur: rarò per initia, ob quod & periculoſiſſimum eſt, & in acuto morbo prorſus lethale: tanquàm ne occaſionem quidē habuerit à tempore. In morbis autem longis non adeò lethale: ita nec in frigido loco, hyeme, ſtatu aëris frigido, & ſenectute: quia morbus naturæ reſpondet.*

Si hæc neque. *Aut tali aliqua manifeſta cauſa, minus periculoſum eſt, quàm ſi ob morbi maliciam, etſi præſtaret, neque ab eiuſmodi cauſis virtutem prorſus debilitari. Celſus optimè hanc ſententiam lib. 2 exprimit Latinè. Si hæc, inquiens, ita ſunt, vt neque vigilia præceſſerit, neque ventris reſolutio, neque inedia. Dixit autem Hippocrates neque ex vigilia: quia ex hac oculi, veluti chorda ex ſiccitate tenduntur.* *Vigiliæ.*

Vacuatione. *Intellige per alui profluuium, & mordicationem, vt Galenus apud Hippocratem interpretatur. Verùm Hippocrates habet τὰ τῆς κοιλίας ἐξυγρασμένα ᾖ σφόδρως, quod eſt: Aluus vehementer humectata. Celſus dixit ventris reſolutio. Paulus vtitur dictione κενώσεως.* *Vacuatio.*

Aut inedia. *Hippocrates dixit λιμῶδές τι, quaſi famelicum aliquid, aut fames quædam Paulus ex Galeno ἀσιτία, hoc eſt, inedia, Cæterùm & alui reſolutio vehemens, & inedia corpus ſiccant, adeò quandoque, vt per ſe emortuam hanc faciem inducant.* *Inedia.*

Si oculi lumen refugiunt. *Hoc eſt, auerſantur, ob viſoriæ*

facultatis imbecillitatem. Quæ quùm propter inſtrumentorum affectionem laborat, quemadmodùm in lippitudinibus, aut ob alium quendam fluxum præter naturam quidem eſt, non tamen mortale: cùm autem per ſe afficitur, lethale.

Illacrymant, non ex quadàm. *Hippocrates habet* ἢν γὰρ τὴν αὐγὴν φεύγωσιν, ἢ δακρύωσιν ἀπροαιρέτως. *Hoc eſt: Si enim lumen refugiunt aut illacrymant citrà voluntatem: nimirùm ob facultatis retentoriæ imbecillitatem. In Hippocrate additur:* ἀποστρέφωσιν, *quod eſt, peruertuntur. Celſus ſimpliciter dixit, ſi præter hæc oculi quoque lumen refugiunt, & illacrymant. Paulus autem pulchrè diſtinguit, cauſa tum exteriore tum interiore, quæ ſanè vtraque lacrymas ſæpè in oculis mouet.*

Hippocrates.
Celſus.

Ad hæc ſi alter ex his minor. *Quæ nota facultatem ipſam diſpenſantem emori ſignificat.*

Quæque in iis alba. *Sicut in lippitudinibus quibuſdam & ebrioſis nonnullis. Indicium verò eſt plenitudinis in cerebro, eiúſque membranis: interim & inflammationis. Vtróque enim modo ſanguis ad oculorum venas exprimitur. Album oculi pars eſt pupillam ambientis pericranij extremitas.*

Album oculi.

Aut nigricent. *Refrigerata ſcilicet. Refrigerantur autem emortua. Idcircò mali colores perpetuò apparent.*

Craſſior pituita. *Græcè* λῆμαι, *quod Plinius lib. 23. cap. 1. dixit, Græco vſus vocabulo, vel, inquiens, ſi Lemæ in oculis erunt. Nos Celſum imitati lib. 2. de indiciis mortis, quod caput ex Hippocrate tranſtulit, diximus, pituita. Habet ille, pituitáque in iis innatans nouiſſimè angulis inhæreſcit. Cæterùm Galenus Lemas exponens, dicit ſemicocti alimenti eſſe recrementum. Nam facultas oculum diſpenſans imbecilla, allatum nutrimentum nequiuit concoquere. Iam fiunt etiam Lemæ in lippitudinibus tum ob humiditatis præter naturam copiam, tum ob inſtrumentorum vicium.*

Pituita apud Celſum in oculis pro Græcorum λῆμαι.

Per ſomnum alba. *Ex 14. cap. prognoſticon Hippocratis ſumpta videntur. Ita verò apparent, ob imbecillitatem facultatis palpebras mouentis, cùm citra cauſam exteriorem conſtituitur.*

Stridere dentibus. *Hippocrates adiicit, quibus à pueritia conſuetum non eſt. Fit autem ex cerebri offenſione, & per ſe delirium ſignificat: cum delirio autem, mortem. Cæterùm fiunt ſtridores dentium, cùm temporales & maſticatorij muſculi modo conuulſorio mouentur. Quibuſdàm accidit, ipſis tantùm muſculis affectis, vel ab origine, vel poſteà ex quadam cauſa. In nonnullis principio neruorum in eiuſmodi affectionem deducto, vndè potiſſimùm illorum*

Stridor ex quib. cauſis

quæ

quæ ab eo nata ſunt, conuulſiones fiunt, vt hic neruorum muſculus inſertorum.

Aut in veſte floccos legere. *Hoc Græcè dixit Paulus vnico verbo κροκιδίζειν, quod Hippocrates τὰς κροκίδας ἀπὸ τῶν ἱματίων ἀποτίλλειν dixit capite vigeſimo octauo. Celſus hoc interpretatus libro ſecundo ait: Si in veſte floccos legit, fimbriáſque deducit. Id autem fit corporis humoribus ad caput exhalantibus, quorum vapore purus ille pupillæ humor inficitur, vndè prædictæ oriuntur imagines, vt in ſuffuſis. Vbi enim niger aliquis, aut craſſus anteſtat, lumen viſorium prohibens foras excedere, pro humoris ſubſiſtentis natura, imagines generantur.* κροκιδίζειν.

Si æger ſupinus. *Hoc à decubitu indicium ſumptum eſt. Galenus in prognoſtica Hippocratis capite ſeptimo ſcribit, id neque ad ſalutem, neque ad mortem habere momentum, ſed medium eſſe, aut parum ad alterum declinare. At ſi conſuetum ægro eſt, ità cubare, & medicum ingredientem non reuereatur, ex bonis ſignis eſt. Sin autem conſuetum non eſt, & medicum reuereatur, malum eſt.*

Veluti reſolutus. *Græcè eſt οἷον παρειμένον. Nam πάρεσις idem quod παράλυσις. Sed illa incertis quibuſdam partibus, hæc in toto corpore obuenire dicitur. Sit igitur, veluti artubus reſolutis.* πάρεσις.

Fortè idem eſt quod dixit Hippocrates: καὶ χεῖρας καὶ τράχηλον, καὶ σκέλεα ἔχειν ἐκτεταμένα. Hoc eſt, & manus & ceruicem & crura habere extenſa: non contracta. Celſus dixit: vbi ſupinus æger iacet porrectis manibus & cruribus.

Vel ſi etiam deorſum. *Hoc inquit Galenus facultatis corpus gubernantis abolitionem teſtatur. Celſus dixit, vbi deorſùm ad pedes ſubinde delabitur.*

Spiritum. *Hoc eſt, totam reſpirationem: frigidum, ob extinctionem caloris natiui. Græcè eſt ἀναπνεῖν, quod eſt, reſpirare Celſum ſecutus dixi ſpiritum elidere.* ἀναπνεῖν. ſpiritum elidere.

Item pulſus languidus. *Hippocrates pulſus non meminit. Languidus autem, quem alij obſcurum vertunt, imbecillitatem virtutis fatetur. Creber, magnam neceſſitatem. Deficiens per interualla, aut vt percipi vix poſſit, extremam debilitatem.*

Sudore digeratur. *Græcè eſt ἱδροῦν συγκοπτικῶς, quaſi dicas ſudare ad ſyncopen. Vide Hippocratem. Celſus in Cardiaco dixit: Id autem nihil aliud eſt, quàm nimia imbecillitas corporis, quod ſtomacho languente immodico ſudore digeritur.* ἱδροῦν συγκοπτικῶς.

Pulſus vegetior. *Græca dictio eſt εὐσφυξία, quaſi dicas, bona pulſatio. Hæc eſt mediocris magnitudine, frequentia & ce-* εὐσφυξία.

leritate: æqualis ſibi per omnia.

προσφοραί. Bene ergà cibum. *Paulò aliter ſonant verba græca, τὸ ἔχειν πρὸς τὰς προσφοράς. Hoc eſt: bene habere ad oblationem, intellige cibi.*

CORNARII.

r *Sordes,* λῆμαι.

s *Pulſuum obſcuritas & denſitas.* ἡ τῶν σφυγμῶν ἀμυδρότης καὶ πυκνότης.

† *De* [t] *ſignis longæ valetudinis.* Cap. V.

† *In vetuſto Cod. habetur de ſignis acuti & longi morbi.*

QVatuor notis morbi dignoſcuntur: ipſorum motu ægrotantis habitu, pulſu, febrium ſpecie. Motu quidem in eum modũ: ſi quatuor particularis acceſſionis tempora, ocyus & breuiſſimo ſpatio [u] inuaſerint, peracutus erit affectus, cuius extremus terminus eſt ſeptimana, magna verò ex parte quarto die criſim experitur. At ſi longiùs quidem quàm hic afflixerit, ſed duodecim horarum ſpacium non excedat, acutus prædicitur qui intrà quartumdecimum diem potiſſimùm iudicatur ſi verò in plures horas prorogetur, vt initium duntaxat, & incrementum longiore tum diei tum noctis tempore abſoluat, talis morbus longus exiſtit. At ſi particulares acceſſiones morbus non habeat, ſed indè ab initio aduſque finem continuet, tanquàm vna ſit acceſſio, veluti in continuis, etiam hunc nimirum acutis adſcribes. Aegrotantis habitu hoc pacto deprehenduntur. Si quidem facies, & totum corpus reliquum collabatur, acutum morbum præſagire eſt. Si prorſus nihil emacreſcit, longus erit: quippe copia materiæ longiore ſpatio concoquendæ ſignatur. Ex arteriarum motu ita diuinabis. Magnus pulſus, vehemens, citatus, creber, acutum morbum indicabit: contrarius, longum. A febrium ſpecie hunc in modum, quatenus calidæ & vrentes, acutum ſignant morbum, mitiores autem & veluti deliteſcentes, diuturnum.

Goup.

Morb. peracutus.

Acutus.

Longus.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Si quatuor particul. *Quùm nimirùm materia eſt extra vaſa. Sicut autem morbus totus quatuor, habet tempora: principium, augmentum, ſtatum, & declinationem, ita quoque particulares acceſſiones. Vide Galenum de morborum temporibus, & de totius morbi temporibus, quem librum nos latinitate donauimus.*

Cuius extremus. *Hoc eſt, longiſſimus, quaſi dicas: Si longiſſimè producatur, in ſeptimana iudicatur. Nam, teſte Galeno, exactè*

peracu

peracutus is eſt, qui quartum diem attingit. Non exactè, qui ad ſeptimum vſque producitur. Ita inter acutos, alius exactè acutus, qui ad vſque diem quartum decimum producitur. Non exactè verò, qui vſque ad vigeſimum durat, quanquam & ipſe acutus ſit. Sin autem inde in quadrageſimum incidit, acutus ex decidentia, quem Græci κατὰ μετάπτωσιν appellant.

Quarto die criſim. *Nam quarto plerunque ſoluunt, aut occidunt. Si multùm, ad ſeptimanam perdurant.*

Sed duodecim. *Quæ acceſsionis longitudo maxima eſt, tertianæ exquiſitæ dictæ, quæ intra quartumdecimum, hoc eſt, antequam omnino prætereat, ſoluitur.*

Talis morbus longus. *Vt eſt quartana, & ſemitertiana, tertiana non exquiſita.* **Longus.**

At ſi particulares. *Galenus libro 2. Duplex autem horum acutorum quoque natura eſt. Vel enim acceſsionum remiſsiones in exactam integritatem finiunt, vel continua ſemper febris manet, quæ particulares acceſsiones non habet, materia in maioribus viſcerum vaſis ſubſiſtente.* **Acutorum duplex natura.**

Siquidem facies, & totum. *Intellige primis diebus. Nam fieri poteſt, longo tempore ex parua febri, vt corpus modicè collabatur. Modicè autem dixit: quia nimium conſumi & præter rationem, facultatis retentoriæ imbecillitatem teſtatur. In codice Græco, ſuperflua eſt particula εἰ. Nam legi debet: τὸ πρόσωπον, καὶ τὸ λοιπὸν, &c. non autem τὸ πρόσωπον εἰ καὶ τὸ λοιπὸν, nam vna hæc vocula ſenſentiam peruertit.*

Si prorſus nihil. *Græcè eſt: εἰ δὲ παντάπασιν ἀσύμπτωτον, quod eſt: Sin autem omnino non collapſum eſt. Celſus Latinius lib. 2. cap. 4. de ſignis longæ valetudinis dicit: Vbi æger pro ſpatio parum emacreſcit.* **ἀσύμπτωτον.**

Ex arteriarum motu. *Magnus pulſus, qui in omnem diſtantiam attollitur, fit ob magnum refrigerij vſum. Citatus, vbi magnitudo pulſus non ſufficit, additur Celeritas. Sicuti cùm qui magno incedit paſſu, non poteſt iter inſtitutum tempeſtiuius abſoluere, niſi eundem gradum acceleret. Creber, celeritatem adhuc adiuuat, dum breuem facit ab opere quietem. Veluti qui nunquam intermittit, verùm ſemper iter repetit, quod celeriter perficit, atque maximum vſum refrigerij indicat. Vehemens, robuſtis viribus, natura ſtrenuè ſe ad fuliginoſa excrementa expellenda accingente.* **Pulſus. Magnus. Citatus. Creber. Vehemens.**

Contrarius longum. *Hoc eſt: Paruus, tardus, rarus, languidus. Paruus quia tantus calor non eſt, qui refrigerari valde requi-* **Paruus. Tardus. Rarus.**

rat, aut viribus imbecillis, materiáue oppreſſis.

Quatenus calidæ & vrentes. *Subaudi ad tactum. Hæc ſumpſit ex libro primo Galeni ad Glauconem, capite de curatione doloris capitis.*

Deliteſcentes. *οἷον σμυχόμενοι, Græcè eſt. Interpretantur autem Grammatici σμυχόμενοι, ἀφανιζόμενοι, quod eſt, non apparentes. Galenus vtitur hoc verbo, præterquàm in libro ſuprà citato: ſecundo etiam de indicatoriis diebus. Qui nanque, inquiens, ad quartumdecimum, aut vigeſimum diem morbi prorſus acuti exciderunt,* σμυχόμενοι *hi planè inceperunt tanquam σμυχόμενοι, lento motu. Nihil refert etiam ſi interpreteris, mitiores & languidæ. Habetur in codice Græco ante σμυχόμενοι dictio μαλθακώτεροι, fac tu μαλακώτεροι.*

CORNARII.

t *Vnde cognoſcamus acutum aut diuturnum morbũ. Et mox: Morbi tempus ex quatuor notis cognoſcitur.*

v *in minimo tempore præterierint, ἐν ἐλαχίστῳ παρέρχοιντο χρόνῳ.*

Quomodo præſciemus an morbus iudicium ſubiturus ſoluendúſue ſit. *Cap. VI.*

HOc quoque præſcire licet ex iis quæ modò ſunt nobis dicta, nempe ex febrium ſpecie & tempore. Forſan autem totum ex febrium ſpecie. *Criſis per excretionẽ, per abſceſſus.* Siquidem calidæ & perurentes, breui finiuntur, & excretionibus ſolui ſolent. Mitiores, leuioréſque prorogantur diutius, & in abſceſſus magna ex parte erumpunt. Hinc liquidò conſtat non ſolùm quando morbus ſoluetur, ſed etiam quo pacto. Acuti enim potius per excreta iudicantur: quemadmodum rurſus longiores, per abſceſſus.

Magna ex parte. *Rectè dicitur, magna ex parte: quoniam plurimi longi affectus, teſte Galeno libro ſecundo de diebus decretoriis, etiam excretionibus finiuntur, ſed non manifeſtis. Potiſſimùm autem abſceſſibus, & concoctione. Qui enim ad quartumdecimum crudi ſunt, non ante quadrageſimum ſoluuntur.*

De diebus decretoriis. *Cap. VII.*

DIerum decretoriorum alij de ægris frequenter, cum fide, ſalubriter, perfectè, manifeſtò, & inſigniter iudicãt: alij contrario his modo. Tertius decimus medium quẽdam inter vtrunque dierum genus ordinem habere monſtratus eſt. Ac ſunt ex ipſis, qui vel exiguum naturæ impetum nacti de morbo poſſunt decernere: quemadmodum ſeptimus, & quartus decimus: plerique verò, niſi in vehementibus naturæ mo

ræ motibus, morbos neutiquam poſſunt per criſim ſoluere. Verùm nec vniuerſi boni, ſimili inter ſe modo boni ſunt: nec omnes mali, pari ratione ſunt mali. Item nec certo ordine bonitatem malignitatémue obtinent. Qui igitur primi ſunt ordinis, nempe bonorum numero cōprehenſi, hunc in modum ſe habent. Præſtantiſſimi omnium ſunt, ſeptimus, & quartuſdecimus: mox nonus, vndecimus, & vigeſimus: deinde decimuſſeptimus, & quintus: hos ſequitur quartus, poſt hunc tertius, & decimuſoctauus. His contrarij, ad ſecundum ordinē referuntur: peſſimus, quique cum periculo, nec clarè de morbis iudicat, ac veluti ex aduerſo ſeptimo diei opponitur, ſextus eſt. Huic conſimiles, octauus, & decimus: ſecundùm quos duodecimus, ſextuſdecimus, & decimuſnonus habentur. Medius horum eſt, & tertiuſdecimus, nec ita repudiandus ſicut ordini ſecundo aſcripti: nec tam fœliciter morbum poteſt ſoluere, quàm qui ad primam claſſem pertinent. Atque hoc dignitatis ordine Galenus eſt vſus. Numerorum verò ordine boni ſunt, tertius, quartus, quintus, [x] vndecimus, quartuſdecimus, decimuſoctauus, vigeſimus: mali autem ſextus, octauus, decimus, duodecimus, ſextuſdecimus, decimuſnonus. Inter hos medius conſiſtit, tertiuſdecimus. Porrò ex his decretoriis nonnulli quoque aliorum ſunt indices, quos Hippocrates appellauit ſpeculatorios, eò quòd iudicia alio die decretorio futura prænuntient, contemplandaq; exhibeant: exempli gratia, quartus, iudicium ſeptimo die futurum præmonſtrat: dum videlicet ſudores quoſdam, aut madores, aut eiuſmodi particulares vacuationes molitur, aut ſignificationes prius non factas, aut cōcoctionis notas repræſentat. Iam verò Galenus etiam ſexti, licet non boni, quartum eſſe indicem aſſerit. Vndecimus quartidecimi index eſt: ſeptimuſdecimus autem, vigeſimi. Itaque ad quartumdecimum vſque diem valentiſſima de morbis fiunt iudicia: proximè ſuccedunt, qui vſque ad vigeſimum habentur. Qui poſt hunc aduſque quadrageſimum porriguntur, paulatim vehementiam remittunt. Primæ dignitatis ſunt, vigeſimuſſeptimus, trigeſimuſquartus, & quadrageſimus. Hos ſequuntur, vigeſimuſquartus, trigeſimuſprimus, trigeſimuſſeptimus. Qui verò dies reliqui à vigeſimo aduſque quadrageſimū intercedunt, omnes iudicij ſunt expertes. Sicut qui poſt quadrageſimum habentur, omnes prorſus

Dies indicatorij ordine dignitatis.

Dies indicatorij ordine numerorum.

Dies indices & ſpeculatorij.

prorſus elangueſcunt, concoctione potius & abſceſſu, quàm criſi morbum finientes. Atque alios quidem à quadrageſimo die Hippocrates omnino negligere videtur, ſexageſimi verò, octuageſimi, centeſimi, & centeſimi vigeſimi rationem habet. Ab his deinde alios morbos ſeptem menſibus, alios ſeptem annis, alios, vt veriſimile eſt, duobus & tribus annorum ſeptenariis iudicari tradit.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Dies decretorij qui.

Dierum decretoriorum. *Antequam dies ipſos enumeremus, aptè prius dicetur, cur ita appellentur. Græci vocant, κρισιμοὺς, quaſi iudiciis dicatos. In quibus natura cum morbo pugnante, iudicium expectatur, naturane morbum ſit ſuperatura, an morbus naturam. Hoc autem fit, quando facultas alicui ſiue qualitate, ſiue quantitate, ſiue vtroque corpus offendentis, operi ſuo valentiſsimè ſe accingit: quæ verè Criſis dicitur. Hæc autem ſingulis diebus poteſt accidere, teſte Galeno, ſed non æquè frequenter, nec æquali fide. Hinc Paulus noſter inquit: Dierum decretoriorum alij de ægris frequenter, cum fide, nempe cum excretione quadam copioſa, aut abſceſſu non obſcuro. Poſt quæ morbi recidua timenda non eſt.*

Salubriter. *Græca dictio eſt ἀγαθῶς, quod eſt bene: quo die morbus ad ſanitatem deſinit, eóque dixi ſalubriter.*

Perfectè. *τελέως interpretatus ſum perfectè, iudicat autem is dies perfectè, qui nihil amplius in morbo facit reliquum.*

Manifeſtò. *Hoc eſt: Quò cum excretione, aut abſceſſu quodam euidenti morbus ſolutus eſt.*

Inſigniter. *Paulus dixit Græcè ἐπισήμως, Galenus εὐσήμως, quaſi cum bonis ſignis. Hoc eſt, qui prius à contemplatorio iudicatus ſit. Iam intelligendum venit, naturæ motus proportionibus definitis fieri, & circuitibus ordinatis, cùm morbi materiam ſuperauerit: prohibetur autem cùm non planè ſuperauerit. Septenarij igitur circuitus validiſsima ſunt virtute præditi: mox quaternarij: quædam verò extra hos excidunt: quos coincidentes ſeu intercalarios nominare licet. At perfectus circuitus eſt, ex tribus ſeptenariis compoſitus, qui nimirum viginti conſtat diebus. Vnde liquet non omnes ſeptenarios inuicem ſeparari, ſed nonnullos coniungi, vt etiam quaterniones. Nam hi, teſte Oribaſio, in ipſis partibus à præcedente numero incipiunt: poſt ipſas verò partes abſque præcedente numero procedũt. Porrò ſecundus ſeptenarius circulus à primo diſiunctus eſt, teſtimonio Hippocratis ex Aphoriſmo quartodecimo libri ſecundi, ſecundi ſeptenarij, octauus dies initium eſt: tertius ſeptenarius circuitus ſecundo*

Natura motibus ordinatis gubernatur.

cohæret.

cohæret. Vnde fit, vt nō eadem proportio poſt quartumdecimum diem ſeruetur. Nam ab ipſo quartodecimo, qui finis ſecundi eſt, tertius incipit: poſt vigeſimum diem, idem circuituum ordo perpetuò conſiſtit. Hinc eſt quod apud Hippocratem probetur maximè, poſt ſeptimum, quartumdecimum, vigeſimum, vigeſimuſſeptimus, trigeſimuſquartus, quadrageſimus. Reſpondebit ergo trigeſimuſquartus, quartodecimo, quippe qui ex duobus ſeptenariis ſit coniunctus. Et quadrageſimus, vigeſimo, vt qui tertium ſeptenarium coniunctum expleat. Eadem ratione commendat ſexageſimum, octuageſimū, centeſimum, centeſimum vigeſimum, vt perfectos circuitus. Iam quaterniones ita habent. Secundus & primus coniunguntur: tertius à ſecundo ſeparatur. Quartus autem tertio, & quinto coniungitur: quintus iterum ſexto. Atque ita quoque poſt vigeſimum, vt in ſeptenariis proportio ſeruatur. Coincidunt eis nonus, quintus, & tertius.

Sunt itaq; potentes ad iudicandum ſeptenarij: mox quaterniones. Quartus enim dies morbos qui primo non deſinunt, ſoluit. Vndecimus quos ſeptimus non diſcuſsit. At ſi maior morbus ſit, quàm vt quarto die criſim ſubeat, certè ſolutio ipſius in eodem præparatur: ſeptimo autem finis morbi adiicitur. Qui verò morbi ſeptimo die non finiunt, vndecimo natura ſoluere molitur. Atque ſic in ipſo vel decernit, vel quartodecimo præparat. Ac omnibus pulchrè euenientibus, nullo admiſſo errore, ad quaternionum circuitus iudicia omnino perueniunt. Erratis autem quibuſdam admiſsis, in coincidentes, ſeu intercalarios recidunt, quanquam in facta iam criſi iudicanda, præſtat eam in nono factam eſſe, quàm octauo, vt quæ ſit tutior, & fidelior. Itaque differunt quaterniones ab intercalariis, natura & vſu: natura vt dictum eſt: vſu, quod ad futuræ criſis cognitionem ſufficiant. At morbi acuti impari dierum numero, longi pari iudicantur. Inuadunt quidam morbi ſecundum diem priore grauiorem habentes, quartum tertio: & totas acceſſiones in diebus paribus, qui longorum morborum indices ſunt. Protinus autem vt acuti propter acceſsionis vehementiam finiuntur, hi etiam ſecundo die interficiunt, & quarto: verùm ſexto plurimos. Cæterùm dies intercalarij, tertius, & quintus, non minus quàm quartus decernunt. Nam perturbationis euidentia naturam ea quæ moleſtant, etiam ante tempus propulſare compellit. Proinde primariam decernendi virtutem non habent, ſed per accidens aliquod ſic eueniunt. Quoniam enim natura non conuenienti ſemper tempore de morbis decernit, ſed concitata plerunque aliàs aliis de cauſis, à quibus acceſsio in morbis acutis maximè continua redditur, in imparibus acutorum iudicia fieri ratio eſt.

Exiguum naturæ impetum. *Hoc eſt, ſi vel modicè naturæ ad expellendum aliena ſe accinxerit. Ex primo Galeni libro ad Glauconem, cap. 15. de curatione doloris capitis hæc tranſcripta ſunt, Itaque ad quartumdecimum vſque diem valentiſsima. Græcè eſt* ἀγωνιστικώταται, *id eſt, maximo cum certamine & impetu naturæ. Ex lib. 2. de diebus decretoriis.*

Prorſus elangueſcunt. *Superius dixit de diebus poſt vigeſimum ſuccedentibus, Quòd ſcilicet vehementiam in iudicando remittant: ita hic eos qui poſt quadrageſimum ſunt, prorſus elangueſcere in naturæ motibus. Græcè eſt* τελέως εἰσὶν ἔκλυτοι, *quod eſt, omnino ſunt reſoluti. Malè autem in codice Græco impreſſo eſt,* ἔκλυποι, *pro* ἔκλυτοι.

CORNARII.

x *ſeptimus, nonus, vndecimus, decimuſquartus, decimuſſeptimus, decimuſoctauus. Deſunt* ἑβδόμη, ἐνάτη, & ἑπτακαιδεκάτη, *qui dies ſinguli ſingulis ſuis locis ſunt reponendi. Nam ordinem numerorum hoc loco oſtendit, dignitatem verò paulò antè ex Galeno.*

Decretoria indicia in morborum principio eſſe praua.

Cap. VIII.

Concoctionis ſigna ſemper bona.

COncoctionis ſigna nunquam ſiniſtrè apparent: quippe omnis concoctio naturæ vincentis opus eſt, eoque ſemper ſecuritatem pollicetur. Decretoria verò ſigna aliquando incommodè apparent, propterea quòd criſis ipſa ambigat, nunc bona, nunc mala contingens, vti prius in capite de iudicatoriis diebus eſt comprehenſum.

Signa iudicatoria quãdo bona.

Neque igitur per initia, neque in augmento ipſa commodè apparent, ſed vbi y morbus inclinauerit, quo tempore natura morbo valentior eſt.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Concoctionis ſigna. *Galenus lib. 1. cap. 3. de Criſibus eadem planè habet. Dicit autem ſigna decretoria nonnunquam malè euenire, propterea quod apparentibus ſcilicet decretoriis citra concoctionem, natura ob pertubationis violentiam, quæ aliàs ab aliis cauſis accidit, ad expellendum coacta, criſis vel bona, vel mala fiat.*

Neque igitur per initia. *Ex eodem Galeni libro capite octauo ſumptum eſt: ſequitur autem in Paulo Græco:* ὅτι οὖν ἐν ταῖς ἀρχαῖς, οὔτε ἐν ταῖς ἀναβάσεσιν αὐτὰ φαίνεσθαι χρὴ, ἀλλ' ἐν τῷ τῆς παρακμῆς χρόνῳ. *Hoc eſt: Neque igitur per initia, neque in augmento ipſa apparere, ſed declinationis tempore conuenit. Galenus autem habet:* οὔτε γὰρ ἐν ἀναβάσεσι, οὔτε ἐν ταῖς ἀρχαῖς, ἀλλ' ἐν ταῖς ἀκμαῖς

μαῖς αὐτὰ ἐπιφαίνεσθαι χρή. Quod eſt: Neque enim in augmento, neque principio, ſed in vigore ipſa apparere oportet. Cui lectioni ego aſſentior. Nam teſtimonio Galeni libro tertio de Criſibus, capite quinto: Exquiſita concoctio ſtatus tempore conſit. Ergo ſi morbus ante ſtatum iudicatus fuerit, malo eſt. Mutandum itaque in Paulo ἐν τῷ τῆς παρακμῆς in ἐν τῷ τῆς ἀκμῆς.

CORNARII.

y in ipſo vigoris tempore.

Quemadmodum futurum iudicium præenoſcendum ſit.

Cap. IX.

SI acceſſiones vrgeant, præueniántq; tempus conſuetum, & multò fiant vehementiores, ac tertio quoque die ſignificationem ſui præbeant, tum concoctionis ſigna in vrinis, aut deiectionibus, aut ſputis cernantur, ſine mora planè morbus iudicabitur. Sin acceſſiones lentè moueantur, eadémque hora inuadant, ac quotidie affligăt, longiore temporis ſpatio interpoſito morbi ſolutionem expectabis. Item iis qui ob rigores vehementer febricitant, fieri non poteſt, vt morbus antè ſoluatur, quàm illi fuerint leniti. Si enim rigor nihil remittat, haud quaquam morbus ad ſtatum peruenerit, multoque minus inclinatio ipſius ſperanda eſt.

Iudicij citius aut tardius futuri ſigna.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Si acceſſiones vrgeant. *Galenus libro tertio de Criſibus, capite quarto inquit, in hunc modum:* εἰ μὲν γὰρ ἐπείγοιντο, καὶ προλαμβάνοιεν ἀεὶ τὰς συνήθεις ὥρας, *&c. Hoc eſt: Si enim vrgeant, præuertántque horam conſuetam. Paulus habet:* εἰ μὲν ἐπιτείνοιντο, *hoc eſt, ſi intrudantur, quod poſtea explicatur per hanc clauſulam: Et vehementiores multò fiant. Quare cum Galeno etiam legendum cenſeo,* ἐπείγοιντο, *non* ἐπιτείνοιντο, *quanquam non adeò refert, vtrum malis. Galenus certè paulò poſt eodem verbo eadem in re vtitur:* πρόδηλον *inquiens,* ὡς ἐπὶ πλεῖον ἡ κρίσις ἐπείγεται, *&c.*

Item iis qui ob rigores. *Nempe iis qui febribus laborant intermittentibus. Parum propriè dixi rigores: nam hi propriè de frigoribus vehementibus, aut duritie ex frigore contracta, aut etiam ſine frigore dicitur. Vt apud autores idoneos eſt inuenire. Græca autem dictio* ῥῖγος, *totius corporis concuſſionem ſignificat. Celſus eam vocabulo horroris qui Græcis* φρίκη *dicitur, interpretatus eſt. Plinius tamen libro ſeptimo, capite quinquageſimo ſcribit: Certis peſtifer calor remeat horis, aut rigor. Capiamus itaque hoc loco rigorem, pro vehementi horrore, vt Galenus eſt autor.*

Rigor.

Quomodo inſtans morborum iudicium agnoſcatur. Cap. X.

Iudicij inſtãtis ſigna.

ANte quamlibet iudicationem ægrotus grauiter excruciatur. Atque ſi interdiu illa continget, noctu affligitur: ſi per noctem futura eſt, interdiu exagitatur. Ac ſuperueniunt ſymptomata, vtpote capitis dolor, quem prius non ſenſit, prætereà collum ſimul dolet, præcordia ſurſum conuelluntur, ſpirandi quædam difficultas repentina oritur, aliaque grauia accidentia, quæ ſuperiori tempore non percipiebantur, apparent. Atque his obuenientibus, ſi pulſus non concidant, ſed ſublimius attollantur, vehementioréſque fiant, [z] adhæc ſi dies decretorius indicetur, iſq; potiſſimùm ex illorum ordine, qui probè decernũt, nõ iudicium modò futurum, verùm ſalutiferum quoque expectato. Neque deterrere in his te debet, ſi ægrum delirantem, exilientémue conſpicias. Etenim & hæ ſuccorũ ad ſuperiora tendentium notæ ſunt: ſicut è diuerſo inferiora petentium, alię, puta, imi ventris roſio, circa vmbilicum tormina, lumborum dolor, ventris murmuratio. Eſt cùm alia quoque indicia conſimilia deprehenduntur. Adhæc ſi per hæmorrhoidas vacuari laborans conſueuit, etiam huius vacuationis circuitus vnà incidit, repetitque. Pari modo in menſtruis, ſi mulier eſt quæ laborat, non abſurdum fuerit per talem vacuationem † morbi fieri iudicium. Iam ſudores tum ex corporis madore qui præceſſit, vt veriſimile eſt, & præſertim in die contemplatorio erumpentes, tum ex meatuum adapertione prænoſcendi ſunt. Ac quæ per ſuperna vacuationes futuræ ſint, ex his maximè intelligas licet. Nam prçter ea quæ iam nobis ſunt expoſita, etiam ægrotantis facies intuenda eſt. Item ſi qua partium ipſius palpitet, aut venæ in temporibus pulſent, aut gena, aut naſus, aut oculus rubicundior appareat, maior ſpes vacuationis per ſuperiora futuræ ſubeſt. Quòd ſi etiam ſine voluntate illacryment, aut ſplendores oculis obduci imaginentur, ac naribus veluti ſcabendi ſtudio manus admoueant: tunc quidem non amplius morari, ſed iam adeſſe fluorem ſanguinis videbis. Vbi enim ſemel ac iterum ſcaberint, erumpit. Roſio verò ſtomachi, & labri inferioris tremor, criſim per vomitiones futuram ſubinde nuntiarunt. Atque de his abundè eſt. Accedit ipſis, ægrotantis ætas & natura, quæ ſpem noſtram confirment. præterea anni tempus, & præſens aëris

Salutiferi.

Per excretiones.

† expectare morbi ſolutionem, προσδοκᾷν γίνεσθαι τὴν κρίσιν. Goup.

aëris ſtatus. Nam ſi æger adoleſcens eſt, aut alioqui naturæ calidæ, aut ſanguinis copioſi compos, multò magis ſperandum eſt. Quòd ſi etiam anteà, vel æger, vel ſanus, vt ſuprà dictum eſt, vacuationem ſanguinis expertus fuerit, hoc vel ſolùm ad profundendi ſanguinis ſpem exhibendam ſatis eſt. Iam verò ſi anni tempus æſtas eſt, aut ſi non æſtas, certè calidus aëris ſtatus, ac ſæpè illo tempore per ſanguinis profluuium criſim ſuſtinuerunt, corpúſque ſanguine redundet, quod πληθωρικὸν nominant, & conſuetarum excretionum ſit retentio, hæc quoque ſpem tibi auxerint. Similis porrò, & in reliquis vacuationibus ratio habenda eſt. At ſi horum nihil apparuerit, ſed æger in aliquo decretoriorum, qui poſt vigeſimum maximè ſunt, dierum, grauiter morbum ferat, idque cùm conſiſtit, ac dolores quidam in articulos aliquos decumbant, aut iuxta aures, aliáſve particulas hæreant, aut dolores quidem minimè infeſtent, verùm ſudores particulares continuè ex particula quadam erumpant, per abſceſſum criſim excipere oportet. Ac in illa potiſſimùm particula abſceſſus ſe promet, quamcunque vel ſudores, vel dolores, vel tumores exerceant. *Iudicij per abſceſſum notæ.*

ANNOTAT. ANDERNACI.

Ante quamlibet iudicationem ægrotus grauiter excruciatur. *Caput hoc ex primo Galeni ad Glauconem libro, ſumptum eſt. Excruciatur autem grauiter, quia natura in totum contra morbum inſurgit, ad expellendum ea quæ præter naturam ſunt. Græcè eſt δυσφορία προηγεῖται. Hoc eſt ad verbum: Difficilis tolerantia præcedit. Nam δυσφορεῖν verbum, ſignat ægrè morbum ferre, inquietum eſſe, exagitari & affligi.*

Atque his obuenientibus. *Galenus libro citato: εἰ γὰρ ἐπὶ τούτοις ἅπασιν. Hoc eſt: Si enim præter hæc omnia. Sublimius attollantur. Galenus libro tertio de prænotione ex pulſibus ſumpta, inquit pulſum ſublimem omnem excretionis indicem eſſe.*

Ad hæc ſi dies decretorius indicetur. *Hoc eſt ſi prædicatur ab alio contemplatorio, vt ſeptimus à quarto, quartuſdecimus ab vndecimo, &c.*

Exilientem. *Subaudi è lecto. Galenus in commentario quem inſcripſit περὶ προγινώσκειν, in hunc modum habet: Cùm natura incumberet in ea quæ grauabant, expellenda, æger erexit ſe tanquàm vellet è lecto exilire. Rogatus cur id vellet facere, reſpondit ſe videre ſerpentem rubrum ex tegula emergentem, ac vereri ne in*

via ille aberrans, ſuper ipſum caderet, eóque fugere in locum quo decumbebat.

πάλλομαι. Si qua partium ipſius palpitet. *εἰ τὶ πάλλοιτο Græcus codex habet, vt etiam Galeni primus ad Glauconem. Signat autem πάλλομαι, idem quod moueor, concutior, palpito. Vide libellum Galeni de palpitatione, quam alij tremorem interpretantur. Libro primo de criſibus pro πάλλοιτο habetur, σείεται, quod eſt, mouetur, additúrque, καὶ τρομῶδες γίνεται, id eſt, & tremulum fit, vt labrum.*

Venæ in temporibus. *Quod ſignat ſanguinem ad ſuperiora erupiſſe, & calidiſsimum, cùm alioquin proprium ſit arteriarum pulſare.*

CORNARII.

Ζ *Confirmétque etiam inſuper indicatorius dies. προσεπισφραγίζοι δὲ καὶ κρίσιμος ἡμέρα.*

Quemadmodùm optimum iudicium peractum agnoſcamus.

CAPVT XI.

SI vacuatio competens poſt concoctionem accidat, & febris criſim experiunti ſoluatur, ægérque aliis liberetur accidentibus, & coloratior euaſerit pro vacuationis ratione, pulſúmque vegetiorem acceperit, ac tum inſurgendo, tum ſeſe erigendo fortior ſit redditus, quódque omnium ſecuriſſimum eſt, ſi ad morbum ferendum facilitas ſubſecuta ſit, ea ſanè laudatiſsima iudicatio habetur. Quòd ſi horum aliquo deficit, tantùm ab optima abeſt, quantùm id valeat, quò deficit.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Si euacuatio. *Ex Galeno de Criſibus tertio, cap.3. ferè omnia tráſcripta ſunt. Meminerint autem lectores, aliquandò me dictione Græca criſi ſcilicet vti, quod medicorum familiæ ſit & vſitata, & familiaris. Aliquando interpretor iudicium, vel iudicationem: quod vt mihi liceat poſt alios, oratos ipſos volo.*

Criſis. Iudicium. Iudicatio.

De pulſibus ex Galeni commentariis. *Cap.* XII.

Pulſus quid Vſus eius.

PVlſus motus eſt, quo cor & arteriæ attolluntur, ſubmittuntúrq;. Vſus ipſius duplex eſt. Etenim eleuatione, Græci διαστολὴν appellant, qua arteria veluti explicatur quodammodò, ac pateſcit, frigidus aër ingreditur, vitale robur euentilans, recreánſq;, ex quo etiam animalis ſpiritus habet originem: Submiſſione, συστολὴ Græcis vocatur, qua arteriæ extrema ad medium ſui conſidunt, conniuéntque, fuligi noſa

noſa recrementa expelluntur. Cæterùm hæ arteriæ, oblonga *Arteria quid.*
ſunt vaſa, venarum modo concaua, ſed duplici tunica mu-
niuntur, tum prædicti motus gratia, tum quòd ſanguinem,
ſpiritúmque continent. Originem trahunt ex corde, ſed per *Origo.*
totum corpus membratim diſtribuuntur. Omnes igitur, &
eodem pulſandi modo inter ſe, & cum corde conueniunt.
Quamobrem ex vna ipſarum, omnium rationem queas col-
ligere, non item omnium ex æquo motum percipere. Sed
earum quæ excarnes corporis partes perreptant promptiùs:
quæ carnoſis ſubſunt, obſcuriùs. Porrò iis quæ per brachia- *Arteriarum pulſus vbi commodè tãgitur.*
le excurrunt omiſſis, nullam, aut congruentius, aut vſu com-
modius attigeris. Primùm pulſuum genus ex motus tempo
re ſumitur, vt quod eleuatione arteriarum, atque ſubmiſſio-
ne examinetur. Differentiæ ipſius ſunt, citatus pulſus, tar- *Pulſuum genera decem.*
dus, & mediocris: quoniam omne quod motui eſt accom-
modatum, aut celeriter, aut lentè, aut mediocriter pro tem-
poris ratione mouetur. Citatus eſt, qui exiguo tempore mul
tum ſpatij motu emetitur. Tardus, qui longo tempore, par-
uum interuallum perficit. Mediocris, qui medium quendam
motum inter citatum & tardum, peragit. Alterum genus dia-
ſtoles quantitate conſtat. Quoniam enim quodlibet corpus
tria ſortitur interualla, longum, latum, profundum, arteria
autem corpus etiam eſt: ipſam quoque tribus conſtare in-
teruallis neceſſum eſt. Verùm in naturali animantis habi-
tu mediocriter ipſam vndequaque eleuari reperies. Contrà,
cùm animal præternaturam habuerit, nonnunquàm in ali-
qua horum diſtantia deficit, aliquandò excedit. In quo ſta-
tu meminiſſe conuenit, qualis pulſus naturalis fuerit. Si la-
titudine maior inueniatur, latum vocabis: ſi longitudine,
longum: ſi profunditate, ſublimem. Liquet autem contrarios
quoque ipſis, & naturali minores, ad eum eſſe modum ap-
pellandos, arctum, breuem, & humilem: at inter eos qui
omni diſtantia æqualiter in ſtatum naturæ contrarium ver-
tuntur, quicunque hac ratione imminutus eſt, paruus, qui-
cunque auctus, magnus nominatur. Tertium genus pul-
ſuum, ad virtutis robur exigitur Differentiæ ipſius tres ſunt,
vehemens, languidus, & mediocris. Vehemens quidem eſt,
qui tangentis manum validè percutit. Languidus, qui iuua-
lidè, & imbecilliter. Mediocris, horum medio cõſiſtit, quem
nonnulli naturalem eſſe putauerunt. Nam ira & exercitiis

vehementiorem fieri pulſum aſſerunt, qui à naturæ habitu recedit, quorum dictis Galenus venit obuiam, non conſtantem inquiens, ſed promptè mutari eum pulſum, qui ex cauſis non naturalibus vehementior euadit. Pulſus igitur vehementior, qui non expeditè mutatur, is nimirùm naturalis, & moderatus fuerit. Quartum genus, inſtrumenti conſtitutione conſtat: dico autem arteriæ corporis ſtatu. Differentiæ huius quoque tres ſunt. Vel enim inſtrumentum durius eſt, quàm natura exigit, ac pulſus vocatur durus. Vel mollius, ac nominatur mollis. Vel mediocriter habet, ac moderatus indè nuncupatur. Quintum genus, ex quantitate humoris infuſi arteriæ pendet. Hæc habet diſcrimina. Plenus eſt, vacuus, & mediocris: quoniam totum vas, aut plenũ eſt, aut vacuum, aut mediocriter repletum. Plenus itaque eſt pulſus, vt Archigenes definit, qui arteriam pleniorem repræſentat, & occurſum eius humiditate plenum: vacuus qui aëris modo arteriam excitat, vt digitorum impreſſione loci inanitas occurrat. Hæc igitur quinq; pulſuum genera, vno arteriæ motu conſtant. Quoniam verò caloris, qui in corde habetur qualitas ex arteria quodammodò magis euidenter apparet, dignati ſunt quidam etiã hoc pulſuum genus. Sextum commemoratis annumerare. Ad reliqua verò genera, tum quæ ex vno, tum quæ ex multis pulſibus ſumuntur, pertinet quod quietis tempore conſtat, & quod rhythmo, & quod æqualitate, & inæqualitate, inſuper quod ordine & inordinatione conſtituitur. Quod itaq; quietis tempus ſpectat. Septimum à primo numeratum diuiditur in frequentem, & rarũ, & moderatũ. Nam cum arteria duplici agitetur motu, qui ex contrariis conſtat particulis, neceſſe eſt vt duplex quies cum ipſo coincidat. Altera quę poſt eleuationem, antè ſubmiſſionem eſt: altera quæ ſecundum ſubmiſſionem, eleuationem præcedit, quæ etiã quies pleriſque imperceptibilis eſſe videtur, vt inter duos motus quies aliqua media exiſtat. Cui itaq; lõgum quietis tempus eſt, is rarus dicitur: cui breue, creber: cui medium, moderatus. Octauum genus pulſuum ad rhythmum pertinet. Eſt autem rhythmus ſummatim quidẽ diſpoſitio aut temporis ad tempus proportio. In pulſu autẽ, ſecundùm nonnullorum ſententiã ſanè, temporis motus, ad quietis tempus, vt eleuationis & ſubmiſſionis, ad aliquam quietem interpoſitam. Secundùm aliorum verò opinionem temporis

Rythmus quid.

poris motus, & quietis, ad motus quietíſq; tempus, aut motus ad motũ, nempe eleuationis ad ſubmiſſionem, aut quietis ad quietem, puta interioris ad exteriorem proportio. Differentiæ rhythmi principes ſunt duæ, pulſus boni rhythmi, & nullius rhythmi. Porrò vocatur pulſus nullius rhythmi, nõ qui nullum rhythmum obtinet, id enim fieri non poteſt, ſed malo rhythmo præditus, quemadmodùm nullam habere vocem, nullã ceruicem eum dicimus qui malam ceruicem malámq; vocem ſortitus eſt. Cæterùm pulſus cui nullus rhythmus adeſt, triplex differentia exiſtit. Alius ſiquidem eſt pararhythmus, mediocrem boni rhythmi peruerſionem obtinẽs. Alius heterorhythmus, id eſt alterius rhythmi, qui longius à bono receſſit. Alius ecrhythmus, qui omnino bonitatem rhythmi corrumpit.[a] Veluti cùm puer ſignificatur, peculiaris quidem puerili ætati ſecundùm rhythmum pulſus eurhythmus appellatur: qui ad vigentem ætatem pertinet, heterorhythmus: qui nihil huius ſeruat, ecrhythmus dicitur. Nonum pulſuum genus eſt, quod in omnibus prædictis inuenitur æqualitate & inæqualitate conſtans, quod vel in vno pulſu ſpectatur, vel in pluribus, id quod à collectione plurium ſyſtematicum quoque vocant: de quo priùs tanquàm manifeſtiore dicendum erit. Aequalis itaque pulſus eſt, qui conſequentia par eſt ſiue magnitudine, ſiue robore, aut velocitate, aut reliquorum aliquo, aut etiam omnibus. Inæqualis, qui conſequentia impar eſt. Si enim ſubſequentes vniuerſi pares magnitudine qualicunque inciderint, eiuſmodi pulſus æqualis vocatur. At ſi primus, ſecundus, & tertius pares fuerint, quartus autem impar: talis nimirùm magnitudine inæqualis dicitur. Huius generis ſunt, & deficiens, & coincidens. Non ſolùm enim poſt vnum aut etiam plures magnos vnus minor apparet, ſed nonnunquàm totus quoque motus omnino aboletur, & pulſus deficiens appellatur, ſicut alter huic contrarius coincidens, cùm expectata quiete in medio tanquàm ſuperuacaneus aliquis pulſus inciderit. Sin autem ſecundus primo paulò minor factus ſit, tertius ſecundo, & quartus tertio pari modo, idque deinceps longius, illiuſmodi pulſus myurizontas & myuros nuncupant, nomen à figuris, quæ in mucronem deſinunt, transferentes. Qui quidem perpetuò ex ipſis imminuuntur, ac nunquàm decreſcere ceſſant, in abſolutam motus defectionem finiunt,

Syſtematicum genus pulſus.

Deficiens pulſus.

Coincidens.

Myurus.

ac vocamus ipſos myuros deficientes. Qui verò ceſſant, duplici continentur differentia. Nonnulli ſiquidem ipſorum in qua primùm deſierant paruitate, hanc perpetuò conſeruant. Quidam verò augeſcunt rurſus, vel in parem priori magnitudinem redeũtes, vel ad minorem, vel ad maiorem, ij myuri recurrentes dicuntur. Iam verò & in vnius pulſus inæqualitate myuri pulſus fiunt, de quibus ſuo loco paulò poſt tractabitur. Huiuſmodi ſanè quædam eſt pulſuum inæqualitas, quæ ſyſtematica appellatur: at quæ vno in pulſu depræhẽditur, vel in vna arteriȩ particula, vel in diuerſis accidit. Quẽadmodum[b] in motu, exempli gratia, in vna quidem particula arteriæ inæqualitas dicitur, cùm aliter inceperit, ac aliter deſierit moueri circà vnum digitum arteria, incipiens quidem citatior, deſinens autem tardior, vel è contrario. Atque hoc triplici modo accidit, vel motus continuè manet, vel intercidit, vel repetit, & veluti bis percutit. Si igitur manens continuus & non interciſus, à celeritate ad tarditatem tranſierit, aut è contrario, [c] impar citatus Græcè ἀνισόταχυς eiuſmodi pulſus, & eſt, & dicitur. Quòd ſi quieſcat, & quiete interpolata poſtmodùm velocior appareat, [d] Caprizans appellatur, ex capra animante ſumpta tranſlatione, quæ ſaliendo ſublimis in aëre conſiſtit, & ſecundum quendam motum inopinatum priore citatiorem molitur. Porrò ſi ab eleuatione recurrerit, & antè ſubmiſſionem abſolutam, ſecundò manum tangentis ferierit, dicrotus huiuſmodi pulſus appellatur. Simile quippiã in incudibus fieri cernas licet, quippe mallei, ſimulatq; ſemel manu in ipſas incuſſeris, reciprocantur incudum renixu, & ſecundum rurſus, vel etiam tertiũ feriunt. [e] Atqui non ſolùm inæqualitas quæ vno ictu in eadémq; arteriȩ particula accidit, in motus tempore poteſt fieri, verùm & illa quæ virtutis robore conſtat: non autẽ ea quȩ diſtantiarum quantitate comprehenditur. Nullo enim modo idem pulſus eadem in particula magnus & paruus queat effici: neq; in alio genere, ſed in diuerſis particulis. Porrò in variis arteriȩ particulis vnóq; in pulſu duplex fit inȩqualitas: nunc quidem cum motus manet continuus, & arteria iuxta quoſdam digitos citiùs mouetur, iuxtà quoſdam verò tardiùs: nunc autem cum motus quoq; interciditur, vt nonnulli quidem digiti motum apprehendant, nonnulli verò non. Ac iuxta eleuationis quantitatem in pluribus quidem particulis

Dorcadiſſans.

Bis feriens.

culis inæqualitas] manifeſta eſt. Ex quo genere ſunt myuri vno in ictu inclinantes, quos Græci vocant ἐπινενευκότας, & περινενευκότας. Si nanque interna digiti parte magnus occurrit pulſus, & curuatus indè iuxta rationẽ minuitur, vt in exteriore quæ ad ægrotantis pollicem ſpectat arteriæ parte, minimus idem appareat, myurus vocatur ad muris caudę ſimilitudinem: vel meiurus quòd caudæ modo imminuatur. At ſi iuxta medios digitos magnus occurrat, curuatúſque vtrobíq; minuatur, minor apparens, hunc Archigenes νενευκότα quaſi dicas Latinè inclinantem, & περινενευκότα appellauit, manifeſtò ſignificare volẽs eleuationis breuitatem, cum extremorum vtrorunque veluti inclinatione. Non enim vt abſciſis vniuerſim ac ſubitò vtrinque partibus, ſed veluti inflexis in arctum contractus eſt, vtpotè myurus, hoc eſt imminutus magnitudine vtriſque in partibus. Ac cum ſecundùm magnitudinem inæqualitas, id quod maturius eſt, aut tardius aſſumpſerint, tum vndoſi, tum vermiculantes pulſus oriuntur: quòd ſi id quod in ſitu eſt, acceperint, conuulſorij & turbulenti, vt vocant, conſtituuntur. Exordiẽdum igitur eſt ab vndoſis, in quibus non ſimul apparet in tali inæqualitate arteria omnis eleuari, ſed pars illius alia primùm, mox alia, dein alia, poſtremo quarta, vt motus continuus maneat in modum vndarum ſeſe eleuantium. Ac nonnulli vndam in rectum tendentem obtinent, quidam in latus inclinantem, & alij in breui longitudinis diſtantia, altitudinem magnam habent, alij contrà, aliqui latitudinem, aliqui anguſtiam. Similiter etiã celeritate & robore inæquales ſunt. Vndoſus totus in paruitatẽ ceſſans, vermiculans appellatur, vermis greſſui aſſimilatus. Quemadmodùm verò vndoſum pulſum minorem factum vermiculans excipit, ita vermiculantem formicans, vbi motibus multis abolitis in vnum eundémq; perquàm exiguũ deſierit. Vocatus hic quoq; eſt à formicæ animantis ſimilitudine, tum ob paruitatem, tum ob motus ſpeciem. Eſt enim formicans admodùm exiguus, vt quo minor alius non extet. Pari modo languidiſſimus omniũ, creberrimus, non tamen citatus, vt Archigenes exiſtimauit. Huic confinis eſt Hecticus. quemadmodùm enim febris, ſic etiam pulſus Hecticus eſt, qui nullam magnam mutationem ſubit, ſed perpetuò conſimilis manet, trahítque vt ab initio incepit, & nunquàm ſoluitur, toto habitu in morbum conuerſo. Por-

Nutantes pulſus.

Vndoſi pulſus.

Vermiculãtes.

Formicans pulſus.

Hecticus.

Conuulſorius. rò conuulſorij pulſus vtrinque ab extremis ſurſùm retrahi, tendi,& conuelli videntur, ceu chordæ cuiuſdam tenſæ ſen-
Turbulẽtus ſum præbeant: at in turbulentis nihil tale reperitur, ſed maior in his eleuatio eſt, vt arteriæ particulæ quædam ſurſum ferantur, vno eodémque tempore, ac motum ipſarum ſpiculis rectiſſimè aſſimulaueris quæ validiùs emiſſa, celeriter
Serratus. feruntur vibrata. Serratus pulſus eſt, cum alia pars arteriæ elata, alia minus, ob duritiem nimirùm ipſius eſſe videtur. Cæterùm pulſus hic etiam turbulenti quippiam poſſidet, ac citatus quidem eſt,crebérque, non ſemper autem magnus. Decimum genus pulſuum ex inæqualitate profectum commemoratis ſuccedit,quod ordine,& in ordinatione conſtat. Nam ordinatus & inordinatus inæquali in circuituum paritatem & prorſus imparitatẽ diuiſo, ex vtraq; ſectione originem trahunt. Ex circuituum paritate ordinatus ex abſoluta verò imparitate inordinatus. etenim pulſus æqualis omnino eſt etiam ordinatus,ſiquidem ſubſequentia parem ipſum dicebamus: inæqualis autem non omnino inordinatus eſt. Si nanque paritatem corrumpat, circuitum verò ſeruet, aliquem, vt in eleuationis quantitate, verbi gratia, ſi duo magni, & vnus paruus ſit: deinde rurſus duo magni, & vnus paruus,atque ſic deinceps,vocabitur inæqualis quidem,ſed ordinatus. At ſi præterquàm quod paritatem corrumpat, ne ordinem quidem aliquem inæqualitatis conſeruet,cum inæqualis tum inordinatus talis eſt, ſimiliter in aliis quoque generibus ſe habet. Inordinatorum quidem, alij ſunt ex toto inordinati,ne vel exiguum quendam circuitum conſeruantes, alij verò ſecundum circuitus ordinati. Quatenus enim continuã ordinationem non habent, inordinati vocabũtur; quatenus autẽ diu circuitum quendam tuentur,ſecundũ circuitus ordinati vocari queant. Exempli gratia, ſi contingat duos magnos fieri, duos item paruos,deinde tres magnos, & tres exiguos:quatuor magnos,& pares exiguos, & rurſus tanquàm reflectẽtes duos magnos,& duos exiguos: tres ma-
Medij pulſus. gnos,& totidẽ exiguos:& deinceps ſimiliter. Scirè verò conuenit,inter alios quidem contrarios ſingulos, quendam eſſe medium,æqualis autem & inæqualis mediũ nullũ:neq; ordinati,neq; inordinati:niſi voles ſecũdùm circuitus ordinatũ, medium dicere ordinati & inordinati. Cæterùm aliorũ omnium medij,ſecundùm naturã ſunt,præterquàm vehementis & lan

& languidi, vt à nobis oſtenſum eſt. Inter hos autem æqualis ſolus ſecundum naturam eſt, reliqui prẹter naturam, inæqualis ordinatus & inordinatus. Hẹc pulſuũ genera vniuerſa ſunt, & generales ipſorum differentiæ. Nonnulli verò his etiam alia duo annumerarunt. Primùm à ſitu arteriæ ſumitur, quatenus ſurſum, deorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum deducta eſſe videatur. Alterum quo maturius, aut tardius: ex quorũ numero vndoſos turbulentóſq; pulſus eſſe diximus, ac nos compendij gratia ſimplices ſolùm differentias prodidimus: ex dictis autem ſi coniungamus has, facilè erit etiam compoſitas inuenire. Porrò opportunum erit deinceps, cauſas † quoque pulſibus conuenientes exponere, quas comitatur etiam prẹſagium ab ipſis deſumptum, ac initium à magnitudine capiemus, quoniam hæc aliis eſt manifeſtior. Magnus igitur pulſus redditur, vel propter vſum vrgentem, qui calor eſt in corde exuperans, externæ appetens refrigerationis, & veluti euentilationis, aut propter corporis gracilitatem, vt poſterius oſtẽdetur. Porrò augeſcit calor, aut ex cauſis naturalibus, vtpote ætate florida, aut puerili, aut ſimpliciter calida, anni tempore, regione, & temperamento calidiore. Aut cauſis non naturalibus, veluti aëre qui nos ambit calidiore, balneis calidis, exercitiis, cibis, vino, medicamentis calfacientibus. Aut cauſis naturæ contrariis, putà intemperie calida, aut humorum putredine, aut ira, aut ſimilibus. Diſcernes vniuſcuiuſque pulſum hoc diſcrimine, quòd cauſæ naturales magnitudinem ipſius faciunt ſtabilem, & quæ difficulter mutari queat. Reliquæ verò, ex facili mutabilem, vt etiam manu adhuc admota frequenter, aut certè paulò pòſt ſubſidat. Iam verò pulſibus, qui ſanè ob balineas calentes magni ſunt, mollities quoque accedit, quemadmodum iis, qui ob calidam, & præſertim cum ſiccitate intemperiem magni exiſtunt, durities. Exercitatis verò mediocriter, aut perfricatis, nec duri, nec molles ſunt, medio ſtatu præditi, pectoris autem regio, multò calidior eſt, quod iam & iratis accidit. Ex cibo autem magnis, aut vini vſu, aut ira, præter magnitudinem etiam vehementia ineſt. Qui verò occultare iram ſtudent, aut aliud quid præter medici permiſſionem factum, verbi gratia medicamen calidum ſumptum, eundem medicum ſimulatque manum attingat, interrogantem celare volentes, iis præter magnitudinem manifeſta quoque

† Pulſum immutãtes, τὰ ἄιτια τὰ τρέποντα τοὺς σφυγμούς. Goup. Magni pulſus cauſæ.

oboritur inæqualitas. Ad hæc ægrotantis mores & conſuetudo non mediocriter ad pulſus dignotionem faciunt. Conſuetudo quidem, ſi medicaminũ appetens ſit, ſi & rudis morum, ſi opinionis eximendæ peritus & callidus ſit. Ex humorum putredine magnus, ad magnitudinem adhuc ſubmiſſionem magis citatam habet. Verùm ad magnum pulſum efficiendum, non ſolùm vſus abundè eſt, ſed etiam virtutis miniſterium deſideratur, inſtrumentiq; commoderatio inter ſiccitatem & mollitiem. Aucto igitur cordis calore propter quamlibet cauſam ex commemoratis, primùm quidem magnus pulſus efficitur: vbi verò magnitudo vſui non ſuffecerit, ſtatim etiam celeritas ipſi accidit. At ſi ne ſic quidem ſatis fuerit, mox frequentiam aſſumit. Parui autem, tardi & rari pulſus, itidem à contrariis finnt. Sed quandocunque à magno citato & crebro ad contrarios fit mutatio, vſu nimirum poſtulante, non amplius id quod in pulſu primùm factum eſt, id etiam primùm ceſſat, verùm quod poſtea acquiſiuit, id primùm abiicit, ſtatim quidem rarus euadens, deinde tardus, poſteà quoque exiguus. Sin autem tarditas paruitáſq; accreuerint, è contrario raritas in crebritudinem tranſmutatur, vt per eam vtcunque vſui fiat abundè. Hæ igitur magnitudinis, celeritatis, frequentiæ, & contrariorum ipſis pulſuum cauſæ habentur. At iungetur ipſis ea quoque pulſus immutatio, quæ vna ſolùm diſtantia conſtat. Itaque latitudo ſola augetur, dum humiditas potiſſimùm, vel ſecundum naturam, vel etiam ab exterioribus cauſis redundat, quemadmodum ſublimitas, pulſus ob inſtrumenti mollitiem, virtute ad hoc opitulante: longitudo à ſiccitate, & carnium circumpoſitarum emaciatu palàm efficitur, reliquis diſtantiis collapſis. Non enim arteria longior, quàm poſtulat natura fieri poteſt, ac propriè magis pulſum huiuſmodi gracilem appellaueris, quemadmodum ipſi contrarium ſecundum latitudinem ſolam, & profunditatem adauctum, amplum. Cõtrariis autem horum affectibus pulſus nonnunquam incidit, & in aliqua, aut aliquibus diſtantiis prohibetur, humilis, aut arctus, aut breuis apparens, cùm talis nõ ſit, ſed ob pinguedinis cuiuſdam, aut carnium, aut membranarum oppoſitarum craſſitiem apparens: interim etiam totus paruus videtur, cùm re vera paruus non ſit, & languidus ſimiliter. Quid opus eſt verbis? ſæpe abſoluta pulſus defectio quibuſdam

Parui.

Lati pulſus cauſa.

Gracilis pulſus.

Amplus.

dam eſſe putatur in omnibus arteriis, cùm verè non ſit, & maximè iis qui negligentius ipſum tangunt: ſed cùm motus ob carnium copiam deliteſcit, re vera obſcurus exiſtens. Non enim extrema pulſus defectio homini poteſt accidere, quoad vita fruatur. Quemadmodum igitur rurſus in locis excarnibus, etiam parui pulſus, magni eſſe videntur. Corpore itaque vehementer emaciato, arteria ſpinam perreptans, ſæpe tangentibus abdomen, motum repræſentat, ac nõnulli etiam ex his quæ prius in artubus non erant conſpicuæ. Quamobrem omnibus cauſis diligenter attendendum cenſeo, ne dignotio ipſorum nos lateat. Pulſus autem vehemẽs virtutis robore efficitur, ſi nulla ex cauſis reliquis renitatur, vtpote vſus diſſolutus, aut inſtrumenti durities. Languidus autem pulſus imbecillæ virtutis & ſolius ſoboles eſt, aliud licet nullum adfuerit. Siquidem vehemens omnibus cauſis ad ſui generationem indiget: languidum etiam ſola imbecillitas efficit. Qui igitur per initia vehemens eſt, ætates, anni tempora, regiones, & temperamenta moderata comitatur: lãguidus immoderata. Porrò qui à langore in vehemẽtiam incidit, virtute vindicata ab imbecillitate priùs occupante efficitur. Vindicatur verò, aut ex his quæ in ipſo corpore continentur, veluti humorum concoctione, vel excretione, vel ira: aut ab exterioribus, nempe vino, cibo, exercitiis, ac aliis quæ intemperiem corrigunt. Vires diſſoluunt inedia, vigiliæ, vacuationes immodicæ, triſtitia, curæ & dolores maximè animæ defectionem inferẽtes, ac omnia quæ intemperiem faciunt. Quidam verò ex rudibus ac inexercitatis, durum pulſum vehementem eſſe putauerunt, quod diſcrimen, exercitatum tum ratione, tum tactu, nunquam latuerit. Nam vehemens magna ex parte cum magnitudine in ſublimitatem attollitur, tactum validè percutiens: durus magnitudinem non recipit propter arteriæ contumaciam. Fit igitur durus, ob inſtrumenti duritiem, quam refrigeratio immodica, aut ſiccitas, aut tenſio ab inflammatione profecta, aut conuulſio generat. Statim verò duritiem etiam paruitas, & celeritas, nonnunquam & frequentia magnitudinis loco propter vſum ſequitur. Mollis pulſus, arteriæ humiditatis comes eſt, quam humidiorem reddunt ex iis quæ ſecundum naturam ſunt, humectiores cibi, balnea frequentia, ſomnus multus, victus copioſior & animi oblectatio, ex his quæ

Pulſum nõ intercipi penitus homine viuente.

Vehementis pulſus cauſæ.

Languidi.

Vehementis pulſus & duri diſcrimen.

Duri pulſus cauſæ.

Mollis.

quæ præter naturam ſunt, ſopores, lethargi, aquæ ſubter cutem, & reliqua pituitæ vitia. *Pleni. Vacui.* Plenus pulſus, aut humorum copiam, aut ciborum, aut vini potionis abundantiam indicat, quemadmodum vacuus contraria: aut enim inediam, aut vacuationem. Vbi calidius arteriæ corpus occurrit, multam in corde caliditatem, reliquo corpore refrigeſcente, aut conuulſoriam quampiam arteriarum violento motu incaleſcentium diſpoſitionem fatetur. Archigenes verò tradit arteriæ locum propriè in Catochis calidiorem deprehendi, [f]quemadmodum in iis qui conuulſionem cum graui animi in ſomnũ delatione quam Cataphoram appellant. *Rhythmi pulſuũ cauſæ.* At rhythmus, de quo diſputatum eſt, ſi par ſit motu & quiete, probam totius corporis temperiem præ ſe fert, quantum ad ſe pertinet, vel non magnam à bona declinationem, ſicut in ætate puerili, & corporibus alioquin temperatis. Ac ſi longius quietis tempus fuerit eò quo motus peragitur, calorem prępollere notat, quemadmodum in ætate florentibus, & his proximis: veluti igitur in corporibus ſenilibus æquabiliter frigidis, diuturnius motionis tempus eſt quàm quietis. Notare autem oportet rhythmi inæqualitatem menſuram eſſe eius quæ celeritate & frequentia conſiſtit. hanc autem veluti materiæ rationem ad ryhthmum obtinere. *Deficientiũ & coincidentiũ pulſuũ cauſæ.* Iam verò deficientes, coincidentéſque pulſus fiunt, viribus oppreſſis, & veluti aggrauatis, ſed coincidentes minorem offenſam, deficientes maiorem ſignificant: ac in vniuerſum virtus oppreſſa grauataque pulſus mutat ad inæqualitatem inordinationémque, tum aliam quamlibet, tum eam quæ vehementia & magnitudine conſtat. Ac ex Myuris pulſibus genere duplicibus demonſtratis (vel enim in Syſtematica, vt vocant, inæqualitate, vel in ea quæ vno fit ictu, deprehenduntur) deficientes quidem extremam virtutis internitionem notant, repetentes autem recurrentéſque, & ipſi quidem imbecillem, ſed repugnantem adhuc reſiſtentémque, & renuentem indicant. in vno autem ictu Myuri & inclinantes, quos ἐπινενευκότας, vel περινενευκότας appellamus, maximè iis fiunt, qui paulatim contabuerunt, inflammationibus non ſolutis, præterea plurimis quomodocunque tabeſcentibus, dum partes quæ circa arterias habentur, emarceſcunt. *Caprizãtis pulſus cauſæ.* Porrò inæqualiter citati & caprizantes, febriles potiſſimùm calores comitantur: verùm ſi pulſus eleuationis principia

cipia diſſoluens, extremum ipſius acceleret, & ſubmiſſionis initium, putredinem exuperantem notat, natura fuliginoſis recrementis excernendis incumbente. Sin autem è contrario ſubmiſſionis initium diſſoluerit, ad eleuationem verò magis inſtet, calorem præpollere ſcias, qui refrigerationem deſideret. Comitatur hæc in febri etiam crebritudo plurima ex parte, interdum magnitudo quoque, niſi virtutem inſtrumenti duritia impediat. Cùm autem hæc in arteria intenditur, & virtus nō ſit inualida, pulſus fit, qui à bis feriendo Dicrotus appellatur. Porrò vndoſus humidiores potiſſimùm affectus ſequitur, atq; his magis aquæ ſubter cutem genus, quod Anaſarca vocant: item Lethargos, & peripneumoniã. At cùm virtus diſſolui inceperit, ſed paululum adhuc reſiſtat, vndoſus in vermiculantem decidit, vbi extremè collapſa fuerit, etiam hunc formicans excipit. Hecticus autem propriè contabeſcentes, & alioqui emarceſcentes ſequitur. Conuulſorius fit, quum neruorum origo inflammatoria quadam affectione conflictatur, ſicut in Phreneticis, & acuta Epilepſia correptis, quando etiam moriuntur, adhuc calentes, qui hoc vitio ſunt occupati, contrario his modo quos ſyncope inuadit. Illi nanque vehementer etiam frigidi, adhuc viuunt. Turbulentus autem pulſus efficitur, cùm vſus magnam eleuationem requirit, ac vitale robur eam poteſt creare: ſolum verò arteriæ corpus præ duritie, in magnam attolli diaſtolen, vt in magnis inflammationibus, obſtructionibúſque diuturnis, impotens refragatur. Pulſus ſerratus in totum index eſt inflammationis, & præſertim partium quarundam neruoſarum: quinetiam Pleuritidi peculiaris eſt, remittens quidem, leni & ex facili concoquendæ, intenſus autem difficili, & concoctu peruicaci: quæ cùm imbecilla quidem virtute, ſubitò in periculum præcipitat: cùm valida autem longo tempore concoquetur. Vel enim in vomicam tranſiit ſubinde, vel marcida tabes ipſam excepit. Iam verò ſciendum venit, inordinationem comitari inæqualitates: raró ſiquidem inuenire eſt inæqualem pulſum, ordinatum. Minores offenſæ, inæquales pulſus & ordinatos: maiores, inæquales & inordinatos procreant. Hæ igitur ſimplices pulſuum cauſæ ſunt & præſagia. Ex his etiam compoſitas, vt in ſermone de differentiis ipſorum dicebamus, haud negotioſum eſt inuenire.

Dicroti. *Vndoſi.* *Vermiculantis.* *Formicantis.* *Hectici.* *Conuulſorij.* *Turbulẽti.* *Serrati.*

ANNOT.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Pulſus. *Hoc caput ex variis Galeni libris de pulſibus tranſcriptum eſt. Primùm itaque Paulus definitionem ponit, qua dicit cor & arterias attolli, & deprimi. Attolluntur autem, longis fibris in ſe coeuntibus: aliis omnibus relaxatis. Submittuntur, hoc eſt deprimuntur, aſtringuntur, longis relaxatis, latis in ſe coeuntibus. Græcè eſt* ὁ μὲν σφυγμὸς κίνησίς ἐστι καρδίας καὶ ἀρτηριῶν κατὰ διαστολὴν καὶ συστολὴν γιγνομένη. *Hoc eſt: Pulſus ſanè motus eſt cordis, & arteriarum qui fit ſecundum diaſtolen & ſiſtolen.*

Pulſus partes.

Fuliginoſa. *Quæ ex functione obita collecta ſunt. Nam hæc teſte Galeno, non aliter calorem natiuum, quàm flammam ignis extinguunt.*

Primò pulſuum genus. *Hoc ad verbum ex Galeni libello ad candidatos medicinæ ſumptum eſt. Habetur enim: Ex iis quæ propria motus ſunt, celeritas exiſtit & tarditas: alius vrgens motus, alius reſolutus.*

Quoniam enim. *Hunc ſyllogiſmum ex primo de differentiis pulſuum mutuatus eſt. Verba ita ſonant: Quia verò & arteria tria interualla ſortita eſt, ſicut aliud quoduis corpus, longum, latum, & profundum, neceſſe eſt omnino in ſingulis diſtantiis quantitatem diaſtoles, & ſiſtoles metiri. Verti autem interuallum,* διάστασιν, *quod neoterici dimenſionem interpretantur. Celſus libro tertio dixit: Si venæ non æquis interuallis mouentur, arterias intelligens.*

Διάστασις. Interuallũ.

Humoris infuſi. *Galenus libro de dignoſcendis pulſibus quarto etiam ex infuſione humoris differentiam pulſus conſtituit. Nam aliàs plus, aliàs minus in ea continentur, nunc craſſior, nunc tenuior, nunc aquoſa, nunc aërea humiditas.*

Pleniorem. *Verba ſunt Archigenis apud Galenum lib. quarto de dignoſcendis pulſibus, admodum obſcura, vt lectores facilè iudicabunt. Cæterùm plenus pulſus habet tria genera, vt ſummatim dicam: Primùm, quod ipſum corpus arteriæ, quo ſtatu ſit declarat: alterum quod qualitatem ſubſtantiæ quam continet: tertium natiui ſpiritus facultatem indicat.*

Pulſus plenior.

Quoniam verò caloris. *Hic locus ad verbum ex libro primo de differentiis pulſuum deſumptus eſt. Verba ita ſonant:* ὅτι κατὰ τὸν τῆς ἀρτηρίας τόπον, ἐναργέστερον γνωριζομένης τῆς τοῦ πυρετώδους θερμότητος διά τινα ἕξιν, ἢ εἰ κατ' ἄλλο τι μόριον ἅπτοιο, πιθανὸν εὔλογον εἶναι τισὶ καὶ τοῦτο γένος σφυγμῶν συναριθμῆσαι τοῖς ἄλλοις. *Ex qua lectione videtur addendum in Paulo* τινὲς, *vt ſit* ἠξίωσαν τινὲς καὶ τοῦτο, *&c.*

Nam

Nam cum arteria. *Galenus primo de differentiis pulſuum in hunc modum habet: Cùm arteria corpus ſit cauum longum, & teres, moueatúrque perpetuò duplici motu, ex contrariis compoſito particulis (vel enim in ſe vndiquaque ſubſidet, vel in omnem partem attollitur, qui motus duplex appellatur pulſus) neceſſe eſt, vt duplex ei quies in vtroque coincidat. Deinde pergit, atque has duas quietes exercitata manus cognoſcit, & ratio demonſtrat. Pauli lectio videtur corrigenda. Habet enim codex impreſſus,* δὲ γὰρ ἀρτηρίας διπλῆν κινουμένης κίνησιν ἐξ ἐναντίων συγκειμένην κινήσεων. *Quod eſt: Cùm enim arteria duplici moueatur motu, contrariis compoſito motibus, pro* ἐξ ἐναντίων συγκειμένην μορίων. *Sic itaque corrigito.*

Corrigitur codex Græcus.

Differentiæ rhythmi. *Ex primo de differentiis pulſuum Galeni tranſcripta ſunt. Quare qui omnia planius fuſiúſque explicata deſiderabit, ad eos ſe commentarios conſerat.*

At cùm ſecundum magnitudinem inæqualitas, id quod maturius, aut tardius aſſumpſerit. *Hoc eſt, vt apertius interpreter: quanquam ſic habeant, ac cùm inæqualitas ex magnitudine ſumpta, inæqualitatem quæ celeritatis, aut tarditatis ratione conſtat, aſſumpſerit. Sed malui eſſe obſcurior, quàm non fidelis Ariſtarchis noſtris videri.*

Ac ſi id quod in ſitu eſt. *Eadem locutio. Idem intelligo, ac ſi dicas: Si eam differentiam inæqualitatis ſumpſerit, quæ ex ſitu arteriæ capitur.*

Porrò opportunum erit. *Sequentia Pauli dicta, ex Galeni libris de cauſis pulſuum, & de prænotione miro artificio, compendióque ſunt decerpta.*

Magnus igitur pulſus. *Galenus primo* περὶ προγνώσεως σφυγμῶν *in hanc ſententiam ait de magno pulſu. Vel enim fit ob corporis (intellige arteriæ) gracilitatem, aut temperamenti calorem, aut motum acquiſitum.*

Cauſæ ipſius naturales. *Paulò pòſt Galenus habet. Verùm motus aſcititij ſtatim ſubſidunt. qui autem ex gracilitate, & temperamento proueniunt, adhuc perſeuerant.*

Vt etiam manu admota. *Galenus: Vt liceat tibi pulſus tangenti, & deinde paulum intermittenti, rurſusq; iterum attingenti, mutationem manifeſtiſsimam dignoſcere, &c. Habetur autem in codice Græco Pauli bis* πάντως. *tu igitur poſtremum expunge.*

Qui ſanè ob balineas. *Hæc ferè & ſequentia lib. 1. iam citato inuenies. Niſi quòd Galenus verbis nõnihil immutatis eadẽ dicat.*

Ex humorum putredine magnus, ad magnitudinem, adhuc

huc ſubmiſſionem magis citatam. *Galenus libro ſecundo* προγνώσεως σφυγμῶν *hanc ſententiam interpretatur in eum modum. Indicabit igitur, celeritas quidem ſyſtoles, eximiam quandam fuliginoſorum excrementorum copiam colligi ſimul, & excerni, &c. Permultùm enim ex humorum putredinibus colligitur. Iam libro primo de cauſis ita habet: Cùm refrigerantem cauſam attrahit corpus arteriarum diſtenditur: cùm fuliginoſum excernit, comprimitur. Superat autem aliàs diaſtole, cùm ſcilicet maior refrigerij vſus eſt. Syſtole, cùm plura recrementa expelli deſiderant.*

Cauſæ pulſuum & eorũ differentiæ.

Verùm ad magnum pulſum. *Galenus primo de cauſis: Conuenit igitur tria cauſarum genera ſibi mutuò opitulari, vt pulſus magnus aut celer fiat: nempe vſum generationis ipſorum vrgentem, virtutem robuſtam, arteriarum tunicas molles, aut non omnino duras.*

Celeritas accedit. *Eodem libro: Copioſiore calore in corpore collecto, neceſſe eſt animal maiorem deſiderare reſpirationem: pulſúſque maiores. Qua autem ratione maiores, hac etiam velociores & frequentiores. Vt enim ſitientes non ſolùm multùm, ſed etiam citò, & frequenter potionem aſſumunt, ita qui refrigerantem ſubſtantiam requirunt, multam ſimul hanc, & celeriter & frequenter attrahunt. Quare proprij ſunt copiæ caloris pulſus magni, celeres, & frequentes non tamen neceſſarij ſequentes, verùm ſi nullum ex prædictis impedierit.*

Non amplius id quod in. *Primo de cauſis Galenus. Fortaßis videbuntur pugnare ea quæ apparent tum inter ſe, tum vnà cum cauſis propoſitis. Conuenit enim, vt in caliditate, primùm ſanè magnitudo, mox celeritas, deinde frequentia erat, ita etiam in frigiditate, primùm ſanè oriri paruitatem: mox tarditatem: tertium raritatem. Quæ igitur ſolutio? Quoniam virtute robuſta, & ſi vſus paulò minor fuerit, primam ſanè actionem neque exiguam, neque tardam neceſſe eſt fieri, ſecundam verò poſt longius tempus, ſi vſus vrget, ratio eſt abſolui. Sicut enim cùm vrgebat, ſtimulabátque, & impellebat virtutem ad actionem, ita cùm non vrget, diutius conquieſcere permittit.*

Dubij ſolutio.

Sin autem tarditas paruitáſque accreuerint, è contrario raritas in crebritudinem. *Quod fit cùm non totum arteriæ ſpacium abſoluit pulſus, ſed medium duntaxat, vnde ſæpius repetere cogitur: alioqui in magno vſu cùm frequens eſt, totum ſpatium peragit, crebrò id repetens. Si verò maior frigiditas oborta ſit, eóque vſus abundè ſolutus fuerit, vnà quidem cùm eo motus etiam celeritas ita ſoluetur.*

ſoluetur. Minor autem erit & Diaſtole ſi plurimùm fuerit aucta frigiditas, rariſsimos quidem, non tamen & tardiſsimos, & minimos pulſus fieri neceſſe eſt: ſed tardiores ſemper & minores ſufficit. Quippe virtute robuſta abſolutè tardi, aut parui nunquàm fient, etiam ſi vſus admodùm fuerit ſolutus.

Itáque latitudo. *Latos omninò pulſus poſt criticas excretiones fieri docet Galenus libro ſecundo de pulſuum cauſis. Paulo poſt: Frequenter lati fiunt ob humiditatem, & præſertim cùm ipſa corpora arteriarum irrigua fuerint, vt in hydrope, aliquandò ob pondus, quod extrinſecus arteriis accidit. Id autem pondus plerunque cutis ipſius rugoſitas eſt.*

Quemaemodùm ſublimitas. *Sublimis in ira & antè criſes, ſcilicet cùm natura iis quæ moleſtant, expellendis incumbit.*

Longitudo. *Longus cum quo reliquarum duarum diſtantiarum quantitas exiſtimatur, ob tenuitatem corporis aut peculiarem magnitudinem talis efficitur. Nam aliquandò motus quatuor digitis occurrit arctus ſanè & gracilis adeò vt chordam tenuem repræſentet. Siue enim veluti gracilis cuiuſdàm chordæ, ſiue vt pili occurſus appareat, ex hoc ipſo magna quædam tunicæ arteriarum duricies apparet.*

Non enim extrema. *Idem Galenus habet primo* περὶ προγνώσεως σφυγμῶν, *hiſce verbis: Pulſus defectio reuerà quidem nunquàm in corpore viuo accidit.*

Corpore emaciato. *Hanc ſententiam & ſuperiorem in libello de pulſibus quem ad candidatos inſcripſit.*

Vires diſſoluuntur. *Vide libellum iam citatum, & prognoſticū.*

Durum pulſum. *Galenus lib. 3. de differentiis pulſuum in calce: & 1. de dignotione: Durus inquiens, & vehemens eſſe poſſunt, ſed non vehementiſsimus, & duriſsimus. Vide etiam primum de præſagiis pulſuum.*

Reliqua pituitæ vicia. *Alia quæ arteriarum tunicas humiditate multa, & præcipuè pituitoſa irrigant. Primo de cauſis ad calcem.*

Rhythmus. *Vide ſecundum Galeni librum de præſagiis, & tertium de cauſis pulſuum.*

Deficientes. *Alij vocant intermittentes. Fit quandò facultas grauatur humorum copia, & impeditur, quò minus motum conuenienti tempore auſpicetur: vel ob craſsitudinem, vel copiam humorum ora arteriarum cordi vicinarum obſtruentem.* *Pulſus deficiens vndè.*

Coincidentes. *Fiunt hi, teſte Galeno, ob frequentiam inæqua-* *Coincidens pulſus.*

lem: quod cor ſæpè functionem minus ac vſus exigit, obierit. *Hoc autem ipſum rurſus fit, vel grauato corde humorum copia, vel inſtrumentis obſtructis, vel coactis: quæ & deficientium cauſa erat. Differunt autem inter ſe, quod coincidentes virtutem teſtentur repugnantem, & contendentem cum iis quæ moleſtant. Deficientes, detrectantem id ſubire. Coincidentes ſæpè criſim intulerunt. Deficientes illis perìculoſiores. Vtrique accidunt in febribus ardentibus.*

Inclinans. Inclinantes. *Cùm virtus imbecillis erit, corpora autem arterias ambientia, emaciata & colliquata. Multæ ſunt cauſæ, Inſlammationes, ſcirrhi, abſceſſus, phymata cruda, omnis tumor præter naturam, duricies ſqualida, frigiditas nimia. Galenus primo de cauſis.*

Caprizans Caprizans. *Fit cùm virtus quantùm ad ſe pertinet, naturale robur ſeruat, ſed à motu impeditur, vel propter copiam immodicam, vel obſtructionem, vel inſtrumentorum compreſſionem. Vide ſecundum de cauſis pulſuum.*

Dicrotus. Dicrotus. *Hic & caprizans bis feriunt, ſed dicrotus duritiam inſtrumentorum habet, & intemperiem.*

Vndoſus & vermiculans. *Hi duo quantitate ſola differunt, vna ſpecies exiſtens. Sunt autem in diuerſis particulis, ſed vno in pulſu, cauſa eſt imbecillitas virtutis, aut copia humorum, aut mollicies inſtrumentorum extrema, cùm robur vitale arteriam nequit attollere.*

CORNARII.

a *Velut exempli gratia, ſi in puero notas colligere velis, proprius ætati puerili pulſus iuxta rythmum contingens, boni rythmi pulſus appellatur. Qui verò rythmum corrumpit, ſine rythmo. Et corrumpens quidem propinquæ ætatis rythmum aſſumit, pulſus præter rythmum appellatur. Qui verò ætatis vigoris, alterius rythmi dicitur. At qui neque huius ætatis rythmum conſeruat, extra rythmum nominatur. Græca lectio corrupta eſt ac manca, quæ ex lib. 1. Gal. de different. pulſuum reſtitui poteſt eo modo quo ſententiam expreſſi, ita vt non Gal. lectionem ad verbum ſequamur. Gal. enim in vniuerſum de omnibus ætatibus exemplum propoſuit Paulus autem id ad puerilem ætatem more quodam ſuo contraxit. Sic ergo lege.* δίον σημειωμένου σου παιδίον, ὁ μὲν ἴδιος τῆς παιδικῆς ἡλικίας κατὰ τὸν ῥυθμὸν γινόμενος σφυγμὸς εὔρυθμος καλεῖται. ὁ δὲ διαφθείρων, ἄρυθμος. καὶ τοῦ διαφθείροντος ὁ μὲν τὸν τῆς πλησίον ἡλικίας ῥυθμὸν μεταλαμβάνων, παράρυθμος. ὁ δὲ τὸν τῆς ἀκμαστικῆς, ἑτερόρυθμος. ὁ δὲ μηδὲ τὸν ταύτης διασώζων, ἔκρυθμος προσαγορεύεται. *Hæc lectio Pauli integra eſt, ac genuina.*

b velut

b *velut in tempore motus, circa vnam quidem arteria partem inæqualitas dicitur, &c. Habent exemplaria,* ὥσπερ ἐπὶ τῆς κινήσεως τυχὼν, *hoc eſt, velut verbi cauſa in motu, quæ lectio etiam ſi recta eſſet, tamen* τυχὸν *legendum eſſet. Sic igitur corrigito.* ὥσπερ ἐπὶ τοῦ τῆς κινήσεως χρόνου, *velut in tempore motus. Quod autem genuina ſit hæc lectio ex iis quæ mox ſequutur conſtat, vbi de tempore motus dictum velut repetens ait.* οὐ μόνον δὲ κατὰ τὸν χρόνον τῆς κινήσεως, τὴν κατὰ μίαν πληγὴν, ἐν ἑνὶ μορίῳ τῆς ἀρτηρίας ἀνωμαλίαν ἐγχωρεῖ γενέσθαι, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν τόνον τῆς δυνάμεως, οὐ μὴν οὔτε κατὰ τὸ πόσον τῶν διαστάσεων. οὐ γὰρ οἷόν τε τὸν αὐτὸν σφυγμὸν ἐν ταὐτῷ μορίῳ μέγαν τε καὶ μικρὸν γίγνεσθαι, οὔτε κατ᾽ ἄλλο γένος, ἀλλ᾽ ἐν διαφέρουσι μορίοις: κατὰ διαφέροντα ἢ μόρια τῆς ἀρτηρίας ἐν ἑνὶ σφυγμῷ ἀνωμαλία γίνεται διττή. *Hunc locum integrum adſcripſi, quod in Græcis exemplaribus corruptiſſimè legatur.*

c *Inæqualiter velox.*

d *Dorcadiſſans, metaphora à Dorcade animante ſumpta.*

e *Non ſolùm autem circa motus tempus, inæqualitatem circa vnã plagam in vna arteriæ parte fieri contingit, ſed etiam circa facultatis firmitatem: non autem circa dimenſionum quantitatem: non enim fieri poteſt vt idem pulſus in eadem parte magnus ac paruus fiat: neque circa aliud pulſuum genus, ſed in partibus diuerſis. Hic locus eſt quem paulo ante integrum Græcè adſcripſimus.*

f *Velut quibus conuulſio imminet cum graui in ſomnum delatione Græca falsò habent,* καθάπερ τοῖς παθησομένοις μετὰ καταφορᾶς. *Legendum enim,* καθάπερ τοῖς σπασθησομένοις μετὰ καταφορᾶς. *Ita enim Gal. lib. 4. de Cauſis pulſuum.*

De deiectionibus. Cap. XIII.

ALuus optima eſt, mollis, cohærens, & eodem tempore quo in ſecunda valetudine aſſueuit, reddita. Talis nimirùm eſt quæ leuiter ruffa eſt, ſimul & conuenienter ſpiſſa, non nimis fœtida: quæ talis non eſt, mala cenſetur. Quæ igitur colore ſimilis cibo ingeſto cernitur, & tenuis, & nõ exuccata & celeriter deſcendens, cruda eſt, At merè ruffa, initio quidem bilioſiorem morbum indicabit, ſin autem in declinatione talis excernatur, corpus probè expurgari denuntiat, viridis, æruginoſæ bilis nota eſt. nigra, vel atræ bilis, vel ſanguinis cuiuſdàm indidem aduſti. liuida, refrigeſcere quodammodò, & emori non parum interiora ſignificat. oleoſa pinguiſque, corporis pinguitudinem conſumi innuit: quem-

Deiectionum aluis ratio.

admodum rurſus viſcoſa, pingui cùm ſit deterior, animantis particularum conſumptionem præ ſe fert. Nimis fœtida haud exiguam fatetur putrefactionem. Porrò in omnibus hiſce, ſi aluus qualitate cibo aſſumpto non reſpondeat, eodem iam modo affectio quoquè cõſiderabitur. Omnium deterrima & peſtifera, erit nigra, liuida, oleoſa, celeriter tranſiens.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Aluus. Aluus optima. *Hoc caput partim ex prognoſticorum ſecundo, partim ex primo de Criſibus libro Galeni ſumptum eſt. Dixi autem aluus, pro deiectione, ſecutus Celſum, qui libro ſecundo eandem ferè ſententiam habet. At venter ei qui à periculo tutus eſt, reddit modò mollia figurata, eodem ferè tempore, quo ſecunda valetudine aſſueuit, modò conuenientia his quę aſſumuntur. Cæterùm qui cauſas omnium volet intelligere, commentarium ſuprà citatum lectitet.*

Leuiter ruffa. *Sic interpretatus ſum ὑπόπυῤῥον quaſi dicas ſubruffa: hoc eſt, quam bilis ex iocinore leuiter tinxerit.*

Conuenienter ſpiſſa. *Grecè eſt ἅμα τῇ προσηκούσῃ συστάσει, quod eſt cum conuenienti ſpiſsitudine. Apud Galenum de Criſibus* συνεστικὸς. *non eſt, quod ſatis in verbo συνεστηκὸς, hoc eſt, cohærens, intelligatur.*

Non nimis fœtida. *Hippocraticum eſſe dixit Galenus, quod Celſus aliquandò interpretatus eſt, mali odoris, aliquandò ſi magna fœditas odoris acceſsit.*

Non exuccata. *Hoc eſt: Ex qua humiditas chyli aquoſitáſque non ſit per venas meſaraicas iecori diſtributa. Vt ferè idem, ſit quod aluus liquida aquoſáque. Cùm enim diſtributio parum abſolutè, peragitur in ventre, excrementa liquida, tenuia & aquoſa permanent. ſi* ἀχύμωτον. *Galeno & rationi credimus. Græca dictio eſt ἀχύμωτον, quam Leonicenus vir alioqui in Italia habitus maximus in re medica, vertit, humoris expers, quod quàm ſit ad rem, eruditi iudicent. Eſt autem ἀχύμωτον, id quod Galenus libro octauo de compoſitione medicamentorum ſecundùm locos, ἀνεκχύμωτον dixit, in hac nimirùm ſententia* ὅταν μὲν οὖν ἕλκειν ἐκ τῆς κοιλίας τε καὶ τῶν ἐντέρων τὴν τροφὴν ἀτονήσῃ τὸ ἧπαρ, ὑγρὰ καὶ ἀνεκχύμωτα ἐκκρίνεται διὰ τῆς ἕδρας. *Hoc eſt: Cum igitur iecur alimentum ex ventriculo & inteſtinis præ debilitate nequiuerit attrahere, liquida, & non exuccata per ſedem excernuntur, &c. Ex hiſce verbis liquet non debere accipi pro* ἀχύλωτον, *aut* ἀχυλοποιηθὲν, *ſicut nonnulli interpretantur. Nam deiectio liquida, & tenuis eſſe poteſt, etiam ſi venter pro munere ſuo ſit functus. Neceſſe autem eſt & circumpoſitas partes à vicio immu-*

nes

nes eſſe, & diſtributionem probè in iecur fieri, vt alimentum concoctum eſſe, ex aluo iudicemus. Cæterùm ἀχύμωτον videtur contrarium ferè eſſe verbo σωυςηκὸς. Nam hoc tam eſt ſubſtantia moderatum, vt vndique cohæreat, ſimúlque exiſtat molle. Illud contrà tam liquidum vt vndiquaque diffluat.

At merè ruffa. *Iam ad tertium deiectionum genus deſcendit, quod nonnihil ex recrementis à toto corpore in ventrem confluentibus: non ex ciborum confectione indicare poteſt.*

Viridis æruginoſæ. *Aeruginoſa in ventre gignitur & porracea: aliæ bilis differentiæ in venis procreantur, teſte Galeno in commentario de atra bile.*

Animantis particularum conſumptionem. *Græcè eſt σύντηξιν δηλοῖ τῶν τοῦ ζώου μορίων, quaſi dicas, colliquationem animantis particularum indicat: Intellige autem ſolidarum: quæ abſolutè particulæ dicuntur.* *σύντηξις.*

De vrinarum notis. *Cap.* XIIII.

QVemadmodùm in deiectionibus, ità in vrinis quoque regula ſanorum vſi, de ægrotis indicia ſumemus. *Vrina quæ optima.* Vrina igitur præſtantiſſima eſt, quæ ſanis ſimillima. Talis nimirùm eſt ſubruſa ſimul & ſubflaua. nimirùm verò hæc & craſſitiem moderatam habet. At cùm triplex turbidarum vrinarum ſit differentia, (vel enim redditæ tales, paulopost ſubſidunt, vel conſimiles perpetuò manent: vel puræ excernuntur, deinde verò turbantur) *Vrinarum turbidarũ differentia.* praua quidem exiſtit tertia ordine dicta, moderata benignáque, prima: medio vtriúſque conſiſtit ſecunda. ſummè cruda eſt, exactè aquoſa, veluti deſperatæ concoctionis venoſi generis accidens. Quandò autem celeriter deſcenderit, Diabetes, vt Græci appellant, efficitur. *Vrinæ crudæ.* Verùm hæc ſanè inter vrinas crudas deterrima eſt. ſuccedit autem ipſi, tenuis admodum & aquæ modo exalbida. Huic vicina eſt alia vrina, quæ multis in morbis apparet, [g] tenuis admodùm, & albæ propinqua. Subpalida verò hanc ſequitur: quæ pallida quidem modò erit, & ſubruſa, concoquitur autem iam quantùm ad colorem ipſius attinet. Tantùm verò craſſitie ipſam ab aquoſa receſſiſſe oportet, ſi probè concoqui debeat, quantùm etiam colore, ſinautem hoc ſecundùm naturam adamuſſim ſeruato, ſubſidens album, læue, æquale, & copioſum reddit, exactæ nimirum concoctionis nota fuerit: largius autem, crudum humorem expur- *Vrinæ concoctæ.*

gari ſignat. Iam verò ſi vrina craſſa modicè fuerit, habeátque ſubſidens aliquod, non cruda iam ex toto erit. Si enim ſubſidentia parti farinæ craſſiori, aut laminis ſimilia, aut furfuri, aut nigra, aut liuida, aut viridia, aut fœdi odoris habeat, prætérquàm quòd quæuis huiuſmodi in cruditate eſt, etiam mortis periculum aliàs oſtendit. Porrò boni coloris vrinæ quæque ſimul, vel ſubſidentia alba, læuia, & æqualia repræſentent, vel nebulas quaſdam ſimiles, vel ſuſpenſa, omnium vrinarum ſunt laudatiſſimæ, & præcipuæ, quarum ſubſidens, tale extiterit. Deinde commendatur vrina cuius ſuſpenſa huiuſmodi cernuntur. Tertium bonitatis locum habet, cuius nebulæ tales apparent. Ac, vt vno verbo expediam, quæ vrinis probè innatant, quantò inferius ſubſiderunt, tantò magis laudantur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Vrina igitur. *Ex lib. primo de Criſibus omnia mutuatus eſt Paulus. Cæterùm vbi de exactè aquoſa agit, Galenus fuſius pleniúſque perſequitur. Habet autem Paulus:* τὸ δὲ ἐσχάτως ἄπεπτον ὅπερ ἐστὶ τὸ ὑδατῶδες ἀκριβὲς, οἷον ἀπεγνωσμένης πέψεως σύμπτωμα τοῦ φλεβώδους γένους ὑπάρχον. *Hoc vt interpretatus ſum. Galenus autem. Itaq; extremè cruda præter has vniuerſas exiſtit. Talis autem*
Vrina cruda. *erit exactè aquoſa, vt quæ nec modò coquatur vt turbida, nec coquenda eſt, vt quæ paulò poſt turbatur, verùm vt deſperatæ concoctionis accidens. Talis venoſi generis affectus exiſtit, qualis exactè ventris cruditas.*

His vicina eſt. *Recenſet ordine crudarum differẽtias, quas etiam Galenus breuiter hunc in modum commemorat: Deterrima quidem in vrinas profluxio. Iam verò praua admodùm eſt tenuis adeò & al-*
Aduerte. *ba, qualis & aqua exiſtit. Huic autem vicina eſt alia vrina, quæ in multis morbis apparet: & vini albi admodùm & tenuis mixtam habere ſpeciem videatur, &c. Paulus ferè eadem habet, niſi quod* οἴνου *hoc eſt, vini, nullam mentionem faciat. Tu igitur apud te conſidera, nùm Galeni ſcripturam malis, an intelligere* ἐγγὺς ἱκανῶς τοῦ λεπτοῦ καὶ λευκοῦ, *quod eſt: Alteram vrinam eſſe admodùm propinquam tenui & albæ vrinæ, quæ aquam repræſentare dicebatur.*

Ta ıtum verò craſſicie ipſam ab aquoſa. *In Græco codice eſt* τοῦ ὕδατος, *hoc eſt, ab aqua: vbi legendum ſit* ὑδατώδους, *id eſt, ab aquoſa.*

Corna

CORNARII.

g *Prope admodum accedens ad vinum tenue ac album. In Græcis deeſt vox vini, quam & ratio præſcribendam eſſe monet, & prægreſſa mentio vrinæ tenuis adeo ac albæ velut eſt aqua confirmat: & Gal. lib. 1. de Criſib. vnde locus hic ſumptus eſt. Sic ergo lege.* ἐν πολλοῖς νόσοις φαινόμενον ἐγγὺς ἱκανῶς οἴνου τοῦ λεπτοῦ καὶ λευκοῦ.

De ſputi notis. *Cap.* XV.

SPutum ſubflauum, ſubrufum, leuiter ſpumans, & tenue, ſolam cruditatem, malum verò nullum inſignius denuntiat. At ſyncerè flauũ, rufum, ſpumoſum, viride, glutinoſum, rotundum, atque his adhuc magis nigrum, prauum eſt. Etenim præter ſanguinem, quiſquis alius humor ſyncerus eſt, prauam oſtendit affectionem, caloris flammei ſobolem. Cruenta igitur ſputa mediocria ſunt: flauæ, aut nigræ bilis, difficilia. Cæterùm quomodò ipſa ædantur, inſpicere ſimul expedit. Nam ſi promptè excreentur, liquidò conſtat talia Abquidem eſſe ſalubria. contraria verò, periculum teſtari. Abſolutam itaque cencoctionem fatetur ſputum læue, album. æquale: & ſubſtantia neq; liquidum, neque valdè craſſum. Summæ vero cruditatis nota eſt, ſi nihil prorſus expuitur. At ſi expuatur quidem, ſed tenue, languidæ concoctionis argumentum eſt. Sin autem ſyncerè rufum prodierit, aut flauum, nihil boni pollicetur. Si liuidum, aut æruginoſum aut atrum, ſummam pernitiem portendit. *Sputorum ratio.*

ANNOTAT. ANDERNACI.

Sputum ſubflauum, ſubrufum. Ex eodem Galeni loco, & Oribaſij ſexto libro collecta iſta videntur. Hippocrates in prognoſticon ſecundo prius omnia eſt complexus.

Etenim præter ſanguinem. *Hæc periodus libro ſecundo prognoſticon à Galeno ſic ſcripta eſt. Nam præter ſanguinem, quicunque ſyncerus humor fuerit, prauam indicat affectionem, ex flammea caliditate trahens originem. Flauus ſanè, ſeroſa ipſa humiditate retorrida, qua admixta, pallidus apparebat. Eruginoſus autem, hac nimium aduſta. Niger, vel eadem ſupra modum aduſta, quæ efficitur atra bilis & peſſima, & maximè erodens, vel craſſo ſanguine ſimiliter reſiccato, vel ratione tum mortificationis, tum perfrictionis.*

Cruenta igitur. *Galenus loco iam citato in iſtum modum habet. Etenim cruenta & pituitoſa moderata: Flauæ autem, aut nigræ*

bilis ſputa difficilia. Quippè ambo corpora erodunt, atque hoc ipſis eſt commune. Paulus non habet φλεγματώδη.

Nam ſi promptè excreētur. *Hoc eſt ex Hippocrate:* εἰ γὰρ εὐπετέως ἀναπτύοιτο. *Galenus interpretatur dictionem* εὐπετέως, *quod nos vertimus promptè, hoc pacto.* τὸ δὲ εὐπετέως ἀντὶ τοῦ ῥᾳδίως τε καὶ ἑτοίμως οἱ ἕλληνες λέγουσι. *Rurſus:* εὐπετὴς γὰρ ἀναγωγὴ πτυέλου, τουτέστιν ἑτοίμη τε καὶ ῥᾳδία γίνεται, μήτ' ὀδύνης ἰσχυρᾶς οὔσης κατὰ τὸν θώρακα.

Valdè craſſum. *Græcus codex habet* ὑπόπαχυ *quod eſt ſubcraſſum pro* ὑπέρπαχυ, *hoc eſt, ſupramodum craſſum, ex pituita nimiùm aſſata nimirum.*

At ſi expuatur quidem. *Codex Græcus deprauatus eſt, habet enim* εἰ δὲ μὴ πτύοιτο μέλαν, ἀλλὰ, *pro* εἰ δὲ πτύοιτο μὲν, ἀλλὰ, *&c.*

De febribus diarijs dignoſcendis curandíſque.

CAPVT XVI.

Febris diariæ notæ propriæ.

Diarias febres, vrinarum in primo die concoctio, caloríſque ſuauitas ſeu propriæ ipſarum & inſeparabiles notæ teſtantur. Verùm à prima febris ſolutione, certiorem habiturus es earum cognitionem. Quippè arteriarum in hac motus ei qui in ſecunda valetudine fuit, ex toto reſpondet, cùm nulla ex aliis febribus in naturalem ſtatum reuertatur. iam verò quòd facilè morbum fert æger, maximum & id indicium eſt. Opportuni ſunt id genus febribus, in quorũ corpore quod defluit, halituoſum non eſt, ſed mordax & acre, fumi inſtar. Hi autem ſunt calidi & ſicci temperamento: breuiter, biliosi, quos πικρόχολους Greci vocant. Qui igitur ob laſſitudinem febricitarunt, pinguiter ſimul ac molliter fricandi ſunt, in balneúmque ducendi. Quibus ſiccitas febrem intulit, fricandi hi quidem minùs, ſed lauandi ſunt liberalius. Quos curæ, mœrores, vigiliæ & ira exercuerunt, lauare quidem non ſubindè oportet, verùm oleo copioſiore tepido, cui minimè aſtringens vis inſit, tùm paululùm fricare, tùm ex conſuetudine lauare conuenit. Ab inſolatu vſti, protinus ab initio refrigerationem deſiderant, tum crebriorem lauationem, minimè verò aut oleum largum, aut crebram frictionem. Sint autem quæ refrigerent & roſaceum & omphacinum ſine ſale confecta: eadem vero ſincipiti vehementer refrigerata ſuperfundere oportet, & vbi febris inclinauerit, in balneum æger ducendus eſt. Si quis ex frigoris

Diariis febribus obnoxij.

Diariarũ curatio.

iniuria

iniuria febrim concepit, etiam iis in remiſſione lauãdus eſt. At ſi cum grauedine, & deſtillatione febriat, priuſquam hæ concoquantur, lauationi non committetur. Porrò qui ex æſtu Solis febricitant, ij [h] etiam cùm hæc adſunt, lauãdi ſunt: qui autem ex frigore, iis quoque caput mediocriter calefacientibus perfundendum eſt, cuiuſmodi irinum eſt, & nardinum vnguentum. Verùm in quibus meatuum conſtipatio febrem excitat, his conuenit ex aqua dulci, & temperata lauatio, tum frictio quæ rarefaciat, & exercitationes modicæ, victúſque bonis procreandis ſuccis idoneus. At cui propter inediam febris contracta fuerit, ei opus eſt ſtatim, vbi prima acceſſio remiſerit, in balneum perduci, & repentè oleo largiſſimè perfundi, tum molli manu perfricari, diutiſſimè in calidi ſolij aqua immorari. [i] Simulatque exierit, ac ſeſe recollegerit, denuò balneum ingredi, poſteà aquã calidam potare, mox ptiſanæ cremorem, deinde lactucam aſſumere, & aliquid piſcium eorum qui molli ſunt carne, ex albo iure. Omnium verò communis eſto victus ſpecies, quæ & boni ſit ſucci, & concoctu facilis, & quæ nuſquam exiguis cutis meatibus inhæreat. Vinum propinetur & aſpectu, & viribus aquoſum. Oportet autem in primæ febrium acceſſionis inſultu nonnunquam aliquos horum nutrire, in quibus corporis intemperies ad calidius ſicciúſque tranſiens, febres accendit. Qui ob Bubonem, hoc eſt, inguinum inflammationem febrim conceperunt, ne medicum quidem interrogant quid ſit faciundum, ſed vlceri, quod bubonis occaſio fuit, proſpicientes lauant, vbi acceſſio declinauerit. Cæterùm à vino ipſi ſunt arcendi, donec inflammationes inguinum fuerint ſolutæ, & tenuiore victu enutriendi.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Diarias febres. *Hoc principium ſumptum eſt ex primo Galeni libro ad Glauconem circa principium. Dicuntur autem ἐφήμεραι Græcis, quaſi dicas ad diem durantes: ἀμφήμεραι autem, circa ſingulos dies infeſtantes, quotidianæ vno verbo Latinis appellantur.*

Opportuni ſunt. *Iſta cum ſequentibus ex octauo Methodi Therapeutices huc trãſlata ſunt. Paulus ἐφ' ὧν αἱ ἀπόρροιαι τοῦ σώματος εἰσὶν οὐκ ἀτμώδεις, ἀλλὰ δριμύτεραι καὶ οἷον καπνώδεις ἔχουσιν, &c. Galenus autem habet: ἐν οἷς ἐστὶ τὸ διαπνεόμενον οὐκ ἀτμῶδες, ὥσπερ ἐν τοῖς εὐχύμοις, ἀλλὰ λιγνυῶδες, καὶ δριμὺ, καὶ καπνῷ παραπλήσιον ἢ λιγνύϊ, &c.*

Lauare quidem non ſubinde. *Paulus Græcè habet, λούειν μὲν μὴ πολλάκις, hoc eſt, vt verti. Galenus autem οὔτε τρίψεων, οὔτε λουτρῶν δέονται πολλῶν, quod eſt: Neque frictionibus, neque balneis multis indigent.*

Vehementer refrigerata. *Græcus codex deprauatus eſt. Habet enim ψυχρὸν τὰ δ' αὐτὰ σφοδρῶν καταχεῖν, &c. Vbi ſit legendum, ψύχοντα δ' αὐτὰ σφοδρῶς, vt nos etiam vertimus.*

Victus dulcibus. *Hoc eſt bonis. Nam bonus in corpore ſuccus aut ſanguis, dulcis & eſt, & dicitur: malus autem, amaram, acidam, aliamne qualitatem extraneam habere oſtenditur. Perperàm igitur nos corripuit Oroſcius, quod dulcis ſucci γλυκύχυμος verterim: cùm idem ſit dulcis & bonus in probi ſanguinis ſignificatu. Malè habet Græcus codex γλυμύθυμος. Vide Galeni octauum circa principium.*

Aliquos horum nutrire. *Codex Græcus deprauatus habet, τούτων τινὰ τρέφειν, pro τούτων τινὰς ῥέφειν. Vide octauum Galeni de morbis curandis. Corrigenda ſunt omnia exemplaria impreſſa.*

Sed vlceri quod. *Plenius in Galeno hæc ſententia habetur in hunc modum: Sed vlceri ob quod Bubo ipſis fuerit excitatus, ipſiq; buboni proſpicientes in acceſſionis declinatione lauant.*

Cæterùm à vino. *Hæc clauſula ad verbum ex primo ad Glauconem ſumpta eſt. Vbi etiam dictio πρὶν accipitur pro μέχρις οὗ, hoc eſt donec: aut ſic dicendum: Cæterùm priuſquam inflammationes fuerint ſolutæ, arcendi à vino ſunt ægroti. Atque hoc pacto ſeruabit dictio communem ſignificatum.*

CORNARII.

h *etiam illo præſente lauare conuenit.*

i *Græcè igitur ſic legito, ἐξελθόντας δὲ καὶ ἀναλαβόντας τὴν δυνάμιν, εἰσάγειν ἐκ λουτροῦ εἰς τὸ λουτρὸν, καὶ μετὰ ταῦτα πιεῖν θερμὸν ὕδωρ διδόναι. καὶ πτισάνης χυλόν.*

De putridarum febrium agnitione. Cap. XVII.

Putridæ febris notæ propriæ.

PVtridæ febres dignoſcuntur, eò quòd nulla ipſas exterior cauſa præcedat: item quòd à rigore incipiant, neq; inſolatu, neque vehementi frigore prægreſſo. id quoque peculiare eſt febrium putridarum indicium, ſicut & pulſuum depreſſio. Nominant ſic, cùm incipiente acceſſione perexiguos quidem ipſos & inæquales obtinent: hoc enim ſingulariter huiuſmodi febrium eſt proprium. maxima autem putridarum febrium nota eſt etiam qualitas caloris, qui fuliginoſus adeò exiſtit, vt manum erodat. Similiter ad ipſas propriè ſpectat etiam vrinarum cruditas, & obſcura concoctio.

Magnum

Magnum verò & notabile concoctionis indicium, in primis vrinis nunquam eiuſmodi febres repræſentant.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Putridæ febres. *Hoc caput ex primo Galeni de febribus libro totum tranſcriptum eſt: ſed variis ex locis. Textus autem in Græco Pauli codice deprauatus eſt. Habet enim* τῶν ἐπὶ σήψει πυρετῶν διαγνώσις, τῷ μηδὲν τῶν προκαταρκτικῶν αἰτίων προηγήσασθαι, καὶ τὸ μὴ ἀπὸ ῥίγους δὲ ἄρξασθαι τὸν πυρετόν. *Hoc eſt: Febrium ex putredine contractarum dignotio eſt, quod nulla cauſa primitiua præceſſerit, & quod non à rigore febris inceperit, &c. Quæ ſententia planè falſa eſt.* Nota. *Nam proprium planè febrium putridarum eſt à rigore inchoare. Tu autem in hunc modum corrigito:* τῶν ἐπὶ σήψει πυρετῶν διάγνωσις τὸ μηδὲν προκαταρκτικῶν αἰτίων προηγήσασθαι, τὸ δὲ ἀπὸ ῥίγους ἄρξασθαι τὸν πυρετὸν, οὔτ' ἐγκαύσεως, &c.

Hoc enim ſingulariter. *In codice Græco ſuperfluum eſt* τὸ, *poſt* μέγιστον *adde* δὲ *particulam: quia noua incipit oratio.*

Similiter ad ipſas. *Græcè eſt,* ἴδιον ἐστὶ μάλιστα τῶν τοιούτων πυρετῶν. *Galenus habet,* ἴδιον δὲ ἐστὶν τοῖς μάλιστα, *Si voles, ita legito.*

Curatio febrium putridarum. *Cap.* XVIII.

SI vires ſint validæ ei qui ex putredine febricitat, ſanguinem dimittes protinus, modò cruditas in ventre nõ exiſtat. At ſi vires imbecillæ, aut ætas prohibeat, ſanguinem non detrahes: à cuius vacuatione, putrida per vrinas, aluum, & ſudores expurgare conuenit. Sin autem ſponte ſua nonnunquam impetum ad os ventriculi capeſſant, etiam per vomitum: alioqui non oportet ea præter naturam irritare: cæterùm deligi materiæ debent, quæ ſine calefaciendo ſiccandòque valenter, prędictas vacuationes moliri poſſunt, veluti ptiſanæ cremor, aqua mulſa, oxymeli, & apomeli, apiique radix in aqua potabili incocta. Cùm aluus nihil deiicit, ex aqua mulſa cum oleo clyſtere ducenda eſt. verùm totum corpus rarefacere priùs non expedit, quàm vacuatum fuerit: vbi vacuaueris, rarefacias vtique licet, medicamento tepido calore prædito, quale eſt, quod ex chamæmelo conficitur. in hoc tempore vinũ aquoſum potui datum, vniuerſas promouet vacuationes: eiuſdem facultatis eſt temperatum dulcis aquæ lauacrum. Quòd ſi verò febris mugnitudo obſtiterit, neque vino vtendum, neque lauacro, neque vnctionibus rarefaciendi virtute præditis, ſed aqua frigida is in febribus

commo

commodè bibitur, niſi quid & hanc prohibeat. Ergo, ſi quidem & vires robuſtæ omnes fuerint, & febris ardentiſſima, & concoctionis ſigna planè euidentia, frigidam cum fiducia exhibebis. Præterea ſi bona corporis habitudine ſit æger, tum ſtatus cœli calidus ac ſiccus, etiam ſi in frigidam natationem hunc dimittas, haudquaquam lædetur: [k] ſin autem mediocris exiſtat febris, & vires inualidæ, ſed cum notis concoctionis, iis qui ita habent, balneum prodeſt, & vini potio: tum verò ex vnctionibus eæ quæ rarefaciunt.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Si vires ſint validæ. *Ex Galeni vndecimo Methodi ſumpta ſunt ad verbum. In nono libro circa principium, ait in eundem ferè modum: Nam ſi præcedat ciborum cruditas, tanto tempore differre venæ ſectionem iubebis, quantùm ſatisfacere, tum ad eorum concoctionem, tum vt excrementa deſcendant, videbitur.*

Putrida per vrinas. *Et hæc ex vndecimo, ſed paulò antè, mutuatus eſt Paulus. Oportet enim id quod putruit, omni ratione vacuare, quod reliquum eſt, moderatis motibus, & refrigerante perſpiratu, ad exactam ſymmetriam reducere, &c.*

Si verò febris magnitudo. *Galenus addit ad planiorem intellectum, vt in continuis. Hæ enim magis hominem affligunt, quàm intermittentes.*

Vires inualidæ. *Græcus codex Pauli habet,* καὶ τῶν δυνάμεων ἰσχυρῶν. *Hoc eſt: Et vires validæ, cùm ſit legendum,* καὶ τῶν δυνάμεων οὐκ ἰσχυρῶν. *Hoc eſt: Et vires non validæ.*

CORNARII.

k *Moderata verò ſi eſt febris, & vires robuſtæ, vnà cũ cõcoctionis ſignis, talibus balnea proſunt, &c.* μετρίου δὲ ὑπάρχοντος τοῦ πυρετοῦ, καὶ τῶν δυνάμεων ἰσχυρῶν, ἅμα τῆς πέψεως σημείοις, ὠφελεῖ τοὺς τοιούτους βαλανεῖα, καὶ ἡ τοῦ οἴνου πόσις, ὅσα τε τῶν ἀλειμμάτων μανωτικά. *Hæc eſt recta Pauli lectio & interpretatio ex Gal. lib. 11. Metho. in quo eadem hæc rectè legerentur vnica negatione* οὐκ *expuncta in his verbis,* καὶ τῶν δυνάμεων οὐκ ἰσχυρῶν*: hîc enim ponitur contra omnem rationem, contra Græcæ orationis vim, quæ præcedens negatum cum ſequenti affirmato per particulam* ἅμα *non copulat: denique contra ipſius etiam Gal. ſententiam, quam paulò pòſt ſic explicat,* εἰ δὲ μηδὲ τὰ τῆς πέψεως εἴη σημεῖα, μηδὲ τὰς δυνάμεις ἰσχυρὰς ἔχειν φαίνοιτο, σωθῆναι τοῦτον ἀδύνατον. ὥστε οὔτε λοῦσαις αὐτὸν, οὔτε ἀλεῖψαις τοῖς μανωτικοῖς φαρμάκοις, οὔτε οἶνον δώοις, οὔτε ψυχρόν.

De

De tertianarum agnitione. *Cap,* XIX.

TErtiana febris cùm ſit flauæ bilis commotæ ſoboles, protinus ab initio rigorem haud exiguum infert. hoc diſcrimine à quartanæ rigore variat, quod pungere videatur, & cutem conuulnerare. In quartanis autem acceſſionis inſultus vehemẽtem perfrictionem habet. Quotidianas verò nequaquam rigor præcedit: ſed ſolùm perfrigeſcunt. Cæterùm tertiana etiam exactum pulſuum ordinem obtinet: ſiti verò vehementi in ſtatu affligit, & hominem perurit, ac paulò pòſt conſiſtit, calórque æquabiliter per omnes corporis partes diffunditur. Et ſi manum iniicis, primo quidem contactu, calor copioſus & acris occurrit, veluti cum vapore quodam erumpens, ſed paulò pòſt à manu remanente vincitur. Vbi potione æger fuerit recreatus, ſtatim copia vaporis calidi per cutem emergit, ſudorum nuntia. Bilis vomitio ſuperuenit, aut aluus ſoluitur, pérq; vrinam bilioſa redduntur. Præterea ad integritatem tertiana deſinit, vbi acceſſionis tempus horarum non plurium duodecim expedierit. Febrem igitur quæ intra duodecim horas terminatur, exactam tertianam nominamus: quæ verò diuturniorem acceſſionem habuerit, illam ſimplici vocabulo tertianam nuncupamus. Quæcunque autem longiſſimè productam acceſſionem ſeruauerit, exiguum verò interuallum, hanc rurſus extenſam tertianam dicimus.

Rigoris tertianæ & quartanæ diſcrimen.

Tertiana exacta.

Tertiana.

Tertiana extenſa.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Tertiana febris cùm ſit. *Ex ſecundo libro de criſibus, capite tertio hoc tranſcriptum eſt iiſdem planè verbis. Cæterùm Galenus poſt illa, in hanc quoque ſententiam habet:* τὸν οὖν ἀκριβῆ τριταῖον οὐκ ἐνδέχεται μὴ οὐ μετὰ ῥίγους σφοδροῦ γίνεσθαι. *Quam orationem Leonicenus vertit. Tertianam itaque febrem fieri contingit ſine rigore vehementi, &c. Cùm ſit dicendum: Exactam itaque tertianam non licet niſi cum rigore vehementi fieri.*

Curatio tertianæ. *Cap.* XX.

EXquiſitam tertianam, vt quam flaua bilis procreet, humectare oportet ac refrigerare: & ſanè quod in ventriculum confluit, vomitionibus, & inferius elicere. Item per vrinas, & ſudores deducere idipſum conuenit. Aluus itaque mollibus clyſteriis euocatur: vrina potionibus, in quibus apium, & anethum maduerunt, & ſi concoctionis ſigna deprehenderis, magna iam confidentia etiam abſinthium dabis.

bis. Balnea verò ex aqua calida potulenta conueniunt: quibus neque nitrum, neq; ſal, neque ſinapi adiici,[l] ſed ægrum oleo quàm maximè calido perfuſum in ſolium deſcendere oportet. At qui balneis admodum gaudent, eos etiam ſi bis die laueris, haud peccabis. Vbi verò cõcoctionis notas perceperis, tunc, vel ſi ſæpius laueris, nihil offendes. Porrò vinum priuſquàm morbus concoquatur, ex toto circunciden dum eſt. ſimulatque verò concoqui inceperit, tenue, aquoſum, modicum, primo die exhibendum. Cibi humectantes, refrigerantéſque vtiliter aſſumuntur. A` melle abſtinendum, ſinapi, ſalſis & acribus omnibus: vinis autem admodum vetuſtis, & natura calidis.[m] Cæterùm nihil miri eſt, ſi in hominibus primùm exercitis, inediámque expertis, nunc autem ordine conuerſo otioſis, ciboque vſis pleniore, bilis maxima ex parte mixta pituitæ reperiatur. Cuius rei gratia complures tertianæ, aut citra rigorem fiunt: aut perexiguus ipſis oboritur: vnde etiam animaduerſionem propriam deſiderant.[n] Neque enim balneum, neque cibus aliquis liberalior tertianis ſpuriis ante concoctionem conuenit: quoniam ne panis quidem micæ, oua, & conſimilia.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Exquiſitam tertianam. *Ex primo ad Glauconem hæc Paulus tranſcripſit. Nonnihil autem à Galeno variat, breuitate ſermonis intelligo, quæ tamen ſenſum nonnihil obſcurum reddit. Verba ad Glauconem ita habent. Humorem itaque in ventriculum confluentem, per euomitiones euacuare oportet: inferius autem deſcendentem ſimiliter per internam excretionem. Paulus autem in iſtum modum:* καὶ τὸ μὲν εἰς γαστέρα συῤῥέον, κενοῦν δι᾽ ἐμέτων τε καὶ κάτω. *Hoc eſt: Et quod ſanè in ventrem confluit, euacuare per vomitum, & inferna, &c. In Galeni verbis* γαστὴρ *pro ventriculo: apud Paulum pro toto ventre poſitum eſſe exiſtimandum, ſi concordes alioqui intelligas.*

Vinis autem admodum vetuſtis. *Lectio in codice impreſſo planè mutila & deprauata eſt. Habet enim,* ἀπέχειν δὲ μέλιτος, καὶ νάπυος καὶ ταρίχους, καὶ τῶν φύσει θερμῶν ταῦσα μὲν ἐπὶ παλαιῶν. *Ex Galeno & Oribaſio legendum:* ἀπέχειν δὲ μέλιτός τε καὶ νάπυος, καὶ ταρίχους, καὶ τῶν δριμέων ἁπάντων, καὶ οἴνων δὲ τῶν φύσει θερμῶν, καὶ παλαιῶν ἱκανῶς, *&c. Atque ſic nos reddidimus Latina: In priore enim lectione nulla vel acrium, vel vini facta eſt mentio.*

CORNARII.

l *ſed oleo quàm maximè calido affuſo circumcirca, in ſolium immittito.*

m *Atque hæc quidem veterum curatio erat, & nihil miri eſt, quum illius temporis homines in exercitiis & alimenti inopia degerent: nunc verò, &c. Hæc vt expreſſa ſunt, leguntur in Græcis, ſi ἐι mutetur in ἐν, & ſic legatur, ταῦτα μὲν ἐπὶ τῶν παλαιῶν, καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν ἐν γυμνασίοις μᾶλλον, &c. Hîc ἐπὶ τῶν παλαιῶν ſignificat veterum temporibus.*

n *Neque enim balneum, neque plenior ac ſolidior cibus ante concoctionem tertianariis cõuenit, præterquam panis micæ, oua, & ſimilia.*

Curatio tertianæ nothæ. *Cap.* XXI.

Lauare in tertianis ſpuriis per initia ſalubre non eſt, ſed quando iam concoctionis notæ apparent, neque cibum quotidie exhibere, ſed alternis diebus abundè eſt. Quies autem, & præcordiorum fotus ipſis conducit, tum ſorbitiones concoctu faciles, & clyſteres aluo inditi non admodũ molles. Atque ſi ſanguinem detrahere opus eſt, neque hoc omittere oportet. Tuta verò victus ratio erit, non quæ refrigeret in totum, humectétq;, verùm etiam morbus aliquis qui magis incidat, ac calefaciat, adhibeatur. [o] Maximè verò conduxerit ipſis ptiſanæ cremor pipere iniecto, vel hyſſopum quoque nonnunquam, vel origanum, vel ſpica nardi, aquæ mulſæ admiſta, incoctáq; potui exhiberi, & alia quæ vrinæ ciendæ ſunt, præterquàm ea, quæ vehementer calefaciunt, exiccántque. Potiſſimùm verò abſinthium poſt ſeptimum diem porrigi debet. Iam & oxymel epotum, multis fuit auxilio. ad hæc nonnulla ex his quæ molliter ventrem ſubducunt. Porrò vomitus ſecundum cibum, iis quibus hæc febris in vetuſtatem incidit, vtiliſſimus eſt.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Lauare in tertianis ſpuriis. *Hæc quoq; ex eodem loco ſunt huc tranſlata. Dictio autem τὶ in Græco exemplari deſideratur. Lege igitur, ἀλλά τι καὶ τὸ τμητικώτερον.*

CORNARII.

o *Maximè autem conuenerit ipſis ptiſanæ ſuccus pipere inſperſo, aut hyſſopo, aut origano, aut nardi ſpica. Sed & aquæ mulſæ piper iniicito, & coctam bibendam dato.*

Quarta

Quartanarum cognitio. *Cap.* XXII.

QVartana inuadit multa cum frictione, vt quæ ex frigido humore, atra bile originem trahat. Calorem verò feruorémq; febrilem tertianæ modo non obtinet, imò nec bilis vomitus eam comitatur. Adhæc ſi vrinæ tenues, albæ, & aquoſæ fuerint, quartana erit febris. Eximia verò ipſius nota eſt, pulſus exiguus, & rarus. Cæterùm in autumno potiſſimùm incipit, erraticis ſuperueniens febribus, ac nonnunquam in forma eius potiſſimùm ſubſiſtit, quæ quarto die reuertitur: aliquando etiam plurium dierum interuallo, iuxta quoſdam circuitus acceſſionem habet.

Febris quartanæ notæ.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Quartana. *Ex primo etiam ad Glauconem & ſexto Oribaſij hæc ſumpta ſunt. De rigore autem quartanæ febris, Galenus cùm alibi, tum in libello de tremore & palpitatione inquit: Rigorē quartanarum qui experti ſunt, etiam ad oſſa vſque penetrare affirmant, cùm vehemens fuerit.*

Nec bilis vomitus. *Sed pituitæ intelligas, comitatur etiam lienis inflammatio, tumor, interim faſtidium, intenſa interim cupiditas.*

Pulſus exiguus ac rarus. *In hac febri inæqualitas pulſuum in vno ictu manifeſtiſſima deprehenditur. Multò enim velocius principium motus finémque inuenies quàm medium.*

Curatio quartanarum. *Cap.* XXIII.

QVartana laborantes leniter tractandi ſunt, neque medicamento vllo forti ſollicitandi, neque vacuatione, niſi fortè ſanguis vehementer exuperare videatur, cùm venam diſſecare conuenit. Victus eis offeretur optimus, qui non inflet, & venter his quibus vti cōſueuit, emolliri debet. Quòd ſi hæc nihil proficiant, clyſteribus per initia quidem mollibus, deinde verò acribus vtendum eſt. A' ſuilla carne prohibeantur ægri, atque ab omnibus cibis qui glutinoſi, ad exitum tardi ſunt, tum qui refrigerant corpus, ſiccántq;. Vinum vtile eſt tenue, album & modicè calidum. Item ſalſa & ſinapi ex vſu ſunt, tum per dies aliquot aſſumptum medicamentum diatrion pipereon, id eſt, quod triplici conſtat pipere, vel quod dioſpoliticon appellant. Iam & piper ſolum rectè ex aqua quotidie ſumitur. In morbi ſtatu victus ægro tenuiſſimus præcipietur, ſtatim verò etiam vt diu conquieſcat, iniungendum eſt, tum viſceribus proſpiciendum per ea quæ emolliunt, relaxántque. Inſecutis diebus medicamenta

conferunt, quæ vrinam cient. atque ſi concoctionis notæ apparuerint, cum fiducia tunc quoque iis vti expedit, quæ atros humores vacuant, idque non ſemel duntaxat, verùm etiam ſæpius. Porrò ſecundùm validam purgationem, & medicamentum quod viperis conſtat, exhibetur, & alia quæ ad eiuſmodi febres commendantur q inter quæ eſt & nobis familiare, omnium probatiſſimum, quod ſuccum cyrenaicum recipit.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Quartana. *Ad verbum omnia ex Galeni libro iam ſæpius nominato, compendioſè tranſcripſit. Quanquàm id anteà fecerit Oribaſius libro ſexto.*

Qui refrigerant corpus ſiccántque. *In Græco codice erat* ὑγραινόντων, *hoc eſt, humectantium, pro* ξηραινόντων, *quod eſt, ſiccantium.*

Tum per dies aliquot. *Malè eſt in exemplari Græco* δι' ἡμερῶν τριῶν. *Quod eſt: Per dies tres, pro* δι' ἡμερῶν τινῶν. *Id eſt: Per dies aliquot.*

Quod ſuccum Cyrenaicum. *Galenus hoc medicamentum maximè etiam commendat libello de Tremore, ceu ad rigorem, quartanosq́; circuitus, vtiliſsimum.*

CORNARII.

p *Et à frigeſacientibus ac humectantibus eduliis omnibus. Hîc corrupta videri poſsit Pauli lectio, vbi à frigeſacientibus & humectantibus eduliis quartana laborantes prohibet, quum tamen humida & vt febri, & vt ſicco atræ bilis humori competant: vt pro* ὑγραινόντων *legendum eſſe* ξηραινόντων *ſuſpicio ſit, nimirum quod à frigidis & ſiccis quartanarios prohibeat, non à frigidis & humidis. At huic ſuſpicioni ſic occurrendum. Sicut frigidis eduliis in quartana interdicit, velut incommodis frigido atræ bilis humori, quum tamen commodent febri iuxta illud Hipp. contraria contrariis curantur: ita humidis interdicit velut incommodis atræ bili, vt humori, etiã ſi febri commodent iuxta illud Hippoc. 1. Aph. 16. Victus humidus omnibus febricitantibus confert. Porrò ſicut frigida & humida prohibet, ſic calida & ſicca concedit, velut commoda frigido atræ bilis humori, etiam vtraque incommoda ſint febri, vt febris eſt. Non igitur* ξηραινόντων *pro* ὑγραινόντων *legendum: prohibet enim humectantia. Et ſiccantia ipſum non prohibere, indicio ſunt ſalſamenta & ſinapi, quorum vſum mox præſcribit, quæ ſiccantem vim habent. Proinde recta Pauli lectio eſt, qua iubet* εἴργειν αὐτοὺς τῶν ψυχόντων καὶ

ὑγραινόντων ἐλισμάτων πάντων. *Et iiſdem verbis apud Gal. lib. 1. ad Glauconem, & apud Aetium lib. 5. cap. 84. habetur.*

q *Græca lectio corrupta ex Aetio lib. 5. cap. 84. ſic reſtituenda.* ἐν οἷς ὄξυ καὶ τὸ σύνηθες ἡμῖν ἁπάντων δοκιμώτατον ὀπὸς τοῦ κυρηναϊκοῦ λαμβάνον.

Quotidianæ agnitio. *Cap.* XXIIII.

Signa quotidianæ.

QVotidiana haud quaquàm cum rigore primo ſtatim die inuadit, ſed procedente tempore perfrictio magis quàm rigor oritur. Aegrè verò incaleſcit, & diuturnum habet incrementum: imò neque adurit ægros, neque multum, & crebrò ſpirare compellit, neque efflare, vel frigidam bibere. pituitoſi autem vomitus hic accidunt, & quæ per aluum vacuantur, frigidiora, crudiora, aquoſiora cernuntur: totum corpus crudis humoribus redundat: ſudores minimè primis diebus erumpunt, neque ad integritatem venitur, cutis ægrotantibus albicat, vrinæ vel tenues ſunt & exalbidæ, vel craſſæ, turbidæ & rubræ.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Quotidiana. *Ex quinto capite ſecundi libri de criſibus excerpta ſunt. At Galenus libello de Typis, latius accidentia enumerat in hunc modum. Quotidianam vero comitatur habitudinis humiditas, vomitus pituitoſi, ſitis non intenſa, grauitas totius corporis, ſomnus ſoporoſus, veternoſusq́; pulſus magnus, rarus, laxus, facies ſubliuida, laxa, peponum modo tumida, quæ magnam materiæ prauitatem, & mutationem repræſentet.*

Aquoſiora. *Gal. addit lib. iam citato:* καὶ φλεγματικώτερα, *quod eſt, pituitoſiora, quæ ipſam febris cauſam oſtendunt.*

Curatio quotidianæ. *Cap.* XXV.

QVotidianam curantes, oxymelite primis diebus vtimur, tum iis quæ vrinam probè eliciunt, ac vniuerſa victus ſpecies inciſoria eſto: circa ſtatum verò ventriculi habenda eſt ratio præſertim ipſius orificij, deinde ægris iubendum eſt, vt à radicula & cibis aſſumptis vomant. Itidem vtantur iis quæ pituitam ſubducunt, idque tamdiu quàm febris ceſſauerit.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Quotidianam curantes. *Ex primo ad Glauconem lib. Galeni Paulus hæc deſcripſit.*

Oxymelite. *Simplici intelligendum, vt quod omnes meatus arctos aperiat, ne craſſus alibi humor, vel glutinoſus alibi eſcat.*

Conue

Conuenit autem cum ætatibus, tum naturis vniuerſis.

Primis diebus. *Græcè eſt* κατὰ τὰς πρώτας ἡμέρας. *Malè autem in Galeno ad Glauconem* μετὰ τὰς πρώτας ἡμέρας *habetur.*

Ventriculi. *Sic verti* γαστρὸς, *quæ dictio nunc pro ventriculo, nunc pro toto ventre accipitur. Galenus libello de typis febrium ait, Conſtituitur autem potiſsimùm ob ſtomachum malè affectum. Propterea Paulus rectè dixit ventriculi, & oris ipſius rationem eſſe habendam; quanquàm accidat interim, vt in hac febri etiam lien ſcyrrhum contrahat.* γαστήρ.

Idque tam diu, quàm. *Græcè eſt:* κατὰ πολὺ ἕως ὅ παυθῇ. *Hoc paulò ſecus ſonat, quàm reddiderim. Galenus non habet: eoq; multi, à quodam alio quàm Paulo fuiſſe adiectum putant.* *Nota.*

De hepialo febri, & rigore qui ægrè poteſt excalefieri.

CAPVT XXVI.

SI vitrea pituita, quæ omnium aliarum frigidiſſima eſt, nondum putrefacta toto in corpore exundauerit, rigorem quæ ægrè excelfieri poteſt, ſine febri excitat. In febribus enim, quæ humoris vitio accenduntur, putrefactio maximè febrilem calorem ſuſcitat. At ſi tota hæc pituita putruerit, quod tamen raró fit, ob immenſam frigiditatem, quotidianæ febris cauſa redditur. Quando verò non tota æqualiter, ſed ex dimidio ipſius putrida fuerit, aut aliquæ ipſius partes, nonnullæ verò non putruerint, Hepialum febrem hanc facit: in qua ſimul & rigent, & febricitãt. Particulæ quidem humoris eius necdum putredinem expertæ, omnibus venis, vel etiã reliquo communicatæ & ſparſæ rigorẽ creãt: putrefactæ verò febrem accendunt. Dicta eſt autem [r] Hepialos per translationem à ſale: dico autẽ mari, † quod tranquillum quidem apparet, in principio autem difficile turbulentúmque erat. Vel ab Hepios, quod eſt molliter & aleænin, quod ſignat calefacere, quaſi dicas, quoniam blandè & leniter calefacit. Atque hæc febris cum ex quotidianarum genere exiſtat, vtpotè ex pituita naſcens, illarum curationi ſubiicitur ſpeciali, niſi quòd tantò commemorata quotidiana calidioribus magíſque incidentibus præſidiis indiget, quãtò etiam pituita frigidior illa exiſtat. Hepiali verò rigor multò magis calefacientia requirit. Itaque medicamentum ex triplici cõfectum pipere, ex calaminthe præterea, & quod liquore cyrenaico conſtat, his ſunt accommoda. Item ex caſtoreo, ſimilibúſque præparata remedia conueniunt. Latiu,

Pituita vitrea.

Hepialos febris.

† Quod eſt moleſtũ & difficile cũ turbulentũ eſt & agitatur. ἠπίας μὲν φαινομένης, χαλεπῆς δὲ κατὰ τὰς ταραχὰς αὐτῆς ὑπαρχούσης. *non* κατὰ τὰς ἀρχὰς *Goup.*

autem diffuſiúſque explicatam curationem horum reperies in capite quadrageſimoſexto de rigore & perfrictione. Inſuper Lypyriæ & Tiphodes, quæque præter commemoratas febres dicuntur, cum ſint ex relatarum numero, etiam curationes, tum in illis expoſitas, tum exponendas poſtulant.

Lipyriæ febres, & Typhodes.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Si vitrea pituita. *Ex Oribaſij ſexto ſumptum eſt. Vitrea autem pituita à Galeno libro ſecundo de febrium differentiis explicatur, in hunc modum:* ὑαλώδη δὲ μοι δοκεῖ προσαγορεύειν ὁ πραξαγόρας τὸν χυμὸν τοιοῦτον, οἱ νεώτεροι δὲ ὧν ἐστι καὶ φίλιππος ὠμὸν ἁπλῶς. *Item in commentario de Tremore in hanc ſententiam. Non ſolum autem ob flauam, aut nigram bilem rigor, ſed etiam ob frigidam valdè pituitam fieri ſolet, vocat autem humorem hunc Praxagoras, vitreum. Subiungit autem: Verùm hic rigor nō adeò vehemens eſt: quanquàm pluribus nonnunquàm diebus ſubſequentibus perſeueret.*

CORNARII.

r *Dicitur autem hepialos tranſlatione à voce* ἤπιος *&* ἅλος*, id eſt à miti & mari facta: quum mite quidem apparet mare, horrendum aut ſit vbi perturbatum eſt: aut ab eo quod* ἠπίως*, id eſt leniter* ἀλεαίνει *hoc eſt calefacit.*

De febribus continentibus. Cap. XXVII.

Continentes finitimę ſunt ſingulis intermittentibus: tertianæ quidem exactæ, ardens, quæ Cauſos dicitur: quotidianæ, ea quæ ſingulis diebus acceſſionem habet, non autem ad integritatem deſinit. Sic etiam quartanæ, ea quæ quarto die accedit. Exactus nanque cauſos, cùm omnes alias exquiſitæ tertianæ notas ſeruet, hoc ſolo diſcrimine variat, quòd non cum rigore inuadat, neque ad integritatem veniat. Qui ſingulis diebus acceſſionem obtinet Cauſos, omnes ſimiliter exactis quotidianis notas præſe fert. quòd autem ad integritatem non peruenit, hac re à quotidiana ſpecie conſimili differt: ea ratione & quæ quarto quoque die acceſſionem habet, verùm ad integritatem non ceſſat, finitima eſt quartanæ. Continens itaque febris eſt, quæ non ante ad integritatem terminatur, quàm ex toto fuerit ſoluta. Quùm autem ne declinatio quidem accidit, quæ ſenſibus queat percipi, hæc quoque ex ardentium genere habetur, ſed acumine ab ipſis variat.

Continens febris quid.

Con

ANNOTAT. ANDERNACI.

Continentes. *Ex ſexto capite libri ſecundi de Criſibus excerpta ſunt. Interpretatus autem ſum hic febres continentes, quas Græci συνεχεῖς appellant: continuas autem, quas συνόχους. In Latina quoque lingua duas voces vſurpemus. Cæterùm Galenus intelligit continentes, quarum materia in vaſis ſubſiſtit: vbi enim ea per totum corpus delata fuerit, intermittentes appellatæ, fiunt.* συνεχεῖς. συνοχός.

Acumine. *Græcè eſt ὀξύτητι. Nam vt ὀξυς acutus morbus dicitur, ita deriuatiuum ipſius ὀξύτης, acumen, celeritas, aut præcipitantia, aut quocunque modo libet appellare.* ὀξύτης.

Agnitio febrium continuarum quas Synochos Græci vocant, & curatio. *Cap.* XXVIII.

CONtinuarum febrium, Synochos Græci appellant, origo ex ſanguine eſt, nunc efferueſcente, nunc putrefacto propter obſtructionem. Quapropter acceſſio ipſis aduſque finem vna eſt. Indicia verò ſunt, pulſus maximi, vehementes, citati, crebri, æquabiles, non mordaces. Vrinæ non multum adeò à ſanis recedunt. Curatio eſt, ſanguinis quouſque deficiat anima, dimiſſio. Qui ſi non fuerit detractus, febricitantes in ſummum veniunt diſcrimen. At ſi quid per venæ ſectionem vacuare prohibuerit, aliis vti remediis oportet, quæ meatus recludunt, copiam materiæ vacuant, & febrium feruorem leniunt. Cùm autem euidentes humorum concoctionis notas in ipſis videris, neque in principe particula inflammatio quædam, aut tumor œdematis ſpeciem repræſentans, aut ſcirrhus fuerit, neque particula aliqua adeò frigida, vt in hanc noxa procumbat, cum fiducia frigidam propinato: maximè ſi æger eius potioni aſſueuerit. *Synochus quid.* *Signa eiuſdem.* *Frigida quando danda.*

ANNOTAT. ANDERNACI.

Continuarum. *Vide nonum Methodi, & ſextum Oribaſij. Per continuas autem hîc intelligo συνόχους, qui ex ſanguine potiſſimùm conſtituuntur. Malè in Græco codice legitur τῶν συνεχῶν pro συνόχων. Nam συνεχεῖς vocabulum generale de omnibus febribus ex quocunque humore continuè affligentibus. συνοχός autem de febri ex ſanguine vel putrido, vel efferueſcente vſurpatur. Barbari hanc fœminino genere ſynochan nominarunt.*

In vigeſimo nono capite codex Græcus habet παχεῖα pro τραχεῖα. Non enim craſſa lingua, ſed aſpera, vel ſcabra dicendum eſt, hoc in loco, quod caſtigator Baſilienſis in codice ſuo alioqui emendato non

aduertit. Cæterùm caput hoc & inferius ex ſexto Oribaſij deſcriptum eſt. Præcipit autem ardenti febre laborantes non ſola aqua, ſed mulſa aquoſa nutriendos eſſe. Cuius rationem Galenus in commentario Hippocratis de morbis acutis: Aqua ſcribens, natura frigida, tardè penetrat, & quàm plurimo tempore in præcordiis ſubſiſtens, in acutis morbis corrumpitur: mel bileſcit, ob id mulſa aquoſa dari debet: vt aqua nulla in ſuperiore ventre facta mora à melle mixto ad diſtributionem trahatur. Non autem aqua cruda, ſed cocta eſſe debet.

διαιτᾶν. Suſtinere. *Ita ſum interpretatus διαιτᾶν, hoc eſt, nutrire, alere. Celſus ait, cremore ptiſanæ ſuſtentandi ſunt. Atque hoc loco propriè dicendum eſt, Suſtinere. Quia tantum cibi hîc porrigitur, quantùm viribus ſuſtinendis ſufficit.*

Ardentium agnitio. Cap. XXIX.

Febris ardens. ARdentibus hæc ſuperueniunt, arida lingua, aſpera & nigra, ventris roſio, deiectiones pallidæ, ſitis vehemẽs, vigiliæ, nonnunquàm etiam delirium.

Ardentium curatio. Cap. XXX.

HOrum alterutrum fieri neceſſarium eſt. ſi perfectè morbus ſolui debet, aut bilioſos excerni humores, aut eoſdem extingui. Excernuntur itaque per ſudores, vomitiones, & imum ventrem. *Frigidæ potus.* Extinguuntur autem frigidæ potu: quo nos vrentes febres, Cauſos appellant, ex toto curauimus. Suſtinere eos qui his cruciantur, non aqua ſola conuenit: neq; mulſa duntaxat, verùm aquoſa mulſa exhibita. Nam qui huiuſmodi morbis conflictantur, ſola potione ſuſtentandi ſunt. Porrò balneum illis ſolùm vſui eſt, qui citra tumorem inflammatorium, aut eryſipelatium, ardenti febre laborant. Quòd ſi verò concoctionis notæ percipiantur, multò magis ipſis conducet. *Febris ardens ex ſalſo humore.* Qui ex ſalſo humore, febrim ardentem conceperũt, his eſt inutile. Verùm iiſdem ptiſanæ etiam cremorem cibi loco offerre conuenit.

Febrium quibus ex affectu Eryſipelaceo origo eſt, curatio & agnitio. Cap. XXXI.

Febris ex Eryſipelate viſceris. FEbres quæ ex Eryſipelaceo viſcerum affectu procreantur, his notis agnoſces. interna feruent immodicè, dolor vrget vehemens, prætereà ſitis excruciat, & ardor immoderatus. Summatim ex indiciis acerrimæ bilis cum pauco ſanguine putreſcentis deprehẽdes. Hunc in modum curabitur. A baln

A balneo in totum abſtinere decet. Aqua frigida per morbi ſtatum vehementi hoc eſt frigidiſſima vtendum eſt:per initia non item. Extrinſecus verò refrigerantia imponentur: & ſi nihil hæc promouerint, etiam intrò eadem ſumere ægri cogentur. Maximè ipſis conueniunt lactucæ, & quæ parem his facultatem obtinent. à foris & ipſe lactucæ ſuccus idoneus eſt, adeóque intybi & ſemperuiui, & reliqua refrigerandi virtute prædita. ſed præſtantiſſimo parte plurima vtimur. Nam liquorem refrigerantis alicuius expreſſum pilæ cum portulaca iniicimus, deinde contuſa exprimimus: cùm vſus exigit, modico polentæ mixto hæc in aqua frigida merſa, refrigeramus. Linteum verò duplicatum in ea intinctum extrinſecus, aut vbi calor ſentitur, præcordiis obtendimus, non diu adhærere ſinentes, verùm aliud frigidum eius loco applicantes. Iam verò & oleum omphacinum medicamini nonnunquàm miſcemus.

Refrigerãs optimum.

Hecticarum febrium agnitio. *Cap.* XXXII.

Febris hectica quæ.

HEctica febris non in humoribus, & ſpiritu ſolùm, ſed iam partibus etiam ſolidis conſiſtit. Hæc abſq; dolore conſiſtit, & qui ea detinentur, nequaquàm febricitare ſe exiſtimant: neque enim calorem percipiunt, cùm vniuerſæ ipſis particulæ æqualiter ſint excalfactæ. Duplex hecticarum febrium ſpecies eſt, prima ardentibus magna ex parte ſuperuenit, quæ prorogantur adeò, vt tempore corporis ipſius cordis madorem abſumant, vel etiam multò adhuc permanente.[s] Quæ verò manente etiamnum humiditate fiunt cordis corpus occupãtes, indè potiſſimùm accenduntur: Vnam ſanè ipſius generationem prodidimus. Reliqua verò eſt cùm ſtatim ab initio inuadit, primam originem diariis ſimilem, ex mœrore, ira, laſſitudine maiore, vna cum exuſtione in ſole, ſortita.[t] Hæc igitur non difficulter cedit remediis. Quæ verò ex ipſis in marcorem qui Græcis dicitur μαρασμὸς deuenit, omnem reſpuit curationem. Atque hæc ſanè cognitu eſt facillima: oculi ſiquidem præter modum concaui eam teſtantur, & lemæ ipſis inhæreſcentes aridæ, tum diſpoſitio quædam ſqualida, viuidi ipſorum coloris flos emarcuit, frõs ſicca eſt & intenta. Quinetiam conniuent plurimum hac occupati, quemadmodũ dormiturientes. Verùm affectio, ſomnus non eſt, ſed vigilandi impotentia: tempora collapſa ſunt. & quid enim aliud præter oſſa & cutem ſolam habent? Nam

Marcor ex febre hectica.

ſi denudatis ipſis ventrem inſpexeris, neque inteſtinum, neque viſcus vllum截 ſupereſſe tibi videbitur: præcordia ſurſùm conuelluntur, & cutis ipſis extrema reſiccata eſt pulſus gracilis, creber & durus. Caliditas autem primo occurſu languida, paulòpoſt acris & rodens erumpit. quouſque igitur humiditatis aliquid reliquum eſt, hectica ſolùm febris dicitur. Cùm verò periclitatur, ne nihil amplius humoris ſuperſit, abſolutus iam marcor conſtituitur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Duplex hecticarum. *Galenus libro primo de febrium differentiis, Oribaſius ſexto eadem planè habent. Malè Oroſcius conuertit.* ἢ καὶ μενούσης ἔτι συχνῆς. *Vel etiam ſi humiditatis aliquid continuum permaneat. Cum melius dixiſſet, vel etiam madore adhuc copioſo, aut multo permanente. Nam* συχνὴ *non tantùm* συνεχὴς *ſignificat, ſi Heſichio credimus, ſed etiam* πολύς. *Præterea ſenſus hunc ſignificatum requirebat. Cæterùm Hectica dicitur, quod ſtabilis ſit, ac ſolutu contumax, vel quod totum corporis habitum occupet.*

CORNARII.

s *Illæ itaque non ſolùm hæcticæ ſunt, ſed iam etiam marcoroſæ. Quæ verò manente adhuc humiditate fiunt, hæ cordis corpus occupantes hinc incenduntur, quemadmodum lucernarum flamma ex funiculo, manente adhuc in lucernis oleo. Et hæc quidem vna eſt ipſarum generatio, &c. Hic locus & in Paulo corruptus eſt, & in Gal. lib. I. de different. febrium, & Aetio lib. 5. cap. 92. qui in omnibus ex æquo ſic reſtituendus eſt, vt & Latinè expreſſimus.* Διττὸν δὲ ἐστιν εἶδος τῶν ἑκτικῶν πυρετῶν. οἱ μὲν γὰρ ἐπὶ καυσώδεσι πυρετοῖς ὡς τὰ πολλὰ γίνονται, ἤτοι μηκυνθεῖσιν εἰς τοσοῦτον, ὡς ἐκδαπανῆσαι τῷ χρόνῳ τὴν ἰκμάδα τοῦ τῆς καρδίας σώματος, ἢ καὶ μενούσης ἔτι συχνῆς. ἐκεῖνοι μὲν οὖν οὐχ ἑκτικοὶ μόνον εἰσίν, ἀλλ᾽ ἤδη καὶ μαρασμώδεις, οἱ δ᾽ ἔτι μενούσης τῆς ὑγρότητος γιγνόμενοι, τὸ σῶμα τῆς καρδίας καταλαμβάνοντες ἐνταῦθεν ἀνάπτονται, καθάπερ ἡ τῶν λυχνῶν φλὸξ ἐκ τῆς θρυαλλίδος, ἔτι μένοντος τοῦ ἐν τοῖς λύχνοις ἐλαίου.

t *Has igitur non difficile eſt curare.*

Hecticarum febrium curatio. Cap. XXXIII.

Mordaces humores in hecticis.

HEctica febre laborantes, ſtatim ab initio nutriri deſiderant, humorum rodentium gratia. Maximum verò remedium huius eſt, victus humectans. Conuenit igitur quàm maximè ptiſanæ cremoris halicæq; ſorbitionib. & pane præterea adiecto ægrum nutritũ, moderato frigidę potu curare: ſi neque

ſi neque inflammatio quædam, neque humorum putrefactio ſubeſt: at ſi magnam inde offenſam fore coniecturaueris, frigida abſtinere oportet, extrinſecus autem impoſitis, quæ refrigerant auxiliis, vti. Balnea verò hoc morbo obnoxiis, quolibet tempore ſunt idonea.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Hectica febre. *Vide Galenum libro decimo Methodi medendi: vbi paulò manifeſtius curationem hecticarum perſequitur.*

Moderato. *Græcus codex habet aduerbium* μεμετρημένως, *quaſi dicas menſuraliter. Nam Gal.* 10. *magnam curam habendam eſſe dicit menſuræ, frigidæ febricitantibus exhibendæ.* μεμετρημένως.

De ſemitertianis. *Cap.* XXXIIII.

QVandoquidem tertiana cum rigore, quotidiana verò citra illum inuadit: quæ ambarum miſtura conſtat, horrorem inducit, qui minor quidem res eſt rigore: maior autem perfrictione. Quadropter cùm horror æquali ab vtriſque extremis interuallo, medium amborum rigoris nimirum & frigoris occupet, quod contemperatis inuicem extremis accidit, non abs re nomen huiuſmodi febri ſemitertianæ indiderũt. Porrò duplici modo generatur. vel enim duæ acceſſiones in idem tempus concurrunt, vel ſtatim ab initio ambæ inuicem iunguntur. Quando igitur tertiana præpollet, magis horrifica febris efficitur, & rigoris etiam nonnihil per acceſſionem aſſumit. Protinus autem talis calidior eſt & ardentior, tum vomitionem quandam bilis, aut deiectionem, aut madorem adfert. Quando altera pituitoſa ſuperat, perfrictiones quidem ſumma exercent, pauci verò horrores: neque tamen ſitis, neq; ardor in his affligit. Cùm pares magnitudine ſunt tertiana intermittens, & quotidiana continua, inſultus quidem acceſſionis cum horrore accidit. At cùm ex pituita proueniens febris præcelluerit, depreſſiones pulſuum fiunt, & horrores. Si verò calidior præualeat, ſubitò ac vna vice incaleſcunt. Talis ſanè eſt exacta ſemitertiana, ex æquiualente duarum febrium, puta terianæ intermittentis & quotidianæ continuæ temperatura proficiſcens. Non exquiſita verò, vel bilem largiorem, vel pituitam cauſatur, quæ iam magis etiam [u] curationi renititur, cum modicus humor à copioſioris dominio, artiſque auxilio expeditè vinci poſſit. Si enim pituita ſit ſuperior, præſidiis maximè vtemur, quæ in quotidiana expoſuimus: ſin au-

Semitertiana.

Eius generatio.

Semitertiana exquiſita.

Non exquiſita.

tem flaua bilis, iis quæ in tertiana comprehenſa ſunt: In totum ei quod vrget incumbentes, ſed ita, ne alterum prorſus negligamus.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Quandoquidem tertiana. *Hæc Galenus in ſecundo ferè de febrium differentiis, Oribaſius in ſexto tradidit. Cæterum nomenclaturæ rationem in libello de Typis interpretatur. Eſt autem ſemitertiana triplex: Parua, media & magna. Parua vigintiquatuor horas abſoluit. Media trigintaſex. Magna quadragintaocto, atque continuæ proxima eſt. Porrò ætati mediæ accidit, & tempore potius autumni, quum etiam valde periculoſa eſt, non ſolùm ſtomachum, ſed etiam neruoſam partem, & vt ſummatim dicam, media attingens.*

CORNARII.

u *Quæ ſanè etiam magis facilè curari poteſt. Etſi exemplaria Græca partim ἀνίατος, partim εὐίατος habeant, tamen ratio & res ipſa indicat legendum eſſe εὐίατος. Nam ſi incurabilis eſſet, quid opus fuiſſet curationis rationem & modum præſcribere? Quid item aduerbium μᾶλλον adiicere attinebat ad vocem priuationem ſignificantem, & rem penitus negatam?*

Morbi cõmunes qui, & eorum cauſæ.

De morbis publicè graſſantibus. Cap. XXXV.

PVblicè graſſantes communéſq; morbos nominant, qui multis ſimul obueniunt, quorum vt generatio, ſic etiam cauſa communis eſt. Cibique igitur communes praui, illiuſmodi morbos communes pariunt: item aquæ vitiatæ potio, exercitia immoderata, labores quibus quiſque aſſueuerat omiſſi inedia, repletio, idq; dum fames graſſatur, aut fœcundus annonæ prouentus eſt. Item regionum naturę, communes ſubinde morbos intulerunt, quæ nonnũquam paluſtres ſunt, aliquando barathrum habent vicinum, quod vaporem exitioſum prauúmque exhalet. Hæc quidem non continuè accidere conſueuerunt. † Aër verò nos ambiens, temperamenta corporum commutat, vel calidior impendio, vel frigidior, vel humidior euadens, ſiquidem in alias cauſas neque omnes ſimul incidimus, neque eis toto die immoramur. Aër autem quoniam omnibus circunfuſus eſt, & per inſpiratum attrahitur, vt animalium corpora, pro temperamenti ipſius immutationibus ſimul afficiat neceſſe eſt. Qui igitur hæc intelligit, non ſolùm morbos ex vnoquoque aëris ſtatu futuros præſagiet, ſed etiam ne fiant prohibebit, contra

† Aer qui nos circunſtat vel calidior, vel frigidior, vel ſiccior, vel humidior tempera mẽta immutat. ex Græco codice antiquo. Goup.

Aeris nos ambientis neceſſitas.

contrarium immoderatis circunflui aëris temperaturis victum accommodans. Itaque corpora morbo alicui ex propria intemperie vicina, hæc à ſimili circundantis nos aëris temperamento deprehenduntur. Quæ contrariam cœlo temperiem obtinent, præter quàm quòd nullam offenſam experiuntur, etiam meliora fiunt, dum repugnans aëris immoderatio temperamenti immoderationem punit. ac qui hoc nouit, ſecundam valetudinem tuebitur, contraria corporibus inducens, nunc refrigerantia ſcilicet, nunc calida:
x aqua quidem ſuperinfuſa refrigerans, itidem ocio, ciborum inedia, & potu largiore: calefaciens autem, operimento, laboribus, cibo liberaliore, & interdum parciore. Præterea lignorum aceruatim cõſtructorum incendio haud mediocriter aërem ad calidum & ſiccum mutuaueris, ſi
y tunc humidus fuerit, quo modo Acronem agrigentinum factitaſſe ferunt. *Acron Agrigẽtinus.*

ANNOTAT. ANDERNACI.

Publicè graſſantes. *Vide Oribaſij ſextum, Hippocratem in commentario* περὶ ἐπιδημιῶν, *&* *de natura hominis. Cæterùm morbos publicè graſſantes voco, quos Paulus* πανδήμους *&* κοινοὺς *ſua lingua appellat. Opportunum autem hîc eſt explicare, quoſnam Græci* ἐπιδήμους, ἐνδήμους, σποράδας, πανδήμους, *nominent. Galenus itaque commentario primo in primum* ἐπιδημιῶν *in hunc modum ſcriptum reliquit:* μεμνῆσθαι χρὴ τούτων εἰς τὰ μέλλοντα λέγεσθαι γινώσκειν, ὡς ἔνια μὲν τῶν νοσημάτων κοινῇ πολλοὺς καταλαμβάνει, ἃ δὴ λέγεται κοινά. *Hoc eſt: Meminiſſe conuenit horum ad ea quæ pòſt dicentur, ſciendúmque nonnullos ſanè morbos communiter multos corripere: qui ſanè vocantur communes. Statim ſubdit:* τῶν δὲ κοινῶν τὰ μὲν ἐνδημά εἰσι, τὰ δὲ ἐπιδημάτε καὶ ἐπιδημία. τούτων δὲ τὰ χαλεπώτατα λοιμώδη καλεῖται. *Id eſt: Ex communibus alij vernaculi ſunt, alij aliundè in populum ingruunt. Horum periculoſiſsimi, peſtilentiales appellantur. Item* ἔνια δ' ἕκαστον ἰδίᾳ τὰ σποραδικὰ προσαγορευόμενα. *Nonnulli ſingulos priuatim inuadentes, diſperſi, ac erratici nuncupantur. Paulò ſuprà:* δῆλον οὖν ὡς ἐκ τοῦ γένους τῶν ἐπιδημίων νοσημάτων ὅσα κακοήθεστατα γίγνεται καὶ λοιμώδη καλεῖται. τὸ δὲ τῶν ἐπιδημίων ἐκ τοῦ τῶν πανδήμων τε καὶ παγκοίνων γένους ἐστὶν ὃ ταῖς σποράδεσι νόσοις ἀντιδιαιρεῖται. *Hoc eſt: Itaque conſtat ex popularium morborum genere eos eſſe, qui maligniſsimi generantur, & peſtilentiales dicuntur. Populares autem illorum genere comprehendi, qui vndiquaq;, & communiter in omnes graſſantur*

graſſantur. Quod genus, morbis priuatim & inter ſe diſsimilibus opponitur. Habes ferè omnium appellationes explicatas: quò autem dilucidior fiat interpretatio, pauca ex primo Hippocratis de victus ratione in morbis acutis tibi perſcrutanda. Quæ Galenus refert in commentario primo ſtatim in principio: cuius ſententiam ita interpretor. Morbi qui vndiquaq; populatim, nullo nõ tempore anni graſſantur, nullique nec ſexui, nec ætati, nec corporis ſtatui parcunt, πανδήμους, *&* παγκοίνους *appellant Græci, ex aere infecto trahunt originem. Qui autem certo tempore in regione quadam publicè dominantur,* ἐπιδημίους, *quaſi dicas populares, aut vulgares nuncupant, ſimiliter ex aere, aquæ viciatæ potu, ſtagnorum, paludúmque graui halitu procreantur. Qui autem perpetuò in regione quadam incrudeſcunt,* ἐνδήμους *Græci, patrios noſtri & vernaculos nominant, ſimili ferè ex cauſa oriuntur. Porrò fit interdum, vt morbus regioni peculiaris, & generalis vno tempore ſimul inuadant, pro aeris, aliarúmque circunſtantiarum ratione. At morbi priuati cuique, inter ſe diſsimiles,* σποράδας *vocauit Hippocrates, ex victus ratione trahunt originem.*

Cibi communes.

Cibique igitur communes. *Non ſolùm aer teſte Galeno communes morbos efficit. Siquidem qui in Æno dum fames graſſaretur, leguminibus veſcebantur, crurum impotentes euaſerunt. Item qui Eruo, genuum dolore cruciabantur. Nouimus autem nonnullos, qui etiam triticum ſemiputridum fame coacti ederunt, in communem incidiſſe morbũ ex cauſa communi. Et alibi exercitum totum praua vſum aqua ſimiliter in omnibus militibus noxam ſenſiſſe.*

Afflictiones corporis. *Cùm Hippocrates dicit alios morbos ex victu procreari, intelligit etiam vitæ ſtudia. Nempe exercitia, otium, vigilias, triſtitiam, iram, perfrictionem, inſolatum, balnea quoque non ſuo tempore vſurpata, morbos excitare, ſaltem ratione ſecũdaria.*

Hæc quidem non. *Græcus habet* ταῦτα μὲν οὖν, *quod ſonat: Hæc quidem igitur. Verùm mea ſententia legendum videtur* ταῦτα μὲν οὔ, *negatur, id quod tum autoritate Oribaſij, tum ipſa ratione probare poſſum. In primis enim Oribaſius ſexto libro hanc lectionem confirmat: deinde in eodem capite ſtatim Paulus dicit: Si quidem in alias cauſas nec omnes ſimul incidimus, neque eis toto die immoramur: aer autem quoniam omnibus circunfuſus eſt, & inſpiratu attrahitur, vt animalium quoque corpora afficiat, eſt neceſſe. Non dico quod Galenus primo commentario in Hipp. Epidemia, vnde iſta partim ſunt excerpta, in hunc modum habeat:* τὰ δὲ ἀπὸ τῶν ἐδεσμάτων καὶ πομάτων σπάνια ἐστι. *Hoc eſt: Qui autem ex cibo aut potu fiunt, rari ſunt, &c. Quis amabò ignorat populares morbos continenter*

nenter quidem ex aere procreari, aliundè autem rarius? Sed inquit Gemuſæus, ex euaporatione lacuum frequentius accidere: cui in hoc reſpondeo, nullum vel ſtagnum, vel paludem morbum communem generare, niſi τῷ βλάπ|ειν τὸν ἀέρα, vt ait Galenus. Aer autem ipſe vel calidior, vel frigidior, humidiórue ſæpe nobis circundatur. Quare etiam is morbos potius, quàm ſolæ paludum vaporationes, efficit. Quæ vt dixi, nunquam corpora humana afficiunt, niſi prius aerem ipſum corruperint. At rurſus obiiciet Gemuſæus Galeni ſententiam commentario ſecundo in libellum de natura humana, verba hæc ſunt: πολλάκις μὲν γὰρ ἀναθυμιάσεις τινὲς ἐξ ἑλῶν ἢ λιμνῶν, ἢ τελμάτων. ἢ γῆς τοιαύτης, αἰτίαι γίγνονται τῶν τοιούτων νοσημάτων. *Hîc dico Galenum velle indicare non ſolùm ex aere intemperato huiuſmodi morbos procreari, quod Hippocrates videtur innuere, ſed etiam ex aere, euaporationibus paludum infecto. Non tamen negat ex aere frequentius contrahi. Ad hæc omnia, ex oratione Pauli opinionem meam poſſum aſtruere. Nam conferens ille aerem cum aliis omnibus ſuprà nominatis cauſis, raró nos omnes ſimul in eas incidere pronuntiat: non autem fieri poſſe, vt aeris vſum effugiamus. Adde quod aeris tantùm remedia enumerat, vbi intemperies aliqua ſubeſſe videtur, reliquarum cauſarum, non item.*

Præterea lignorum. *Galenus hoc etiam confirmat libro de Theriaca ad Piſonem, cap. 16.*

CORNARII.

x *Ita vt aquæ inductionibus & ocio, & ciborum inopia, & potus redundantia refrigeret: tegumentis autem & laboribus, & cibo vberiore, & potu parciore calefaciat. Aquæ inductiones hîc non ſunt accipiendæ, quaſi ſupra vllam corporis partem eam induci aut ſuperfundi velit, ſed eam locis habitationum induci vult, ita vt aut pauimentis inſpergatur, aut etiam in vaſis apertis deponatur, aut per canales inducatur, quo ſalientis modo, labro ſuppoſito excipiatur. His enim modis aer mirificè refrigeratur. Quod autem potu parciore dixi, corruptè legitur in Græcis,* καὶ ποτὲ ἐλάσσονι, *& interdum parciore: legendum enim,* καὶ πόσει ἐλάσσονι. *Sicut enim ad contrarias qualitates inducendas opponit aquæ inductioni, tegumenta, ocio, labores, ciborum inopiæ, cibum vberiorem: ſic etiam potus redundantiæ refrigeranti, opponit potum parciorem calefacientem.*

y *ſi antea humidus ac frigidus fuerit. Deeſt in Græcis exemplaribus vox* ψυχρόν. *Sic enim legendum:* μεταβάλλειν ἐπὶ τὸ θερμὸν καὶ ξηρὸν τὸν ἀέρα, τέως ὑγρὸν καὶ ξηρὸν ὄντα. *Ita ſanè & ratio dictat, & Aetius lib. 5. cap. 94. habet. Quod verò hîc Paulus Acronem*

Agrigen

Agrigentinum feciſſe tradit, id Aetius Hippocrati quoque tribuit. Acronem Hippocrate vetuſtiorem facit Suidas, ipſumq; cum Empedocle Athenis vixiſſe ſcribit.

De peſtilentia ex commentariis Rufi. *Cap.* XXXVI.

In peſte horrendiſſima quaque.

PEſtilentiæ grauiſſima omnia ſuperueniunt: nihílque in hac, ſicut in aliis morbis ſingulis occultatum. Etenim delirium accidit, & bilis vomitio, præcordiorum intentiones, labores, ſudores largi, extrema algent, alui profluuia vrgent biliosa, tenuia & flatulenta, vrinæ cernuntur aquoſæ, tenues, bilioſæ, nigræ, mala habent ſubſidentia, ſuſpenſa peſſima, [z] nares diſtillant, pectus ardet, [a] lingua torrida eſt, ſiticuloſa, remiſſa, torquent vigiliæ, conuulſiones violentæ, aliaque multa praua. † At ſi [b] quis peſtem venturam prænoſcet, ex malignorum anni temporum, & vitæ ſtudiorum ad ſanitatem haud conducentium animaduerſione, aliorúmq; animalium præcedente interitu, his apud ſe conſideratis, & illud præterea perpendito, cuiuſmodi ſit pręſens anni tempus, qualiſque vniuerſus annus. Inde ſi quidem qualis victus ratio eſſe debeat, optimè deprehendes: [c] vtpote cùm anni tempus, ſi quidem rectè ortum eſt, ex ſicco humidum nunc euaſerit, neceſſum eſt victus ratione deſiccare, vt humor ſuperfluus abſumatur. item ventris quoq; habenda eſt ratio. Quibus ſuperior ventriculus pituitam continet, vomitionibus ſollicitare: quibus autem ſangnis inundauerit, ſecare venam oportet. Iam per vrinas purgatio, aliæque, [d] & totius corporis, proficiunt. Quod ſi etiam æger ardore æſtuet, & flamma vſque ad pectus pertineat, haud abs re fuerit refrigeria pectori applicare, & [e] potionem frigidam offerre, ídque non paulatim, nam magis hoc pacto incendit, verùm vna vice ac ſemel, vt flammam extinguat. In quibus autem ardor interiora occupat, ſumma verò inalgeſcunt, cutis in ſuperficie frigida percipitur, præcordia contrahuntur, venter colliquata, partim ſuprà, partim inferius tranſmittit, vigiliæ vrgent, mens deſipit, lingua eſt aſpera, hi calefacientia requirunt remedia, vt calor per totum corpus diſtrahatur, ac ſi alio quopiam modo † ab internis foràs poterit elici. Iam verò & hæc potio vtiliter pręſumitur. Aloes partes duæ, guttæ ammoniaci partes duæ, myrrhæ pars vna. Hæc in vino odorato contrita inſtar dimidiæ fabæ exhibentur: nimirùm quotidie. Haud noui, inquit Rufus, qui hoc potu peſtem

† Coniiciet autem quiſpiam futuram peſtilẽtiam, ſi attentè conſideret temporum, &c. συνείδοι δ' ἄν τις μέλλοντα ἥξειν τὴν λοιμὸν προσέχων ταῖς τε ὥραις, &c. *Goup.*

Peſtis prænotio.

Frigida potus aceruatim datus.

† ex profundo, ἐκ τοῦ βάθους pro κάτωθεν. Goup.

Potio præſeruans à peſte.

ſtem non ſuperauerit. Hæc quidem Rufus memoriæ prodidit. Galenus autem tradit ad peſtilentiales putredines bolum armeniacum ſalubriter potari. Simili fœlicitate etiam Theriacem ex viperis magnam prodeſſe. Etenim in peſtilentia quæ Romam internecino morbi genere depopulata eſt, omnes quos nullum ex his medicamentis adiuuit, interiiſſe ſcriptum reliquit.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Nares diſtillant. *Galenus in commentario Prorrhetici Hippocratis ſcriptum reliquit: Cùm autem omnes è nare ſtillationes ſint periculoſæ, cùm craſſæ, & nigræ fuerint, has pernicioſiſſimas reperies.*

Venter colliquata. ἡ γαστὴρ τὰς συντήξεις *habet Græcus codex. Eſt autem* σύντηξις *colliquatio, conſumptióque, nempe cum particulis quotidie aliquid decedit, nec alimentum recipiunt. Plinius libro vigeſimoſecundo, cap. viceſimoquinto hac voce vtitur, Tali, inquiens, ſorbitionis genere emẽdantur Syntexes. Hinc Syntectici eodem autore dicuntur. Licebit igitur interpretari hanc ſententiam, venter Tabida, & quæ ex ipſius ſubſtantia deceſſerunt humore vndiquaque in ipſum confluente, emittit, partim vomitu, partim inferius.*

Aloës partes duæ. *Hæc eſt deſcriptio pillularum communium: quæ in Nicolao illo præpoſito vitioſa & deprauata habetur. Nam is ponit aloes vncias duas, croci & myrrhæ vtriuſque vnciam vnam: in peſte addendum conſuluit bolum armenum. Primùm vetus ſcriptura croci non meminit, deinde thymiamatis ammoniaci, non boli armeni vnciam præcipit. Id genus permulta monſtra in officinis noſtris pertinaciter regnant.* Catapotia.

Theriacen ex viperis. *Hoc etiam Galenus libro de Theriaca ad Piſonem confirmat, cap.16. In Galeni codice Græco qui Baſileæ nuper impreſſus eſt perperam legitur,* ἀναπλασθέντος ἀέρος. *Quaſi dicas: Aeris reformati, poſitum eſt pro* ἀναπνευσθέντος. *Quod eſt, inſpirati. Nam qui correpti peſte ſunt, malum aerem attraxerunt reſpiratu, non reformatũ aut refectum, aut quomodocunq; dicere libeat.*

CORNARII.

z *ſanguinis de naribus ſtillationes.*

a *linguæ torrefactæ, ſiticuloſæ ſunt, anxij, vigilantes, &c. Græcè legitur* ἄσηροι *corruptè pro* ἀσώδεις. *Duplices autem ſunt* ἀσώδεις, *alteri cibi faſtidio nauſeabundi, alteri anxij, & variis modis ſe iactãtes in lecto. De poſterioribus hîc loquitur Paulus, nec habet vox* ἄσηροι *vllam huc pertinentem ſignificationem.*

b *Si verò ſolerti ingenio quis præſtet, futurã peſtem prænoſcet, &c.*

Totum

Totum hunc locum ſic legito, & in Aetio libro 5. cap. 95. γλῶσσαι καταπεφρυγμέναι, διψώδεις, ἀσώδεις, ἀγρυπνει, σπασμοὶ βίαιοι, καὶ ἄλλα πονηρὰ πολλὰ, εἰ δὲ τις σύνετος εἴη προγνώσει μέλλοντα ἥξειν.

c *Verbi cauſa, debebat eſſe ſi rectè res fieret tempus ſiccum, nunc verò humidum factum eſt, neceſſe igitur eſt, &c.*

d *& quæ ſit per totum corpus.*

e *frigidæ potum.*

De iis, qui ex redundantia crudorum humorum ſyncope periclitantur. Cap. XXXVII.

NOnnulli, febricitare incipiunt, vbi magnam crudorum humorum copiam ore ventriculi ſimul offenſo, congeſſerunt. His & præcordia inflantur, [f] & os ventriculi vaſtiore mole, quàm pro naturæ modo cernitur: adhæc color ipſis ad albidius, aquoſiúſque magis eſt mutatus, quibuſdam ad nigrius. [g] Nulli taliuum ſanguis mitti ſine maximo diſpendio ſolet, etſi vacuationem deſiderent. Verùm nec ſanguinis demiſſionem, nec purgationem ſuſtinent, vtpote [h] quos etiam ſine his ſyncope ſubitò adoriatur. Ratio igitur medendi talibus eſt, quam frictione molimur. Incipere verò per initia ſtatim morbi oportet, ac primùm à ſuperiore crurum parte deorſum, idque linteis non admodum mollibus, ſed modicè aſperis. Deinde tota brachia ab humeris vſque, & ſuperiore parte deorſum ſimili modo ſunt fricanda. Vbi verò artus omnes abundè calidi videntur: & metus eſt, ne quis ex ampla frictione laſſitudinis ſenſus ſuperueniat, oleo relaxante vteris, ab aſtringentibus autem abſtinebis: per hyemem verò etiam digerentium vſus erit, quod genus eſt ſicyonium & chamæmelinum. Cùm iam artus plurimùm perfricueris, poſtea oleum detergetur, inde ad ſpinam dorſi tranſitus eſt: hæcque tota perfricabitur ſimiliter, ab hac rurſus ad crura te conferes: & hinc ad brachia. exinde rurſus ad ſpinam. ita toto die facies. Porrò camulſa, in qua coctum hyſſopum fuit, his eſt aptiſſima, cauendúmque, ne vel cibum, vel ſorbitionem, vel aquam exhibeas, vel omnino liberaliter bibere ſinas, niſi mulſam tribus primis diebus duntaxat, [i] tuis ipſe manibus, quas dixi partes, ordine perfricans. Sin autem robore mediocri ſit, & aluus ſua ſponte commodè non deiiciat, cum fiducia aliquid ab inferioribus partibus infundes. Quod ſi maior iuſto recrementorum impetus ad aluum citetur, principiò quidem

Syncope ex crudis humoribus, et eius curatio.

dem percoquere mulſam amplius oportebit: minus enim ea ſubducit. At ſi plenius ſuperuacua deſcendant, ne ſic quidem ſiſtenda aluus, ſed exhibendus pro aqua mulſa ptiſanæ cremor eſt. Si verò fluere pergant, chondri ſorbitione nutries. Si ex pulſu vires collapſas ob imbecillitatem dixerimus, panem ex vino diluto exhibere conueniet: vtique ſi nec venter, nec iecur inflammatione laboret, quando ſi hac infeſtentur iam corpore crudis ſuccis referto, nulla planè medicina periculo ſubtrahit. Sin autem quandoque craſſi abundè humores deprehendantur, oxymeli pro mulſa continuè exhibebitur. Ergò ſi æſtas ſit, & æger calidi temperamenti frigidæque potioni aſſuetus, frigidum huic oxymeli dabis. ſin hyems ſit, calidum omnibus. Sanè balneum his eſt aduerſiſſimum. [k] Porrò iis quos ſyncope iam premit, ſi partes modò commemoratæ inflammatione vacent, panis exhibebitur modicus, íſque ex vino quod celerem in corpus digeſtionem adiuuet, ſtatímque ad frictionem veniundum eſt, quæ pro tradito quoque iam modo miniſtrabitur. verùm quibus ex flaua bili, quæ os ventriculi infeſtet, ſyncope incidit, is frigida offerenda potio eſt, vinum tamen tenue, fuluum & vetus. *Syncope ex flaua bile.*

ANNOTAT. ANDERNACI.

Nonnulli febricitare. *Galenus lib.* 12. *omnia hæc ad verbum habet. Variat autem nonnihil lectio Græcorum codicum. Galeni habet* ἐν ὄγκῳ τε μείζονι τοῦ κατὰ φύσιν ὅλον τὸ σῶμα ἐστί. καὶ ἡ χροιὰ τοῖς μὲν, *Hoc eſt: Et totum corpus vaſtiore mole quàm pro naturæ modo cernitur, & color, &c. Pauli* τὸ στόμα τῆς γαστρὸς, *quod eſt, os ventriculi vaſtiore mole cernitur. Mea ſententia cum Galeno legendum eſſe cenſeo.*

Vt potè quos. *Apud Paulum impreſſum eſt* οἱ δὲ καὶ χωρὶς τούτων, *pro* ἔγε καὶ, *&c. Sic etiam Galeni exemplaria omnia habent. Nam ratio datur cur miſſionem ſanguinis, aut purgationem non ſuſtineant. Signat igitur hoc loco, ſi quidem, dictio* ἔγε.

Sin autem robore mediocri. *Galenus. ſi autem pulſus mediocri robore ſit, & magnitudine, Paulus ad ægrotantem refert, cuius tamen vires ex pulſu cognoſcuntur.*

Ergo ſi æſtas. *Galenus non habet,* καὶ θερμὸς, *quod ergo interpretatus ſum, calidi temperamenti. Non enim referri poteſt ad* θέρος, *vt Grammatiſta putat.*

Balneum his aduerſiſſimum. *Galenus addit, & aer ambiens vel nimium calidus, vel frigidus.*

CORNARII.

f *Et totum corpus maiorem naturali molem habet. Et ſi Paulus legat, ἐν ὄγκῳ τε μείζονι τοῦ κατὰ φύσιν τὸ στόμα τῆς γαστρός ἐστι, tamen Gal. lib. 12. meth. & Aetium lib 5. cap. 95. ſequuti legere maluimus, & expreſſimus, ἐν ὄγκῳ μείζονι τοῦ κατὰ φύσιν ὅλον τὸ σῶμα ἐστι. Nam & oris ventriculi moles cerni non poteſt, & ſi quid tumidius ea parte fortè appareat, hoc inflati præcordij nota quæ præceſſit, ſatis indicatum fuit. Sed & color qui ſequitur ad totum corpus, non ad ventriculi oſculum pertinet.*

g *Ac liuidius. Deeſt vox πελιδνότερον, ex Gal. & Aetio reponenda.*

h *Legito Græcè, οἱ δὴ καὶ χωρὶς τούτων.*

i *Duntaxat, ita vt per ſucceſſionem fricemus, & illud ſolum tempus remittamus, in quo ſomnus ipſos occuparit. Siquidem igitur pulſus ipſis valdè paruus, & fortiter inæqualis eſt, extremum periculum imminet, & facere oportet ea quæ dicta ſunt, nihil aliud curioſius conando. Sin autem, &c. Hæc omnia in Græcis exemplaribus deſunt, quæ compendij gratia à Paulo ſunt omiſſa, ſed ad explendam ſententiam ſunt neceſſaria. Et ſequens periodus, εἰ δὲ τούτου βέλτιον ἔχοι, &c. indicat priorem illam deſiderari. Ex Gal. itaque & Aetio locis paulò ante citatis Paulo hæc adſcribantur, Καὶ μόνον ἐκεῖνον ἀνιέντας τὸν καιρὸν, ἐν ᾧπερ ἂν ὁ ὕπνος αὐτοὺς καταλάβοι. εἰ μὲν οὖν ὁ σφυγμὸς αὐτοῖς σφόδρα μικρὸς, καὶ ἀνώμαλος ἰσχυρῶς, ἔσχατος ὁ κίνδυνος, καὶ χρὴ πράττειν τὰ λελεγμένα, μηδὲν ἄλλο περιεργαζόμενον.*

k *Et aer nos ambiens multus calidus, aut frigidus. Hæc igitur facienda ſunt à prima die, vbi ipſe inceperis curationem. Porrò, &c. Et hæc omnia deſunt in Græcis exemplaribus. Sic ergo lege. ἐναντιώτατα τούτοις ἐστὶ βαλανεῖα, καὶ ὁ περιέχων ἡμᾶς ἀὴρ ἱκανῶς θερμὸς ἢ ψυχρὸς γενόμενος. Ταῦτα μὲν οὖν πρακτέον ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρας ὅταν αὐτὸς ἄρξῃ τῆς θεραπείας.*

De his qui ob prætenues humores Syncope opprimuntur.

CAPVT XXXVIII.

Syncopes ex tenuibus humoribus ſigna.

QVi tenuium humorum vitio Syncope premuntur, diuerſam à ſupradictis curandi rationem deſiderant, vt quos dignoſcendi notæ illis contrariæ teſtentur. Nutrire hos oportet paulatim & continuè. Porrò ad exitium ſpectare exi

re exiſtimandi ſunt, ſi vel iecur ipſorum, vel ventriculum inflammatio obſedit, viribus iam languentibus. In eiuſmodi affectibus emortua illa ſpecies in facie celeriter apparet. Sanè nutrire eſt neceſſe: ſicut etiam corporis ſumma denſare, non ſecus quàm priorum rarefacere, & frigidum ipſis aërem accerſire. Vngendi ſunt prætereà aſtrictoriis vnguentis. tum cibi iis dandi, qui non admodùm promptè diſſluant, non aqua mulſa, non ptiſanæ cremor, ſed panis & ſorbitio ex chondro, & fructus auſteri, qui non facilè corrumpantur, tum ipſi per ſe, tum verò & cum pane. Vinum iis aquoſum neceſſarium inter initia eſt, ſumptum poſt cibum. *Curatio.*

ANNOTAT. ANDERNACI.

Qui tenuium humorum. *Ex eodem loco Galeni, & 6. libro Oribaſij tranſcripſit. Dicit autem paulatim & continuè alendos huiuſmodi humoribus laborantes: prætereà fructus, quos ὀπώρας Græci nominant, exhibendos. Suprà verti poma, quod nihil refert. Nam fugaces, ſeu horarios, ſeu tempeſtiuos ὡραῖα Græci appellant. Hoc remedium olim Lutetiæ in quodam adoleſcente continua febri laborante ſum expertus ſalutare. Nam quoties ille vel aluum deiicere, vel vrinam reddere extra lectum volebat, aut etiam quoties pedibus tantillum conſiſtere, aut in ſella, quouſque ei lectulus ſterneretur ſedere, in ſyncopen ſolebat incidere: ac videntes hoc aliquot medici, de ſalute minus ſperare cœperunt. Ego videns iuuenem natura bilioſum, tenuíque ſanguine præditum, cogitaui illi quoquo modo virium diſsipationem impedire: ac ſtatim quùm è lecto in ſedem eſſet collocatus, porrexi ei vuam recentem nondum exactè maturam: nam initio Auguſti accidit morbus: qua aſſumpta, paulatim per dimidiam horam ſeruaui hominem extra lectum citrà animi defectionem. Quod fœliciter ſucceſsiſſe animaduertens, ſequenti die idem facere decreui: exhibitáque paulò maiore portione ad vnam vſque horam ſine vllo incommodo, vt priùs, ſeruaui. Factúmque eſt tandem diebus inſecutis, vt tutò iam extra lectum in cubiculo obambularet, darétque occaſionem reliqua auxilia exhibendi. Hoc te nolui celare lector.* *Hiſtoria.*

De reliquis occaſionibus, quibus Syncopæ ſuccedunt.

CAPVT XXXIX.

Reliquæ occaſiones, quæ Syncopas concitant, quatuor ſunt numero, dolor vehemens, vigilię, immodica inanitio, ac in iis qui aliena loquuntur, aliquando motus. Sed & *Syncopes cauſæ variæ.*

quintam, ſi placet, addas, nempè principiorum intemperiem. Celerrimè igitur cor affectum in perniciem præcipitatur, mox cerebrum, deinde breui iecur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Reliquæ occaſiones. *Ex eodem Galeni loco ſumpta hæc ſunt ad verbum. Enumerat autem Paulus ſyncopæ cauſas, dolorem vehementem, ſiue ex intemperie, ſiue humoribus ſiue vtriſq; : vel etiam ex cõtinui diuortio ortum, vigilias noctæ dieq; affligentes, nam ſomno mediocri vires recreantur, immodica inanitio aut per ventrem, aut vomitu, aut ſudoribus, aut vrina, aut ſanguinis profluuio. Ac in iis qui aliena loquuntur, hoc eſt, qui mente non conſtant, qui delirant, deſipiúntque. Nam* παραπαιῶν *verbum ſignat* παραφρονῆσαι, ἀλλοφάσαι, *cerebro ſcilicet affecto, adeò vt functiones ſuas peculiares, nequeat edere. In iis ſi motus quandoque corporis fiat, vires collabi neceſſe eſt. Ad quas conſeruandas, & ad ſyncopen vitandam, ſingulare eſt præſidium, temperamenti cuſtodia. Antè omnia verò trium principiorum : mox reliquarum partium, quæcunque illa in conſortium affectus principia ſecum ex facili trahunt.*

ἀλλοφάσαι.

CORNARII.

l Celerrima igitur pernicies inſtat corde affecto, conſequenter autem cerebro, parum verò hepate.

De dolore. *Cap.* XL.

Dolorum ſpecies.

ITaque dolor ſtupidus ex frigida oritur affectione. Pulſatilis autem dolor magnæ inflammationi peculiaris eſt. Sin autem tanquàm à palo impacto, aut veluti à terebro forari putes, craſſi inteſtini ſpecies doloris eſt. [m] Punctorius autem, circa membranas conſtituitur. Pertundens vehementiſſimis non heterocraniis ſolùm, ſed cephalæis quoque accidit. Eſt autem pertundens dolor, cum à parte primariò affecta ceu à radice, ſubitò in vicinas perfertur. Porrò diſtendentes vtrinque, neruorum dolores ſunt, cùm & laborãt, & ad vtraque extrema tenduntur, minimè verò in latitudinem porrectos nerui dolores percipiunt. ac tenſiuos, ſtupefacientéſq; dolores membrana quidem ſub cute porrecta inducit. quæ verò inter carnem hæreſcit, tanquàm diuellentes cruciatus excitat. multæ ſi quidem exiſtunt inæqualitérque inhæreſcunt, & ipſam carnem amplectuntur. Membranarum verò quæ oſſibus circundantur, profundi ſunt, ipſorúmque oſſium tanquàm dolentium imaginem repræſentant. Quando igitur nulla extrinſecus doloris occaſio fieri apparet,

Doloris cauſa nulla apparẽte quid agendum.

paret, præcedens victus ratio venit inſpicienda fueritne præter conſuetudinem otioſa, aut cibis homo vſus ſit largioribus, iiſque ex valenti materia, vel ſolita excretio ſit retenta. Nam ſi ex his aliquod, vel omnia quoque appareant, doloris cauſa eſt repletio: ac quamcitiſſimè homo vacuari debet. Sic enim licebit tibi maxima cum ſecuritate iis vti remediis, quæ fluxiones dolẽtibus particulis incumbentes repellant. Si igitur ſanguinis ſit copia, quod diſtendit, veluti in inflammatione oriri ſolet, protinus ſi vires patiuntur, ſanguis dimittendus eſt, per magnam venam patienti particulæ propinquam. Vbi autem vitioſus humor duntaxat affligit, purgandus eſt. Si vtraque coẽant, ambabus vtere vacuationibus, ſanguine priùs emiſſo. Quodſi his peractis dolor etiã remanet, conſtat profectò in ęgrotante particula impactum eſſe, quod afficit. Patet verò curationem ipſam per digerentia quoque medicamenta eſſe moliendam. Pari ratione, & qui ex flatuoſo ſpiritu dolores contrahuntur, curabimus: [n] auxiliantes ſimul in his potius tum extenuantibus cibis, tum per ſedem iniectionibus, item cataplaſmatis, irrorationibus atque fomentis ambiens ipſum corpus rarefacientes. [o] Sin moles grauando, contundendóve dolorem excitet, moli eidem eſt medendum. Sin rodens humor eſt qui affligit, aduerſiſſima huic ſunt quæ extenuant, & calefaciunt. Anethum oleo incoctum, dolorem lenit, & ſomniferum eſt: & viride ſicco magis.

Sanguinis miſſio ante purgationẽ

ANNOTAT. ANDERNACI.

Itaque dolor. *Hæc magna ex parte Galenus in ſecundo de locis affectis habet. Reliqua in duodecimo Methodi medendi.*

Dolor ſtupidus. *Græcè eſt ἡ μὲν ναρκώδης ὀδύνη διὰ ψυχρὰν γίνεται διάθεσιν. Quod interpretatus ſum ad verbum in Paulo. Galenus libro iam citato ait, Itaque ſtupidus dolor affectionem frigidam ſimul & dolorificam parit. Aduerte lector, Paulus hic dolorem vt affectum, Galenus vt affectus cauſam interpretatur. Verùm ſequentia in oratione Galeni eos conciliant. Nam ſtupor, inquit, frigiditas quædam eſt non exigua, eóque membris hac occupatis difficilem & motum, & ſenſum parit, atque ita ſtupidus dolor, non indicat doloris ſpeciem, verùm dolorem ſimul & vel affectionem frigidam, vel difficultatem ſenſus, motúſque ab eo particulæ obortam. Cæterùm non ſolùm in neruis, ſed aliis omnibus partibus accidit.*

ναρκώδης. ὀδύνη.

Pulſatilis autem dolor. *Græcè dicitur σφυγμώδης, & σφυγματώδης πόνος, quaſi interpreteris, pulſorius, & pulſatilis labor, vel dolor: inſignium inflammationum proprius, arteriarum quidem ſemper, primario affectu, aliorum verò corporum ſenſilium omnium, conſortij lege. Cæterùm vocem Græcam πόνος, Galenus ſic exponit, ὁ γάρ τοι πόνος αἴσθησις ἐστὶν ἀνιαρὰ, καθάπερ ἡ ἡδονὴ προσηνὴς αἴσθησις. Hoc eſt: Siquidem dolor, ſenſus eſt moleſtus, ſicut voluptas eſt ſenſus ſuauis, quod Cicero eleganter dixit, Omne id quo gaudemus, voluptas eſt, quo offendimur, dolor.*

πόνος σφυγμώδης.

Colicus dolor.

Sin autem tanquàm à palo. *Colicorum dolor eſt, qui in imo ventris ea potiſsimùm parte vrget, qua vrinarij meatus ex renibus ad veſicam exporriguntur. Atque hinc non ita ex facili diſcerni à nephritide poteſt.*

Punctorius

Punctorius autem. *Galen. habet: Incipiemus itaque rurſus à punctorio dolore dicto, circa membranas potiſsimùm conſtituto, cuius affectus velut radix in eo quod pungi videtur defixa eſt, dolor autem longius orbiculatim ad id extenditur, &c. In pleuritide hunc dolorem eſſe nemo ignorat, acri humore membranam coſtas ſuccingentem pungente.*

Pertundẽs.

Pertundens, vehementiſſimis. *Hic dolor Græcis dicitur διαΐσσων, quod idem eſt, ac ſi dicas διορμῶν, id eſt, cum impetu perrumpens. Copus vertit turgidus dolor, qua ratione, ignoro. Certè in Cephalæa, caluaria ipſa perrumpi, pertundi ve dolentibus videtur. Id autem tunc accidit, quando veluti à radice incipiens, ad vicina tranſit, vt ait Galen.*

Membrana quidem. *In Græco codice deeſt μὲν particula. Legendum enim ὁ μὲν ὑπὸ τῷ δέρματι, vt reſpondeat ſequenti, ὁ δέ. Cæterùm membrana cuti ſubiecta quæ ſit, audi. Continetur ea cute & corporibus ſubiectis per fibrarum telæ modo ſubtilium traductus: quam venæ cutem nutrientes & nerui ſenſum communicantes permeant.*

Diuellentes cruciatus. *Impreſſa omnia exemplaria habent διορ διασπωμένης pro διασπωμένους.*

Profundi ſunt. *Hoc eſt in alto deliteſcentes, vndè quibuſdam ὀστόκοποι quaſi oſsium dolores appellantur.*

Si igitur ſanguinis ſit copia. *Ex 12. Methodi medendi Galeni, & 6. Oribaſij ſequentia ſunt tranſcripta.*

Auxiliantes. *Ad ſenſum planè nihil facit dictio προσλιπαροῦντες, lege igitur προσβοηθοῦντες ex Galeno, vt nos etiam anteà vertimus.*

Irrora

Irrorationibus. *Hoc eſt, aſperſionibus. Nam* καταιονεῖν *eſt* κα-
ταντλεῖν, quod ſignat ſuperfundere. Linacer vertit καταιονήσεσι καταιονεῖν.
καὶ πυριάσεσιν, *humidis & ſiccis fomentis. Quanquàm non parum*
diuerſa nomina ſint, variáſque res ſignificent. Nam καταιόνησις *eſt* καταιόνησις
aſperſio irroratioq́;, vt Celſi more loquar, ex oleo potiſſimùm ad rem
propoſitã idoneo, facta, veluti cum multa pituita in ore ventriculi hæ-
ret, oleũ in quo abſinthiũ ebullierit, id ſuperfundimus πυρίασις *quæ &*
πυρίαμα *&* πυρία, *&* θέρμασμα *Græcis dicitur triplex eſt. Nempè* πυρίασις.
humida, ſicca & mixta, ſi Hippocrati & Galeno credimus. Humidũ πυρίαμα.
fomentum, ſpongia mollis magnáque ex aqua calida expreſſa, appli- πυρία.
catáque. Huius generis eſt aqua calida, aut oleum in vtriculos, aut θέρμασμα.
vaſa ærea, fictiliáque, aut in veſicam coniecta, partiq́; dolenti ad- **Fomentum**
mota. Siccum fomentum eſt, milium, ſal, harena in ſacculos conie-
cta, aut ſolùm linthrum. Item lateres & titiones panniculis inuolu-
ti, & ſic circundati. Pace cuiuſdam docti viri dixerim apud Celſum
lib. 2. non eſſe vicium ſcripturæ in dictione, titionibus. Nam tertio
eandem repetit, fomentiſq́; inquiens, protinus validioribus totum cor-
pus circundare conuenit, maximéque inuolutis extinctis teſtis & ti-
tionibus. Mixtum fomentum eſt, hordeum, eruumq́; prius contuſa,
aceto & aqua macerata, vel etiam farina ſimili modo præparata, &
in ſacculis appoſita. Cæterùm humida fomenta conueniunt inflam-
mationibus ex bilioſo humore ſuſcitatis. Sicca iis, quæ ex tenui &
aquoſo ſanguine proueniunt. Mixta craſſis, viſcoſiſq́; humoribus in-
cidendis, conficiendis, diſſipandiſq́; expediunt.

Sin moles. *Quidam parum verſati in medicina vertunt dictio-*
nem ὄγκον *in Græco codice poſitam, tumorem, nullo planè ſenſu, quan* ὄγκος.
quàm id quoque hac voce ſignificetur. Voco autem hoc in loco mo-
lem, corpus, quod ab externo ſuperceciderit: quod vel durum, vel
magnum, vel graue, vel ſimul ambo fuit. In fine capitis malè legitur
in codice impreſſo ξυροῦ *pro* ξηροῦ.

CORNARII.

m *Verùm in renibus cum grauitate quadam dolor eſt, in vno loco*
firmatus, circum lumbum dextrum aut ſiniſtrum, retrorſum magis.
In colo verò dolor ex loco ad locũ tranſit. Punctorius, &c. Hæc quo-
que Græcis exemplarib. deſunt, ex Gal. 2. lib. de locis effect. & Ae-
tij lib. 5. cap. 100. ſic legenda. Inde enim ad verbum etiam præcedẽtia
ac ſequentia Paulum tranſſcripſiſſe apparet. ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν νεφρῶν
μετὰ βάρους τινὸς ὀξεῖν ἡ ὀδύνη καθ' ἓν ἕνα τόπον ἐδρασμένη, κατὰ
λαγόνα δεξιὰν ἢ ἀριστερὰν, ὄπισθεν, μᾶλλον. ἐπὶ δὲ τοῦ κώλου μετα-
βαίνει ἡ ὀδύνη τόπον ἐκ τόπου.

n placantes ipſos magis attenuantibus edulijs, infuſiſque per clyſterem, cataplaſmatis, irrigationibus ac fomentis rareſacientes corpus illum continens. Græcè eſt προσλιπαροῦντες, id eſt, placantes, mitigantes, neque neceſſè eſt aliam vocem hîc ſubſtituere.

o Si tumor grauans aut premens dolorem efficiat, tumor curandus eſt. Accipiendum de tumoribus foriſecus in corpore obortis, & non de aliqua externa illapſa corpori mole; quæ aut grauaſſet, aut contudiſſet. Quomodo enim de hac mole ſubiunxiſſet, τὸν ὄγκον ἰάσθων? Sed clarior eſt adhuc, qui addit quibus rebus tumor is ſit curandus. Aetius τὸν ὄγκον ἰάσθω, inquit, διὰ τῶν λεπτυνόντων καὶ ἀραιούντων.

Ad Syntexes, hoc eſt corporis colliquamenta.

CAPVT XLI.

Syntexis quid. QVùm per ventrem aliquid non ex eſculentis, poculentíſque, [p] verùm ex ipſius corporis ſubſtantia excernitur, humore in aluum ipſam confluente: qui quidem flauæ bili continuè per vomitum, & infrà erumpenti conſimilis eſt, odoris autem fœditate ab ipſa differt, tum quòd deiectus rufus magis, & craſſitie glutinoſus, interim verò oleoſus appareat, tunc nimirùm caro pinguis & recens coacta ab ardenti febre reſoluitur, & eliqueſcit. Malo inueterante, nonnihil etiam ex ipſis ſolidis partibus abſumitur. *Syntexeos curatio.* In hac perniciosiſſima febri [q] frigidæ potio vtilis eſt, quæ ex fonte frigidiſſima petitur. Huiuſmodi quoque eſſe conuenit cataplaſmata, & epithemata, quæ refrigerent, thoraci, & præcordiis impoſita. Item cibi refrigerantes, rectè offeruntur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Quùm per ventrem. *De hoc accidenti Oribaſius lib. 6. eadem tradit. Cæterùm Syntexin, ſeu vt Latinè dicam, colliquationem corporis facies illa cadaueroſa comitatur. Quod in marcore quem μαρασμὸν Græci nominant, videre eſt, aut etiam in hectica maraſmode.*

Ex fonte. *Huius loci caſtigationem Oroſcius exemplari ſuo debet, & Oribaſio. Nam omnia exemplaria quæ mihi videre contigit, habent, ἀπὸ γῆς pro ἀπὸ πηγῆς, quanquàm aqua ex terra intelligi poßit, aqua ex fonte.*

CORNARII.

p Sed ex humoribus ex toto corpore in ipſum confluentibus, quod ſimile quidem eſt bili, quæ aßidue per vomitum reiicitur, ac per aluum ſecedit: differt autem ab ipſa, fœtoris graueolentia, & quod egeſtio fuluior apparet, & craßitudinem habet ſtrigmentitiam,

tiam, aliquando etiam oleoſam, aut adipoſam, ſyntexis, id eſt colliquatio appellatur morbus. Nam recens compacta pinguedinis ac carnis eſſentia à febri ardente reſoluitur ac colliquatur. Diutius verò perſeuerante malo, &c. In Græcis lectio corrupta ſic reſtituatur ex Aetij lib. 5. cap. 90. & lib. 9. cap. 38. καὶ πάχος ἔχειν γλοιῶδες, ἐνίοτε δὲ καὶ ἐλαιῶδες ἢ πιμελῶδες, σύντηξις καλεῖται τὸ νόσημα. ἡ γὰρ νεοπαγὴς οὐσία τῆς πιμελῆς καὶ τῆς σαρκὸς ὑπὸ πυρετοῦ ψυχροῦς διακαοῦς ἀναλύεται καὶ τήκεται.

q *frigidæ potio remedio eſt ex frigidiſſimo fonte. Græca ſic reſtitue:* πόσις ἴασις ὕδατος ἀπὸ πηγῆς ψυχροτάτης.

De vigiliis in febribus. Cap. XLII.

AT verò eorum, qui immodicis torquentur vigiliis, crura & brachia vincire, quo tempore ſomnum captare ſolent, iubemus,[r] & excitari. † nonnunquam palpebras aperire, ſi conniueant compellimus, donec abundè fatigentur. Inde ſubitò vincula ſoluimus, lucernámque tollimus, & altam eſſe quietem iniungimus. ſi nihilominus vigiliæ pertinaciter vrgent, vbi acceſſio remiſerit, frons nigri papaueris capitum decoctio illuitur, naribúſque offertur. papaueris albi cortex torrefactus, detritúſque, & mãdragoræ radicis leuigatæ tantundem cum vino, & roſaceo malagmatis forma fronti applicetur. ſerpilloque cum meliloto in paſſo decocto, hoc etiam in acceſſionibus eſt vtendum. vel trita papaueris capita excipientes pane cum roſaceo, vel eiuſdem cerato illinimus. Cibus quodammodo ſit magis accuratus. Adiiciatur autem ſorbitionibus capitum papaueris albi ſeminis cochlearium trium inſtar. † oleribus commiſceatur papaueris nigri, ſi quidem folia fuerint viridia, quantum tribus digitis poteſt comprehendi: ſin minus, tria quatuórue papaueris capita ſicca, ſimul incocta deligantur. Si ne ſic quidem ſomnus acceſſerit, papaueris lacryma, aut ſucco mandragoræ circumlinentur. Iam linctus ex papaueris capitibus compoſitus, & præſertim ex ſapa, menſura cochlearij vel vnius, vel dimidij potus, ſomnum frequenter acceſſiuit. In quibus autem caput non facilè humoribus repletur, & vigiliæ infeſtant, vtere in declinationibus etiam tali ſuffitu. folij, amomi, coſti, arnabo, ſingulorum vncia. carpobalſami drachma, ſtyracis, amomi, ammoniaci, bdellij ſcythici, mandragoræ radicis, lacrymæ papaueris.[s] ſingulorum drachmis quatuor. Ex liguis cupreſſi accenſis ſuffito.

Vigiliarum curatio.

† palpebráſque ſæpe aperire & claudere cogimus, donec, &c. ſenſus magis concinnus ex veteri cod. Goup.

† ſimul coquatur & ferueat cũ oleribus papaueris nigri in antiquo lib. Goup.

Suffitus ſomnum inducens.

Nonnunquam palpebras aperire. *Hoc Galenus confirmat lib. 1. de febribus. Nec verò palpebras diutius attollere poſſunt, ſimiliter nictantibus perpetuò affecti. Quinetiam plerunque conniuent oculis, veluti dormitantes. At affectus ipſorum ſomnus non eſt, verùm vigilandi impotentia, &c. Hæc quidem de hectica Galenus pronunciauit: nos autem de omni febri, in qua vi ̧iliæ vrgeant.*

Si conniueant. *Malè in Græco codice* ἢ μῦσαι, *quod eſt vel conniuere, legitur pro* εἰ μύσειεν.

περιεργεῖν. Cibus quodammodo ſit magis accuratus. *Ita reddidi dictionem Græcam* περιεργότερα. *Nam verbum* περιεργεῖν *in bonam partem acceptum eſt, quod accurare. Id ſignat ex cura & conſilio aliquid gerere. Aliquando in malam partem ſumitur, pro eo quod eſt* πράττειν τὰ περιττά. *Galenus alibi* διαίτῃ ἀκριβεῖ *in eodem ſignificatu protulit, hoc eſt victu accurato, exquiſitóque, non de tenui intelligens, ſed ex delectu ſumpto.*

Diacodyō. Linctus ex papaueris. *Hanc compoſitionem etiam hodie officinæ vocant diacodyon. Dixit autem Paulus ex ſapa, quia duplici modo fieri ſolet, ſcilicet ex ſapa, & ex melle. Quæ ſapam recipit ad ſomnum conciliandum vtilis eſt. Quæ verò mel, ad ſputi reiectionem.*

In quibus autem caput. *Contrario ſupradictis modo affectos recenſet. Nam illi ob tuſſim ex defluxu capitis pulmones infeſtantem dormire non poſſunt, eóque diacodyon ex ſapa aſſument, quod tenues humores incraſſet. Hi autem quibus caput defluxionibus obnoxium non eſt, ſuffitu iuuabuntur. In ſequenti ſententia pro* παραγμαῖς, *legitur* παρακμαῖς. *Item pro* λι, *quod ſignat libram pone L. quod notat drachmam.*

Arnabo. *Recentiores quidam modò carnabum, modò çarnabadium, alij Zarnabum, & Zarnabadium. Odoramentis expetitur. Vide Paulum in ſeptimo. Sunt qui Doronicum in officinis appellatum eſſe pronuncient. Non ſalicis folia, id eſſe putes, vt quidam grammatiſta hæſitandus exponit.*

CORNARII.

r *& vigilare. Tunc autem aperire & claudere palpebras cogimus donec, &c. Græcè ſic legendum ex Aetio lib. 5. cap. 116.* διοίγειν ἢ ὅτε καὶ μῦσαι ἀναγκάζομεν τὰ βλέφαρα. *Quòd ſi ex Oribaſio legas,* διοίγειν ἢ ποτε εἰ μύσειεν ἀναγκάζομεν τὰ βλέφαρα, *verba quidem habebis diuerſa, ſed in eandem ſententiam tendentia, nimirum vt ægris per hoc fatigatio inducatur.*

Curatio

Curatio ſoporis noxij, qui Cataphora Græcis dicitur Cap. XLIII.

FRons poſca lactis modo tepenti abſtergitur, & ſumma validè ligamentis excipiuntur. naribus admouentur, quæ inciſoriam facultatem obtinent. In remiſſionibus etiam cucurbitulæ valenter dorſo & ſpinæ defiguntur. Si verò morbus his non cedit remediis, etiam quæ ſternutamenta excitant, obiiciuntur. Ciborum materia ſit, quæ incidat, diuidátque, veluti in præceptis de ſanitate tuenda eſt comprehenſum.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Soporis noxij. *Ita ſum interpretatus dictionem* καταφορὰν, *quam ſi penitius introſpicias, & ex etymo interpretari libeat, impetus ſomni vehementioris meritò dicetur, & inexpugnabilis penè dormiendi neceſsitas, vt Celſi more loquar. Dixi autem, noxij, quia ſopor etiam bonus eſt.* καταφορά.

Lactis modo tepenti. *Tantùm valet* γαλακτώδεις, *quaſi dicas, lactoſa. Galenus multis in locis hac voce vtitur pro, tepido. Non autem pro eo, cui lac ſit admixtum.* γαλακτώδεις.

Si verò morbus. *In codice Græco deeſt particula* ἢ, *ac legendum eſt,* ἐπιμενούσης ἢ δὲ νόσου. *Noua enim ſententia incipit.*

Curatio doloris capitis in febribus. Cap. XLIIII.

SI capitis dolor in febribus affligit, † poſt conuenientem febrium vacuationem in acceſſionum declinationibus, caput inungi debet, primùm communi oleo crudo, vel roſaceo, cui etiam aceti pauxillum ſit admixtum: ſi æſtas ſit, & febris ardens, frigido: ſin hyems, neque febris ardens, calido, aut tepido. Incoquatur nonnunquam oleo & ſerpilli polygoniiq; ſuccus, per æſtatem etiam papaueris capita, vel ipſum papauer: quemadmodum hyeme peucedani momentum. Quòd ſi verò dolor in fronte perſeueret, ſincipútque pilis careat, hoc quoque obducendum eſt veteri polenta, & polygonio: vel pane ſimiliter & roſis, vel modica myrto, vel ſerpillo. Quoſdam & pulegium applicatum magis leuauit. Nonnullis etiam cùm igneus ſenſus ineſt, pſyllium polenta temperatum profuit, vel ipſum per ſe in viſcum coctione redactum, & continuè mutatum. Item coriandrum ſimiliter cum polenta, & aloë cum aceto illinitur, myrrháque, & ammoniacum pari modo, necnon crocomagma. Pulſatiles autem dolores ruta, mentaq; cum pane difflat, roſaceo quoq; ſuper

† *poſt cõueniẽtem excrementorũ vacuationem.* μετὰ προσήκουσαν τῶν περιττωμάτων κένωσιν.

ſuperaddito. Atqui ſi dolor commemoratis auxiliis non eliditur, primùm caput ad cutem attondere oportet, deinde pinguioribus aſperginibus totum ipſum foueri, mox cucurbitulæ occipitio agglutinari, & ſummæ partes deligari debent, permulceriq́ue. Iam verò hirudines rectè affiguntur. Cæterùm ſi defluxio quædam à capite, vel grauedo oborta capitis dolorem ſuſcitauerit, iis vtendum eſt auxiliis, quæ aduerſus hæc ſuo loco perſcribentur. Sin autem à ſtomachi regionibus vapores ſurſum tendentes caput offenderint, etiam horum ratio habenda eſt, veluti præceptum à nobis eſt.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Nonnullis etiam cùm igneus ſenſus. *Hoc eſt, cùm comburi videntur nimio calore febris, pulicaris herba, quam Græci Pſyllium nominant, conducit.*

Permulceriq́ue. *Græcè eſt, διαψηλαφητέον, à διαψηλαφᾶν, quod Celſus Latinè dixit, corpus eius leuiter ex oleo veteri permulceatur, &c. hic autem manibus tantùm permulceri debent, ſomni conciliandi gratia.*

CORNARII.

† *Cataplaſma huic adhibendum eſt ex polentæ polline. Græca habent: καταπλαστέον ἐκ παλαιοῦ ἀλφίτου, ſed facilis fuit lapſus, vt παλαιοῦ pro πάλης arriperetur. Eſſe autem ἐκ πάλης ἀλφίτου legendum docet Aetius lib. 5. cap. 115. Non enim præſcribunt veterem polentam, ſed ipſius polentæ pollinem, quæ πάλη & παιπάλη dicitur.*

Quomodo ſtomachi curam habere conueniat. Cap. XLV.

Stomachi variæ affectiones.

SI ſtomachus imbecillis fuerit, corroborantibus oblinetur, quod genus palmulæ ſunt, vinum, polenta, crocus, maſtiche, & aloë. aſpergiq́ue debet oleis ex abſinthio, melino, maſtichino, nardino, & vino. At ſi ardorem experiatur, miſcendum aliquod ex refrigerantibus, putà, cucurbitæ ſuccus, lactucæ, portulacæ, ſolani, ſereos, & vuæ immaturæ. † Sin autem inflammatorium quiddam in viſceribus appareat, etiam relaxantia quædam adiungenda ſunt: aſperſionibus, oleum chamæmelinum, ciprinum, adipes gallinæ, aut anſeris, bdellium, vel ammoniacum, & ſimilia. cataplaſmatis autem, apij ſemen, fœnugræcum, althææ, chamæmelorum flos, & vt vno verbo expediam, compoſitam habeant facultatem, tum relaxantem ſubtilium partium, amarámque, tum aſtringentem.

† Hic enim nō ſolùm refrigerat, ſed etiam adſtringit. οὐ τοῦτο μὲν οὐ ψύχει μόνον, ἀλλὰ καὶ στύφει. addit vetus exemplar. Goup.

ANNOT.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Ex abſinthio. *Hoc eſt, vt Galenus ait, in quo abſinthij coma ſit ferueſacta. Siue autem oleum, ſiue vnguentum, dicas, nihil refert. Quanquam Oroſcius olea in quæ etiam aromata coniecta ſunt, vnguenta dici nolit, contra veterum ſententiam.* *Olei vox.*

Nardino. *In Græco codice eſt νάρδῳ, quod ſignat nardo: eadem nimirum locutione qua vſus eſt Celſus, & Scribonius Largus, aliiq; veteres. Celſus lib. 3. vngi roſa debet, pro roſaceo. Vt in compoſitione 210. apud Largum. Idem roſa dilutum explet concaua vulnera, pro roſaceo dilutum.* *νάρδος.*

Sin autem inflammatorium quiddam. *Codex Græcus habet, φλεγματῶδές τὸ, pro φλεγμονῶδές τι, quod omnes caſtigatores Pauli, ceu momenti exigui neglexerunt.*

De immodica perfrictione in febribus, & rigore.

Cap. XLVI.

Rigori, qui criſis ratione obuenit, remediis occurrere non oportet: nec concertationem naturæ diſſoluere. Quod ex ſudore frigus prouenit, promptè remittitur, ac nihil adfert moleſtiæ.[u] In ſolo autem rigore, aut perfrictione (ex frigidiore verò, copioſaque maximè pituita naſcitur) primùm quidem artus plurimis in locis conſtringendi ſunt, mox oleo delinendi chamæmelino, aut cyprino, aut irino. Sin autem maiore auxilio tibi opus ſit, etiam piper oleo admiſcebis, vel cachry, vel adarcen, vel caſtoreum, mollitérque totum corpus infricabis. Porrò ne facilè oleoſum iſtud præſidium defluat, haud fuerit abſurdum & ceræ momentum colliquefacere. At ſi per hæc rigor non poſſit excalfieri, valentioribus quoque ex his factis acopis, necnon dropacibus, & ſinapiſmis vti conſilium eſt, aliaque fomenta ritè admoliri. Item acriora ex iis quæ admouentur naribus, commodè faciunt, calaminthe, pulegium, & hiſſopum. Potui dabitur ante acceſſionem mulſa, in qua piper, & ruta ſit incocta. adhæc liquoris cyreniaci cocto melle formati inſtar milij duabus horis ante acceſſionem præſtabimus. Similiter & liquoris ſilphij. Adhæc quod in quartanis ex liquore cyrenaico componitur, multis fuit auxilio. Iam verò in oleum largius quod incaluerit nonnulli deſcendentes, rigores pertinaciſſimos abſterſerunt, vt Archigenes memoriæ prodidit. Galenus autem ante acceſſionem, cutem abrotono infricandam præcipit, vel calamintha arida, vel cunilæ

Rigor criticus.

Ceræ vſus.

Solium olei calidi.

nilæ tum foliis, tum floribus, vel coſto, vel pyrethro, vtroque horum cum oleo. vnde fiet, vt vel nequaquam, vel certè minus rigeant.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Rigori. *Medici hodie dictione rigoris vtuntur pro Græca ῥῖγος: quanquam non ita Latinè Celſus Hippocratis ſententiam aliquando vertens pro ῥῖγος horrorem reddit. Verùm nos φρίκην horrorem vocamus. Inopia itaque linguæ, ῥῖγος febrium, quaſi ad verbum, rigorem interpretamur.*

ἀγών. Concertationem naturæ. *In Græco codice eſt: ὅθ' ἐκλύειν τὸν ἀγῶνα. Quod Paulus ἀγῶνα dixit, ego concertationem naturæ expoſui. Nam in criſi natura certat cum morbo. Si eo fit ſuperior, bona criſis eſt: ſi morbus vicerit, mala. Quamobrem ſi natura ſe accingit ad ea quæ offendunt, expellenda, vt in rigore accidit, moliendum nihil eſt. Dixi igitur concertationem naturæ diſſoluere, vel certamen, vel pugnam quam cum morbo habet. Naturæ quidem in Græco non eſt, ſed ſententiæ clarioris gratia addidi.*

CORNARII.

v *Si verò perſeueret rigor, aut perfrigeratio. Leuis error in Græcis exemplaribus totã huius loci ſententiã corrũpit: ἐπὶ μόνου δὲ τοῦ ῥίγους, ἢ διὰ περιψύξεως οὔσης. Legendum enim, ἐπιμόνου, vt ſit vna vox.*

De ſudoribus. *Cap.* XLVII.

Sudor criticus. SVdores, in criſi erumpentes excipere oportet, quandiu ſatis vacuatum fuerit, adiutareque calore mediocri, & quiete adeò, vt neque abſtergantur, quoniam alius quoque alium elicit. [x] item calido clyſtere in aluum dato, & ſorbitione & ſomno. [y] At ſudores in remiſſionibus morborum apparentes idem quod in criſi prouenientes ad miniſterium capient. Itaque præſidia quibus ſudores euocantur, libro ſuperiore, capite quadrageſimooctauo abundè ſunt comprehenſa. Cùm verò ſudores largius eruperint, tunc abſtergendo, leuandoque operimenta recreare conuenit. Etenim laſſant ſupra modum excidentes, vt in ſyncopen frequenter ægros perduxerint. *Sudores reprimentia.* Tenui velamine madidoque debent eſſe contecti, perflatus aeris frigidior accedat: is ſomnus adiungatur & euentilatio. Inſuper myrtus nigra in pollinem coacta, corpori inſpergatur: Similiter galla, piceæ cortex, electrum, & polenta cum vino aſtringente particulis ſudores recipientibus imponantur, faciéſque poſca per ſpongiam aſpergatur. Archigenes etiam calcem non reſtinctam, & floces

& floces vini combuſtas, tum in his, tum in rigore, quem nullus euincit calor, aſſumit. Ambæ ſiquidem inquit, recaleſcentes, ſiccantur. Media verò corporis loca delinenda ſucco plantaginis, vel coriandri, vel portulacæ, vel braſſicæ præcipit, vt vndique concreta, ſudores reprimant. Per ſomnum verò † creta cimolia aqua diſſoluta, dorſo, & thoraci ſubiecta proficit. Totũ verò corpus roſaceo perungitur, vel melino, vel myrteo, vel lenticino, vel ceratis, quæ ex his conſiunt. [z] Nam magis ſunt his idoneæ reunctiones, quæ latentes meatus obſtruendo, humidi exitum prohibeant. Patet autem omnibus, quòd cibus quoque ſiccior his conuenit, & vina mediocriter aſtringentia. Cæterùm largiore potu, & præſertim humidiore, [a] tum crebris per aluum iniectionibus abſtineant. Si autem fieri poteſt, geſtatione corpus agitandum, in frigidiore aeris ſtatu, & ſummæ his partes potiſſimùm refrigerentur. Qui per validam expreſſionem ſudores fiunt, (hi autem vel ob dolores excitantur, vel conuulſiones) facilè curantur, † ſi extrema deligentur, calſiant, & per laneos panniculos reficiantur.

† panni pinguefacti cimolia diſſoluta aqua ſubiiciũtur dorſo & thoraci. πιαινόμενα ῥάκη, pro Ἀρᾶ ηκεὶ. Goup.

Sudores per expreſſionem.

† leuiter curare oportet extremorum deligatione fotuq́; ac exiccatione per pannos raros. καὶ θάλψει τῶν ἄκρων καὶ ἀποψύξει διὰ ῥακιδίων ἀραιῶν κούφως θεραπεύειν. Goup.

ἀναψύχειν. περιβόλαιον

ANNOTAT. ANDERNACI.

[y] Adiutareq; calfactu. *Recenſet hîc Paulus, quibus modis ſudor per criſim erumpens, etiam adiuuari debeat, nempe fotu mediocri, quiete, calido clyſtere, adeóque in quiete manere ægros vult, vt ſudorem non abſtergant.*

Recreare. *Græcè eſt ἀναψύχειν, quod verbum duo ſignificat, refrigerare, & recreare, ſeu reficere. Heſychius grammaticus dicit idem eſſe quod ῥιπίσαι, euentilare, & ἀναψύχειν interpretatur παραθυμίαν, hoc eſt ſolatium. Congruit magis id hoc in loco, nempe vires ſudorum copia laſſas, oppreſſáſque recreare.*

Tenui velamine. *περιβόλαιον λεπτὸν in Græco codice eſt. Celſus ait: Veſte leui, madida, interpretatus ſum ἐμβεβρεγμένον ab ἐμβρέχω, quod eſt irrigo, madefacio.*

Ambæ ſiquidem. *Ad calcẽ & floces vini referuntur. In Græco neutrum genus eſt: ἄμφω ἀναθαλπόμενα. ambo ad fouendum applicata, genuino corporis tepore ſiccantur: ſiccata meatus per quos ſudores erumpunt, obſtruuntur.*

Qui per validam expreſſionem. *Græcè eſt, κατ' ἔκθλιψιν, quæ fit natura quaſi neceſſitate quadam oppreſſa. In doloribus vehementiſſimis & anima ſæpè deficit, & ſudores frigidi erumpunt. Hi dicuntur fieri per expreſſionem, validam addidi, ſignificantiæ gratia:*

Quidam

Quidam pro ἔκθλιψιν, legunt ἔλλειψιν, quod eſt animi defectum, quod non malè etiam hîc quadrare poteſt. Eruditi iudicent.

CORNARII.

x *& calida oris collutione.*

y *Sed & remiſſos ſudores ſimiliter vt indicatorios adiuuabimus.*

z *Idonea enim magis his ſunt pinguia.*

a *à frequentioribus oris collutionibus.*

De tuſsi in febribus. *Cap.* XLVIII.

TVſsi in febribus, pręſertim cum rigore obuenientibus, occurrere conuenit. Nam tuſsis intentione, febris quæ inclinabat vires reſumit, ac redintegratur. Aduerſus hanc formulæ medicamenti ex melle cocto coactoque, Hypoglottia vocant, offeruntur. Linguæ autem ſuppoſita, vnde nomen habent, eliqueſcunt: & quod ſpirandi impedit facilitatem, diſcutiunt: tempus ipſarum eſt in acceſsionum ſtatu, & ſpatio quod paulùm acceſsionem pręcedit: datur etiam hydromeli diſcoctum. Quibus autem de neruoſo genere metus non eſt, temporis proceſſu exhibebis cum fiducia & oxymeli: ſin minus, hyſſopi decoctum, quod etiam rigentibus auxiliatur. Item caſtoreum cùm febris ardens non eſt, neruoſo quoque generi confert. Adhæc linctus ex piceæ fructu, nucleis pineis, iride, ſemine lini, amygdalis amaris, & vrticæ ſemine. plurima verò ex parte cibis quoque hæc ſimul adiungentur. Ac reſina quoque terebinthina in ouo exhibetur. Extrinſecus autem thoraci, & locis arteriæ vicinis, lana ſulfure imbuta imponatur, ac pingue, oleúmue rutaceum eſto, vel irinum, vel anethinum. Præterea deligatura valida in longum porrecta, tuſsim exactè cohibet: dico autem per medias partes extremáſque. Non ratione caret, & vua ſylueſtri, quæ ſtaphis agria dicitur, tuſsis gratia vti, ſimul [b] cum domeſtica, aut cum maſtiche manſa. ſumma debent infricari, permulceri, & ligaturis intercipi. deinde rurſus ſoluenda eſt in contrarium retractio. At ſi propter febris acrimoniam tuſsis concitatur, vtendum eſt gargarizationibus ex aqua tepida, necnon frigida ſubinde profuit, & ex poſca, & palmularum decocto, vel roſarum, vel dulcis radiculæ. Viſceribus autem, vel etiam cordi ipſi iniiciuntur quæ modicè refrigerant.

Hypoglottia.

Lana ſulfurata.

ANNOTAT. ANDERNACI.

ὑπογλώττια. Hypoglottia. *Formulæ quædam medicamentorum ſunt, quæ in tuſsi*

tuſsi, thoracis arteriæq́; viciis aſſumuntur. *Hodie bechitas officinæ, & penidias appellant. Fiunt autem potiſsimùm ex radice dulci, tragacantho terebinthina, Zaccaro, aliisq́; ad rem propoſitam congruis. Cæterùm Galenus vocat ὑπογλωττίδας.*

Lana ſulphure imbuta. *Græcè eſt ἔριον τε θειωμένον, ad verbum ſonat: Lana ſulphurata. Oroſcius vertit, ſulphure ſuffita. Quomodo autem lanæ ſuffiantur nuſquàm me legiſſe fateor, homines ſuffiri ſulphure in tuſsi lego. Lanam autem vt pice, aut alio pingui, ita ſulphure imbui, imbutam ſic applicari: nam ſuffitus parum in lana proficit.*

Pingue. *Græcus codex habet καὶ ἡ λιπῶς, pro ἡ λιπός, accipimus pro pinguitudine, aut oleo, aut quacunque re pingui.*

Permulceri. *Hoc eſt, molliter contrectare, ſuprà interpretatus ſum διαψηλαφᾶν permulcere, ex Celſi more.*

CORNARII.

b *Cum vuis paſsis.*

De ſternutamento. *Cap.* XLIX.

STernutamenta febribus ſæpè incidentia, moleſtant. Etenim caput replent, & virtutem arguunt. Nonnullis ſanguinem quoque eliciunt, & alia huiuſmodi inferunt incommoda. Quare aduerſus ipſa remediis pugnandum eſt. Cohibet itaque ſternutamentum irruens, naſi, frontis & oculorum perfricatio, item oſcitatio, ſtudioſa palati trictio, ructus, ilium intentio, capitis in altum eleuatio, inclinatióque ad latus, ſummarum partium mollis contrectatio, maxillæ muſculorum perunctio, calentis olei in aures infuſio, puluinum calidum mento ſubiectum. Caueri debet repentina ex ſomno excitatio, fumus, puluis, acrior odoratus piperis, caſtorei, ſinapis. [c]Mentæ autem malorum, & polentæ odor cõducit. obtundit enim ſternutamenti eliſum: Idem ſpongiæ ex mari vacuæ efficiunt. Vbi verò cupiditas ſternutandi oborta fuerit: non autem ſternutamentum erumpat, labij quies accommodetur, & continuè acriorum odorum experientia, & mentis remiſſio. *Sternutationem cohibentia.*

ANNOTAT. ANDERNACI.

Sternutamenta. *Vide ſextum Oribaſij. quomodo autem fiant, Gal. tertio de ſymptomatum cauſis explicat. Hic autem Paulus remedia perſequitur ſternutationis, quæ in febribus moleſta eſſe ſolet.*

Ilium intentio. *Græci λαγόνα & κενεῶνα eam partem eſſe volunt, quæ Latinis dicitur, Ilia. Quidam verò malè ὑποχόνδρια* *λαγων. κενεών.*

vertunt Ilia, in bonis autoribus parum verſati. In codice impreſſo eſt ἔνσ τασις *lege* ἔντασις.

Summarum partium. *Hic Oroſcius debet exemplari ſuo. Nam omnia quæ mihi videre contigit habent*, τῶν ἄκρων μυῶν, *quod eſt, ſummorum muſculorum pro* τῶν ἄκρων μορίων.

Mollis contrectatio. *Quod antè dixi permulcere, hoc molliter contrectare interpretor. Nam idem eſſe puto. Græca vox eſt* διαψηλάφησις.

Spongiæ ex mari vacuæ. *Quidam in codice Græco legunt pro* κενοὶ, *quod eſt vacuæ,* καινοὶ, *hoc eſt, recentes. Vtrunque inſtituto conuenit: quam tu malis lectionem ſequere.*

CORNARII.

c *Sinapis, menthæ Leuis eſt odor mali ac polentæ.* νάπυος, ἡδυόσμου. προσηνὴς μήλου καὶ ἀλφίτου ὀσμή. *Dubium eſt an* ἡδύοσμον *mentham vitare iuſſerit, vt pote quæ acris calidáque, ac tenuium partium ſit, ac proinde ſternutamentum irritans, an diſtinctione poſt* νάπυος *facta* ἡδυόσμου *vox ad* προσηνὴς *&* *ſequentia referatur: maximè quum Aetius lib. 6. cap. vltimo tradat menthæ olfactum ſedare ſternutationes. Deinde ambiguum eſt an* μῆλον *recte legatur. Nam cùm multa malorum ſint genera facultatibus diuerſa, non videtur ſimpliciter pronunciare debuiſſe mali odorem lenem eſſe. Deinde diuerſiſsimi generis odores mali & polentæ, non ita commodè videtur coniunxiſſe, vt ſuſpicio ſit pro* μήλου *legēdum eſſe* ἀμύλου, *quum amylum & natura & viribus polentæ vicinius ſit, & acria leniendi vim habeant.*

De cibi faſtidio. Cap. L.

Inappetentia ex vitioſis humoribus. QVibus vitioſi humores faſtidium procrearint, iis illa & eſculenta & poculenta dare conuenit, quæ huiuſmodi ſuccos vel abſtergendo per vomitiones, ſeu per aluum excernere ſoleant: vel attemperando, meliores reddãt: quorum materiam libro ſuperiore, qui totius operis primus eſt, comprehendimus. *Ex virium imbecillitate.* At ſi ob virtutis imbecillitatem, cibum reſpuant, quoniam omnis facultas ex particularum intemperie infirmatur: conuenit intemperamenti ſpeciem, contrariis medicari. Plura de faſtidio, in ſtomachi vitiis libro tertio pertractabimus. In febricitantibus autem, ſtatim per initia cibi cupiditas, iis quæ odorem mouent, recuperanda eſt. Potiſſimùm verò polenta in aquam merſa, vel poſca, vel diluta vini potione. Aut cuiuſdam odorati pomi, & aſtringentis decocto, item perunctione odore grata, & moderata totius

tius corporis frictione, ac blanda contrectatione tum faciei collutione, aquæ ſorbitione modicæ. Iam ſtomachus digito immiſſo turbatus, ad cibum aſſumendum quodammodò conuertitur, præſertim vbi bilioſum quid, aut acidum ſurſum eiecerit. Secundùm primos dies † cataplaſmatis quoque à foris ſtomachus ad cibum ſollicitetur, ex palmulis, malis cotoneis, œnanthæ, abſinthio & aloe confectis. Cibi autem preparantur plures, ſimplicéſque, & frumentacei: qui alterius quoque generis varietatem quandam habeant, non tamen ab iis multùm recedant, qui in febribus dantur, in quibus & poma conueniunt, quæ non ex facili aceſcunt, neq; nimiùm dulcia ſunt, ſed matura, neque ad ſatietatem exhibenda, verùm ſolùm quod ad aliorum ciborum cupiditatem excitandam ſufficit. Præſtò autem ſint ægris dum alentur familiariſſimi, qui tum corripere eos, tum inhortari queant. Porrò febribus ſolutis, ſi in virium recreatione perduret faſtidium, etiam ſiſarum cum oxymelite coctum, lactuca, oliuę halmades, capparis, ſalſamentum, bulbi, & quicquid ad bonitatem ſtomachi facit, accommodetur. Necnon & illud ipſum in memoriam reducatur, quibus cibis per ſanitatem maximè vſi ſint. item ambulationes, geſtationes, vociferationes, dropaciſmi, frictiones & exercitia adhibeantur. Prætereà abſinthij ſucci potio, vel aloës, acetique ſcillitis, inſtar myſtri abſorbtum, in id vehementer efficax eſt.

† Cataplaſmatis à foris ſtomachus curetur. περὶ καταπλάσμασιν ἔξωθεν ὁ στόμαχος ἰατρευέσθω. *Goup.*

Præpotationes.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Vel attemperando. *Cibi faſtidium aliàs ex humore pituitoſo, aliàs ex bilioſo naſci ſolet. Si pituita in ſtomacho redundat, vomitu educenda eſt. ſi bilis ſupernatat, deorſum euocanda. Vbi verò totum corpus purgare voles aliter faciendum docet Hippocrates. Quòd ſi in primis venis crudi humores, ſemicoctiq; habeantur, diſſecandi, concoquendiq;, quod Hippocrates* πεπασμὸν, *quaſi mutuationem: huius autem ſeculi medici perperàm digeſtionem appellant. Si in extremis venis & corporis habitu ſint infixi, relaxandi veniunt. At bilioſi humores, & melancholici, qui vltrà ſanguinis terminum proceſſerunt, caloris violentia expelli prorſus debent. Si in ſtomacho nauſeam excitent per inferiora: ſi in toto corpore bilioſi, quod æſtate potiſſimùm accidit, vomitu purgari debent: melancholicus autem infrà ſemper. Porrò cùm iam educuntur, neceſſe eſt eos infrenare, coercereque, ne tranſitu partes afficiant. Item meliores hoc agendo in locum reſtituere. Quam rationem, ſeu potius, vt Galenus*

πεπασμός. *Nota.*

ἐπίκρασις. ait, cacochymiæ curationem Græci ἐπίκρασιν nominant. Verba Galeni nono Methodi in hunc modum habent: χρὴ γὰρ δηλονότι κατὰ τὰς τοιαύτας ἐναντιώσεις τῶν ἐνδείξεων κατὰ βραχὺ μὲν ἐκκενοῦν τὸ μοχθηρὸν, κατὰ βραχὺ δ' ἀντ' αὐτοῦ τὸ χρηστὸν ἐντιθέναι. καλεῖται δ' ἐπίκρασις ὑπὸ τῶν ἰατρῶν, ἡ τοιαύτη θεραπεία τῆς κακοχυμίας. Paulus igitur rectè etiã dixit: ἤτοι ἀπορρύψαντα ἐκκρίνειν, ἢ ἐπικράσαντα, βελτίους ἐργάσεται. Quod eſt: Vel abſtergendo excernunt, vel attemperando, coercendo, mitigando furorem illorum, obtundendóque, meliores in locum reſtituent. Hippocrates libro de ratione victus in morbis acutis materiam eorum quæ attemperare poſſunt, commemorat. Galenus autem eius interpres paulò apertius in hunc modum diſſerit de torminibus orationem inſtituens: σκοπὸς δὲ ἐστὶν αὐτοῖς, τὸ μέν τοι καθάραι τὴν κακοχυμίας, τὸ δ' ἐπικεράσαι, τὸ δ' ἐπιξηρᾶναι, τὸ δ' ἐμψύξαι. τὸ μὲν οὖν γάλα τὸ ὄνειον, καθαίρειν δύναται, καὶ ἐπικεραννύναι, τὸ δὲ τοῦ λίνου, σπέρμα ξηραίνειν τε καὶ ψύχειν, τὰ δ' ἐκ τῶν πυρῶν ἄλφιτα, ἐπικρατικὸν ἔχει. καλῶς δ' αὐτοῖς ἀναμέμικται καὶ τὰ κρίθινα, ξηραίνοντά τε καὶ ψύχοντα. οἱ δὲ Αἰγύπτιοι κύαμοι μετρίως ψῦξαι δύνανται. τὰ δὲ ᾠὰ καὶ ἡ σεμίδαλις, καὶ ὁ χόνδρος παχύχυμα καὶ εὔχυμα: καὶ ἐπικεραστικά. Hoc eſt: Eò ipſi ſpectant, vt vicioſum humorem partim purgent, partim attemperent, partim deſiccent, partim refrigerent. Lac itaque aſininum purgare poteſt, & attemperare. Lini verò ſemen ſiccare, & refrigerare. Triticea polenta attemperandi facultatem obtinet. Rectè ipſis & hordeacea admixta eſt, quæ & ſiccat, & refrigerat. Aegyptiæ autem fabæ, mediocriter refrigerare poſſunt. Oua, ſimilago, & chondrus, craſsi boniq; ſucci, & attemperatoria exiſtunt, &c. Vides igitur, quomodo Galenus vtatur dictionib. ἐπικεράσαι, & ἐπικεραννύναι. Item ἐπικρατικὸν, & ἐπικεραστικά. Galenus duodecimo methodi de vinis fuluis agens ſcribit ἐπικρατικοὶ δ' εἰσι καὶ θρεπτικοί, quod poſteà interpretatur τρέφουσι δὲ μᾶλλον, καὶ κακοχυμίαν ἐπανορθοῦνται. Hoc eſt: Nutriunt magis, & prauitatem humoris corrigunt, emendántque. Linacer ſuperiorem ſententiam neſcio quo

Aduerte. modo exponit: certè dictionis vim ignoraſſe videtur. Nam quid ſibi vult, prætereà miſtibilia ſunt, & nutrientia? Dicere enim oportebat, attemperatoria autem ſunt (intellige malorum humorum, bonos in locum reponendo, & qui nondum longius terminos concoctionis exceſſerunt, reducendo, acrimoniam ipſorum obtundendo.) Ne autem putes bilem abſolutam, aut flauam, aut nigram meliorem reddi poſſe: imò nec ſalſam pituitam: eóque nemo doctus medicus hos humores alterandos, concoquendóſque, vel vt barbari dicunt, digerendos

dixe-

dixerit, ſed purgandos potius, meatibus per quos tranſibunt, adapertis, medicamentis in id efficacibus. Ne autem acrimonia ſua & roſione infeſtent, vt in torminibus docuit Hippocrates, cibi & potus ἐπικρατικοὶ aſſumuntur. quibus potes etiam ſyrupos quoſdam mitigatorios annumerare. Cæterùm malè in codicibus Græcis ἀπορρίψαντα, quod eſt, proiicientes, pro ἀπορρύψαντα, quod ſignat abſtergẽtes.

Potiſſima verò polenta. *Codices Græci omnes male congruam habent lectionem hanc, πειρατέον ἀνακτᾶσθαι τὴν ὄρεξιν, μάλιστα δὲ ἀλφίτων, pro μάλιστα δὴ ἀλφίτων, aut μάλιστα δὲ διαλφίτων.*

Non tamen ab iis multum. *Hîc quoque deprauatus eſt codex Græcus. Habet enim μὴ πόρρω μέν τοι τοῖς τῶν πυρετῶν χροίας pro μὴ πόρρω μέν τοι διὰ τῶν πυρετῶν χρείας.*

De grandi fame, quæ Græcis Bulimos dicitur.

CAPVT LI.

d SI verò in grandem famem, quam Bulimon appellant Græci (dico autem cum minus quàm par eſt, cibos corpora ſentiunt) faſtidium deuenerit, hiſce reficiemus, tum aliis, quæ naribus admouentur, tum ſuillis carnibus aſſis, & hœdinis. In ſumma, omnibus, quæ nidoroſum odorem repræſentant: ſæuitia ſanè febrium præterita, extremæ partes deligari, ipſique excitari debent, maxillas pungendo, & & crines, vel auriculas vellicando. recollectis autem, panis ex diluta vini potione, vel aliud quippiam diſtribui facile exhibetur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Si vero in grandem famem. *Apud Græcos vna dictio grandem famem ſignat compoſita ex βοῦς & λιμὸς. Quicquid enim grande illi volunt ſignificare in vna dictione per ἵππος, & βοῦς, quod eſt apud nos, ſi verbum ex verbo interpreteris, equus & bos, explicant, vt ἱπποσέλινον βούλιμος, &c. Cæterùm eadem ferè habes remedia bulimi apud Gal. lib. 8. de compoſitione medicamentorum ſecundum locos. In ſequentibus verti ὀξύτητος pro ſæuitia, furore, ad verbum ſonat acumine.*

CORNARII.

d *Si verò ad magnam famem bulimon appellatam, ciborum inappetentia deueniat, hoc eſt, vt excellenter animo linquantur, hos renocauimus. Legitur ὑπερβάλλουσαν ἀτροφίαν, hoc eſt, vt excellenter nõ ſentiant alimentum. Sed quum præcipua eorum qui bulimo corripiuntur affectio in hoc ſit, vt animo linquantur cum extremorum perfrigeratione, & ſpiritus defectione, velut Aetius docet lib. 9. cap. 6. vi-*

detur legendum eſſe ὑπερβάλλουσαν ἀψυχίαν, maximè cum ſequatur τούτους ἀνακτησόμεθα, id eſt, hos reuocabimus. Non enim reuocantur, ac veluti ad vitam reparantur niſi ἀψυχοῦντες, & qui λειποθυμοῦσι. Eſtque ἀψυχία idem quod λειποθυμία. Quod ſi tamen ἀτροφίαν legendum eſſe quis contendat, neque is aliam ſententiam inducere poterit, quàm vt accipiamus adeo vehementer alimentum non ſentiri, vt inde deliquium animi conſequatur. Reuocatis autem panem κράματι, id eſt, vino diluto exhibet. ſed falsò legitur Græcè ἐυκράματι.

De canino appetitu. Cap. LII.

ET ſi hoc ſymptoma febribus non adeò ſuperueniat, ſed nonnunquàm ſecundùm ipſas, attamen gratia cognationis, quam cum faſtidio habet, nil fuerit mali, etiam de immodico appetitu, quùm ambo naturæ modum excedant, ſermonem inſtituere. Quoniam igitur à pituita potiſſimùm acida conſtituitur affectus, iis vtendum eſt, quæ hanc incidant, abſtergeántque. Talia autem ſunt maximè, dulcia, ſalſa, † & alioquin detergentia calida. Vinum igitur ipſis rectè datur copioſum, ex eorum numero quæ impenſè calefaciũt, cuiuſmodi habentur colore fulua aut rubra, aſtrictionis expertia. Verùm dulciora potius propinantur, etiam non ſitientibus. At cùm ad prandium venerint, primùm ipſis pinguia, mox alia omnia ex oleo largiore præparata, quibus nihil auſterum, aut aſtringens ſit adiectum, offerentur. Hæc etenim, licet aduerſus ipſam cauſam manifeſtè non pugnent, attamen impotẽtem ad cibos animi impetum diſſoluunt. Inedia verò ſpiſſitudinem pituitæ ſtomacho inhærentis abſumit, minuítque. Iam ſalſamenta ipſis commodè exhibentur, ab his vina commemorata liberaliter aſſumpta proſunt: quod vbi longiori tempore fecerint, caninus appetitus finitur,

Caninæ appetẽtiæ cauſa potiſsima

† Incidẽtia calida: quod magis huic loco conuenit. καὶ ἄλλως τμητικὰ θερμαίνοντα. Goup

ANNOTAT. ANDERNACI.

Quoniam igitur à pituita. *Galenus de ſymptomatum cauſis libro primo ſcriptum habet. Canina appetentia fit, cùm vel ob acidi humoris vicium ventriculus infeſtatur, vel vbi totum corpus immodicè digeſtum diſsipatumq́;, continua nutricatione indiget, &c. Ceterùm in Aphoriſmorum libri ſecundi commentario, cap. 20. curationem hanc ad verbum perſequitur.*

Incidant, abſtergeantque. *Superius & hîc malè in codice Græco ῥίπτωσιν, pro ῥύπτουσι habetur, vnius literæ mutatione; quod ceu nullius mometi caſtigatores Pauli neglexerũt. Quanquã ad ſenſus puritatem*

ritatē nō parum faciat. Quippe diuerſa ſunt, proiicere, & abſtergere.

Pinguia. *Galenus addit,* καὶ ὡς ἂν εἴποις, ἐλαιώδη τῶν ἐδεσμάτων, *hoc eſt, & vt ita dicam oleoſa eſculenta.*

De ſiti. *Cap.* LIII.

SItim admodùm longam fieri exiſtimabis, ex ſiccitate, aut caliditate particularum per quas humor ex ore in vētrem defertur, & ſiccitatis quidem remedium eſt ſomnus, caliditatis autem vigiliæ. Nonnulli verò ſitibundi ex vino ciborúmque caliditate fiunt, quibus medetur frigida potio. Prauas autem potiones appetunt, quemadmodùm & cibos, præpollenti in eis humorum vitio reſpondentes. Cæterùm ſiti preſſos inextinguibili, quādoque vidimus, ex quorū numero etiam mortem oppetierunt, tum qui viperas dipſadas deuorarant, tum qui vino veteri ſeſe inebriarāt. adhæc qui in nauigio ob aquæ potabilis defectum, marinam bibere auſi fuerunt. Verùm ſitim in febribus placare ſolet, aſperſio ex oleo frigidiſſimo, vel roſaceo cum impetu ſaliētis modo ſuper caput deturbata. Optimè facit ad ſitim nigræ lactucę ſemen commāducatum. item glycyrrhiza appellata. adhæc cucumeris ſemen in ore retentum. Datur etiam ad ſitim hoc catapotium. cucumeris domeſtici drachmæ octo, tragacanthi drachmæ quatuor. tragacanthum ſoluitur ouorū crudorum recētium albumine: & cùm fuerit diſſolutum contritúmq; cucumeris ſemini priùs læuigato adiungitur. Poſtquàm emollieris, pilulæ formantur, in vmbraq; ſiccātur, ex his vna ſub lingua tenēda exhibetur: humor paulatim ſaliua ſolutus deglutitur. Iā dilutū malorum cydoniorum, vel pirorum, vel meſpilorum, vel pampinorū vitis, vel mali granati ſuccus ſorbitioni datur.

Sitis cauſæ & curatio.

Siti mortui.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Particularum per quas. *Hæ ſunt, ſtomachus, os ventriculi, ipſe ventriculus. Gal. cōmentario quarto in opus de ratione victus in morbis acutis, partes cōmemorat, quæ aliquādo ſitim procreare ſoleāt. Idq; in hūc modū:* πάντων μὲν πρῶτον καὶ μάλιστα τὸ στόμα τῆς γαστρός. ἐφεξῆς δὲ ἡ γαστήρ. καὶ μετὰ ταύτην ὁ στόμαχος, εἶτα πνεύμων, εἶτα νῆστις.

Prauas autem potiones. *Codex Græcus deprauatus eſt. Habet enim* μοχθηρῶν δ᾽ ἐπιθυμοῦσι ποιοτήτων. *Hoc eſt, prauas autem appetunt qualitates, pro* πομάτων, *quod eſt, potiones.*

Emēdatus codex.

Cæterùm ſiti preſſos. *Hæc apud Gal. lib. 1 de ſymptomatū cauſis inuenies. Ego ſane, ſaluo aliorum iudicio, legerem* δίψεσι δ᾽ ἀπαύστοις κατεληφθέντες, ἐξ ὧνπερ καὶ ἀποθανόντας διὰ τοῦτε φαγόντας

ἐχίδνας διψάδας: καὶ τοὺς οἴνου παλαιοῦ μεθυσθέντας, καὶ τοὺς ἐν τῷ, &c.

Roſaceo cum impetu ſalientis modo. *Græcè eſt μετὰ κρουνισμοῦ γινομένη, hoc eſt: Cum cruniſmo facta: à verbo κρουνίζειν, quod eſt, cum impetu decidere. Gal. lib. 8. Methodi vtitur verbo κατακρουνίζειν in hac ſententia: εἰ δ' ὑγρὸν εἴη τὸ προσφερόμενον, ἐξ ὑψηλοτάτου βάλλοντες, καὶ οἷον κατακρουνίζοντες, id eſt. Sin autem id quod adfertur, liquidũ fuerit, ex altiore loco deiicientes, & in ſalientis modũ fundentes. Ibidem vſurpat dictionẽ κρουνός. ἔτι δὲ μᾶλλον εἰ κρουνὸς ὕδατος ψυχροῦ καταρράντει τὸ ἀγγεῖον ψύχει τὸ ὑγρόν. Hoc eſt: Præterea magis humorem refrigerat, ſi deſiliens aqua frigida vas illidat, &c. Cæterùm ſuperfundimus aliquandò liquores, vt in hoc ſymptomate, ſyncipiti ſublata in altum manu, per mediocrem lanæ hapſum.*

κρουνίζειν.

κρουνός.

Dilutum.

Iam dilutum. *Sic vocamus humorẽ in quo aliquid maduerit, aut maceratũ per horas aliquot ſit. Recẽtiores medici infuſionẽ appellant, vt infuſionẽ rheubarbari, agarici, cotoneorũ Græci ἀπόβρεγμα dicũt.*

ἀπόβρεγμα.

De linguæ ſcabritie. Cap. LIIII.

HVmectanda eſt linguæ ſcabrities, lini ſeminis decocto, ægris vt in ore teneant dato: melius autem facit myxiõ cum lini ſemine incocta, ac digito in hunc ſuccum demerſo lingua infricata, aqua puriore abluitur, vel ſpõgia vndiquaque abſtergitur, deinde roſaceo illinitur. iam ipſum roſaceũ melle contemperatũ, in id valdè efficax eſt. & portulacæ ſuccus in ore retentus, item rhu obſoniorũ mulſæ admiſtũ bene facit. inſuper ᵉ Damaſcena, & myſclij (hoc autẽ eſt myxa) oſſa ore retẽta & linguæ circundata. His adde etiam lactucæ cauliculum. Archigenes autem tradit etiam ſalem Indicum, colore quidem & ſubſtantia communi ſimilem, guſtu autem melleũ, lenticulæ inſtar vel plurimũ ad fabæ magnitudinem deuoratum, vehementer poſſe humectare. Cæterùm in latus decumbere prodeſt, nam ſupinus cubitus exiccat. item os conniuere, hiatus enim madorem abſumit. Sternutamenta porrò acceſſita, linguas quouis alio plenius humectant.

Myxarum oſſa.

Sal Indicus.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Melius autem facit myxion. *Myxion vel myxa, vel myſclion fructus eſt pruno ſimilis. Galenus Sericon appellat. fortè hodiè officinis dicitur Sebeſten.*

Salem indicum. *Hic ſal nimirùm eſt ſaccharum quod nos candũm appellamus, natura non arte, proueniens, quanquàm hodie Venetiis & alibi artificio naturam imitentur. Auicenna interpretatus hunc locum Pauli, ſaccharum tabarzet ponit.*

CORNARII.

e Græcè ſic legendum. καὶ δαμασκηνοῦ, καὶ μυοκλίου, τοῦτό δέ ἐστι τῆς μύξης τὰ ὦτα.

De nauſea *Cap.* LV.

†CVm ſine cibo aſſumpto nauſeabundus æger efficitur, cuiuis licet, arbitror, ratiocinari prauos humores ventriculum infeſtare. Nonnulli verò turbantur, ſed nihil euomunt, humore ipſis tunicis imbibito. Pituitoſos itaq; ſuccos concoquere oportet, ſeruando ægrum in quiete, inedia, & ſomno. tenuiores autem vomitus eiicit, qui nonnũquam ex ptiſanæ cremore, vel mulſa excitatur. glutinoſi humores & craſſi, attenuantia deſiderant. quod genus eſt oxymel, & ſimilia. Humiditate autem praua in tunicis abſorpta, picra ex aloë vtilis eſt. verùm quæ aſtringunt, haud mediocrem noxam conciliant, quemadmodũ rurſus, cùm humiditas multa citra malitiam ineſt, aſtringentia quidem quàm vtiliſſima ſunt: medicamentum verò ex aloë in marcorem perducit. Cùm verò frigiditas humori adeſt, aſtringentibus miſceri etiam debent caleſacientia. Nota eſt frigidi affectus, quòd neque ſitim, neque ardorem eo detenti experiantur.

† Cùm æger ſine aſſumptione eorum, quæ vomitũ mouent, nauſeabundus fuerit. ὅταν χωρὶς τοῦ προσενεχθῦναι τὶ ἐμέσιμον. *Goup.*

Hiera picra.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Imbibito. *Similia apud Galenum lib. 7. medendi Methodi. Eadem verò apud Oribaſium ſexto. Sed perperam hîc in Codice impreſſo legitur* ἀναπεμπομένου, *quod eſt ſurſum miſſo, pro* ἀναπεπωμένου, *quod valet imbibito ab* ἀναπίνομαι, *inde* ἀναπέπομαι. *Sic habet Gale. loco ſuprà citato,* ἐνίοτε *inquiens,* δ᾽ εἰς αὐτοὺς τοὺς χιτῶνας, ὡς ἂν εἴποι τις, ἀναπεπωμένον ἢ ἐμπεπλασμένον. *Hoc eſt. Nonnunquã verò in ipſas tunicas imbibitus, vt ita dicam, vel impactus.*

De bilis vomitione. *Cap.* LVI.

Vomitus bilioſi curatio.

BIlem vomentibus cataplaſma applicandum eſt ex palmulis, malicorio, galla, vino incoctis, vel poſca, pane ſimul contrito. Item acacia, hypocyſtis, balauſtium & rhu cataplaſmati adiungantur. Præter hæc cucurbitula admota magnificè auxiliatur, cum largiore flamma. Cibum verò frequenter paulatim dabimus. In his autem qui atram bilem vomunt, & inflationes ſtomachi † experiuntur, ſpongias aceto quàm acerrimo calente madidas imponito, vel hederæ folia vino incocta applicato.

† inteſtinorum & vẽtris experiũtur, ex veteri cod. Goup.

Singultus cauſæ curatio.

De ſingultibus. *Cap.* LVII.

SIngultus oritur vel ex repletione, vel inanitione, vel ſuc-

cis acrioribus ſtomachum erodentibus, quibus per vomitionem redditis, ceſſat. Pleriq; verò medicamentum diatrion pepereon aſſumentes, ſi ſtatim vinum ſuperbiberint, ſingultiunt. quòd autem nonnulli etiam cibo intus corrupto ſingultu infeſtentur, cuilibet notum eſt. iam non pauci rigore correpti, ſingultiunt. Vomitum itaque iis qui ex repletione, aut roſione ſtomachi ſingultu cruciantur, mederi abundè comperimus. calida verò, iis qui ob perfrictionem. At quum ab humorum repletione ſingultus originem habuerit, violenta indiget euacuatione, quam ſternutamentum præſtat. Ob inanitionem verò creatos ſingultus ſternutatio non finit: datur autem ſingultientibus ruta cum vino, vel nitrum in mulſa, vel ſeſeli, vel daucum, vel cyminum, vel gingiber, vel calamintha, vel nardus gallica. Hæc ſanè ſingultus ex ciborum corruptione, aut frigore, aut repletione contracti auxilia ſunt. qui autem ex frigidorum viſcoſorúmque humorum copia ſingultum experiuntur, caſtoreum tribus obolis potui ſument ex poſca, idem cuti impoſitum vnà cum oleo veteri ſicyonio adiuuat. Inſuper acetum ſcillites, vel oxymeli potum conuenit. denique ſpiritus retentio, præſens eſt remedium.

De aluo in febribus aſtricta & cita. Cap. LVIII.

QVæ areſcentem aluum proritant, libro priore quantum res exegerit comprehendimus: quoniam verò eadem quoque liquida febribus incidit, in præſentiarum mentionem ipſius facere oportet. Multi enim non febris ratione, ſed ob hoc ſolùm accidēs in perniciem præcipitati ſunt. [f] Principiò igitur excipiemus quæ egeruntur, nullo remedio occurrentes, vt quę à corruptione & cruditate emanent. Sin autem vacuatio modum excedat, cohibenda aluus eſt, & ſi quidem acriora efferuntur, boni ſucci eſſe, & alioquin craſſioris conuenit quæ aſſumuntur. huiuſmodi exiſtunt ex chōdro, & ptiſana ſorbitiones. balnea his poſt morbi concoctionem ſunt idonea. Cùm verò pituitoſiora & fluida erumpunt, contrà ſicciores calidioréſque cibi erunt, quatenus febres permittant. Huius generis habentur, quæ ex condimētis calidis confiunt. Balneis hi prohibendi, ſi nihil aliud cōpulerit. Porrò vbi concoctrix facultas infirmatur, aſtringentibus tum cibis, tum remediis vtendum eſt. cibis ſanè, in quibus maximè malum granatum, aut mala cydonia, aut pira

Alui humidioris remedia.

Facultatis coctricis remedia.

pira, aut meſpila ſint iniecta, vel etiam his ipſis, & vino tenui odorato aſtringente: remediis autem, cataplaſmatis nimirùm ex polenta, palmulis, abſinthio, roſis, myrtis, & conſimili materia. Cæterùm conſiderandum venit, quibus potiſſimùm particulis cataplaſmata debeant imponi. dico autem ſtomacho, aut imo ventri: nonnunquam & circa lumbos applicamus. Cruentas autem excretiones reprimunt ex thure confecta, deſiccántque, vel ſubtilior portio polentæ cum thure, vel manna vino macerata, vel poſca. Porrò acriorem humiditatem etiam iniectione per aluum edulcare competit, nunc ipſa aqua, nunc ptiſanæ cremore, vel chondri, vel orizæ, vel tragi, ídque non ſemel, verùm ſæpius. Poſteà verò adiungentur etiam roſæ ſiccæ, vel myrti. nonnunquam & gallæ, & ouum ſimul cum roſaceo, vinoq́ue tenui aſtringenti, vel roſarum decocto inditum vel ſedi quoque ſubiectum excernenti cupiditates retundit. Cùm [g] frequens deſidendi eſt appetitus, Agathium ſedi accommodatum ex calidis ſpiſſamentis immittatur. Agathiū.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Porrò vbi concoctrix facultas. *Ex hac ſententia opinio quorundam de remediis ſpinæ applicandis in ventriculi affectibus ſatis refellitur, etſi euidentia ipſa quæ in confectionibus apparet, quid in hac re faciendum ſit, apertè doceat.*

Vel manna vino macerata. *Non in dandi caſu, legenda ſententia eſt, ſed nominãdi. Corrige igitur codicem Græcum ita:* ἢ μάννη ἐν οἴνῳ φυραχθεῖσα.

Agathiũ. *Paſtillus eſt, qui retinẽdi ſupprimendiq́; poteſtatẽ habet. Vide ſeptimum.*

CORNARII.

f *In principio igitur ſuſtinere oportet ea quæ prodeunt, ita vt nihil reſiſtamus aduerſus ea quæ ex corruptione ac cruditate efferuntur. Deſunt duæ voces Græcæ ad explendam ſententiam neceſſariæ,* πρὸς τὰ. *Legendum igitur,* ἐν ἀρχῇ μὲν οὖν ἀνέχεσθαι δεῖ τὰ κομιζόμενα, μηδὲν ἀντιβαίνοντας πρὸς τὰ ἀπὸ διαφθορᾶς καὶ ἀπεψίας φερόμενα.

g *Vbi verò frequens contingit ad egerendum ſurrectio, glomer ex calidis ſtaminibus ad ſedem efformatus apponatur.* ἀγάθιον ἐγκείσθω προστελυπομένον τῇ ἕδρᾳ ἀπὸ θερμῶν στημάτων. *Rectè, eſt enim* ἀγάθιον *glomer ſiue glomus, id eſt globus ex ſtaminibus, quæ* στήματα *vocãtur, factus. Talem glomum ex filis factum ita efformari vult, vt ad ſedem aptus ſit, & appoſitus prohibere poſsit, ne ita frequẽs ad egerendum ſurrectio contingat. Meminit etiam lib. 5. cap. 41.*

De ſang

De ſanguinis diſtillatione, & eiuſdem ex naribus profluuio. Cap. LIX.

Stillationis ſanguinis ex naribus in largiorẽ fluxionem cõmutatio.

Sanguinis in febribus profluuiũ.

QVoniam ſanguinis diſtillatio totius corporis, aut capitis redundantiam innuit, per contuſionem, vel [h] denſitatem eueniens: largior autem excretio habilis eſt laxare & minuere copiam, ratioque eſt inde ipſam moliri, vnde natura proclinauerit. His ego conſideratis [i] auſus ſum in quartanarum diſtillationibus Typhe, vt mos eſt, narium vaſa cõuulnerare: oportet autem non exiguo fluore contentum eſſe, ſed pro viribus detrahere. Spontanea verò in febribus per nares ſanguinis profluuia, ſi in criſi fiant, excipere conuenit. ſin autem ſanguis immodicè erumpat, ſiſtere conandum eſt. Primùm itaque extremæ partes validè deligabuntur, æger ſublimi capite figurabitur. Videtur etiam præputij deligatura ſanguinis peculiariter ex naribus profluuia cohibere: æger non expurget narium foramina, neque locum irritet, verùm ſanguinem concreſcere ſinat. naſus ſpongia, quæ in poſca maduerit, refrigeſcat, ac obturamen ex panniculo naribus profluentibus demittatur, medicamento quodam ex eis quæ ſanguinem comprimunt, inuncto: horum materiam, & reliquam curationem inter remedia vnicuique loco affecto conuenientia libro ſubſequenti verboſiùs perſequemur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Typhe. *Specie ſiligini non diſsimilis, ſimplici culmo, grano multiplici, tunica velato, atque leuiſsimo, radice numeroſa, largior eius in Aſia prouentus regione, vt vult Galenus, quæ ſuper Pergamum ſita eſt. Hanc agricolæ, quod triticum in oppida conuehi ſoleat, ad panificium vſurpant. Huiuſmodi igitur ariſta, hoc eſt ſpicæ apice narium foramina pungere interim præcipit Paulus, vt irritatus ſanguis largius profluat.*

CORNARII.

h *denſitatem meatuum,* διὰ πύκνωσιν τῶν πόρων, *quæ poſtrema vox deeſt in Paulo.*

i *auſus fui in deſtillationibus quarta die contingentibus, per Typham, &c. Eſt autem Typha arundinis ſpecies frequens in ſtagnantibus locis.*

Animi deliquiis quomodo ſuccurrẽdum.

Si anima deficiat. Cap. LX.

QVi ex cholera, alui profluuio, aliiſque multis, & vniuerſim factis vacuationibus, reſoluuntur, iis aqua frigida

gida aſpergitur & nares comprehenduntur, os ventriculi infricatur, vomitus præcipitur, ſtomachus turbatur, vel digitis immiſſis, vel pinnis. præterea pluribus vinculis validè deligari debent. Quum per imas particulas vacuationes fiunt, brachia: cùm per ſuperiores, crura. Cæterùm ſanguinem fundentibus proſpicienda eſt & figura ſine dolore ſurſum vergens, & cucurbitula defigetur, quæ ad particulas retrahat ſitu contrarias vacuationem experiuntibus. Curat etiam vinum aqua temperatum reſolutiones ex ſubitis vacuationibus ortas, niſi viſcerum inflammatio, aut vehemens capitis dolor, aut mentem turbans aliquis affectus, aut febris ardens, in crudo morbo prohibeat: in his ſiquidem magna vinum adfert incommoda. Et ſi æſtus fuerit, calidique temperamenti æger, ac frigidæ aſſueuerit, [k] frigidum vinum exhibebitur. ſin contraria euenerint, calidum. At ſi ex ſudoris copia anima deficiunt, cutis denſanda eſt, quemadmodum à nobis prius eſt dictum. Tum vt frigidus aëris perflatus accedat, proſpiciendum eſt. Porrò in ventriculum defluxionibus nihil horum conuenit, præterquàm ipſi ventriculo ſtomachoque corroborantia admouere, & affectos in balneum ducere. Hoc ſiquidem illiuſmodi fluoribus eſt accommodatiſſimum, verùm ſanguinis profluuia, & ſudores vehementer proritat. Qui ob plenitudinem animo deſtituuntur, vino ciboque abſtinebunt: item balneis, ſi febricitent. Potio autem mulſæ datur, in qua vel thymus, vel origanum, vel pulegium, vel hyſſopum ſit incoctum. Propitium verò iis eſt & oxymeli. At ſi propter humores vitioſos in ſtomacho contentos anima defecerit, iubendi ſunt vomere ab hydrelæo, digitis aut pinnis in os demiſſis. Sin autem vomere nequeant, oleum quàm laudatiſſimum ipſis propinabitur. [l] hoc enim & aluo ex inferioribus partibus infuſum, ſubinde vacuat. Iam verò abſinthium ipſis auxiliatur. Porrò ſi propter ſtomachi imbecillitatem diſſoluantur, iis vti expedit quæ firmando ipſi ſunt: veluti anteà in capite de eodem comprehenſum eſt, ſummaque perfricare oportet. Exuſti in ſole ad balneum ducuntur: qui perfrixerunt, medicamen diatrion pipereon, ipſumque piper aſſumant. Qui verò ob caliditatem largiorem, æſtumue, aut lentam in balneo moram animo deficiunt, curantur frigida aſperſa, & ſi ad ventum conuertas, ſtomachi frictione, vini cibique

Balneum quibus cō modum, & contrà.

vſu

vſu. Sin autem propter inflammationis magnitudinem, aut febris malignitatẽ in acceſſionibus animus deliquerit, perfrigeſcántque, artus fricare valenter iubeto, calefacere & deligare. Adhæc vigilias inediámque præcipito. Ea verò & ante acceſſionem faciunda ſunt. Quibus ob ſiccitatem anima deficit, duabus tribúſue horis ante acceſſionem, cibus offeretur, vel chondri cremor, vel panis ex aqua ſimul cum mali granati nucleis, aut malis, aut piris. Si autem magni periculi metus ſit, etiam vinum dabitur. item iis qui ſubitò animam perdunt, his remediis ſuccurrendum eſt, ac vbique cauſam conſiderare conuenit, propter quam animæ defectus accidat, atque contra hanc pugnandum eſt. Nonnunquam verò & ſymptomatis maior habenda eſt ſollicitudo, nempe cùm periculum, vel etiam mortem minatur.

CORNARII.

k *frigida danda eſt. Sin contrà calida.*

l *Hoc ſæpe etiam per infernam aluum euacuat.*

Quomodo vlcus circa os ſacrum proueniens curetur.
Cap. LXI.

ET hic affectus, febribus potiſſimùm lentis, ex diuturno decubitu ſuperuenit. Cùm itaque ſacri oſſis regio incipit rubeſcere, circulum ex lana iuſtæ magnitudinis, parti ſubiiciemus, poſtea roſaceum, vel myrteum ceratum, quod argenti ſpumam, aut ceruſam habeat ſuperaccommodabimus. Inflammatione autem oborta, cataplaſma ex pane cum ſolano, vel polygonio, vel plantagine, vel tenera braſſica applicatur. Si vlcus ſerpat, lenticula cum malicorio inſtar cataplaſmatis inducitur.

* * *

PAVLI AEGINETAE LIBER TERTIVS, IOANNE GVINTERIO ANDERNACO INTERPRETE.

***

De pilorum affectibus.

De alopecia, & ophiaſi, & caluitio. Cap. I.

QVEMADMODVM ſtirpium nõnullæ ſucci defectu mareſcentes contabeſcũt: nonnullæ verò alienis à natura ſua humoribus infectæ emarcent, haud diſſimili ratione idipſum quoque pilis vſu venit. Etenim Caluitium, humidi penuria fieri cõſueuit: prauitate autem, vitioq́ue ſucci, Alopecia, & Ophiaſis, figura tantùm inter ſe differentes. Quoniam [in Ophiaſi] partem obleſam, ſerpentis modo [glabram] oſtendit: alopecia, quòd vulpes continuè infeſtet, ſic appellata eſt. Itaque coniecturam de humore, qui ſuperat, ex cutis colore facientes, vacuationem medicamento purgante prius moliemur: deinde loco vitiato auxilia inducemus. Si igitur color ad nigrius, albidiúſue mutatus fuerit, Antidoto Hiera quod pituitæ educendę, humoriq́ue, melancholico eſt, vtemur: ſin ad pallidius, catapotia ex aloë exhibebimus: ſingulorum autem ipſorum deſcriptionem in libro de medicamentis compoſitis inuenies. Vbi corpus iam totum inanieris, medicamenti quod pituitam per os extrahit, Apophlegmatiſmon Græci vocant, vſus erit, ex aceto, ſinapi & melle: iſque non ſemel, verùm crebrior. Satius autem fuerit, ſi etiam in aceto origanum, vel pulegium, vel thymus, vel hyſſopum commaduerit. Cæterùm in aliis quoque capitis affectibus eadem vtemur curandi ratione: primùm humorem, qui præpollet, euacuantes, vel purgatione, vel etiam ſanguinis emiſſione, ſi eius ſubeſt

Caluitij. Ophiaſ. Alopec. cauſæ. Differẽtia. [Ophiaſis] Curatio. [ſinuoſam & in ſpiras conuolutã.]

ſubeſt redundantia, dein ad præſidia, quæ parti extrinſecus iniiciuntur, tranſgredi conuenit.

De alopecia.

CVTIS nitro confricata, linteoque aſpero, lanáue potius deterſa, & iterum defricata, adeò vt ruborem contraxerit, verbenaca in Sole ex aceto detrita, illinitur. Aut alcyonio primæ aſperitatis combuſto, reductoque in puluerem cum oleo ex lucerna inungitur. Aut arundinis radix, aut amygdalæ amaræ cortex torridus, oleo vel adipe vrſina exceptus inducitur. Hæc itaque ſunt mitiora medicamina, verùm ex euphorbio, thapſia, & adarce, oleo læuigata laurino, vel pice liquida, vehementiorem vim repræſentant. ALIVD. Erinaceorum marinorũ teſta ignem experta cum adipe vrſino excepta, loco priùs nitro exterſo illinitur. ALIVD. Piperis, ſtercoris ouilli ſicci, eryſimi, erucę ſeminis, ſingulorũ drachmæ quatuor, veratri albi drachmæ tres, murium ſtercoris drachma. Excipiuntur felle taurino, aut hircino, aut ſuillo.

Aliud experientia probatum ad alopeciam.

MANDRAGORAE radicis, mali terræ, ari radicis, ceræ, picis liquidæ ſingulorum vnciæ octo, [m] axungiæ porci ſubrumis, nerij herbæ medullæ modicum. Axungiam, & nerium incoquito, donec herba intabeſcat: deinde exemptam proiicito: & reliqua axungiæ adiungito, incoquitoque, mox ceram, & picem liquidam. Vtitor in ſole audacius. Vbi iam vlcera ad cicatricem venerint, caput vulpeculæ vrito, & alcyonium, anchuſæq; nigræ folia omnia contrita ſuper inunctioni inducito, vt capiti pili ſuccreſcant. ALIVD. Muris capitis combuſti pars vna, [n] teſtarum marinarum tantundem, cum axungia porcina omnia: in fictili coctis vtitor, inſpergens etiam ex ipſis ſiccis aliquid.

Medicamentum ex thapſia ad omnes inueteratos affectus.

EVPHORBII, thapſiæ, baccarum lauri ſingulorũ vncia, ſulfuris ignem non experti ſemuncia, veratri tantundem, [o] ceræ vnciæ ſex, laurini, vel ricinini aut veteris olei quod ſatis eſt. In validioribus etiam vti, vincit naſturtij vncia, alcyonij cõbuſti vncia: iiſq; non ſolùm ad Alopecias, verumetiam ad omnem diuturnã perfrictionẽ. Summatim in Alopeciis cutis priùs nitro eſt extergenda, infricandáque, & frequenter pili nouacula radendi. Siquidem pleriſque noui ex ſola infricatione, frequentique raſura pilos proueniſſe.

Præparatio per nitrum.

Quomodo

Quomodo caluitium abigatur, & pili creſcant.
Ex Critonis commentationibus.

LEPORVM ventriculi quinque arefacti diligenter olla fictili friguntur. ᵖHis adiicito, myrtorum, myrti ſummitatum, acaciæ fructus, acaciæ ſucci, rubi canini, æqualem modum, adianti vncias tres. Hæc omnia accuratè reſiccata in pollinem coguntur, & ſubtili cribro incernuntur: deinde adipis vrſini libris quatuor, & phocæ totidem admiſtis denuò tunduntur. Excepta pixide plumbea reſeruantur. Cùm vſus poſtulat, quolibet oleo aromatis imbuto diluuntur.

Quæ pilos conſeruent.

POLYTRICHI herbæ pars vna, ladani partes duæ, vino myrteoque oleo exceptæ in vſum adhibentur.

ALIVD. Anemonæ flos tritus cum oleo inungitur: idem verò, & nigreſacit.

ALIVD. Verbenacam rectam vnà cum radicibus torrefactam, tuſamq; tenui cribro incernito, mixtam oleo vt ſordium habeat ſpiſſitudinem æreo vaſe reponito. Cùm liquefeceris, vtitor in vicem olei ſimiliter.

Aqua pilos augens, eoſdemq; denigrans.

AQVAE pluuialis ſextarij ſex, rhus Alexandrini ſextarij tres, polytrichi vnciæ quatuor, herbæ ſabinæ tantundem, ladani vncia, myrti vncia, cucurbitæ aridæ tantundem. Sinito ad dies viginti vitreo vaſe commadeſcere, bis mouens quotidiè rudicula tedacea. † In ſequenti tempore in aquam pilos ſingulos tingens, vtitor quotidiè. Item ſemen althææ in balneo illitum pilos conſeruat, augétq;. pari modo oleum inunctum, in quo ſemen ipſum althææ decoctum eſt, vel ſimul impoſitum.

† *In ſequēti die pectinem in aquā intingens vtere, atq; ita fac quotidie. vera ſcriptura ex antiquo codice.* GOU.

Quæ medicamenta pilos extenuent.

FICVS foliorum, vitis agreſtis albæ corticis, pumicis, teſtarum buccinorum, terræ cimoliæ ſingulorum mina. Omnibus in nouam, crudámque ollam coniectis, lutóque oblitis, in camino coquito, teritóque, adiiciens aphronitri minæ ſemiſſem, gallas immaturas numero triginta. In puluerem redacta excipito, ac vtitor.

ALIVD. ᑫ Aphronitri minæ ſeptem, pumicis toſti minæ quatuor, aluminis fiſſi, iridis ſiccæ, myrti Syluestris nigræ, gummi, bryoniæ radicis ſingulorum drachmæ quatuor, lu-

pinorum crudorum in pollinem detritorum, congij pars
quarta. Vtere abſque pingui.

Ad fluentes pilos.

ALOE ex vino nigro auſtero illinitur, vel purpuræ tegmina ex oleo cocta, vel myrrha, & ladanum cum vino, myrteóque, vel caprillum ſtercus in teſta combuſtum ex oleo leuigatur ac cuti priùs raſæ inungitur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Tertius *hic liber de omnibus totius corporis affectibus particulatim agit: & ſingula vnicuique particulæ conuenientia remedia complectitur. Primùm autem cuiusq; morbi curãdi Methodum artificioſam exponit, quæ ex cauſarum notitia, partis temperamento ægriq; natura, & aliis indicationibus ſumitur. Deinde ſic ad ea veniendũ auxilia præcipit, quæ ipſis locis affectis induci debeant: Græci* τοπικὰ *nominant. Quod Galenus lib. 14. Methodi pulcherrimè docet. Cæterùm hic liber Pauli partim ex Galeni opere de compoſitione medicamentorum ſecundum locos, partim ex octauo Oribaſij transſcriptus eſt: admixtis interim remediis quæ Paulus ipſe vſu comprobarit.*

Quemadmodùm ſtirpium. *Ex primo capite Galeni de compoſitione medicamentorum ſecundum locos ad verbum hæc ſunt tranſcripta. Iam quartodecimo Methodi cap. 18. penè eadem habentur.*
Caluicium. *Celſus ophiaſin & alopeciam vicia communi vocabulo Areas ap-*
Ophiaſis. *pellat, quod nimirum loca pilis vacua eas in capite repræſentent. Oro-*
Alopecia. *ſcius reprehendit hîc me quod Celſum imitatus dixerim de areis, hoc*
Areæ. *eſt alopecia & opiaſi. Rectè facit literator, interpretandi muneris imperitus.*

Nonnullæ vero alienis. *Græcè eſt* ἀλλοτρίοις ἑαυτῶν, *quod*
ad verbum ſonat, ſuccis alienis à ſeipſis. Galenus paulò clarius di-
xit: ὑγροῖς ἀλλοτρίοις τῆς ἑαυτῶν φύσεως, *quod eſt: Humoribus alie-*
nis à ſua ipſorum natura. Atque ita nos reddidimus, potius indican-
tes eſſe, dictionem ſententiæ addere, quàm rem obſcurare. Quemad-
modùm igitur quædam alimenta ſunt homini, quædam ſturno pro-
pria, ita herbæ quoque idoneum, familiarémque naturæ ſuæ humorem
quo alantur, attrahunt, alienum reſpuunt.

Inter ſe. *Deprauatus codex eſt Græcus, tum Venetiis, tum in Ger*
mania impreſſus. Habet enim διαφέρουσα τῶν ἄλλων, *pro* διαφέρου-
σα τῶν ἀλλήλων. *Rurſus hic Galenus apertius dixit:* ὀνόματα δ'
ἔχοντα διαφέροντα παρὰ τὸ σχῆμα. *Hoc eſt: Nomina autem ſe-*
cundùm figuram diuerſa habentes.

Quoniam in Ophiaſi. *Codex Græcus hîc mutilus eſt. Quid enim ſibi vult ὅτι παραπλήσιον ὄφει τὸ βεβαμμένον φαίνεται μόριον, niſi addatur in quo affectu. Addendum igitur neceſſariò ex Galeno nonnihil eſt, legendúmque in Paulo ὅτι κατὰ τὰς ὀφιάσεις παραπλήσιον, &c.*

Deinde loco viciato. *Hoc vbique obſeruandum præcipit Galenus, vt ſemper totius corporis vacuatio præcedat, niſi admodùm exiguus ſit affectus. Dixi loco viciato, auxilia inducemus, pro τοῖς τοπικοῖς ἀποθεραπεύσαμεν βοηθήμασι, quod eſt, localibus perſanabimus remediis.*

Si igitur color ad nigrius. *Hoc eſt, ſi nigrior, albidiórve conſpiciatur. Nam quod Paulus εἰ μὲν οὖν ἐπὶ τὸ μελάντερον ἢ λευκότερον ἡ χροιὰ παρατραπείη dixit, Galenus in methodo in hunc modum: εἰ μὲν οὖν λευκοτέρα τοῦ κατὰ φύσιν, καὶ εἰ μελαντέρα. Quod eſt, ſi albidior quàm pro naturæ habitu ſit & ſi nigrior.*

Antidoto Hiera. *Intellige, hiera diacolocynthidos, cuius deſcriptionem habes libro ſeptimo Pauli, Archigeni aſcriptam. Scribonius autem Largus eandem penè ad verbum habet. Officinæ vocant Hieram compoſitam Galeni: verùm in multis adulteratam. Quæ verò ex aloe, & aliis ſex rebus; nempe cinamomo, xylobalſamo, aſaro, ſpica nardi, croco, & chiamaſtiche, conſtat, ſimplex dicitur. Et hæc in officinis, non parum ab illa Galeni diſcrepat. Primùm ſanè præter medicamenta quæ ab illo numerantur, duo inſuper adiecta habet, puta xiloaloen, & caſſiam, vnum ſuppoſititium carpobalſamum, loco xylobalſami. Deinde pondera etiam diuerſa continet. Nam omnium partes æquales habet. Galeni autem hiera, aloës centum: aut cùm præſtantiorem fieri cupit, aloës drach. nonaginta, aut etiam octuaginta recipit, reliquorum vero ſex: vbi de capite ſollicitudo eſt, croci tantùm quinque.* *Hiera diacolocynthidos.*

Catapotia ex aloë. *Hæc recipiunt cucurbitæ ſylueſtris, quam colocynthida vocant, partem vnam, aloës, & ſcammonij ſingulorum partes duas. Galenus hîc abſinthij ſucci partem vnam admiſcere ſolebat: anteà quoque maſtichen chiam, & bdellium. rediguntur in granula Ciceri ſimilia. His ferè reſpondent Pilulæ noſtræ Cochiæ à Raſi deſcriptæ.*

Dein ad præſidia. *Cùm iam purum ex purgatione corpus fuerit, humor qui in cute continetur medicamentis digerentibus diſcuti debet: diligentia adhibita, ne adeò calida, acriáque admoueantur, vt cutis exulceretur. Ad hæc ne nimiùm ſiccent, prouidendum eſt. nam talibus non tantùm humor viciatus, ſed etiam vtilis qui confluit,* *Methodus curationis.*

abſumitur. Græcè erat ἐπὶ τὴν τοπικὴν χωρεῖν ἐπιμέλειαν *quod ad verbum ſonat, ad localem veniendum curationem : ſed Latinius eſt vt reddidi.*

Primæ aſperitatis. *Locutio eſt Varronica pro aſperrimo. Græcè erat* τὸ τραχύτατον.

Aliud experientia prob. *Hoc medicamentum in Codice Ioannis Laſcaris manu ſcripto, non habetur: nec compoſitio planè cohæret, ac peregrina planè videtur.*

Vnciæ octo. *Habebatur in Græco* X *pro* <o *ſicut alia pleraque abſurda.*

Euphorbiæ, thapſiæ, baccarum lauri. *Malè in Codice Græco habetur* δαφνίνου *quod eſt laurini pro* δαφνίδων, *vt Galenus habet. Nam poſteà mentio laurini fit. Præterea Galenus in eodem medicamento à Paulo ratione, ponderum diſſentit. Legit enim Euphorbij, thapſiæ, & baccarum lauri, ſingulorum drachmæ duæ, ſulphuris viui, veratri ſingulorum drachma: ceræ drachmæ ſex, &c.*

Naſturcij. *Impreſſus Codex tum Venetiis, tum Baſileæ habet* καρδαμώμου. *Sed Galenus & ipſe ſenſus requirit* καρδάμου *quod impetigines & lepras diſcutit, eadem vi præditum qua ſinapi.*

Recinini aut veteris. *Paulò antè etiam deeſt particula diſiunctiua in codice Græco. habet enim* κικίνου παλαιοῦ ἐλαίου : *cum legendum ſit ex Galeno* κικίνου ἢ παλαιοῦ ἐλαίου. *Nam ſi ricininum deeſt, etiam commune vetus oleum eadem præſtare poteſt.*

Leporum ventriculi quinque. *Ex Critone hæc ſunt, citante Galeno. Verùm ſcriptura illius à Paulo variat. Galeni codex habet* κοιλίας ἕξ *hoc eſt ventriculos ſex. Paulus tantùm habet* πέντε. *Vide vtrum malis ſequi.*

His adiiciantur. *Græci Codices omnes deprauati ſunt hoc in loco. Nam habent* πρὸς τούτοις λάμβανε τὸ ῥίτον, μυρσίνης : ἀκραιομόνων. ἀκακίας καρποῦ, *&c. Quid quæſo hinc colligi poßit? Legendum igitur cum Galeno cenſeo in eum modum:* πρὸς τούτοις λάμβανε μυρτῶν, μυρσίνης ἀκραιμόνων, ἀκακίας καρποῦ, *&c. Pondere nonnihil apud Galenum variant.*

Quolibet oleo aromatis imbuto. *Sic interpretatus ſum* ᾧ θέλεις ἡδύσματι. *Celſus dixiſſet, quolibet vnguento. Nam Græca vox* ἥδυσμα. ἥδυσμα *nihil aliud ſignat quàm vnguentum ex oleis ſuccíſve præparatum, cui ex aromatis iniectis, odor ſuauior, & gratia acceſſerit. Non autem ſum ignarus* ἥδυσμα *apud alios quoſdam aliter accipi, vt apud Plinium libro tertiodecimo, capite primo, vbi habet in hunc modum: Ratio faciendi duplex, ſuccus & corpus. Ille olei ferè*

generis

generibus conſtat, hoc odorum, hæc ſtymmata vocant, illa hedyſma- στύμματα.
ta, &c. In qua oratione planè à Galeno, cæteriſq; Græcis diſſentit. Nam olea ipſa quæ in vnguentis ſumuntur, hedyſmata videtur appellare: ſtimmata verò aromata. At Galeno & Dioſcoridi ſtymmata, alia medicamenta aromatica, nempè quæ ſpiſsitudinem vnguento concilient, appellantur, vndè etiam ſpiſſamenta poſsis nuncupare, alia verò hedyſmata, nimirùm quæ gratiam odoris & ſuauitatem eis imprimant. Vide Dioſcoridem in vnguento cinamomino, & Nardino aliiſq; cum paucis. Galenus voces Hippocraticas interpretans, hedyſmata, inquit, pro ipſis aromatis apud Hippocratem accipi.

Anemonæ flos tritus. Oroſcius hic in Græco codice legendum cenſet, ἀνεμώνης τὸ ἔνδον μέλαν ῥίψας μετ' ἐλαίου μυρσίνου, hoc eſt: Anemonæ interior pars nigra, cum oleo myrteo trita, vt habetur apud Archigenem, citante Galeno libro primo de compoſitione medicamentorum ſecundum locos. Sed hunc locum adfert de medicamentis nigrefacientibus ex Archigene, cum paulo ſuperius ſingulare caput extet de fluidis capillis & remediis illos conſeruantibus. vnde Paulus hanc orationem ad verbum planè tranſcripſit. Habet enim Galenus ex ſententia Heraclidis: ἀνεμώνης τὸ ἄνθος ῥίψας μετ' ἐλαίου, καλάχει. Iam flos ipſe non aduerſatur aliqua ex parte pilis promouendis.

Stercus caprillum. Apud Græcos propriè dicitur ſtercus caprillum σφύραθος, teſte Galeno libro decimo de ſimplici medicina, vbi habet συνεχέστατα μὲν οὖν χρώμεθα ταῖς τῶν αἰγῶν κόπροις, (σφύραθοι δ' ἰδίως ὀνομάζονται.) Quod eſt: Frequentiſsimè igitur ca- σφύραθος.
prarum ſtercoribus vtimur, ſphyrathi autem propriè nominantur.

CORNARII.

m Axungiæ porcinæ non ſalſæ, nerij herbæ cordis ſiue internæ partis parum. Axungiam & herbam coquito donec herba flacceſcat, deinde facta excolatione herbam abiicito. Hoc medicamentum in nullo alio medico Græco, quod ſciã reperitur, & merito tanquam ſuppoſititium eſt ſuſpectum. Primũ ponderis lectio corrupta eſt: ſunt enim Ⅹ. ñ. congij octo pro ΓΟ. ñ. vncis octo. Deinde vbi habetur ἀξυγγίου χοιρείου ἀπάστου, non ſatis conſtat quid per ἀπάστου vocem ſignificare velit, an ἀθεράπευτον, id eſt non curatam, an ἄναλον, id eſt non ſalſam. At cum πάσσειν inter cætera ſignificet ſalem inſpergere, ἀπαστόν non ſalſam conuerti. Poſtea nerium fruticem obſcurat herbæ appellatione, & dum cor eius accipere iubet, etiam de parte nos ambiguos facit. Puto tamen ramorum nerij internam par-

tem, ſiue medullam accipiendam eſſe, quam Græci καρδίαν vocant. ἀποσωρεύσας corruptè legitur pro ἀποσκηρῶσαι, eſt autem ἀποσκηρῶσαι excolare.

n Teſtarum buccinorum marinorum partem vnam, cum axungia in olla coctis vtere. potes & ſicca ipſa inſpergere. Græcè legitur, κυνὸς κεφαλῆς κε.μ.α. ὄστρακα ῥούσιον ἐκ τῆς θαλάσσης.μ.α. Non improbo coniecturam, vt ob ſcripturæ vicinitatem κυνὸς pro μυὸς legatur, maximè quum Gal. quoque lib. I. κατὰ τόπους muris caput habeat, non canis, tamen ſicut paulo ante vulpeculæ caput vſtum recipiebat, ſic caninum quoque hoc loco recipiendum eſſe præſcripſiſſe videri poteſt, vtrumque ob vim vehementer reſiccantem ac extenſoriam. Eodem modo, ſicut pro ὄστρακα ῥούσιον, legendum puto ὀστράκων κηρύκων (nam eadem etiam paulò inferius in hoc cap. habentur) ita nolo penitus ὄστρακον ῥούσιον reiicere. Fortaßis enim legendum eſt ὀστράκων ῥουσίων ἐκ τῆς θαλάσσης. μ. α. id eſt teſtarum ruſſearum ex mari partem vnam. ſuſpicórque ῥούσιον dixiſſe ruſſeum latina voce vſurpata. Quemadmodum Conſtant. Cæſ. lib. 2. de Agricultura cap. 24. ῥουσίζοντα ἴα dixit ruſſei coloris violas. Et Paul. lib. 7. cap. II. in Antidoto podagrica ex corallio, anagallidem τὸ ῥούσιον ἄνθος ἔχουσαν, id eſt puniceum florem habentem dixit. Sic ruſſeæ teſtæ ex mari aliæ non erunt quàm conchyliorum ac concharum, atque adeo ipſorum buccinorum. Addo aliam coniecturam. poßit fieri vt recta lectio ſit ὀστράκων ἐχίνων ἐκ τῆς θαλάσσης. Nam Gal. lib. I. κατὰ τόπους inter huius generis medicamenta à Critone tradita herinaceorum marinorum teſtas vſtas habet. Sed hæc ſint diuinantis non affirmantis.

o Ceræ vnciæ dimidium.

p Et ad hos tertiam virgultorum myrti partem accipito, acaciæ fructus, &c. ſingulorum tantundem.

q Aphronitri minæ dimidium, pumicis torrefacti minæ quartam partem, aluminis ſciſsi, iridis ſiccæ, comæ myrti ſylueſtris nigræ, radicis bryoniæ, &c. In Græcis pondera corrupta ſunt: legitur enim ἀφρονίτρου μνᾶς.ʃ. κισσήρεως ὀπτῆς μνᾶς. δ. Sed harum rerum tanta moles nullo modo cum ſequentibus congruit, quæ quatuor drachmarum pondere ſumuntur. Suppoſitum itaque eſt μνᾶς. ʃ. pro μνᾶς. S. & rurſus μνᾶς. δ. pro μνᾶς τέταρτον. Nam mox etiam lupinorum. ⚲. τέταρτον, id eſt quartam congij partem habet.

Quomodo pili criſpi fiant, & tincturis inficiantur, ex Cleopatræ libris, quos de capillis criſpis faciundis prodidit.

Caput

CAPVT II.

CApite priùs deterſo, ſpondylij radix cum mero pilis inungitur.

ALIVD. Nux pinea recens ad cinerem vſque comburitur, iniectaque pilæ teritur, myrteum vnguentum ſuperinfunditur, donec mellis fiat ſpiſſitudo. Atque ſic pili raſo capite abſterſóque delinuntur.

ALIVD. Myrti & betæ pari menſura cum oleo pilos abſtergens vtitor.

ALIVD. [r] Gallæ viginti numero, adianti vnciæ duæ ex aqua marina in mellis craſſitiem coactæ, inducuntur, ſed pilo vrina prius deterſo, vel lixiuio, & aqua calente abluto, oblinetur medicamentum ad biduum, per quod vbi ipſum retinuerit, tertio die ablui debet, piliq́ue reſiccati myrteo inungi. Id tenerum criſpúmque & nigrum efficit capillum. At ſi priùs caput nouacula raſeris, criſpior euadet.

Quæ canos arcent, & eoſdem denigrant.

OLEI quod immaturæ oliuæ fuderunt ſextarij tres, ſpicæ nardi drachma, vnguis odorati drachmæ quatuor, iunci rotundi floris tantundem: incoquuntur cum oleo. ſeorſim habebitur Acaciæ ſucci vncia vna, vino ſoluta læuigatáque diligenter. Vbi verò tertia pars olei fuerit relicta, hanc percolato, & acaciæ mixtam in fidelia excipito, ac vtitor quotidie pilos inungens.

ALIVD. Nucum viridium corticis vncias tres, ilicis radicis tantundem, vini nigri ſextarios tres, ad tetias decoquito, ac vbi id quod reliquum eſt expreſſeris, cum olei myrtei ſextario iterum ſubiges, vſus eius eſt quotidianus.

Aqua pilos denigrans.

GALLAE ſextarius vnus, rhus coriarij ſextarij duo, myrti nigræ totidem [s], cyperi foliorum æqualis menſura, cinaræ manipulus, papaueris nigrorum in floribus capitulorũ tantundem, aquæ lacuſtris ſextarij duodecim. Omnia multis antè diebus macerata, ad tertias decoquuntur. Deinde illinuntur, abſterſis, ſiccatiſque crinibus. [t] Ac cimoliæ terrę acetabulum cum viua calce pari menſura inungitur. Hæc autem ſucco betæ elixæ ſoluta illinuntur, deinde betæ folia tegminis gratia ſuper accommodantur, ac vbi ſatis adhæſerint, in balneo abluuntur.

Vt ruffi capilli tingantur, & flaueſcant.

MYRRHAE pars vna, cum ſalis floris altera, accuratè teritur. Vbi ſordium facta eſt craſſities, caput priùs deterſum medicamento inungitur. ſinitúrque per noctem, & diem, poſteà tunc ablui præcipies.

ALIVD. Lupinos crudos cum aqua illinito.

ALIVD. Argenteæ ſpumę drachmã, terræ creticæ drachmas quatuor, calcis viuæ drachmam. Ex aqua mellis craſſitiem faciens inungito, & betæ foliis adiectis ad duos tréſve dies abluito.

Vt pili nigri flaueſcant.

FLOCES vini in balnei ſordes mittuntur, & ſpiſſitudine cerati facta ſub ſomnum illinuntur, & manè pili flaueſcunt.

ALIVD. [u] Cyperi folia ſucco herbæ lanariæ fruticis madeſcunt. Et diluto vteris.

Quæ capillum reddunt colore aureum.

ALVMINIS. Sandarachæ, ſingulorum drachmæ ſex, croci drachmæ duæ, [x] thapſi qua tinctores vtuntur, Romani vocant herbam rubiam, drachmæ octo, è cinere lixiuij quo pilearij vtuntur ſextarij quatuor. Lixiuium cum thapſo contuſa incoquito. vbi dimidia portio relicta fuerit, humorem exprimito. quo alumen, ſandaracham, & crocum dilues, deinde vaſe vitreo condes. Vbi vſus venerit, pilos priùs abſterſos illinito. poſtquàm verò combiberint, ablues decocto fœnugræci, hordei, & cumini, [y] aquæ priùs tepidæ ſuperfuſæ quod ſufficit, ad hæc ſaponis quantùm ſatis eſt adiicies.

ALIVD. Floces vini vſtæ vnà cum oleo balanino, pilis oblinuntur.

ALIVD. Sapone gallico cum aqua in ſingulis balneis pili abſterguntur.

Aliud valdè generoſum.

RHVS rubri ſextarius, [z] gallarum libra vna, Selydrij vnciæ duæ, herbæ aurum colore imitantis (quam Romani rubiam vocant) vnciæ duæ, polytrychi faſciculi duo, abſynthij vnus, lupinorum quibus cortex ſit detractus cyathi duo,

Thapſus et Rubia.

† Locus hic iiſdem verbis apud Alexã. Trallian. legitur niſi quod θαψίας in eo legitur pro θάψου. Eſt θάψος (vt ſcholiaſtes Theocriti ſcribit) τὸ κοινῶς λεγόμενον χρυσόξυλον· ὥσπερ τὰ ἔρια βάπτουσι καὶ ποιοῦσι μήλινα, καὶ τοὶς τρίχας ξανθίζουσι. Verba autẽ hæc ἣν οἱ ῥωμαῖοι ἔρβαν ρουβίαν καλοῦσι, inducenda ſunt. Scholion enim alicuius eſſe qui omnia nimis declarare ſtuderet, quod in legitimum poſtea orationis ordinem ab his qui libros noſtros deſcripſerunt receptum ſit, ex eo intelligi poteſt, quod Paulus, & Alexand. (cuius codex hac etiam labe infectus eſt) non tam alieni in re medica fuerunt, vt ſcripſerint Thapſum eam eſſe herbam quæ à Romanis Rubia tinctorum, à Græcis Erythrodanum dicitur.

duo, aquæ ſextarij ſeptem. Omnia in vitreum vas coniecta, dies nouem ſinito commadeſcere: quotidie bis rudicula agitans. quum vſus exigit, auferes quod ſatis eſt. & hoc ſpongiam madefaciens, pilos confricato, humectóſque combibere ſinito. vbi ſiccati fuerint, ſapone calida aqua ſoluto, abluuntur.

Quæ pilos albos faciunt.

VERBASCI candidi flos combuſtus aceto mergitur, & in ſaponem miſcetur.

ALIVD. Verbaſci ſeminis, aluminis, raphanorum corticis ſingulorum drachma. Contundito, & glutini quod ex tergoribus boum conſit, ταυροκόλλην Græci vocant, drachmas quatuor miſceto.

ANNOTAT. ANDERNACI.

E' cinere lixiuij. *Paulus libro ſeptimo lixiuium, quod Græci κονίαν appellant, cineris lotionem eſſe dicit: enumerátque eius differentias. Aliud enim ex cinere fici, caprifici, ſarmentorum, & tithymallorum conſit, quod vim abſterſoriam maximè, ſiccantémque, & exedentem propemodum obtinet, ſi calx admiſceatur, vrentem, πρωτόστακτος dicitur, quaſi primarium lixiuium. Interim ex ſola fit calce. Iam quoddam ex ſapone præparatur, vnde σαπωναρικὴ κονία nuncupatur. At nomen κονίας plura ſignat, nempe calcem ipſam, & lixiuium, cinerémque. Solet autem aliis adiungi, quæ ipſum, qua de re intelligi debeat, interpretentur, vt pote κονία στακτὴ, pro lixiuio liquido, κονία ἄσβεστος, pro calce viua accipitur, cum ἄσβεστος per ſe calcem non extinctam ſignet, vt τίτανος ἄσβεστος. Porrò cum κονία ἀσβέστου ponitur, hoc eſt duo ſubſtantiua, alterum in nominatiuo, alterum in genitiuo, lixiuium calcis intelligendum venit. Cæterùm apud Latinos ſcriptores lixiuij vox aliis atque aliis dictionibus iuncta, diuerſa etiam ſignificat. Primùm apud Varronem, Columellam, Plinium frequenter habetur Cineris lixiuia, cineris lixiuij, è cinere lixiuium, pro ſimplici lixiuio. Deinde apud Largum, vnde Galenus aliquot medicamẽta tranſcripſit, compoſitione 228. Hæc terere oportet ex cinere lixiua. In ſequenti rurſus: Cum cinere lixiua diutius terere. Paulò pòſt in altera: Teruntur ex cinere lixiua, qua vtuntur culinarij, ſicut apud Paulum Aeginetam κονία πιλεοποιητικὴ pro lixiuio quo pilarij vtuntur. Legendum eſt in codice Græco per ſimplex ι, non per η, vt quidam faciunt, putantes à πηλὸς, quod eſt lutum, πηλοποιητικὴν κονίαν appellari, vt ſit lixiuium quo figuli vtuntur: cùm tamen nullum eius, vt mihi videtur vſum habeant. Quare locus*

Lixiuiorũ genera.

πρωτόστακτος.

σαπωναρική.

κονία.

κονία στακτὴ.

κονία ἄσβεστος.

Lixiuium è cinere.

in ſexto Methodi deprauatus Linacrum interpretem decepit, alioſq; non paucos eum citantes. Verba Græca ſic habent: μηδὲν ἐν τῷ παραχρῆμα φάρμακον ἔχων ἥττησα κονίαν στακτὴν, ἐωρακὼς ἐκ γειτόνων τὸ κάμνοντος πιλοποιόν. In qua oratione πιλοποιὸν legendum eſt. Galenus aliquando κονίαν πιλοποιητικὴν. Aliquando ὕδωρ πιλοποιητικὸν pro eadem re exponit: vt lib. ſexto de compoſitione medicamentorum ſecundum genera in hunc modum, ἄλλη ἡ διὰ τὸ ἀφρονίτρου, ᾗ ἐχρήσατο λάργος. κηροῦ λίτραν. α. τερμινθίνης λίτραν α. μάννης λίτραν. α. ἀφρονίτρου λίτραν. α. ἐλαίου ξέστην. α. ὕδατος πιλοποιητικοῦ ξέστην. α. μίσυος ὠμοῦ γο β. σώζεται κατὰ τρόπον. Largus compoſit. 216. temporis iniuria nonnihil mutilus eſt. Verba ipſius hæc ſunt. Ceræ pondo libra, reſinæ terebinthinæ pondo libra, nitri rubri pondo libra. Hæc teruntur ex cinere lixiua, poſtea cum olei cyathis ſex liqueſiunt ad ignem: quibus adiicitur thuris pollinis ſelibra. Vides hic ὕδωρ πιλοποιὸν nihil aliud eſſe quàm cinerem lixiuum, aut lixiuium, aut quomodocunq; voles appellare. Atque ita ego etiam antea ſum interpretatus. Paulò pòſt Galenus eodem in lib. τὰ ξηρὰ διαλύεται πιλοποιητικῷ, hoc eſt arida diſſoluuntur lixiua, vbi ſimpliciter πιλοποιητικῷ dixit pro κονίᾳ πιλοποιητικῇ. Apud Plinium cineris vox ſimplex interim pro lixiuio vſurpatur: nẽpe ex Dioſcoride vertit dictionem κονίαν. Ruellius vir alioqui antiquæ eruditionis etiam in poſtrema editione libr. 6. Dioſcoridis κονίαν πιλοποιητικὴν vertit cum luto ſuo lixiuium, quàm accommodatè iudicent alij: certè lutum nemo potui dabit, ſed lixiuium, lacte in ventre coagulato. Iam pondus viciatũ in codice Græco non aduertit Ariſtarchus. Nã pro ∠ δ, quod eſt drachmæ quatuor, reponendum ξε δ, hoc eſt ſextarij quatuor. Idem itaque eſt κονία πιλοποιητικὴ, κονία πιλοποιικὴ, ὕδωρ πιλοποιητικὸν ὕδωρ πιλοποιικὸν & στακτὴ τῶν πιλωταρίων.

CORNARII.

ν Gallas viginti, adianti ſextantem in aqua marina ad mellis craſſitudinem. pro χρίε θαλάσσῃ, lege τρίβε θαλάσσῃ, & pro ὀξυράναντα ἀλείφειν, lege ξηράναντα ἀλείφειν.

ξ Liguſtri foliorum tantundem, cinnaræ manipulum, capitum papaueris tantundem, aquæ lacuſtris, &c. Falsò legitur μήκωνες καπύων pro μήκωνος κωδύων. Vſus eſt & hîc Latina voce ὕδωρ λάκκαιον, aquam lacuſtrem appellans, niſi fortaſſe Latini potius λάκκον Græcam vocem, lacum ſuum fecerunt.

ο Quin & ſiccatos capillos cimoliæ acetabulo vno, & calcis viuæ pari menſura illinito. Hæc autem, &c.

π liguſtri folia.

α Legend

x *Legendum Græcè, θάψου ἢ τινι οἱ βαφεῖς χρῶνται, ἣν οἱ ῥωμαῖοι ἔρβα ῥούβιαμ καλοῦσι < ἡ. κονίας πιλοποιητικῆς. ξ. δ. Et accipiendum lixinium pileatoriū, ſiue pileariorū, hoc eſt eorū qui pileos ex lana faciūt. Quod verò quæ Latinis rubia vocatur, Græcis appelletur θάψος, apud nullū alium authorem Græcū reperi, imò neq; thapſum pro vllius herbæ nomine. Thapſum addita voce barbaſſum vulgus herbariorum nouit, ſed hæc thapſus φλόμος Græcis eſt, & verbaſcum Latinis, vnde barbaſsi vox corrupta eſt. At hanc thapſum à Paulo hîc non intelligi hinc colligimus, quòd paulò pòſt φλόμου bis meminit, & hæc thapſus rubia Latinis non dicatur. Et rubiam quidem ἐρυθρόδανον eſſe apud omnes pro certo habetur, & in Dioſcor. rubiæ appellatio addita legitur: an verò hîc Paulus thapſum appellet, ambiguum facit, quod ipſe lib. 7. erythrodanum radicem rubram tinctorum eſſe dicit, vt Dioſcor. Verùm de thapſo mox ita ſcribit, βοτάνης χρυσιζούσης ἣν ῥωμαῖοι ῥούβιαμ καλοῦσι. Non enim videtur conuenire, vt eadem modò rubra radix, modò herba auri colorem referens appelletur. Heſychius Thapſum lignum eſſe ſcribit, quod aliqui Scythicum appellant, & quod etiam fluuius apud quem naſcitur, Thapſus appelletur. Huic ligno attribuit quod tingat, & quod lanas & capita eo flaueſaciant. Vnde etiam Thapſinum flauum vocetur. At vt Paulum de ligno loqui non putemus, facit quòd & herbam vocat, & quòd rubia non appellatur. Eò ergo deuenimus, vt rubiam quam aliàs erythrodanum dixit, peculiari ſuæ ætatis vocabulo, θάψον ab ipſo dictam eſſe ſuſpicemur: non tamen vlterius id facturi, quàm donec rectius quid aſſecuti fuerimus.*

y *ita vt aqua tepida ſufficienti ſapone addito prius obleueris.*

z *gallarum ſeſquilibram, ſtercoris murini ſextantem, &c. κιλυδρίου γο. β. Non conſtat quid ſit κιλύδριον. Proinde conijectamus hîc legendum eſſe, μυσκιλυδρίου γο β. hoc eſt murini ſtercoris ſextantem: ſunt enim μυσκιλύδρια eadem quæ μυόχοδα.*

De capitis affectibus cutem infeſtantibus, porrigine, quæ Pityriaſis dicitur. Cap. III.

Porrigo, quæ Pityriaſis Græcè dicitur, eſt, cùm tenues, & furfuraceæ ſquamulæ ex capitis, vel etiam reliqui corporis ſuperficie citra exulcerationem reſoluuntur. Id autem euenit vitioſo corporis humore, ſalſáue pituita, aut bilioſo, & melancholico ſanguine caput ſubeunte. Itaque corpore toto (vt dictum eſt) euacuato, ſubſcriptis remediis vtemur. Cimoliam aqua priùs maceratam betæ ſucco miſcebis illinéſque, & tantiſper ita permittes, donec inaruerit. Deinde poſtquam

Porriginis cauſæ.

Curatio.

poſtquam ablueris, thus ex vino oleóque detritum perunges: die inſequenti ſtaphida agriam, hoc eſt herbam pediculariam ex oleo inunges.

ALIVD. Nitri, fecis concrematæ, myrobalanorum, ſingulorum libra, herbæ pediculariæ libra vna ſemis. vino dilutis caput abſtergitur. ſin autem reliquum corpus pruritu vexetur, ſiccis. Ad humidiorem verò ptyriaſim, muria, vel lupinorum decocto caput abluendum eſt: hoc enim ſubinde ſum expertus.

Ad Pſydracia & exanthemata capitis.

Pſydracia. Exanthemata.

PSYDRACIA exigua capitis tubercula ſunt, puſtulis ſimilia, quæ ſummam cutem excedunt. Exhanthemata verò cutis ſunt exulcerationes, ſubrubicundæ, & aſperæ. Vtrunque vitium præſidiis infrà poſitis exteritur. Argenteæ ſpumæ, ceruſæ, ſingulorum drachmæ quatuor, aluminis drachmæ duæ, rutæ foliorum viridium totidem: ex aceto myrteóque oleo læuigata cuti illinuntur.

ALIVD. Ruta & alumen cum melle trita, capiti prius raſo inunguntur. Sin autem cutis à capite abſcedit, oleæ folia elixa cum melle cataplaſmatis modo inducuntur.

ALIVD. Argenti ſpumæ, ceruſæ, ſingulorum drachmæ duodecim, ſulfuris viui drachmæ octo, cerato myrteo excipiuntur.

Ad hulcuſcula capitis denſa rubráque.

HAEC papillis ſunt ſimilia, ex quibus ſanies eliquatur. Capite prius nouacula raſo, & aqua nitroque abſterſo, ſulfure viuo ex hominis vrina contrito vtitor. Vel cretam ſutoriam, μελαντηρίαν vocant Græci, cum aceto inungito.

De manantibus capitis vlceribus, quæ Achores Græcè dicuntur, & fauis.

Achor.

INTER capitis vitia, quæ in cute oboriuntur, vnum eſt, quod appellatur Græcis Achor, à noſtris manantia vlcera, tenuiſſimis cutem foraminibus perforans: per quæ glutinoſa fertur ſanies. Simile ipſi malum ſpecie eſt, quod à faui ſimilitudine κηρίον à Græcis nominatur. quod magis amplis foraminibus conſtat, quibus humor [crasſitudinem mellis referens] ſicut in apium fauis, cõtinetur. Origo eſt ex nitroſa ſalſaq; pituita. victus igitur ratio ex cibis boni ſucci conſtare, omnia acria & ſalſa vitari debent: præſertim ſi inflammationem affectus reſipiat. poſtquam corpus ſuperfluo decenter erit

Cerion. [melli ſimilis μελιτώδης]

Curatio.

ter erit leuatum, deraſis capillis caput fouendum bis térue die, aut etiam ſæpius, aqua calida in qua myrtus ſit decocta, vel rubus, vel lenticula, vel amari lupini, vel aſparagi radix. Quum verò plus ſaniei emanat, ſalicis folia cum aqua, vel lenticula, inſtar cataplaſmatis applicantur. terra autem cimolia, vel cretica, vel ſamia, vel pompholyx, vel ſpodium, vel argenti ſpuma, vel cadmia, vel charta combuſta, vel etiam medicamentum ex charta Xerion, omnia ex aceto inducũtur. Smegmate verò hoc vtendum eſt, ſulfure viuo, & perdicij herbæ, ſaponíſque æquali pondere. Compoſita hæc ſunt, argenti ſpumæ drachmæ duodecim, rutæ foliorum drachmæ octo, herbæ pediculariæ, quam ſtaphida agriam Græci vocant, drachmæ quatuor, chalchanthi drachmæ duæ, aceto myrteoque in ſordium ſpiſſitudinem coacta illinuntur. *Perdicium herba.*

ALIVD. Sandicis drachmæ quatuor, myrrhæ drachmæ quatuor, ſulfuris ignem non experti drachmæ duæ, pollinis thuris drachmæ quatuor ex oleo veteri inunguntur.

Aliud ad achoras.

AD achoras recrementum argenti, vel molybdenam contritam oblineto.

ALIVD. Ad achoras & humidas ſcabies, rhododaphnæ roſarum vnciæ quatuor, ſulfuris viui vnciæ quatuor, picis liquidæ, & picis aridæ vtriuſque vnciæ tres, ceræ ſelibra, olei myrtei quantum opus eſt. in pueris autem, lacte ſoluta illinuntur.

De ficis.

FICVS, nominant eruptiones vlceroſas, rotundas, ſubduras, rubentes, quas dolor etiam comitatur. Fit verò hoc mali plurima ex parte in capite, naſcitur tamen & in reliquo corpore. Probatur maximè contra hos alumen fiſſile, æris flos toſtus, & glutinum pari menſura cum ſquamæ æris duplo. Teruntur ex aceto illinuntúrque. Præſtans etiam remedium eſt menarum capita combuſta, elixique bulbi, & cinis aceto mixtus. *Ficus eruptionesque.*

[a] *Aduerſus capitis & menti ficoſa exanthemata, Xyraphium.*

MISYOS drachma vna ſemis, chalcitidis drachmæ duæ ſemis, ſquamæ æris drachma, aluminis fiſſi drachma. Bene loto hoc medicamen aridum impoſitum dimittitur. Die inſequenti rurſus pars lauatur, ſpongiaq; deterſæ idem applicatur.

catur. Decidit enim ramentum craſſiſſimum. Et ſi diebus ſubſecutis idem fiat, ſine cicatrice breui conſaneſcit. Cæterùm medicamen hoc non mediocriter adhæret.

Ad capitis pediculos.

LVPINORVM in aqua coctorum diluto, caput detergeri iubeto: vel herba pedicularia, vel ſandaracha, vel vtraque contrita ex oleo veteri, ſeu aceto illinitur, vel piperis momentum, ne exluceret cum oleo, auth ederæ ſucco cum melle, †aut minio ſynopico cum aceto, aut cedrino liquore, aut pice liquida cum alumine, aut baccarum lauri expreſſo, aut oleo raphanino. Ego pediculariam ex aceto oleoque tritam inunxi, ac ſemper quod volui, ſum aſſecutus.

† vel ſinapi cum aceto, quod magis quadrat Goup.

ANNOTAT. ANDERNACI.

πιτυρίασιν. Porrigo. *Sic interpretatus eſt Celſus πιτυρίασιν. Plinius etiam furfures ſecundum Græcæ dictionis etymologiam appellat: quemadmodum interpres Auicennæ. Vide Galenum libro primo de compoſitione medicamentorum ſecundum locos.*

Reſoluuntur. *Græcè eſt: ὅσιν ἀπότηξις, quaſi dicas, eſto particularum eliquatio, vel particulæ eliquantur. Celſus reſoluuntur, quem imitatus ſum. Nam quædam veluti ſquamulæ ſurgunt, eæq; acutæ, reſoluuntur.*

Melãteria. Creta ſutoria. *Sic interpretatur Largus μελαντηρίαν, compoſitione 218, Aluminis inquiens rotundi, melanterias, quæ creta ſutoria dicitur, qua ligulæ calceorum denigrantur. Diuerſum eſt ab atramento ſutorio, ſi Dioſcoridem conſulas, quanquam Oroſcius exponat atramentum ſutorium.*

Ceruſæ ſingulorum drachmæ. *In Græco codice habebatur ℥.ιβ. quod eſt, Vnciæ duodecim. ego autem legendum cenſeo ℨ ιβ. hoc eſt drachmæ duodecim. Ita etiam habet Alexander, & magis conuenit.*

ἰχῶρες quid. Ex quibus ſanies. *Græcè eſt: ἀφ' ὧν ἰχῶρες ἀποτήκονται. Interpretes Latini mirum in modum cruciantur, dum Græcam vocem ἰχὼρ explicare ſtudent. alij nanque imitantes Plinium vbique ſaniem interpretantur, alij ſeroſos humores & acres, tenuéſque, quidam ſanguinis cruorem, quidam, vt Celſus, ipſum ſanguinem. Ariſtoteles ἰχὼρ δὲ, inquit, ὅσιν ἄπεπτον αἷμα, hoc eſt, Ichor autẽ eſt ſanguis crudus. Ex hac tanta varietate, certi aliquid adferre conabimur, quod in authoribus exponendis tutò ſequi poſsis. Itaque ἰχῶρες aquoſæ, seroſæq; & ſuperfluæ ſanguinis humiditates exiſtunt nunc acres & calidæ, nũc pituitoſæ & frigidæ. Galenus lib. 6. de ſanitate tuẽda, cap. 6.*

Calidæ. Frigidæ.

Hippocra-

Hippocrates lib. 4. de ratione victus in morbis acutis, δριμείας καὶ χολώδεας ἰχῶρας dixit, quod Galenus interpretatur in eum modum, ὅτι δὲ ἰχῶρας ὀνομάζει τὰς λεπτὰς ὑγρότητας εὔδηλον. Galen. autem lib. 2. de elementis: ὡς γὰρ ἐν τῷ γάλακτι τὸ μὲν οἷον ὀρρός, τὸ δὲ τυρός, οὕτω καὶ ἐν τῷ αἵματι τὸ μὲν οἷον ἰχὼρ αἵματος ἀνάλογον ὀρρῷ γάλακτος, τὸ δὲ οἷον ἰλύς τις καὶ τρύξ, &c. Quandiu igitur in corpore adhuc ſunt ἰχῶρες aquoſæ ſeroſæq; humiditates ſanguinis, vel aquoſi humores ſanguinis Latinè dici poterunt. Nam ipſe Galenus eoſdem nunc pituitoſos, nunc bilioſos χυμοὺς, quod eſt, humores, nominat. Vbi verò extrà corpus aut viuum, aut mortuum eruperint, ſanies appellari debet. Vt apud Galenum tenue in vlceribus excrementum ἰχὼρ, nobis ſanies non incommodè exponitur. Item in capitis viciis, quæ ἰχῶρας nuncupantur, ἰχῶρες ſanies rectè dicuntur. Plinius inaſſati iecoris ſaniem appellauit humorem, qui abs iocinore, vel pulmone, vel alia parte dum aſſatur, emanat. Cæterùm Paulus hoc in loco appoſitè dixit ἀποτήκονται, hoc eſt, eliquantur, ſicut in corporibus mortuis per ſolis æſtum fieri ſolet. Atque hæc ſanies craſſa viſcoſaq; exiſtit.

Interpretatio ἰχῶρος apud Galenum.

Sanies.

Medicamentum ex charta, Xerion. *Huius deſcriptio eſt in ſeptimo. Vocatur autem Xerion, quod aridum ſit, & in puluere accommodatur.*

Ad Achoras, recrementum. *In impreſſo codice habetur, πρὸς ἰχωροῦντας, hoc eſt ad eos qui ſaniem habent, ego autem puto legendum πρὸς ἀχωροῦντας, hoc eſt: Ad eos qui Achoras experiuntur. Nam titulus idem habet, nempe ad Achoras, non ad ἰχῶρας.*

CORNARII.

a ad ficoſas in capite ac mento puſtulas medicamentum ſiccum. Græcè habetur, τὸ ξηράφιον, ſed malè pro ξηρίον. Nam ita mox appellat linea ſequenti, λούσας μὲν, inquit, ἐπίθει ἀφειδῶς τὸ ξηρίον, id eſt, hoc ſiccum loto large impone. Vocantur autem ξηρία, medicamenta quæ arida, & in puluerem detrita inſperguntur, ac imponuntur ita veluti ſunt ſicca. De his lib. 7. De hoc ſicco medicamento, quod non parum vexet, dicit, ἅπτεται οὐ μικρῶς. Significat enim ἅπτεσθαι hoc loco contactum moleſtum, nempe irritare, ſtimulare, ac vexare.

De capitis dolore, quem Græci κεφαλαλγίαν vocant.

Cap. IIII.

Capitis dolor, qui Græcis dicitur *κεφαλαλγία*, ſymptoma eſt grauiſſimum, ac nunc ex ſola intemperata qualitate oritur, nunc ex nimia humorum copia. Interim ex vtraque cauſa: interim verò ex primaria cauſa, nempe ſolis æſtu extrinſecus, frigore, ebrietate, aut ictu. Vehementiſſimi igitur

Capitis doloris cauſæ. Qualitates actiuæ, & paſſiuæ.

capitis

capitis dolores ex efficientibus qualitatibus naſcuntur, & potiſſimùm ex calida: qui verò ob ſiccitatem contrahuntur, non æquè vehementes exiſtunt. Humida qualitas ſui ipſius reſpectu, nullum planè dolorem conciliat, niſi caliditati, aut frigori, aut humorum copiæ adiuncta. Itaque de eo capitis dolore, qui cum febri eſt, eo loco explicatũ eſt, quo febrium curatio expoſita eſt, nunc de cæteris dicendum eſt.

De capitis dolore ex inſolatu contracto.

Curatio doloris capitis ex inſolatu.

QVI ex inſolatu capite dolent, eorum cutis tactu calida eſt, & primo ſtatim manus iniectu aridior apparet: oculos habent rubentes, frigidis aſperginibus, & inunctionibus oblectantur, ſentiúntque ab ipſis præſidium. Cæterùm curatio his conueniet, etiam ea, quam dolori in febribus præſcripſimus. Si dolor perſeuerat, infrà ſcriptis vtendum eſt cataplaſmatis. Prodeſt fronti & temporibus inductus panis ex poſca, & roſaceo. Interdum cum amygdalis, vel roſis ſiccis, aut teneris; vel cum menta cui pulegium ſit adiectum, vel panis cum perſici foliis. facit etiam ocymum ex aceto & roſaceo tritum, [b] vel hederæ corymbi in aceto elixi. Iam farinam triticeam cum roſaceo læuigatam, vel ſerpilli ex aqua decocto miſcere conuenit, vel cardamomum torridum læuigatúmque ex aceto & roſaceo: vel fermentum cum roſaceo, vel iridem aridam cum aceto. Sed mutentur continuè ſingula: nam ſi diutius adhæreant, inefficacia redduntur.

Paſtilli ad capitis dolorem ex intemperie calida.

CROCI drachmæ quinque, chalchanti drachmæ decem, aluminis drachmæ ſedecim, myrrhæ drachmæ ſeptem, omphacij drachmæ tres, chalcitidis drachmæ tres, gũmi drachmæ tres. Vini auſteri quod ſufficit. Ex poſca ſumuntur. Sin etiam vigiliæ infeſtent, aliquid ex ſomniferis applicatur.

De iis quibus caput ex frigida intemperie indoleſcit.

† Signa & curatio eorũ, quibus caput ex frigore dolet, ſunt contraria ſignis & curationi eorũ, quibus caput ab æſtu dolet. ὑπεναντίως ἔχει τά τε σημεῖα, καὶ ἡ θεράπεια, &c. Goup.

Doloris capitis ex frigiditate curatio.

† AT ſi frigus nocuit, contraria iis qui ex ſolis æſtu dolent, affectos ſigna teſtantur. Etenim facies ipſorum non concidit, ſed colorem decorémque amiſit. Item frigidis nec gaudent, nec iuuantur. Verùm horum agnitionem tum victus ratio, tum reliqua concurrentia firmabunt. Inunctiones igitur adhibendæ ex oleo rutaceo, laurino, vel irino, vel nardino, vel etiam opobalſamo, præſertim ſi recrementa fuerint craſſiora viſcoſaque. Frons autem tum hoc liquore, tum iis medicamentis debet illini, quæ ex pipere, & euphorbio

præpa

præparantur. Vinum ſubtilius propinandum: corporis motione & balneis vti calidis præcipiendum. interim à radicula vomitu. In quibus autem qualitas citra humorum copiam diutius perſiſtat, hoc vtendum eſt medicamine. Piperis albi drachmæ duæ, crocomagmatis drachmæ duæ, euphorbij recentis drachmæ octo S, ſtercoris columbini drachma vna S. aceti acerrimi quantum ſatis eſt. Illinitur pars laborans, ſed priùs infricata.

Si biliosſus humor dolorem inuexerit.

NOTAE horum perſimiles iis, quos ob ſolis æſtum dolor affligit. Sed maior ipſis roſio accedit, & faciei pallor. interim etiam os inamareſcit. Porrò affectus hic ætatibus potius vigentibus, & temperaturis calidioribus, vitæ ſollicitæ, & bilem flauam coaceruantibus ſolet accidere. Quamobrem balneum temperatum his, inunctiones, aquæ potus, & vniuerſa victus ratio humidior, boniquе ſucci adhiberi debet. Bilioſus humor abſinthij diluto vacuabitur: vel aloë, aut ipſa Picra antidoto per ſe, aut cum modica ſcammonia, aut catapotiis quæ ex aloe conſtant. Inungenda frons, aut crocodi paſtillo, aut trigono, aut quodam ſimili.

Doloris cap. ex bile curatio.

Si caput conſortij lege indoleſcat.

SI caput conſortij lege cum toto corpore afficiatur, cura adhibenda, vt contra intemperiem, & ſuperantem materiam pugnemus. & ſi copia quidem premit & maximè in venis, ſanguis mittendus eſt: ſin autem magis qualitas vrgeat, purganti vtendum medicamine. Quòd ſi particula laborante aliqua ſimul condoleſcat, veluti iocinore, aut ventriculo, aut ſtomacho, his ſuccurrendum eſt. Vbi calida afficit intemperies, panis ex aquoſo vino exhibetur, vel etiam ex chondro ſorbitiunculæ. Extrinſecus vincit ſuperfundere, quæ modicè refrigerent, vireſque confirment, ſicut à me priùs comprehenſum eſt. At ſi glutinoſi, craſſique humores in ſtomacho infarcti, capitis dolorem concitent, hos quoque amoliemur potu oxymelitis, tum ſimplicis, tum Iuliani.[c] Inſuper medicamentis ex hyſſopo & origano, & his adhuc calidioribus magiſque incidentibus. Iam vomitus à radicula vtilis, ſuperfuſiones calidiores, & cataplaſmata.

Doloris ca. per conſenſum totius corporis curatio. Per conſenſum alicuius particulæ.

De capitis dolore ex vino.

SI vinum adhuc incoctum in ſtomacho fluctuet, tepentis aquæ potu vomere dolentem iubebis. Quòd ſi etiam poſt

concoctionem caput indoleat, reſrigerantibus, repellentibúſque vtemur, quale eſt roſaceum priuatim ſumptum, & cum aceto, vel hederæ ſucco, vel braſſicæ. Quin & ipſa braſſicæ folia in aquam calidam demerſa, & capiti circundata ligatáque, naturaliter ebrietatem arcent. eiuſdem decoctæ eſus in id efficax eſt. Item lenticula hos adiuuat, potiſſimúmque ventriculo humidiore præditos. [d] Adhæc halica, malicorium, & mala ipſa, piráque, tum aquæ potio, vtiliter aſſumuntur.

Braſſica ebrietati reſiſtit.

De capitis dolore ex ictu.

QVI ex ictu capitis dolorem conceperunt, iis, niſi ſumma omninò cute percuſſi ſint, ſanguis ſtatim emittẽdus eſt, & conuenientes aſpergines capiti ſunt adhibendæ. Oleóque dulci irrigandum ipſum laníſque contegendum. Vino cibóque pleniori, præſertim ſi febris adeſt, ægros coërcere expedit. Et tota curatio ceu ad neruoſarum partium inflammationem & præcipuè membranarum cerebri quas Meningas appellant, adaptabitur. Si verò & vulnus factum fuerit, huic quoque decenter medebimur.

Malagma ad capitis dolorem.

CERAE drachmæ ſeptem, amygdalini olei vnciæ tres, terebinthinæ drachmæ octo, æruginis raſæ, cimoliæ, chalcitidis, ſingulorum drachmæ quatuor, pumicis drachmę tres, æris vſti, ſquamæ ſtomomatis, ſingulorum drachmæ duæ. Si videtur paulò eſſe durius, amygdalino emolliendum.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Capitis dolor. *Hæc ex libro ſecundo Galeni de compoſitione medicamentorum ſecundùm locos tranſcripta ſunt. Paulus autem* σύμπτωμα *dolorem eſſe refert, vbi Galenus* διάθεσιν *ponit. Ille hunc ſuperuenire intemperiei, hic affectum ipſum eſſe pronunciat. Rurſus apud Galenum plures cauſæ commemorantur, vna ſanè, ſimplex intemperies citra humores, altera, horum qualitas, tertia ipſorum copia, item obſtructiones humorum, vaporúmque. Alia adhuc, quarundam capitis partium imbecillitas, interim externa quædam cauſa, quam Græci* προκαταρκτικὴν *nominant: ego ſæpè primariam interpretatus ſum.*

Cauſæ dolorū capitis.

Niſi caliditati aut. *Deeſt particula in codice Græco impreſſo. Tu igitur lege* μετὰ θέρμης ἢ ψύξεως, *quod eſt, cum caliditate, aut frigiditate. Deerat enim* ἢ.

Prodeſt fronti & temporibus. *Rectè hoc dicit: nam per initia*

tia ſpinalis medulla dolorem non experitur, eó que poſteriora capitis vngi non debent.

Paſtilli ad cap. *Alexander medicus hunc paſtillum deſcribit. Sed pondera nonnihil in quibuſdam medicamentis variant. Commendat enim ad diuturnos dolores, omnibus aliis remediis nihil proficientibus. Vbi Paulus, ex ſomniferis aliquid, dicit, Alexander opij momentum iniiciendum præcipit.*

At ſi frigus. *Ad verbum ex Alexandro hæc vt ſuperiora mutuatus eſt Paulus. Facies non concidit, hoc eſt non macrior eſt reddita, vt ex calore, ſed colorem decoremq; amiſit, pallida effecta. Sic ἄχρουν, quod eſt ſine colore, ex Celſo interpretatus ſum. Sanguis enim ob frigiditatem partes externas relinquens, intrò refugit, vndè pallor neceſſariò ſuperuenit.* ἄχρουν.

Præſertim ſi recrementa. *Hoc eſt, ſi ex craßis, glutinoſiſq; humoribus dolores ſint excitati. Græca ſunt εἰ ϰαὶ παχύτερα γλίσχρα περιττώματα ἔχ. Quæ verba ſatis obſcura in hunc modum intelligi debent. Si humores craßi viſcoſiq; in capite tenacius hærentes, dolorem excitarint.*

Si bilioſus humor. *Hæc & ſequentia ex Galeni ſecundo de compoſitione medicamentorum ſecundùm locos, nullo verbo mutato, habentur. Cæterùm ambo præcipiunt, tum Galenus, tum Paulus primùm balneum temperatum, inunctionem, cibum potúmque refrigerantem. Deinde offerunt medicamenta bilem educentia: quod ſanè Alexander medicus ſuo ſeculo clariſsimus in hunc ferè modum exponit. Conuenit igitur, vt ſuperflua medicamentis bili ducendæ idoneis educantur. Verùm vt hoc ſecundùm rationem fieri poßit, corpus anteà præparari humectariq; debet, cibis temperatis, balneis & vnctionibus. His enim probè contemperatus, reſolutus, & quaſi imbecillior effectus humor, facilius expurgabitur.* Qumodo bilioſus humor præparari debet.

Abſinthij diluto. *Hoc eſt, vt officinæ vocant, infuſione: tunc nimirùm cùm pauca bilis ſtomachi tunicas imbuerit, irrigaritq;.*

Vel aloë. *Scammonia nunquàm exhiberi debet, niſi maxima bilis copia dolorem excitarit, nec alia violenta medicamina. Picra autem prodeſt, vbi craßi aliqui ſucci bili ſint permixti.*

Si caput conſortij lege. *Græce eſt συμπάσχει, hoc eſt compatitur. Celſus lege conſortij, alij per conſenſum patitur, exponunt. συμπάθεια namque eſt, cùm pars aliqua corporis, alterius malo, vel confinij, vel connexus, vel communicationis gratia condoleſcit. Huic contraria ἰδιοπάθεια, vel πρωτοπάθεια, cùm per ſe, & ſuo vicio tantùm afficitur: quem affectum primarium nominare licet,* Lege conſortij. συμπάθεια. quid.

& ἰδιοπαθεῖν, *primario affectu laborare.*

Lege conſortij. Conſenſus. ἐκμοχλεῦσαι.

Emoliemur. *Verbum Græcum eſt ἐκμοχλεῦσαι quod de pertinaciter hærentibus propriè dicitur, vt de viſcoſis, craßisq; humoribus partem aliquam tenaciter obſidentibus: item de induratis affectibus. μοχλεῦσαι idem eſt quod κινῆσαι, libro ſeptimo ait: ἡ πρὸς τὸ μοχλεῦσαι διάθεσιν συμπληρωμένην, de medicamentis efficacioribus ſermonem habens. Propterea mihi viſum eſt, emoliri verbum non incommode hîc vſurpare.*

CORNARII.

b *Aut hederæ corymbi aceto cocti & cum roſaceo triti. In Græco lege. ἢ κισσοῦ κόρυμβοι ἑφθοὶ ἐν ὄξει συλλεανθέντες ῥοδίνῳ.*

c *Et decoctionibus ex hyſſopo & origano, & calidioribus adhuc. Deeſt in Græcis vox ἀφεψήμασι: legendum enim, καὶ τοῖς διὰ ὑσσώπου τε καὶ ὀριγάνου ἀφεψήμασι, καὶ τούτων ἔτι θερμοτέροις.*

d *Halicam item & mala punica, & poma & pira edant.*

De cephalæa, & hemicrania. *Cap. v.*

VTerque hic affectus, ſtabilis ac permanens capitis dolor eſt, qui ſtrepitu, clamoribus, claritate lucis, vini potu, & implentibus caput odoribus excandeſcit exacuiturque.

Cephalæa. Hemicrania.

Ac aliis totum feriri caput in hoc dolore, aliis alteram ipſius partem duntaxat excruciari videtur, quos etiam hemicranicos nominant. Quibus ſanè intrà caluariam malum conſiſtit, iis dolor ad oculorum radices porrigitur: quibus extra eſt, circa ipſam caluariam indoleſcunt. Quapropter dolores cum grauitate moleſti, plenitudinem teſtantur: cum eroſione infeſtantes, vel humorum, vel vaporum acrimoniam: qui cum pulſibus obueniunt, inflammationem: qui cum tentione, ſi quidem grauitas & pulſus non adſit, ſpiritus tenuis & flatulenti redundantiam innuit. ſi cum pulſu, membranoſæ partis inflammationem: cum grauitate verò, copiam intra membranas contineri. At ſi putridus etiam humor calidior euaſerit, & cum febri ſimul capite dolitant: febriunt autem omninò, & quibus inflammatio dolorem parit.

Harũ cauſæ et ſigna.

Curatio.

Quùm igitur corpus totum ſuccis æquabiliter omnibus redundat, quod Plethoricum dicitur, venam ſecare ſi vires patiantur, & acrioribus vti clyſteriis conuenit. Indè ſi adhuc ſanguis videtur exuberare, etiam vena narium adaperta, quantùm ſatis eſſe videtur, detrahes. Mox hiera, quam exacueris intenderiſque exhibenda, deinde pituitæ eductionibus, Apophlegmatiſmos vocant, vtendum eſt,

tum

tum iis quæ per nares vacuant, ἔῤῥινα Græcis dicuntur. Eiuſmodi eſt elaterij ſuccus, cum lacte infuſus, vel etiam aridum elaterium inſpiratum, ſuccúſque cyclamini & porri. Hæc quæ ſequuntur, ſunt compoſita. Medicamentum quod naribus inditur ad veteres cephalæas, lippitudines & morbos comitiales. melanthij drachmæ octo, ſalis ammoniaci drachmæ quatuor, elaterij drachmæ quatuor. Tuſa, oleo ſicyonio, vel irino, vel cyprino excepta, vt cerati fiat ſpiſſitudo, naribus demittuntur.

Medicamentum quod pituitam extrahit, naribus inſpiratum.

CYCLAMINI ſicci drachmæ octo, nitri rubri drachmæ quatuor, Sin autem in vicem nitri elaterium indideris, magis proficiet. Tritum accuratè calamo ſcriptorio naribus inſpirabitur. Porrò epithemata quoque capiti admoueto, & inunctiones, vbi morbus in vetuſtatem magis inciderit.

Epithema ad cephalæam.

VNGVENTI irini, peucedani, caſtorei, ſingulorum drachma, baccarum lauri drachmæ duæ, rutæ ſummitatum drachmæ quatuor. Excipitur cerato roſaceo, raſóque capiti, toti ipſi imponitur. Mulier quædã in hemicranicis hoc etiam quod ſequitur epithemate vſa, mirandum in modum inclaruit. Radicem cucumis ſyueſtris viridem minutim conciſam abſinthiúmque cum hydrelæo incoquebat: dum intabeſcerent. Ac hydrelæo calente mediocriter partem affectam irrorabat. radicem verò & abſinthium, in puluerem contrita oblinebat. Atque hoc ſolo medicamine hemicranicos, id eſt altera capitis parte dolentes, & cum febre, & ſine ipſa, curaui. At ſi malum maximè increuerit, vt dolorẽ ferre nequeant, vtitor medicamentis etiam[e] quę lenire poſſunt, & noxia euocare, quale eſt quod ſequitur. *Mulier Medica.*

Vnguentum ad cephalæam.

LIQVORIS peucedani drachmæ ſedecim, lachrymæ papaueris, aniſi, alterci, quod Hyoſciamum Gręci vocãt, croci, myrrhæ, ſcammoniæ ſingulorum drachmæ duæ, aceto excepta in paſtillos coguntur. Cùm vſus poſtulat, ex aceto vel poſca illinuntur iis, quibus humores craſsi, vel ſpiritus flatulentus dolorem fecit. Iam dropax & ſinapiſmus iiſdem benefacit: & paſtillus ex thapſia. Iam qui ex atramento ſcriptorio fit mirificè eidem cauſæ medetur, [f]quo poſt hęc vten-

dum eſt, ſicut in opere de compoſitis docebitur. Quin & iſtud mirabilem in modum ad hemicranicos ex craſſo glutinoſóque humore doleſcentes efficax eſt. Euphorbij portio vna cum pari caſtorei modo aqua excepta, auriculæ dimittitur, qua parte indoleſcit, inde balneum adeundum, vbi paululum immorati ipſum aſſument, & conſueto more lauabunt. Sic quidem expertum eſt. Verùm non alienum abſurdúmque fuerit, & oleo ipſa excepta, in aurem inſtillare. Item quod medicamen ad coxendices inſcribitur, etiam longo capitis dolore laborantes, & hemicranicos ex toto perſanat.

Ad hemicraniam veterem.

ALLIORVM drachmæ quatuor, ceræ drachmæ duæ, axungiæ veteris drachmæ duæ, cantharidum drachmæ duę. Veſperi illitum ſinito per noctem adhærere. Manè rupta papula, malagmate, quia liquidum eſt, παρυγρὸν appellāt, ei medeberis. ALIVD Baccarum lauri quibus cortex ſit ablatus, drachmæ duæ, rutæ foliorum, drachmæ duæ, ſinapios, drachma. Aqua dilutum oblinito. At iis qui frigori patuerunt, vtiliſsimum eſt infrà ſcriptum medicamentum, vt plerumque ſemel antè balineas illitum, confeſtim affectui medeatur, & ægrotantes omnino ſani poſt lauacrum euadant. olei ſabini pondo, ceræ quadrans, euphorbij vncia. Hoc dimidiæ frontis parti nempe quâ temporum muſculus habetur, delini debet. Qui verò frigoris iniuriam non ſenſerunt, iis gallæ, & crocomagmatis parem portionem cum vino detritam inungito. Sed qui ex calidis vaporibus, vel ſuccis capite dolitant: iis medicamenta quæ euphorbio conſtant, non applicabis.

Euphorbiũ quibus cap. dolorib. non conueniat.

Apophlegmatiſmus, id eſt medicamentum quod ſaliuam mouet contra cephalæam.

SINAPEOS cõtriti & in ſuccum redacti ex aceto & melle drachmæ quatuordecim: herbæ pediculariæ drachmæ quatuor, pyrethri tantundem. Tuſa, cribratáque miſceto, & in ſole gargarizato. Porrò ſi ob bilioſum humorem aut quandam intemperiem orta Cephalæa diutius prorogetur, eorum vſus veniet, quæ in ſermone de dolore capitis comprehenſa ſunt. Si ne ſic quidem dolor finitur, neque cucurbitulis, neque hirudinibus adhibitis, ſed ſuſpicio ſit humores per arterias in caput eſſe diſtributos, non abſurdum fuerit

rit & arteriam poſt aures incidere. Porrò humidioribus, etiam balineæ naturales rectè adhibentur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Vterque hic affectus. *Ad verbum è Galeni ſecundo de compoſitione tranſcripta ſunt, niſi quod pro hac dictione, permanens, Paulus παραμόνιμος, Galenus χρόνιος καὶ δύσλυτος, hoc eſt, diuturnus, & ſolutu contumax, habeat. Celſus acutum & peſtiferum morbum appellat κεφαλαίαν.* παραμόνιμος.

Hiera quam exacueris. *Scammonio, aut veratro adiecto hiera vehementior redditur. Atq; id per ὀξύναντας intelligitur. Nam ὀξύνειν idem eſt quod acutum reddere, intendere, vehementiorem efficere.*

Vnguenti irini. *Ad verbum habetur hoc in Alexãdro. Apud Galenum variat nonnihil hoc modo. Vnguenti Irini expreſſionis, caſtorei, ſingulorum pars vna, baccarum lauri pars vna, viticis ſeminis pars vna, roſarum ſiccarum, pars vna, rutæ ſummitatum partes quatuor. Aceto reſoluta excipiuntur cerato, &c.*

Dùm intabeſcerent. *Sic reddidi ἕως τακηρώσεως, Celſum imitatus.*

Partem affectam irrorabit. *Lege in Græco καταιόνει pro κατιώνει, quod eſt, καταβρέχει κατάντλει, ſuperfundebat, aſpergebat, non inſpergebat vt vult Oroſcius.* καταιονεῖν.

Dropax. *Huius deſcriptionem habes in ſeptimo Pauli ad finem, vbi etiam ſinapiſmus exponitur. Hæc ſunt medicamenta noxios humores in ſummam cutem euocantia, μετασυγκριτικὰ Græci nominant. Sic etiam Celſus verbum hoc videtur interpretari, vbi ſummam cutem, inquiens, relaxari, euocariq; corruptum humorem, & habitum corporis mutari expedit.* μετασυγκριτικά.

Malagmate, quia liquidum eſt parygron. *Galenus lib. 7. de compo. medicamentorum ſecundum genera, inter malactica ponit, quod recipit adipem ſuillum curatum, ceram, & argenti ſpumam. Eoq; meritò interpretatus ſum dictionem, contra opinionem Oroſcij. Malè eſt in impreſſis πανύγρῳ.*

Sani. *Lege in codice Græco ὡς μετὰ λουτρὸν ὑγιεῖς γίνεσθαι παντελῶς τοὺς κάμνοντας, vt habet Galenus libro ſecundo iam ſæpius citato, ad calcem.*

Apophlegmatiſmus. *Nunc verò medicamentum, quod pituitam per os educat, nunc quod ſaliuam moueat. Vt hoc in loco, Celſum imitatus in capite de Cephalæa, cap. 4. Cæterùm in Græco codice habetur Γο. 12. quod eſt, vnciæ 12. ego puto ∠. ιβ. legendum, ſicut interpretatus ſum.* Nota.

e *Vtere etiam his quæ mitigare, & ex alto euocare, ac meatus tranſmutare poſſunt.* Κέχρησο καὶ τοῖς παρηγορεῖν καὶ μετασυγκρίνειν δυναμένοις.

f *Et vtendum eſt eo in his.*

De Phrenitide. *Cap.* VI.

Phrenitis quid, & eius cauſæ.

PHrenitis, membranarum cerebri, quas Meningas Græci appellant, inflammatio eſt, nunc quidem ipſo quoq; cerebro ſimul eam experiunte, nunc autem calore præter naturam in eo conſiſtente. Cauſa morbi eſt, vel ſanguis ſuperans, vel bilioſus humor: nonnunquàm & flaua bilis peruſta, adeò vt in nigram degenerauerit, quando etiam grauiſſima phrenitis naſcitur.

Phrenitis per conſenſum.

Aliquandò cerebrum ſepti tranſuerſi cõſortio dolens, ex neruis qui in ipſum ſparguntur vitium concipit. At quæ mentis alienatio in ardentiſſimarum febrium ſtatibus accidit, quæque ex ſtomachi conſenſu exoritur, phrenitis non eſt, ſed hoc ſolùm, puta delirium.

Delirium.

Comitantur, propriè phreniticos vigiliæ quidem plurima parte: interdùm verò & ſomnus turbulentus accedit, vt conſurgant, exiliant, & furibundè vociferentur. Quibus ſanguineus humor morbũ fecit, ij cum riſu inſaniũt: quibus flaua bilis ferociter, quemadmodùm quibus atra vitium contraxit, tam immaniter ſæuiunt vt coerceri nequeant, omnium quæ dicunt, faciúntve, obliuiſcuntur. Oculos habent ſanguineo colore tetricos, ac perfricant: interim aridos, interim lacrymantes, vel lemis, hoc eſt craſſiore pituita oppletos. Lingua eſt aſpera, & ſanguis è naribus deſtillat: floccos feſtucáſque colligunt, febri per totum morbi decurſum acuta conficiuntur: ſed quæ in alto maligna deliteſcat. Pulſus ædunt exiguos, languidos, & quadamtenus etiam duros. Reſpirationem magnam & rarã, cùm cerebrum primariò afficitur. At ſi phrenitis ſepti tranſuerſi, quod Græci Phrenas vocant, conſortio concitetur, & reſpiratio inæqualis eſt, & præcordia ſurſum conuelluntur, & multo calore ardent, ſicut iis qui ex cerebri vitio inſaniũt, facies incaleſcit, & ſubcruenta eſt, venæ repletę.

Coma vigilans.

Quod ſi humor pituitoſus ſit temperatus bilioſo, vti cauſam, ita appellationem quoque compoſitam habet. g Nam vigilans Coma, nominant, in vniuerſum quidem cùm bilioſus ſuperauerit, quippè tales ægri vigiles phrenitide laborant: cùm verò pituitoſus præpollet, contrà in grauiorem veluti ſomnũ quem

Coma vocant Grȩci deferuntur. Atq; hoc malum antiquiores Galeno medici, Catochon vocauerunt. *Coma.*

Curatio Phrenitidis.

QVOD ſi vires ægri patiantur, ſanguis protinus è cubito mitti debet, & copioſior. At ſi deſipiens brachium non porrigat, aut ſi porrigat, metus ſit ſecundum vacuationem, ſanguinis profluuij, dum manum æger ſubinde ob mentis turbationem iactitet, recta in fronte vena diuiſa, vna vice quod ſatis eſt auferemus. item clyſteriis vtemur, ex hydrelæo, vel roſaceo cum ptiſanæ cremore. Si vigiliæ vrgent, roſaceum, vel oxyrhodinũ in caput dãdum eſt. Aliquãdo calida ipſum aqua prius ſuperfundendum: & medicamentum quod ex papaueris capitibus vocatur diacodyon exhibebitur, niſi virtus imbecilla prohibeat. Et alia quæ ad ſomnum conciliandum ſuperius ſcripta ſunt, huc transferemus. Decũbat æger in loco, tum lumine, tum temperie moderato: & variis quibuſdam picturis libero, vt quæ tales deterreant. Quò amici quidam gratiſſimi ingredientur, & commodum incident, qui nunc blandè ægrotum alloquantur, nunc acerbius corripiant. Cibus primùm eſto aqua mulſa, deinde ptiſanæ cremor, & ſorbitiones ex chondro, cum quadam dulci potione, vt apomelite, vel hydroroſato, vel rhodomelo, vel dulci hydromelo. Nam vinoſum hydromelũm, quod in paruis vaſculis ex Cibyra appportatur, repudiandum, vt quod grauiores vino noxas in talibus excitet, & maximè in capitis affectibus, ídque ante concoctionem. Panis quoque aqua lotus rectè exhibetur, intubi, lactucæ elixæ. Si multus feruor conficiat, etiam cruda hæc dantur. Item cucumeris medulla, peponis, duracini, & ſimilium. Aquæ frigidæ potu coercendi ſunt, potiſſimùm ſi ſeptum tranſuerſum cõſortij lege malo dediſſe originem deprehenderimus. Quod ſi vrina ipſis, vt conſentaneum eſt, delirij vitio cohibeatur, † fota adhibito calente hydrelæo & inferiorem ventris ab vmbilico regionem, ἦτρον Grȩci vocãt, & veſicam ſuperfundemus, deinde digitis manus loco innixis ad reddendum vrinam incitabimus. Reliquum corpus ipſis decumbentibus calido oleo perungi debet. Etenim in quiete, quoad eius fieri licet, ſeruari debent, ita vt ſiquidem prædiuites aliqui fuerint, per famulos contineantur: ſin minus, vinculis conſtringantur. Nam inordinata motio vires conuellit. Iam verò alia etiam

Vena frontis ſectio.

† fota adhibita calente aqua, aut hydrelæo, καταντλήσωμεν θερμῷ ὕδατι καὶ ὑδρελαίῳ. Goup.

de cauſa pedes, prius foti, ligaturis conſtringi, manuq; contrectari debent, nempe quò humores deorſum reuellantur. Porrò ſi longior affectus, & contumax fuerit, ab iis quæ ſoporem acerſunt, ναρκωτικὰ Græci appellant, abſtinendum: ea verò quæ digerendi facultatem obtinent, capitis perfuſionibus miſcenda, ſcilicet mentæ ſuccus, vel ſerpilli, vel calaminthę, vel rutæ. Tum iis quoque vtendum quæ naribus inſeruntur. A ſeptimo die ſi viſcera ſentiant inflammationem, cataplaſmatis ex lini ſemine, & hordeacea farina cum hydrelæo leniemus. Deinde cucurbitulas leues, aut cum ſcarificatione, tum his ipſis, tum occipitio, & ſpinæ accommodabimus. Si corpus ſqualidum peruſtúmque eſſe coniecturaueris, febríſque adſit, etiam balneis vtendum aquæ potabilis, & vnctione liberaliore. Vinum tenue & aquoſum, quod ὀλιγοφόρον appellant, viribus recolligendis propinabimus, nullam inde mentis turbationem, vt eſt veriſimile, futuram ſuſpicãtes. Aut enim nulla fit, cùm morbus declinat: aut certè ſi fit, ex facili ſubſidet. Proceſſu autem declinationis, geſtatione corporis vti expedit, & congrua virium recreatione. Sed ita Phrenitici ſeſe recolligent, vt ebrietatem, iram, ciborum corruptiones, & in primis ſolis æſtum caueant.

ANNOTAT. ANDERNACI.

At quæ mentis alienatio. *Quia multæ in hoc caput voculæ incidunt, idem propemodum ſignificantes, non abs re fuerit, eas curioſius in vtraque lingua diſtinguere. Mentis igitur alienatio verti pro Græca dictione* παρακοπὴ. *Nam in febris vehementis ſtatu, vt ait Galenus, accidit ægros* παρακόψαι, παραχθῆναι, παραληρῆσαι, & παραφρονῆσαι, *quæ Latini exponunt, mente alienari, mente non conſtare, aliena loqui, delirare & deſipere. Si autem hoc continuè accidat, phrenitis dicitur. At ſi in ſtatu dementia ſuperueniat, in declinatione autem ceſſet, delirium, non phrenitis eſt appellanda. Celſus eandem ponit diſtinctionem lib. 3. cap. 18. Phrenitis, inquiens tum demùm eſt, cùm continua dementia eſſe incipit.*

[Marg.: παρακόψαι. παραχθῆναι. παραφρονῆσαι. Phrenitis. Dementia. Delirium. Læmæ.]

Vel læmis, hoc eſt. *Oroſcius malè exponit* λημῶντας, *id eſt lippientes. Non enim Læmæ lippitudinem ſignãt: alioqui omnes quibus Læmæ in oculis innatant, vt hectica, vel potius maraſmo confecti, lippitudine laborarent. ſuprà dixi Plinium dictionem Græcam vſurpare. Celſus pituitam interpretatur.*

[Marg.: Coma.]

Coma. *Galenus commentario in primum* τῶν προῤῥητικῶν *refert, Coma & Cataphoram apud Hippocratem idem eſſe. Sed Coma duplex*

plex inuenitur pro humoris ratione. Nam cùm per ſe eſt, ex pituitoſo generatum humore, grauis ſopor, & quaſi inexpugnabilis dormiendi neceſsitas. Quod ſi bilioſus humor mixtus præpolleat, vigilans coma dicitur. Quo qui detinentur, nequeunt vigilantium munia ſubire, ſed tum palpebras claudere cupiunt, tum dormire ſperant.

Commodum incident. *Hoc eſt, opportunitate & occaſione ſumpta ſe ingerent. Hoc enim apud Græcos* προσφόρως ἐντυγχάνειν *ſignificat.* προσφόρως.

Panis quoque aqua lotus. *Galenus panis eluendi rationem inuentam eſſe ſcribit, vt obſtructionem in cibo impedirent. Nam hic panis lotus quàm minimum habet craſsiciei, glutinisq́; vtpote ex terreſtri ac graui, aereus, leuiſque factus.* Panis lotus

Peponis duracini. *Sunt qui non duracini legendum cenſeant, ſed rhodacini: quanquam Palladius, Paulus, aliјq; recentiores Græci, vt Conſtantinus* δωρακινὰ *legant, quos Palladius vbique imitatus, duracina conuertit. Quicquid ſit ſiue rhodacina, hoc eſt, à Rhodo nominata, ſiue duracina à duritie, perſica proferas, non multum intereſt. Plinius etiam ceraſa, & vuas duracinas nuncupat. Tu vtrum malis ſequere.* Duracina. Rhodacina.

Hordeacea farina. *Græcè eſt* ὠμὴ λύσις, *quaſi dicas cruda ſolutio, vel cruda farina hordeacea, ad differentiam polentæ quæ torretur. Verùm Latini interpretes crudam omittunt, lectori id intelligendum relinquentes. Aliquãdo etiam de aliorum farina* ὠμὴ λύσις *dicitur, verùm tunc apponitur frugis nomen, vt* πυρίνη ὠμὴ λύσις, ἢ λινοσπέρμου. *Sæpe ex ſuperabundanti* κριθινὴ ὠμὴ λύσις *nominatur.* ὠμὴ λύσις.

CORNARII.

g *Vigilans enim ſopor appellatur. Bilioſo etenim humore ſuperante, tales vigilantes phrenitici fiunt. Pituitoſo verò rurſus prædominante, ſoporosè rurſus in ſomnum deferuntur. Vetuſtiores Galeno Catochum, id eſt ſoporis detentionem appellant.* Catochen *verò &* catalepſin *id eſt apprehenſionem recentes. Græca ſic legenda:* καθόλου μὲν γὰρ χολώδους κατακρατοῦντος χυμοῦ, φρενιτίζουσιν οἱ τοιοῦτοι ἀγρυπνοῦντες. τοῦ δ' αὖ φλεγματώδους κωματωδῶς καταφέρονται. οἱ δὲ παλαιότεροι τοῦ Γαληνοῦ κάτοχον τοῦτο τὸ πάθος προσηγόρευον, κατοχὴν δὲ καὶ κατάληψιν οἱ νέοι.

De inflammatione cerebri. *Cap.* VII.

CErebrum inflammatione laborans, ſæpe ita intumeſcit, vt capitis ſuturæ diſtendantur. Dolor comitatur maximus, & diuturnus, multus angor, rubor in facie multus cum tumore molli: oculi fiunt emiſsicij, caput inturgeſcit. Qui hoc *Cerebri inflammationis ſigna.*

hóc malo impliciti ſunt, ſanguinem ex cubito mittere, item ex naribus, & vaſis linguæ ſubditis debent. Porrò vtitor & aſperſionibus quæ per inflammationes capiti adhibentur, & cataplaſmatis quæ humectare, & maturare ſunt idonea.

Curatio.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Multus angor. *Caput hoc ex octauo Oribaſij tranſcriptum eſt. Græcè habetur* πολλὴ ἄση, *quod interpretantur plerique, faſtidium, cùm verè hoc loco ſit dicendum multus angor. Nam adeò torquentur, vt neſciant quid ipſis ſit agendum: nunc lecto ſe erigunt, nunc rurſus decumbunt, vitæ quaſi pertæſi. Morbus hic intra ſeptimum ſæpe iugulat.*

ἄση.

Tumore molli. *Sic reddidi* οἴδημα, *qui tumor, prementibus digitis cedit: eóque dixi, molli. Tu ſi libet dicas, cum œdemate.*

οἴδημα.

Emiſſicij. *Hoc eſt, qui foras propelluntur, dolore nimio exprimente. Græcè eſt,* προπετεῖς γίνονται.

Porrò vtitor. *Poſt totius corporis vacuationem deriuationémque per propinquiores particulas ad topica venit remedia. Primùm aſpergines ex hydrelæo, aut vino & oleo, vt in aliis partibus inflammatis conueniunt: deinde cataplaſmata ex pane, aut farina hydrelæo ſubacta, quæ ad maturationem perducunt. Id enim verbum* πεπαίνειν *ſignificat.*

De Eryſipelate cerebri. *Cap.* VIII.

Eryſipelatis cerebri notæ & curatio.

ACcidit quoque Eryſipelas cerebro, quo laborans hæc patitur: capite dolet vniuerſo, adeò vt flammis id vri putet: facies frigida eſt, & ſubpallida, os ſicceſcit. Quare ſic affecto ſanguis detrahendus eſt, & potiſſimùm ex venis ſub lingua ſitis. Refrigerantia conueniunt: quibus in aliis quoque eryſipelatis vtimur.

De lethargo. *Cap.* IX.

LEthargus itidem, cùm ratiocinatricis animæ noxa ſit aliqua, locum eundem quem phrenitis, nempe cerebrũ, occupat: materia verò mali, contraria eſt. Nam ex pituita humidiore, frigidioreq; cerebrum madefaciente, contrahitur. Lethargicos comitatur febris lenta, non impenſè acris erodénſq;, cum alto ſopore, quæ Cataphora Græcis dicitur. Pulſus his magni, rarique ſunt, & [h] vndoſi, reſpiratio nimis rara & imbecillis. Somno perpetuo præmuntur, à quo ægrè poſſunt excitari, & quocunque modo interpellentur vix reſpondent: obliuioſi, mente capti, oſcitant crebrò, & hiante ore nonnunquam perſiſtunt, tanquã claudere id obliti. Deiiciunt

Lethargi ſigna.

iiciunt per aluum complures quidem liquidiora, nonnullis autem cõtrà venter inareſcit. Vrinam reddunt iumentorum lotio ſimilem. Quidam ex eis tremiſcunt, & vndiquaque deſudant. Huic affectui reſpondet Caros, quaſi dicas veternoſus ſopor ex eadem materie proficiſcens: ſed hoc diſcrimine variat. Febris Carum præcedit, eaque vehementior: Lethargum ſubſequitur: item quòd Carus etiam alia comitetur ſymptomata. ſiquidem frequẽter febrium acceſſionibus ſuperuenit, comitialibus, cerebri compreſſionibus, modo oſſe quidem in fracturis, modò autẽ membranæ cuſtode, quem μηνυγγοφύλακα Græci vocant, priorem cerebri ventriculum premente. Lethargus autem peculiarem quandam conſtitutionem obtinet: † ſuperuenit comitialibus.

Caros quid, & eius à lethargo diſcrimen.

† Hæc duo vocabula nec in Aldino exemplari Græco, nec in aliis verſionibus leguntur.

Curatio lethargi.

Vires ſi permittunt, etiam hîc vena ſecari debet: ſin minus, clyſteriis acribus aluum ducemus. Aeger decumbet in domo ſpatioſa, mediocriter lucida. Caput eius oleo perfundi oportet, cui etiam caſtoreum ſit adiectum. Nonnulli in vicem olei, oxyrhodino cum caſtoreo vtuntur, robur hinc capiti calorémque ſimul accerſentes: reliquum verò corpus delinentes, & præcipuè extrema, oleo veteri: cum nitro toſto, vel pyrethro, vel pipere, vel cocco gnidio[i] extergunt. Licet & cerato, quod his, & caſtoreo ſimul conſtet, vti. Porrò naribus admouentur odoranda thymum ex aceto contritum, aut origanum, aut pulegium. Os vngi conuenit, & palati cœlum detrito ſinapi, cum mellis momento. Conariq́ue oportet pituitam indidem affixam digitis eiicere. Si admittant, etiam apophlegmatiſmi vſus erit ex oxymelite cum hyſſopo, aut pulegio, aut origano, aut ipſo quoque ſinapi. Potui exhibebitur aliquid ex iis quæ citò tranſeunt, præſertim diaſpolites, cochlearij menſura cum poſca. iis autem qui in vetuſtatem inciderunt, & tremuli ſunt, caſtorei quoque ſcrupulos duos, tréſue dabimus. Si humoris ineſt copia, nihilq; aliud prohibeat, ſcammoniæ ſcrupulum caſtoreo temperatum exhibebimus. At ſi his affectus non diſcutitur, caput radendum fouendúmque eſt ſale, milio, & ſimilibus per ſacculos adhibitis. Adhæc ſinapiſmis vti in capite prodeſt, tum iis quæ per ſternutamenta euocant. Poſtea cucurbitulas occipitio agglutinare, partim leues cum multa flamma, partim cum ſcarificatione. Præterea ad naturæ excretiones

frequenter ſollicitare oportebit tum iniectionibus, tum iis quæ vrinam mouent. Inferiorem ventris ab vmbilico regionem oleo rutaceo, aut ſicyonio, cui ſit adiectum caſtorei paululum, aſpergere fouereque. Iam verò vt deglutiant, crebriùs admonebimus, cum calida aqua dulcium potionum aliquam, præſertim apomeli [k] ex anguſtis oris vaſculis, βομβύλια Græci vocant, inſtillantes. Quòd ſi mediã infeſtet regionem quædam inflammatio, huic itidem medebimur ſuperfuſionibus & cataplaſmatis. Naribus ſinapi aceto tritum, vel caſtoreum vſtum admouere profuerit. Alimentum eſto cremor ptiſanæ, vel auenæ, vel halicæ cum oxymelite, vel ſalibus, vel pulegio, nunc quotidie, nunc vno die interpoſito. [l] A cibo, vinciri debent: ſumma cedere multum oportet, cruraq́; pungere: nonnunquam pilos etiam in ipſis vehementius euellere conniti, quò excitentur. Iam femorum & crurum rubores excitati, φοινιγμὸς Græci vocant, ſubinde proſunt. Cæterùm vbi morbus inclinare inceperit, geſtationibus ſtatim congruis vtendum, & ad balneum reducendi ſunt. Victus qui vires recolligat, recreétque, decenter adhibendus.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Lethargus. *Oribaſius lib. 8. omnia ad verbum habet. Conſentiunt & quæ Galenus commentario in primum prorrheticon ſcripſit cum Paulo, niſi quod ipſe pituitam frigidiorem habeat.*

Cari ſpecies

Caros. *Vide Galenum ſecundo commentario Prorrheticorum, vbi refert tres quaſi ſpecies Cari, nempe morboſi, quo de hîc agitur, medij vt ex vino contracti, & boni qui poſt longas vigilias ſolet accidere. Cæterùm arteriæ Carotides à caro nomen habent, quanquam ſi intercipiantur, non ſtatim mutum animal, aut ſoporoſum euadat, ſed omnes arteriæ quæ ſuprà vulneratas partes habentur, pulſum amittunt. Interpretari licet, ſoporem veternoſum.*

Febrium acceſſionibus. *Emenda codicem Græcum, ac pro παρόξυσμῳ lege παροξυσμοῖς.*

Membranæ cuſtode. *Sic interpretatur Celſus libro octauo, capite tertio: Quomodo os excindatur. Hæc autem ſunt ipſius verba: Factis foraminibus eodem modo media ſæpe, ſed multò circunſpectius excidenda ſunt, ne fortè angulus ſcalpri eandem membranam violet, donec fiat aditus, per quem membranæ cuſtos immittatur. μηνιγγοφύλακα Græci vocant, &c. Nunc quid ſit membranæ cuſtos, audi. Lamina, inquit, ænea eſt, firma, paulùm reſima ab exteriore parte*

Membranæ cuſtos. μηνιγγο φύλαξ.

læuis

læuis quæ demiſſa eſt, vt exterior pars eius, cerebro propior ſit, ſubinde ei ſubiicitur quod ſcalpro diſcutiendum eſt, ac ſi excipit eius angulum, vltrà tranſire non patitur, eóque & audacius, & tutius ſcalprum malleolo ſubinde medicus ferit, donec exciſum vndique os eadem lamina leuetur, tollique ſine vlla cerebri noxa poteſt, &c.

Quæ citò tranſeunt. *Hoc eſt, quæ citò per totum corporis habitum rapiuntur, quale eſt quod etiam Diacalaminthes inſcribitur. Habes vtriuſque compoſitionem apud Galenum libro quarto de ſanitate tuenda. Græcè eſt τινὸς τῶ ὀξυπόρων. Non intelligit hic Paulus: quæ per aluum citò tranſeunt.* Nota.

Iis autem qui in vetuſtatem. *Id eſt, quibus morbus in vetuſtatem incidit, quiq; tremuli ſunt. Nam poſtea ob diuturnitatem morbi, externarúmque partium imbecillitatem, tremor accidit.*

Anguſti oris vaſculis. *Sic interpretatus ſum βομβύλια. Nam Heſychius ait: βομβυλιὸς ποτηρίου γένος κατὰ μικρὸν πότον ταράξαντος, ὅθεν διὰ τὸν ἦχον οὕτω κεκλῆσθαι. Conuenit igitur vt eiuſmodi poculis dulcis aliqua potio ita affectis inſtilletur.* βομβύλια.

CORNARII.

h *Habent exemplaria καὶ κλονώδεις, ac agitatorij. Verùm ratio pulſuum lib. 2. à Paulo tradita, & experientia teſtatur legendum eſſe, καὶ κυματώδεις, ac vndoſi. Itẽ Gal. libello de pulſibus introductorio, & lib. 4. de pulſuũ cauſis, vndoſum pulſum lethargicis attribuit.*

i *vellicant.*

k *Per anguſti oris vaſcula inſtillemus, ἐπιῤῥαίνοντας διὰ τῶ βομβυλίων. Sunt enim βομβύλια anguſti oris vaſa, per quæ guttatim aliquid inſtillari poteſt, παρὰ τὸ βομβεῖν, id eſt à ſonitu quem edunt, dum guttæ ex eis prodeunt, ſic nominata authore Galeno in Gloſſis Hippocraticis.*

l *Poſt cibum extremæ partes deligentur, aut etiam multùm refringantur, & crura vellicentur.*

De Catocho, aut vigili comate. *Cap.* X.

HVius morbi cauſam, vbi de phrenitide ſermo eſt habitus, ſumus complexi. notæ, vt ſummarim dicam, communes quodammodo ſunt phrenitidis, & lethargi. Sed pro materia abundante variant, peculiares autem hæ. Detinetur æger ſupinus, extenſúsq;, interim facies ſubtumeſcit, & modicè lethargicorum modo liuet: interim rubore tincta eſt, & ſuperior gena ſurſum conuelli videtur, ac excedere, vt ne conniuere quidem æger queat: reſpiratio nulla apparet, ſed quaſi emortuus decumbit. pulſus eſt exiguus, languidus, & creberri *Catochi ſigna.*

creberrimus. Vrina & aluus cohibetur, aut certè modicè redditur. ac qui ſanè mediocriter habent, liquorem aliquem infuſum deglutiunt: qui verò malo victi ſunt, ad nares regurgitant. Itaque affectus qui pituita bilem ſuperante conſtituuntur à lethargicis diſcernimus, eò quòd neque facies tumeſcit, neq; liuida eſt, ſicut lethargicis: præterquam quòd paulatim etiam leuiter deſudant. In iis autem periculum maius eſt, quibus peruigilium adeſt continens, vrinæ non reſpondent, difficultas ſpirandi intenditur, ſudores erumpunt, item quibus ad nares potus reſorbetur. At ſi mulier hoc laborare vitio cœperit, ab ea quæ vuluæ ſtrangulatu correpta eſt, hac nota diſcernes, quòd naturaliter iacere videatur, & inclamantes percipiat, excitetur, rurſuſque ſomno graui ſopiatur. Eſt vbi dicunt Catochon diuerſum à vigili Comate, quod ſimplicem non mixtam habet cauſam, nimirùm frigidiorem, ſicciorémq; materiam, quæ poſteriore cerebri ventriculo obſtructo malum hoc excitarit. Ob quam etiam æger, ſi corripitur ſubitò, in illa permanet figura, qua correptus eſt, ſtans ſcilicet, vel ſedens, clauſis oculis, aut reſpiciens. Quam ob cauſam antiquiores Græci hoc preſſos morbo, Catochos, vel Catochomenos, quaſi dicas, occupatos, detentóſque nominauerunt: recentiores, affectum Catochen, & Catalepſin, veluti detentionem, & deprehenſionem. Curatio prædictis quidem ſimilis eſt, ſed pro ſymptomatum ratione quæ ſuperueniunt, euariat.

Catochi & ſtrangulatus vteri diſcrimen.

Catochos ſimplex à vigilante comate differt.

Curatio Catochi.

HVIC quoque malo ſanguinis miſſione ſuccurritur, præſertim quibus facies rubeſcit, modò vires ſuadeant: aut clyſteres iniiciendi partim qui pituitam pollentem eliciãt, partim qui bilem abundantem leniant: pari modo aliorũ quoque præſidiorum vſus erit. Similiter ægros nutrire confert, interim diebus ſingulis, interim vno interpoſito. Porrò affectus admodum periculoſus eſt, ſi ex quodam alimenti, aut potus errato acciderit, qui ſtatim ad vomitum cogendi ſunt, ac parciore victu continendi, aluus irritari, ac viſcera reſperſionibus ex cumino, aut ruta foueri debent. Qui ex ebrietate vitium conceperunt, crapula diſſoluta, humidiore cibo tractandi ſunt, qualis eſt ptiſanæ cremor. Præterea caput inunctionibus accommodis per æſtatem frigidis, per hyemem tepidis obducetur. Si crapula neutiquam fuerit ſoluta,

Catochus ex ebrietate.

luta, neque ad ſobrietatem reditus eſt, deſperatæ valetudinis ægrum longè fugere oportet.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Interim rubore tincta eſt. *Græcè erat* ἐρυθρὸς αὐτοῖς ἐπανθεῖ. *Hoc eſt, rubor eis effloreſcit, viuidus eſt. Auicenna hoc caput vt alia pleraque in ſuum librum quaſi tranſcripſit, mutato ordine tantum, vocátque affectum Subet aſahari.*

Qui verò malo victi ſunt. οἱ δὲ κρατηθέντες. *Celſus vertit malo victi. Opponuntur iis qui mediocriter habent: qui morbo poſſunt reſiſtere.*

In iis autem periculum maius eſt. *Reddidi ſic Græca hæc* χαλεποὶ δὲ μᾶλλον εἰσίν, *quod eſt, difficiles autem magis ſunt curatu ſcilicet, quibus vigiliæ ſunt continuæ.*

De memoriæ iactura, & ratiocinationis, item de Caro, hoc eſt, veternoſo ſopore, & fatuitate. *Cap.* XI.

MEmoriæ iactura partim per ſe, partim etiam cùm aliqua ratiocinationis offenſa accidit: quemadmodùm, & mentis ſeu ratiocinandi facultatis noxa priuatim priùs accidit: deindè memoriæ iactura inſequitur. Verùm cùm vtraque pars, malè fuerit affecta, fatuitas ſeu ſtultitia, quæ Græcis moroſis appellatur, oboritur. cauſam habent communem efficientem nempè intemperiem. Quòd ſi humida ſolùm fuerit, memoriæ & ratiocinationis vitium creabit, torpores graues, animi ſopores, Cataphoras Græci vocant, longos, altóſque ſomnos. Si vero humori frigiditas etiam acceſſerit, caros & lethargos: eodémque modo ſi ſola quidem fuerit ſiccitas, vigilias tantùm inducit: ſin autem calor acceſſerit ſiccitati, deliria, & phrenitidas mouebit. Porrò intemperies hæ nonnunquàm obueniunt humoribus, nonnunquàm cerebri ventriculis, vel ipſius vaſis: vel vtique in humiditate inſperſę, vel in ipſomet cerebri corpore, vel etiam temporum muſculis tali modo vitiatis. At ſi quandò humores cum ipſis fuerint mixti, ſimilem quoque morbum inferent: verùm ſimplex, an compoſita ſit intemperies efficiens, ex ſpecie excrementorum condiſces. Quòd enim memoriæ, & ratiocinationis iactura frigiditatis ſoboles exiſtat, compertum habemus: ea verò humiditatíne, an ſiccitati iuncta ſit, ex recrementis, ægri habitu, temperatura, victus ratione, anni tempore, & loco deprehendemus.

Cauſæ memoriæ læſæ, &c.

Curatio.

SI frigida malè habuerit intemperies, calefacere, ſi humiditati iuncta ſit, etiam exiccare oportet. rurſus ſi mixta cum ſiccitate, humectare ſimul, & calefacere. Pari modo etiam in calida intemperie refrigerare conuenit, ſi ſiccitas acceſſerit, pariter humectare: ſi humiditas, refrigerare ſimul & ſiccare. In quibus autem ſanguineum humorem deprehendis abundantem, venam aperire, vel clyſteriis acribus vti conſilium eſt, deinde etiam hiera exhiberi debet, & apophlegmatiſmis vti conuenit. Item inunctiones capiti ſunt inducendæ ex oleo, cui adiecta ſint quæ refrigerant, exiccantque, roſæ dico, myrti, lentiſcus, aliáque ſimilia: necnon toti corpori proſpiciendum eſt. Quòd ſi ex æſtu, & laſſitudine orta fuerit intemperies, caput oxyrhodino perfundendum, tum reliqua curandi ratione frigida, humectáque vti conuenit: cum in aliis tum in cibo & potu. Quòd ſi caros fatuitati, vel obliuioni accedat, huic etiam proſpiciendum eſt, vt in lethargicis priùs comprehendimus, vbi & ipſorum diſcrimen explicitum eſt.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Cauſa prudentiæ. Stultitiæ.

Cauſam habent communem. *Subintellige, mentis noxa, & memoriæ iactura. Fatuitatis cauſam Galenus comment. in libellum Hipp. de Natura hominis ita tradit. Acumen ingenij & prudentia ex bilioſo humore naſcitur: conſtantia verò & firmitas ex melancholico: ſimplicitas ſtoliditáſque ex ſanguine. pituita verò natura ad mores fingendos inutilis, &c. Ceterùm, communem cauſam refert Paulus & mentis noxæ, & memoriæ iacturæ. Malè habebatur in græco codice* καὶ νῦν *pro* κοινὴν.

Vel vtique in humiditate inſperſa. *De ea nimirùm dicit humiditate, quæ per totum corpus cerebri diſperſa eſt. Galenus tertio locorum affectorum habet ſententiam eandem, ſed paulò apertius.*

De vertiginibus. Cap. XII.

Vertiginis cauſæ.

VErtiginum affectus naſcitur cum frigidus, glutinoſúſque humor cerebrum occupat: vndè leui occaſione protinus etiam concidunt. veluti quando aliqua circumagi extrinſecus aſpexerint, vt rotas, verticéſve, aut quãdo etiam ipſi circumaguntur. Interim verò etiam calfacti capite, cùm humores in eo contenti, vel ſpiritus quoque commouentur: interim prioribus cerebri ventriculis dum caluaria

confracta perforatur preſſis, in quibus etiam vehementes oboriuntur cruciatus. præcedit autem in eis, quibus caput primariò afficiatur vehemẽs in eo dolor, veternoſus ſopor, qui κάρος Græcis dicitur, & aurium ſonitus. & quidam ſanè olfactu læduntur, quidam verò guſtu. at quibus ex conſenſu ventriculi oris vertigines accidunt, & ſtomachi roſio, quam Cardiogmon Græci appellant, & nauſeæ ſimul comitantur. *Ex primario cap. affectu.* *Ex cõſenſu.*

Curatio.

VERTIGINOSOS in acceſſione quidem medicamentis, quæ odore mouent idoneis, excitare conuenit. Item frictionibus vti, & id genus aliis. Vbi morbus remiſerit, eius amoliendi gratia ſanguis primùm mittendus eſt: deinde purgatio ex hiera præſtanda. Interpoſito tempore acri clyſtere ex centaurei, vel cucurbitæ Syluestris decocto vtendum eſt. Secundùm huiuſmodi vacuationes caput ipſum cucurbitulis ad occipitium cum ſcarificatione lancinari debet, mox apophlegmatiſmi, id eſt, medicamenta quæ ſaliuam per os eliciant adhiberi, & ſternutamenta moueri. At quos capitis calor, auriúmque ſonitus malè habet, ceu vaporibus calidioribus per arterias ſurſum elatis, etiam arteriæ ſectio retrò aures iis adhibenda eſt: vt in parte chirurgica ſumus dicturi.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Vertiginum affectus. *Vide Galenum lib. 3. de locis affectis. Alibi autem refert cauſam inordinatam flatuoſi ſpiritus motionem, qui vel in cerebro generatur, vel ab inferioribus ſurſum fertur.* *δίνη.*

Rotas, verticéſve. *Græcè eſt οἷον ῥόχους ἢ δίνας. Galenus ῥόχους ἢ δίνας ἐν ποταμοῖς, hoc eſt, rotas vel vortices in fluminibus. Nam δίνη συστροφὴ ὑδάτων. At δῖνος, ait Galenus, ὀνομάζεται, ὅταν ἡ κεφαλὴ περιφέρεσθαι φαντάζεται. ὅταν δὲ σκοτώδης ἡ ὄψις ἅμα τῷδε φαίνεται σκοτόδινος καλεῖται, &c. Apud Latinos vertigo alterum nominari poteſt, alterum ſi ad verbum interpreteris. Tenebricoſa vertigo.* *δῖνος.* *Vertigo.*

Medicamentis quæ odore mouent. *Hoc eſt, quæ naribus odoranda adhibentur, atque ita cerebrum commouent, Græcè dicuntur ὀσφραντά. Celſus, quæ odore mouent, conuertit.* *ὀσφραντά.*

De morbo comitiali. *Cap.* XIII.

MOrbus comitialis, cùm totius corporis ſit conuulſio cum principis animæ functionum noxa, partim ſanè in ipſo cerebro, partim verò in vniuerſis huius ventriculis *Epilepſiæ tum ex primario cerebri affectu tum ex conſenſu cauſæ.*

cauſam habet conſtitutam : ea modò eſt humor pituitoſus, modò melancholicus, præterea etiam ore ventriculi affecto conſortij lege oboritur, quemadmodùm in colicis quoque, ſicuti cùm de illis agemus exequemur. vel certè aliis quoq; partibus contagionem impartientibus naſcitur, cùm aura quædam frigidior ad cerebrum aſcendit, aliàs à crure, aliàs à manus digitis. Inſuper viſus eſt quandoque prouenire etiam in quadam muliere ab vtero quo tempore eſſet grauida: à partu autem ceſſauit. Occupat hoc morbi genus maximè pueros, eóſque adhuc paruulos. deinde verò adoleſcentes, & iuuenes, minimè ſenes & decrepitos. Præcedit igitur comitiales inuitus corporis animíque ſtatus, triſtitia, eorum quæ perceperant obliuio, turbulentæ inſomniorum imagines, capitis dolor, eiúſque repletio continua, ob iracundiam maximè, & pallor faciei, & inordinatus linguæ motus: nonnulli ipſam quoque commordent. Quibus autem à ſtomacho vitium oritur, etiam palpitatio ipſius prætem à ſtomacho vitium oritur, etiam palpitatio ipſius præcedit, turbatio, & eroſio. Iam ex inedia ſeu cibo tardiùs aſſumpto irritantur. vbi verò ſymptoma iam inſtiterit, ægri derepentè concidunt, conuelluntúrque: interdum etiam exclamant voce nihil ſignificante. At eximia, peculiaríſque admodùm nota ipſorum exiſtit, oris ſpuma: cùm alia communiter aliis quoque morbis eueniant. Non deſunt quibus etiam vrina & ſtercus pręter voluntatem excernitur: nonnullis & genitura. In quib. igitur acutiſſimus eſt affectus, ſtatim iugulat, & acceſſionum cõtinuatione, & ſymptomatis vehementia. In pluribus autem longus eſſe ſolet: eoque ſi non in pubertate, vel menſtruis purgationibus, vel per conceptum ſolutus fuerit, aut ſi poſt hoc tempus contractus fuerit, ſæpè vſque ad mortis diem prorogatur, niſi congruam medici curationem conſequatur. Coarguunt comitiales ſuffimenta, bitumen, vel lapis gagates, vel cornu caprillum, iecur hircinum comeſtum, & iecoris toſti odor.

Præcedentia epilepſiam.

Curatio.

Si infans adhuc fuerit qui ægrotat, nihil moliendum eſt. nam ætate ad bilioſiorem, ſicciorémque ſtatum tranſeunte, & victu moderatione adhibito, ſua ſpõte plerunque morbus finitur. [m] Conuenit autem victus etiam ſolùm tum infantium, tum nutricum rationem habere. Qui verò poſt annos pueriles in morbum hunc prolabuntur, eorum partes conuulſæ

uulſæ ac diſtractæ pingui oleorum aſpergine foueri, vinciri & in rectum dirigi debent. Deinde ore diſtento digitus demitti, aut penna oleo irino vncta, pituitæ auferendæ gratia. Quin & medicamentis quæ naribus adhibentur ſenſum mouere conuenit, vt peucedano, cyrenaico liquore, bitumine, pice cedrina. Poſt acceſſiones ſi nihil prohibet, ſanguis vtiq; è cubito mittendus eſt. At ſi nihil remittat acceſſio, ſummæ partes ſinapiſmo delinendæ ſunt: cucurbitula autem præcordiis defigetur. Quòd ſi nec his morbus comprimitur, minimum in medicina ſpei ſupereſt. nihilò ſecius tamen medicus animo confidente caſtoreum neceſſitate adactus, & liquorem cyrenaicũ cum melle & aceto ori infundet. in anum centaurei decoctum, vel cucurbitæ Sylueſtris dabit. vbi ad ſe redierint ex morbo comitiali, viribus antè recreatis purgatione ex hiera vacuandi ſunt. Hęc ſanè eſt recentis & acuti morbi comitialis curatio. Deinceps quomodò inueterato ſuccurratur, trademus. Itaque ægrotos aquæ potu continere diu expedit. aggredientes autem curationem, ſi nihil obeſt, ſanguinẽ dimittere. Interpoſitis quatuor aut quinq; diebus corpuſculum reficere, & ſic purgante medicamento euacuare, præſertim veratro nigro, vel cucurbita Sylueſtri, vel certè ſcammonia. Porrò veratrum ſine medulla tuſum cribratúmque aquę mulſæ cyathis quinque, vel ſex inſpergere oportet, aut melle diſcocto cum piperis momento excipere. Cucurbitam verò Sylueſtrem, ſemine eiecto, ſed quæ medullam reſeruet, paſſo implebis, ſinéſque totam noctem commadeſcere:[n] manè paſſum auferetur potuíque dabitur.[o] Vel etiã medicamento ex veratro albo purgationem molieris: quod hæc recipit: baccarum lauri purgatarum, piperis albi, alypiados, euphorbij, veratri albi ſingulorum drachmas octo. Hoc totum datur cum paſſo quod in cucurbita Sylueſtri pernoctarit, probè vacuat per vomitum. Vbi verò ſat purgati ſunt, ægri balneo credentur. Tertio die in præcordiis & dorſo cute ſcalpello inciſa cucurbitulę affigendæ ſunt. Deinde compluſculis diebus interpoſitis corpuſculum reficiendum eſt, & Hiera diacolocynthidos aſſumi debet, poſteà capiti & occipitio cucurbitula agglutinari. Sequenti die panis coctus in mulſa, tritus autem cum amaris amygdalis, vel ſerpyllo, vel menta, vel calamintha, vel ruta ſuperdandus: atque id per triduum continuabitur. ab hoc, caput radendum eſt, & peuce-

Veratri & colocynthidis præparatio.

dani liquore, ex aceto diluto, in quo ſpondylion ſit coctum perungendum: rurſus interpoſito ſpacio corpuſculum reficitur: & antidoti diacolocynthidos oboli nouem ex aqua mulſa exhibentur: & interpoſitis diebus iterum tres ex antidoto offerre conuenit. Indè medicamentis vti quæ ſternutamenta citant. Poſt quinque decémve dies caſtoreum ex mulſa præbetur: tempore rurſus interpoſito in aluũ dabitur centaurei decoctum & cucurbitæ Syluestris: ab hoc iterum hiera offeretur. mox vtendum iis quæ ſaliuam per os & nares educant, deinde ſinapiſmus capiti inducitur. iam etiam acrium ciborum eſus conuenit, cùm opportunitas eſt, adhibitus. Auxiliatur his etiam oxymel ſcilliticum quotidiè potum, & mel, in quo ſcilla intabuerit, inſtar cochlearij aſſumptum. victus autem ratio eſt quæ incidat, extenuétque. Capparis igitur frequenter eſus & ſalſamentum prodeſt. Fugere oportet carnes, legumina, vinum copioſius, venerem liberaliorem, balnea, ſinapi, & potum ſtatim à balneo, præſertim vini meraci. Exercitia proſunt & frictiones, ſed capiti poſt reliquas omnes corporis partes adhibitæ.

De iis qui ſtomachi vitio comitiali morbo corripiuntur.

SI ſtomachus primariò affectus morbum inuexerit, ſollicitudo habenda eſt, vt ex facili æger concoquat, Panis igitur accuratè elaboratus ex vino temperato quod leuiter aſtringat, albúmque colore ſit ad horam tertiam aſſumi debet. medicamentum verò ex aloë bis, térve ſingulis annis dare bis expedit. Vidi autem quandoque puellum (inquit Galenus) neutiquàm hoc tentatum morbo, poſteaquam radicem glycyſidis (dicit autem pæoniam magnam recentémque) ex collo ſuſpenſam geſtaret. Inſuper agaricum opitulatur comitialibus, idem præſtat ſeſeli, ſpondilij fructus radíxque: ariſtolochia rotunda ex aqua pota non parùm huc facit, & continua crurum ſcarificatio.

Pæoniæ radix de collo ſuſpenſa.

De iis qui à particula quadam morbum concipiunt.

INVASVRO quidem ſymptomate, vbi particulam communicare morbum ſenſerint, ſiue ea fuerit manus, ſiue pes, fune excipi valenter debet quæ ſuperpoſita eſt. Cùm autem remittit, recreare corpus oportet, adurens quoddam medicamentum particulę inducentes, cuiuſmodi eſt lepidium, & diacantharidos dicta ſimiliáque. Ad hæc oxymel Iulianum comitiales vehementer adiuuat, particulatim materiã emolliens

Oxymel Iulianum.

liens. Poſt omnia commemorata & Theriace, & naturales balineæ locum obtinent. per totum autem vitæ curriculum, cauenda maximè cruditas, cibus antè concoctionem obitam, iſque craſſi ſucci, q tarda cibi aſſumptio, corporis exagitatio, vinum largius, & potus à balneo, ſicut comprehenſum eſt, maximè, meracus, prætereà valdè vetuſta, craſſaque vina, tum acria ex his quæ odore mouent, & caput replent, inconniuens è ſublimi conſpectus, in balneo mora, & capitis ex ſole exuſtio.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Morbus comitialis. *Vide Galenum libro tertio de locis affectis, & Oribaſium in octauo, vndè Paulus hæc ad verbum tranſcripſit, Græci vocant ἐπιληψίαν, quæ dictio comprehenſionem, retenſionem, obturationémque ſignificat. Nam ſpiritus animales hoc in morbo detinentur, adeò vt in membra corporis diſtribui nequeant.*

Vel certè aliis quoque. *Græcè eſt* ἤγουν περὶ δὲ ἀναδόσεως ἑτέρων μορίων, *ad verbum ſonat: Vel etiam ex aliarum partium diſtributione, quod eſt, vel etiam aliis particulis cerebro communicantibus.*

Voluntatis & conſilij expers. στάσις ἀπροαίρετος *in Græco codice habetur, quod eſt: Status qui citra voluntatem & propoſitum fit, veluti anguſtia, aut triſtitia. Ariſtoteles diſtinguit* προαίρεσιν *ab* ἀκουσίῳ. *Illa enim fit cum ratione & intelligentia,* ἀκούσιον *contra. Poſsis itaque dicere, inuitus corporis & animi ſtatus. Galenus libro ſuprà nominato ait: Dormientes ſpirant, quamuis nulla alia accedat actio, quæ voluntate & conſilio regatur. Item* μηκέτι παρακολουθεῖν ἑαυτῷ, *quod eſt: Non amplius conſtare mente & intelligentia: ad verbum verò ſonat, ſeipſum aſſequi.*

στάσις ἀπροαίρετος.

παρακολουθεῖν ἑαυτῷ.

Eorum quæ perceperant. *In Græco duæ tantùm dictiones habentur,* τῶν προσεχῶν λήθη. *Suidas* προσέχων *interpretatur* προσοχὴν *hoc eſt, meditationem, perceptionemq́;. Sunt qui malint* τῶν προσεχῶν λήθη *exponi, propinquorum obliuionem, vel neceſſariorum.*

Menſtruis purgationibus. *Græcè eſt ſimpliciter* κατὰ τὰς καθάρσεις. *mox addit* ἢ τὰς κυήσεις, *hoc eſt cùm in vtero habere cœperint. Celſus aptè dixit, In pueris, veneris, in puellis menſtruorum initiũ tollit. Paulus hoc pubertatis vocabulo comprehendit. Vide Aphoriſmum ſeptimum libri quinti, eiuſq; commentarium Galeni.*

Si infans adhuc fuerit. *Galenus exiguum quidem, ſed elegantem puero comitiali commentarium dicauit: in quo morbi huius omnem curandi methodum & rationem eſt complexus. Reliquarum ætatum meminit etiam libro tertio de locis affectis.*

Manè paſſum auferetur. *Codex Græcus habet ἱδράσαντα, pro ἀιδράσχυντα.*

Sinapiſmus

Sinapiſmus. *Nempè vt noxij humores ex alto corpore in extima euocentur, habes autem ſinapis oblinendi rationem libro ſeptimo Pauli abundè & eleganter expoſitam.*

Iam etiam acrium ciborum eſus. *Græcè eſt δριμυφαγίαι. Celſus de eodem morbo verba faciens, acria, inquit, aſſumat. Marcellus Dioſcoridis interpres, malè conuertit vomitionem acrium ciborum eſu concitatam.*

Vidi autem quandoque puellum. *Galenus hoc commemorat libro ſexto de ſimplici medicina, vbi de herba Glycyſide diſputat, vidi inquiens, puerum totis octo menſibus, morbo liberum & cùm fortè fortuna radix à collo cecidiſſet, rurſus conflictatum, &c.*

Inuaſuro quidem ſymptomate. *Addidi ad euidentiorem intellectum, communicare morbum: aliàs obſcura nimis eſſet ſententia, ἐπειδὰν αἰσθάνωνται μόριον, id eſt vbi ſenſerint particulam, intelligendum affici, vel à particula morbum excitari.*

ἀποθερα-πεύειν.

Cùm autem remitti. *Græcè eſt ἐν δὲ ἀνέσεσιν ἀποθεραπεύειν. In remiſsionibus autem apotherapia vti. Eſt autem ἀποθεραπεύειν corroborare & firmare corpus, nec non vindicare à laſsitudine. Sequitur autem omnium exercitationem magnam, ne corpora in laſsitudinem incidant. Hic autem poſt acceſsionem corpus antè agitatum recreare nonnihil oportet, vel particulam, vndè morbus excitatus eſt, firmare cauſtico medicamento, quod calorem in eo excitet, ne amplius in eam humor frigidus, aut ſuperuacuus confluat, & indè ad cerebrum feratur.*

ἀτενίζειν.

Inconniuens è ſublimi conſpectus. Sic expoſui καὶ τὸ ἀτενίζειν ἐξ ὕψους, *quod ad verbum ſonat inconniuenter conſpicere ex alto. Celſus vertit clarè è Græcis, loci præcipitis conſpectus.*

CORNARII.

m *Oportet autem victus rationem non ſolùm infantibus, ſed etiam nutricibus ac lactantibus, proſpicere. Græca ſic legenda.* χρὴ δὲ τῆς διαίτης μὴ μόνον αὐτῶν τῶν βρεφῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν γαλουχῶν προνοεῖσθαι

n *Mane paſſum euacuatum bibendũ præbe. In Græcis pro ἱδράσαντα lege ἱδράσχυτα. hoc modo.* ἕωθεν δὲ ἱδράσαντα τὸ γλυκὺ, διδόναι πίνειν. *Significat enim* ἱδράσαι, κενῶσαι, *id eſt euacuare.*

o *Medicamenti huius pondera nimia ſunt, nam ſingularum rerum quæ octo drachmarum pondere ſumuntur, ſcrupulos vel ſiliquas legendum puto, imo omnino ſiliquas legendas eſſe cenſeo,*

ſeo, vt ſit totum medicamenti pondus duarum drachmarum, & ſiliquarum quatuor.

p *Ex quo radicis pæoniæ geſtabat magnam ac recentem partem, &c. In Græcis deeſt vox* μέγα. *Lege igitur,* ἐξ οὗ τῆς ῥίζης τῆς γλυκυσίδης, λέγει δὲ τὴν παιωνίαν, μέγα καὶ πρόσφατον μέρος.

q *Et cibi dilationem, & vehementem ad venerem impetum, & multi vini potum, ſubaudi caueant,* καὶ τὴν βραδυσιτίαν, καὶ τὴν ἐκμόχλωσιν, τὴν δὲ πολυοινίαν. *Quid* ἐκμοχλώσιος *nomine intelligatur, neſcio: vocémque corruptam eſſe haud dubito. Quare* τὴν ἐκμάχλωσιν *legendum eſſe ſuſpicor, à verbo* ἐκμαχλόω, *quod ſcortor, & ad venerem feror ſignificat. quod verbum etſi inuſitatum ſit, tamen iuſta forma de ſe verbale nomen* ἐκμάχλωσιν *facit, per quod hîc vehemens ad venerem impetus indicatur, vt ſit idem* ἐκμάχλωσις *quod* μαχλοσύνη, *id eſt venus & ſcortatio. Sed hæc coniectura ſit.*

De melancholia. *Cap.* XIIII.

Melancholia mentis quędam alienatio eſt ſine febri, ex melancholico maximè humore naſcens, qui mentem occupauerit: aliàs cerebro ipſo per ſe ægrotante, aliàs totius corporis conſenſu immutato. Tertia verò melancholiæ ſpecies eſt, quam flatulentam, & à præcordiis Hypochondriacam appellant, ob inflammata circa ſtomachum præcordia proueniens, quæ modò auram quandam maligniorem, modò ſubſtantiæ humoris partem ad cerebrum ſurſum tranſmittant. Communia omnium ſigna ſunt, metus, triſtitia, homines auerſantur, alij ſe credunt animalia quædam bruta eſſe, & voces ipſorum imitantur: alij vaſa fictilia, metuúntq; ne rumpantur. adhæc mortem hi expetunt, illi eandem expaueſcunt, nonnulli ſemper rident, nonnulli plorant. Alij verò putant à maiore quadam vi ſe inuadi, & vaticinantur futura, non aliter quàm vates & diuinaculi, quos Græci ἐνθεαστικοὺς propriè nominant. Peculiares autem notæ eorũ ſunt, qui ex totius corporis conſenſu melancholia laborant, gracilis corporis habitus, niger, hirſutus, & ex toto melancholicus, vel natura, vel etiam ex acquiſito per ſollicitudines quaſdam, aut vigilias, aut prauorum ciborum eſus, aut hæmorrhoidum, aut menſtruorum ſuppreſſionem. At qui ex præcordiis melancholici exiſtunt, eos teſtantur cruditates, acidi ructus, ardor, & ipſorum grauitas, tum quòd præcordia ſurſum conuellantur: interim etiam inflammatione conflictentur. Adhæc quòd incipientibus, deinde maioribus

Melancholia quid.

Melancholia hypochõdriaca.

Signa melãcholiæ primæ.

Numine afflati.

Signa melãcholiæ per conſenſum corporis.

Signa hypochõdriacæ.

effectis melancholica comitentur ſymptomata. quódq; hæc leuentur concoctione, vel alui excretione, vel multis flatibus, vel vomitu, vel ructu. Cùm autem nullum ex his, aut certè pauca eueniunt melancholica quæ apparent ſigna cerebrum primariò affici in totum ſucci contagione melancholici fatentur. Porrò ſi quando flauæ bilis ſuprà modum exuſtæ in nigram fiat mutatio, inſaniam, dictam Græcè Manian inferet, ob quam ferarum modo efferantur inſani, vt etiam eos qui imprudentius ipſis occurrunt, manu violenter tractent.

Curatio melancholiæ.

Ex primario cerebri affectu.

QVI igitur ex primario cerebri affectu melancholici ſunt, crebris balneis, victu boni ſucci & humido curantur, vnà cum decenti animi delectatione, ſine alio pręſidio, cùm certè humor qui moleſtat nondum ob temporis longitudinem excerni contumax eſt, quando etiam valentiora, magíſque varia tentare oportet remedia. Itaque purgentur per initia epithymo, aut aloë. Nam vel pauxillum ex his ſumptum quotidie maximè iuuat, & leuiter aluum ſubducit. vbi verò purgati fuerint, vti dictum eſt, abſinthium propinabitur: nunc quidem herba ipſa in aqua macerata coctaque duorum cyathorum inſtar, nunc autem eius ſucci drachma ſemiſſis, cum aqua continuè liquefacta. Aceti quàm acerrimi modicum ſorbitioni datur ſomnum inituro. Iam multa obſonia in id intincta eſſe conuenit. Præſtantius autem fuerit aceto mixtam eſſe ſcillam, polium, & tenuem ariſtolochiam.

Aloës vſus quotidianus.

Abſinthij potus.

Curatio melancholiæ per conſenſum totius.

At cum morbo quidem incipienti ex totius corporis affectus conſortio, vt ſuprà dictum eſt, incidis: corpus autem, viribus conſtat, à ſanguinis miſſione incipiendum eſt: poſt hanc, viribus recollectis, inferius purgare conuenit medicamento ex cucurbita ſylueſtri, tum eo quod conſtat nigro veratro: ac ſi hæmorrhoidibus, aut mēſibus ſuppreſſis malū fuerit concitatū, illas adaperiemus, hos proritabimus. Laudantur etiam facultates, tum quæ vrinæ ciendæ ſunt, tum quæ per ſudores purgant. Sin autem præcordiorum offenſioni morbus debetur, & horum habenda erit ſollicitudo: ac foue buntur ipſa decocto rutæ, anethi, abſinthij, pulegij, agni ſeminis, & fructus lauri perfundendo. Hæc etenim dolores quoque leniunt, & flatus diſcutiunt oleo incocta, & ſic affectæ parti applicata. Cæterùm pręter hæc inſint cataplaſmatis

Curatio melanch. hypochōdriacæ.

etiam ea quæ flatibus diſcutiendis faciunt. nempe apium, vel aniſum, vel cuminum. Nil mali fuerit, ſi indatur cataplaſmati & cyperus, & iris, & libanotis, quam roſmarinum vocant. Cùm hæc admoues longo tempore per diem & paſto, & ieiuno adhærere ſines. Vbi ademeris, aliud quoddã operimentum ſuper accommodato, lanam ſcilicet latiorem. Cucurbitulis ad flatus digerendos leuibus vtitor: ad dolores verò inflammationéſque cum ſcarificatione. Porrò adhibita curationi diligẽtia, nec ſinapi obliuiſcere, ſed acribus ſmegmatis, & dropacibus ſuper dorſum, ventrémque vti conuenit. Quibus vitium inueterauerit præſentiſſimum eſt remedium, etiam citato per veratrum album vomitu, purgatio. Victus omnibus melancholicis conferet probi ſucci, & mediocriter humectans. Vitãda ſunt, caro bubula, ceruina, lenticula, braſſicæ, cochleæ, vina craſſa, & nigra: breuiter, quæ atram bilem generant.

Atrã bilẽ generantia.

Curatio inſaniæ.

INSANIENTES conſimilem melancholicis curationem recipiunt. Propriam verò habent, vt caput ipſorum tum roſaceo, tum oxyrhodino perfundatur. Item ex antidoto picra purgabimus, verùm ſanguine prius miſſo: nec non hirudinibus in capite vtemur. Vnicè ipſos iuuat hippomarathri radix, ſeménque eius ex aqua potum. Inſuper Bryoniæ radicis drachma ex aqua quotidie aſſumpta. Sin autem delirantes purgantium medicamentorum potionem renuant, miſceri debent ea neſcientibus ipſis, cibis, nempe buccellis vel ficubus pinguibus, vel palmulis, interdum verò potionibus adiicienda ſunt. Ante omnia verò † aut in lecto vinciendi, ne & ſibi, & iis quibus incidunt mali quippiam inferant: [r] aut geſtandi grabato intra lecticam quandam inſanientibus peculiarem γύργαθον Græci vocant, ex alto penſili.

† contineãtur à ſeruis aliquot, κρατέσθωσαν ὑπὸ τινῶν παίδων.

Goup.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Melancholia. *Galenus de hac multa libro tertio de locis affectis. Oribaſius eadem libro octauo habet. Cæterùm vno omnes conſenſu dicunt inſaniam, mentem ipſam occupare, nunc cerebro ipſo peculiari vicio laborante, nunc totius corporis affectionem ſimul experiunte.*

Per ſe ægrotante. *Ita interpretatus ſum Græcam dictionem, πρωτοπαθοῦντος, quaſi primario affectu exponas. Idem verò eſt, per ſe apud idoneos ſcriptores, quòd nimirùm, nullo alterius conſenſu.*

Homines

Homines auerſantur. *Miſanthropia eſt eiuſmodi animi affectio, qua quis in ſolitudine viuere cupiat, vitet hominum conſortia, vt Homerus de Bellerophonte ſcriptum reliquit.*

Qui miſer in campis mærens errabat Aleis,
Ipſe ſuum cor edens, hominum veſtigia vitans,

μισανθρωπεῖν. ἀπανθρωπεύεσθαι. διαχειρίζεσθαι.

vt Cicero vertit. Diximus etiam μισανθρωπεῖν, *& apud Hippocratem* ἀπανθρωπεύεσθαι, *hominum conſuetudinem auerſari.*

Manu violenter tractent. *Ita expoſui* διαχειρίζεσθαι *Celſum ſecutus in capite de phrenetide, vbi habet: Alij conſurgunt, & violenter quædam manu faciunt. Non ſum ignarus* διαχειρίζεσθαι *ab Heſychio exponi* φονεύειν, *quod eſt occidere, verùm hoc non ſemper contingit. Tractant quidem violenter eos, tum feriendo, tum mordendo, tum alia faciendo.*

Qui igitur ex primario. *Hæc ex libro tertio de locis affectis ad finem tranſcripta ſunt. Reddidi* πρωτοπάθειαν *primarium affectum, qui non ex alterius partis dolentis conſenſu oritur. Cæterùm omnia remedia melancholiæ Galenus loco ſuprà citato enumerat, præter hoc,*

θυμηδία. *vnà cum decenti animi delectatione, quæ Græcis dicitur* θυμηδία.

Aut geſtandi grabato intra lecticam inſanientibus peculiarem. *Celſus etiam inquit, maximè ſuſpenſi lecti motus.* γύργαθον

γύργαθον. *teſte Suida.* κλίνη ἐν ᾗ τοὺς παρέτους καὶ δαιμονιώδεις στροβοῦσι.

CORNARII.

r *aut intra ſportam căcellatim textam concluſi, in lecto ex alto ſuſpenſo in altum attollantur. Græca ſic habent,* ἢ ἐωρίσθωσαν ἐν κλινιδίῳ, ἔνδοθεν γυργάθου τινὸς, ἐξ ὕψους ἀπηρτημένῳ. *Eſt autem* γύργαθον σκεῦος πλεκτόν.

De Incubone, qui Ephialtes Græcè dicitur.

Cap. XV.

EPhialten, qui Latinis Incubo eſt, aliqui à viro dictum aſſerunt, vel inde quòd hoc malo correpti, ceu inſilientem aliquem ſe imaginentur. Themiſon autem decimo epiſtolarum volumine à ſuffocando forte, Pnigalionem appel-

Incubonis cauſa.

lauit. Conſtituitur id vitij ex crapula, & continua ſtomachi cruditate. Comitatur eo detentos difficilis motus, torpidus in ſomno ſenſus, ſuffocationis imaginatio, & veluti quodam ſuper incidente, oppreſſio, ita vt exclamare nequeant hoc

Incubo grauiorũ morborum nũcius.

detenti, aut vocem edant nihil ſignificantem. Nonnulli verò etiam audire ſæpe eum qui ſuper ipſos inciderit, ac venerem exigere imaginantur, ſed contractis eos digitis fugere. Cura itaque habenda eſt mali per initia. nam ſi diutius

prorogę

prorogetur, continuè per noctem incidens, magnum aliquem morbum nunciat, vt apoplexiam, inſaniam, & morbum comitialem, cùm in caput huius vitij cauſa ferri cœperit. Quæ enim comitiales interdiu, eadem ephialtici dormientes noctu patiuntur. Itaque commodum eſt ſanguinis detractione & purgationibus vniuerſum ægri corpus vacuare. Maximè his opitulatur, nigri veratri drachma, cui ſcammoniæ oboli tres ſint adiecti, & nonnulla ex odoratis, aniſum, daucum, petroſelinum. Iam hiera diacolocynthidos ſtrenuè auxiliatur: eſt autem ea quæ ad Rufum authorem refertur. Victus porrò ſit tenuis, non qui inflationes pariat. Succurrit ipſis & pæoniæ ſemen. Dandaque continuè ſunt potui ex aqua grana eius nigra quindecim contrita.

Incubo nocturno epilepſia.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Ephialten. *Hunc affectum appellaui Incubonem ſecutus Scribonium compoſitione centeſima, vbi inquit: Facit hæc compoſitio ad ſuſpirium, & ad vocis abſciſionem, & ſubitas præfocationes ex qualibet cauſa ortas, & ad eos qui ſæpius exiſtimantur ab Incubone deludi. Plinius nocturna delubria nominat.*

Incubo.

Nocturna delubria.

De Lycaone, vel Lycanthropia. Cap. XVI.

QVi Lycanthropia detinentur, noctu domo egreſſi, lupos in omnibus imitantur, & donec dies illuceſcat, circa defunctorum monumenta plerunque vagãtur. Hæ comites ipſorum notæ ſunt, facies pallida, oculi ad videndum imbecilles & ſicci, lingua aridiſſima, nulla in ore ſaliua, ſitis immodica, tibiæ quòd frequenter impingant exulceratæ, adeò vt ſanari nequeant. Tales quidem ſunt notæ: ſpeciem verò melancholiæ Lycanthropiam eſſe exiſtimare conuenit, curandúmque in acceſſionis tempore, ſanguinis ex vena ad animi vſque defectum detractione: item, cibis probi ſucci æger, & balneis dulcis aquæ ſuſtinendus eſt. Deinde lactis ſero per triduum vſus, etiam hiera diacolocynthidos, bis térue purgabitur. à purgationibus, Theriacam quoque ex viperis aſſumet, ac alia reliqua in melancholico affectu commemorata. Inuadenti iam morbo aſperginibus ſomnum accerſere conuenit, in id efficacibus. vbi ſomnus acceſſerit, nares opio illinuntur.

Lycanthropiæ ſigna.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Qui lycanthropia detinentur. *Hic morbus apud Latinos nomen nullum habet, ſi ad verbum interpreteris, Lycanthropi ſonat*

lupini

lupini homines, hoc eſt, qui lupos imitantur. Auicenna integrum caput de Cutubut hinc tranſcripſit.

ἀδρανὴς. Oculi ad videndum imbecilles. *Græcè eſt, ὁρῶσιν ἀδρανὴς, quod ſonat, vident imbecillè. Nam ἀδρανὴς idem quod ἀσθενὴς. Auicenna: Oculi ipſorum ſunt debiles & ſubmerſi.*

De amantibus. *Cap.* XVII.

AMores cerebri affectibus annumerare cùm ſint quædam curę, haud fuerit abſurdum. Cura verò affectus eſt animi, ratiocinatione in motu laborioſo occupata. Hæ ſequaces amantium ſunt notæ. Oculi concaui non illacrymant, ſed tanquam voluptate pleni apparent, continens palpebrarum motus, & cùm reliquæ corporis partes non collabantur ſoli hi amantibus concidunt. Pulſus ipſorum propriè nullus eſt, vt quidam opinati ſunt, verùm, qualis eorum deprehenditur, qui cura conficiuntur. Cùm verò id quod amatur in mentem ipſis vel auditu, vel viſu, & præſertim repentè venerit, tunc pulſum animo turbato contingit immutari, neque naturalem æqualitatem, neque ordinem retinere. Hos igitur & triſtes, & vigiliis torſos, nonnulli qui diſpoſitionem ignorarent, balnei abſtinentia, ſolitudine & tenui victu conſumpſerunt, in quibus ſapientiores cùm amantem deprehendunt, ad balnea, compotationem, geſtationem, ludos, fabuláſq; animum abducunt. nonnullis metum incutere conuenit. Nam qui amori ſemper indulgent, iis difficulter abigi poteſt affectio. Quidam igitur obiurgandi ſunt, pro ratione vitæ quam ſinguli delegerint. In vniuerſum mens ad alias curas abducenda eſt.

Amãtium ſigna.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Amores. *Barbari vocant, amor ereos, quaſi dicas, amor amoris. Nam ἔρως Græcis amor appellatur. Auicenna iiſci nuncupat. ex Paulo multa tranſcripſit. Habet autem diuerſum de oculis, & ſunt, inquiens, omnia membra areſacta, præter oculos. Paulus refert: Et quum reliquæ corporis partes non collabantur, ſoli hi amantibus concidunt.*

Nota.

Pulſus propriè nullus. *Vide Galenum in libello περὶ προγινώσκειν, vbi ſe mulieris amorem ex pulſu deprehendiſſe teſtatur.*

ἀλουσία. Balnei abſtinentia. *Oroſcius legit pro ἀλουσίαις, hoc eſt balneorum abſtinentiis, ἀλυσίαις, hoc eſt, vinculis vt exponit: quaſi amãtes in vincula ſint coniiciendi. At ſequens ſententia Pauli facit, vt ἀλουσίαις legendum cenſeam. Nam prudentiores inquit, ad balnea,*

compota

compotationémque eos ducendos præceperunt. Tu autem candide lector, vtram malis ſcripturam ſequere. Nam haud ita multùm refert.

De Apoplexia & Hemiplagia, vel Paralyſi. *Cap.* XVIII.

QVando commune quidem neruorum principium affectum eſt, eoque omnes corporis particulæ motum ſimul & ſenſum amiſerunt, Apoplexia morbus appellatur, ita vt pariter principis animæ functiones ſint obleſæ. Sin autem in altera capitis parte obſtructio fuerit oborta, Hemiplagia & Paralyſis nominatur. Si verò vnam quandam particulam talis noxa occupauerit, illius affectio particulæ dicetur. Quippe Hippocrates memoriæ prodit, apoplecton, hoc eſt reſolutum ipſi crus euaſerat. Seruatur itaque in Apoplectis modica quædam reſpiratio, quæ ſi permultum à naturali functione receſſerit, maximam eſſe affectionem putabis: ſi paululum, exiguam. Deterrima verò eſt reſpiratio, cùm intermittitur, vel etiam vbi magna cum violentia trahitur. Origo vitij eſt ex frigidiore pituita, quæ principaliſſimos cerebri ventriculos vniuerſè & ſubitò repleat. Sin autem ſpinalis medullæ principium quandoque totum huic conflictatur malo, omnes faciei ſubiectæ partes reſoluuntur, ipſa manente incolumi, eò quòd ſenſum motúmque partes quæ ibidem habentur à cerebro excipiant. Si dimidia ipſius regio infeſtatur illarum partium reſolutio, quæ dicitur Paraplagia, conſtituitur. Si odoratus vitiatus fuerit, vel ad priores cerebri ventriculos intemperiem expertos, vel ad meatus oſſium quæ à percolando Ethmoide dicuntur, obſtructos, talis referetur affectio. Itaque iacent Apoplecti, voce intermortua, ſenſus motúſque expertes, citra febrem. Præcedit hoc mali, capitis ſubitus, acutúſque dolor, venarum circa guttur extantium, Sphagitidas Græci vocāt, toruli eleuantur, tenebræ oculis offunduntur: itémq; ſplendores eiſdem oboriuntur, & extremarum partium ſine ratione algores, totius corporis palpitatio, difficilis motus, & dentium inter dormiendum ſtridores, vrina veluti æruginoſa, atra, modica, & farinæ craſſiori ſimilia ſubſidentia quædam refert. Accidit autem hic affectus circa ætatem ſenilem temperaturis pituitoſioribus, victúque tali vſis. At ſi iuuenes, & per æſtatem infeſter, magnam neceſſitatem fatetur.

Apoplexiæ magna, parua, maxima.

Apoplexiæ cauſa.

Paraplagia

Signa apoplexiæ Diagnoſtica, Prognoſtica.

Curatio.

Curatio.

Apoplexiae morbus, nequaquam, aut rarò curatur, vt qui mortem minetur præcipitem. Si verò etiam diſcuſſa fuerit,plurimùm cum partis cuiuſdam corporis reſolutione diſcedit. Qui igitur quoquo modo curationem recipiunt, iis ſtatim ſanguis ex vena detrahendus eſt , & ſicubi remiſſionem quandam habuerint , [s] detrahere conuenit eadem die , aut ſequenti : aluum autem acri clyſtere ex muria & melle contemperatis ducere. Dein oleo copioſiore ſulfurato totum corpus perungere, capútq; chamæmelino,vel anethino oleo , in quo ſpondylium decoctum ſit , vel calamintha, mulſaque inſtillatur. & ea quæ odore mouent, naribus admouentur, vti opopanax , vel ſagapenum, & galbanum, vel caſtoreum. Oportet autem & ori per vim aperto digitum , vel pinnam oleo madefactam inſerere , vt ea quæ ipſi inhæreſcunt , eiiciantur. Cæterùm ſedes etiam iis quæ flatus educunt perungenda eſt : mulſa vel oxymel potioni dabitur. Quinetiam apophlegmatiſmis ex thymo,vel origano cum aceto decoctis vtemur. Vbi morbus ſe remiſerit, cibus mollis,diſtribui facilis,& ſucculentus aſſumetur. Si vox nõdum redit , & vires permittunt , cucurbitulæ occipitio cum ſcarificatione defigentur. ſi fieri poſſit etiam præcordiis. deinde geſtabuntur ægri curru,aut lectica,aut lecto penſili. aſſumi etiam debent crebrius quæ ſternutamenta excitant, & apophlegmatiſmi. Vbi quatuordecim dies morbus exceſſit, ad reliquas geſtationes ducentur. Cæterùm ſermonis etiam ſollicitudo habenda eſt. vetus apomeli cum micis panis, vel halica dabitur:mox pauxillum ex hiera. Poſt vigeſimum primum diem balneo ægroti credentur. † Vinum tenerum calente aqua temperatum potui exhibebitur : ac reliquo tempore vires balneis & vnctionibus reficiendæ ſunt . degent autem ægri in locis ſi fieri poteſt,mari vicinis.

Vocis priuatio.

† vinũ vetus , οἶνον παλαιὸν. Goup.

Curatio reſolutionis , quæ Pareſis dicitur.

At ſi principis animæ functionibus liberis,omnium particularum aut quarundam remiſſio acciderit , etiam hic qui moleſtat humor, qualiſcunque ille fuerit , euacuari debet. Mox hiera,cui caſtorei quoque pars ſit adiecta, dabitur:per initia drachma ſemiſſis, cum tantillo mellis, & aqua calente ſoluta,vel per ſe,piperis quoq; dimidio ſcrupuli addito. Quatuor deinde diebus interpoſitis integra drachma aſſumetur,

dehinc

dehinc vna & ſemiſſis, poſteà duæ, atque tres. Rurſus totidem diebus interpoſitis quatuor drachmæ, ſi ægri vires ſuſtinent, offerentur, mellis adiecto cochleario. Particulis autem, medicamenta quædam diſcutientia, & ea quæ cutem poſſunt cruentare, imponuntur: addendo ſimul caſtoreum, aut piper, aut pyrethrum, aut cachry, aut euphorbium. Prodeſt etiam eis oleum rutaceum, vel ſicyonium, vel vetus ſuperfundere. Cibi conueniunt frumentacei, ſorbiles, vel alioqui ad concoctionem expediti: nec recrementicij. Cucurbitulæ remiſſis partibus agglutinantur, ſi multæ fuerint, diſtinctim, ſi paucæ, vni: poſt cucurbitulas delinuntur medicamenta ex pice, vel reſina, vel manna. t optimè autem facit cum artemiſia ſimul incocta calamintha, & cunyla, & nitrum ex aqua modica, quæ inter coquendum abſumatur. Aluus iterum ſubducatur ex aloë, vel polypodio, vel ſcammonia, vel ex pulte diacolocynthidos. vnctioni verò accommodata λιπάσματα Græci à pinguitudine appellant. huiuſmodi habetur vetus oleum, in quo ſcilla quadraginta diebus ſub ſole intabuerit. Si huius copia non eſt, duas ſcillæ vncias in oleo coquito, illinitóque, vel cachry ſimiliter præparatum: miſcenda verò & ceræ vncia, ne illita diffluant. At ſi galbani, caſtorij, euphorbij, adarce, & nitri ſingulorũ vnciam ſemiſſem acceperit, multò erit medicacius. appoſitu etiam conuenit ranunculus herba incocta oleo, in quo per inſolatum intabeſcat. Potiones erunt caſtorei circiter drachma: opopanacis ſuccus fabæ inſtar deglutitus. Mirificè facit etiam ſagapenon ad erui magnitudinem, ex mulſa, & caſtoreum cum opopanace. item liquoris cyrenaici milij inſtar. Auxiliatur & antidotum ex triplici pipere, quod dyatrion pipereõ dicitur Græcis. Vtemur etiã acopis calefacientibus, & apophlegmatiſmis. Poſt diem quartumdecimum ſolidioribus vti cibis expedit, & auxilio multùm proficiente, in balneum deducere. A trigeſimo dròpacem adferre conuenit, & balineis committere: reliquo tempore ſinapi cataplaſmatis modo obducere, in quibus & motus & ſenſus periit: attendentes ne ideo quod non ſentiunt magis quàm par eſt vrantur. In iis autem qui ſenſus compotes ſunt, cutis ruborem duntaxat oportet excitare, poſt tumorem factum ad lauacrum mittere, & mollibus ceratis medicari. Vomitus à cœna conueniet, & is qui radiculis aſſumptis cietur: item geſtationes ſella,

aut lectica, aut vehiculo poſteà ducentur ad balnea naturalia. Victus ſiccior vtilis eſt, potio modica, & frictio. cibos igitur ſiccos eſſe debent, ſitim quantam poſſunt ſuſtinentes.

De iis qui laxatione, aut diſtentione reſoluti ſunt.

QVONIAM reſolutæ partes vel conuelluntur, vel laxantur, idque vel à repletione, vel inanitione, attendendum rurſus eſt, partim etiam ſanguinem detrahi debere, partim non. Deinde in relaxatis quidem membris adſtringentia, iis quæ laxant miſcere, & frictionem intenſam moliri conuenit. In contrariis, laxantibus duntaxat vtendum, frictione ſimul molli adhibita. oleo in relaxatis nitri paulùm & fæculæ con tritum adiiciatur. fotus erunt ex aqua vehementer calida, & potiſſimum marina, in qua decoctæ ſint [u] lauri, vel viticis germina, vel ſampſuchus, vel aliquid huiuſmodi. Si autem æſtas fuerit etiam natationes in mari: rubores autem in cute excitati his maximè conferunt. Itáque cedantur etiam particulæ ferulis, vel vrticæ ramis. Quod ſi perſeueret reſolutio, carnem quæ intra articulos reſoluta eſt, attractam ferris oportet candentibus exiguis tenuibúſque tranſmiſſis adurere. Contractis autem membris dropacem continuè ſuperiicere commodum eſt.

De reſolutione quæ vnamquanque particulam obſedit.

Ex nerui diuiſione reſolutio incurabilis.

Canina cõuulſio.

QVAE à nerui diuiſione oritur particularum reſolutio, inſanabilis eſt: quæ verò ab intemperie, vel humore quodã contrahitur, commune quidem ex remediis commemoratis præſidium recipit. ſunt autem peculiaria quædam ſingulis ipſorum dicata, quæ ſubiungemus. In iis igitur qui canum more conuelluntur, [x] æqualiter in oppoſitum capiſtro appellato deduces. Profuerit etiam ſanguinis detractio, ex vaſis linguæ ſubiectis: item cucurbitulæ priori vertebræ defixæ, tum apophlegmatiſmi, & per narium clyſterem facta purgatio. Sciẽdum itaque eſt non eam maxillam quę peruerſa eſſe apparet, ſed oppoſitam reſolutione infeſtari. Gutture autem reſoluto, cucurbitulas mento agglutinabis, perungéſq; medicamentis ex caſtoreo, ſagapeno, & liquore parthico. auxiliatur etiam gargarizatio ex acribus. Vbi lingua reſoluta fuerit, venæ ipſius incidendæ ſunt, cucurbitulæ mẽto admouendæ & apophlegmatiſmis ex ſinapi vtendũ eſt, & linguæ exercitiis. Si vocis inſtrumenta reſoluta ſunt, thoraci præſidia adhibenda ſunt, ſpiritus retentione, & vociferatu vtendum. [y]

Gutturis reſolutio.

Linguæ.

Inſtrumentorum vocis.

Superci. & palpeb.

In

In ſuperciliis autem palpebrarum inunctiones ſimiliter proſunt, iam & ſutura proficit. Veſica verò reſoluta ſiue vrina impediatur, ſiue præter voluntatẽ excernatur, inferiori ventris ab vmbelico regioni, & ei quæ ſcrotum & anum intercedit medicamenta applicanda ſunt: ſedi autem immittendum eſt oleum rutaceum, vel ſicyonium cum butyro, caſtoreo, galbano, vel opopanace, vel liquore ſilphij: veſicę porrò hęc per colem tranſmiſſa valdè profecerunt, vel ſola etiam ſuffecerunt: ex centaureo autem, & colocynthide cum ſicyonio clyſteres etiam inteſtinis vtiles ſunt. Benefaciunt & medicamina vrinam ſcientia potui data, & caſtoreum conſimiliter. In primis iis, qui nihil vrinæ reddunt, per rectos ſiphones, quos Catheteras dicunt, in veſicam medicamina infundentur. Præterea laxantibus inſidebunt, & eiſdem cataplaſmatis forma oblinentur. Qui præter voluntatem vrinam excernunt, corroborantibus auxiliis aſtringendi ſunt, cibis ſiccis, potione frigida vtentur: vbi ſe recolligunt, ſummæ cutis ad ruborem vſque exaſperatione, & lauacris ſpontè prouenientibus frigidis vtentur. Eos autem qui reſolutionem experti ſunt ob ſpinæ vulnus, aut caſum, aut vertebræ luxationem, ſuperuenientibus, quæ mortem fatentur ſymptomatis, nulla medicina periculo ſubtrahit. Quòd ſi coles reſolutus fuerit, iis quæ in veſica dixi vtendum, in eiſdem partibus & lumbis: item quæ intendendi vim habent, vſurpabimus. non conuenit autem lac, caſeus, & reliqua bellaria, lactucæ, aliáque olera. Longanone vero ſoluto, in quo nonnunquàm citra voluntatem ſtercus erumpit, nonnunquàm cohibetur iiſdem vti par eſt: interim hæc ab inferioribus partibus clyſtere demitti: aliàs aſtringentia, vt cupreſſi decoctum, lentiſci, rubi: aliàs laxantia, vt adipem ſuillum, & anſerinum, vitulinúmque, & oleum: interdum rodentia, qualis eſt muria, vel cucurbitæ Sylueſtris, vel ſimilium decoctum. Neque enim quicquàm ſic motum promouet, veluti varia agitatio. At ſi frigus prehenderit, etiam ex euphorbio acopon oleo dilutum per inferiora inditur. Artus autem reſolutionem experti, cum communi curatione flectantur, perfricentur, extendantúrque, in modum prædictum. Nam in frictione ſpei plurimum conſiſtit.

Veſicæ. *Spinæ ſolutio.* *Colis.* *Recti inteſtini.* *Artuum.*

De reſolutione ob colicum dolorem contracta.

NOSTRA ætate colicus quidam dolor incruduit: ex quo

præſertim ſuperſtites futuros conſummata artuum motus priuatio comitabatur: tactus ſenſu, vt videbatur, incolumi ſeruato, ceu Critica quadam ex alto oborta tranſmutatione, vndè motus pleriſque ſpatio temporis ſpontè rediit. Qui verò difficiliores curatu extitêre, etiam ſimplicioribus ex prædictis inunctionibus leuati ſunt. præcipuè autem efficacia ſunt experti, acopon ex populo nigra confectum: item quod abiete conſtat. Sed quæ roborandi vim obtinent, ac modicè refrigerant, multis præclarè opitulata ſunt.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Quando commune quidem. *Ex tertio Galeni libro de locis affectis, & deinde ex octauo Oribaſij hæc collecta ſunt. Galenus* ἡμιπλαγία. *autem non meminit dictionis, Hemiplagias, quæ idem ſignat quòd paralyſis. Ad verbum ſi interpreteris, ſonat ſemiplexia, hoc eſt in dimidia parte percuſsio. Nam verbum* πλήττω, *vnde apoplexia, & hemiplagia deriuantur, ferio, percutio apud nos ſignificat: vndè non omnino malè tali percuſſos affectu, attonitos Celſus nominat, quorum ſcilicet, & mens, & corpus ſtupet.*

Commune neruorum principium. *Cerebrum omnium neruorum tam ſenſilium, quàm mouentium fons & origo exiſtit. Medulla verò ſecundario neruorum mouentium principium dicitur.* Quomodo fiat apoplexia. *Nam & ipſa à cerebro propagatur. At in hoc affectu primùm anteriores ventriculi, deinde medius, poſtremò ij qui in cerebello habentur, obturantur adeò, vt ne pauxillum quidem ſpiritus animalis ad medullæ ſpinalis neruos deriuetur. Vndè ſenſus, motusq; intercidat, aboleaturq; neceſſe eſt.*

Ita vt pariter principis animæ. *Tres ſunt ſecundum Platonis, Ariſtotelis, & Galeni ſententiam in humano corpore animæ ſpecies. Vna* θυμοειδὴς, *altera* ἐπιθυμητικὴ, *tertia* ἡγεμονοῦσα, *vel in neutro genere* τὸ θυμοειδὲς, τὸ ἐπιθυμητικὸν, τὸ ἡγεμονοῦν, ἢ λογιστικὸν, ἢ λογιζόμενον. *Prima in corde ſedem ac domicilium habet. Secunda in iocinore. Tertia quæ aliarum dux & princeps eſt, in cerebro: Meritò igitur ea impeditur, ventriculis omnibus obſtructis, præſertim medio, vbi ratiocinatio conſiſtere dicitur.*

Sin autem in altera. *Hoc eſt, ſi alterius partis cerebri tantùm, ſinus, aut ventriculi, aut quomodocunque appellare velis, impediti, obſtructiq; fuerint.*

Voce inter mortua. *Græcè eſt* ἄναυδοι, *quod ad verbum ſonat, ſine voce, vt apud Hippocratem* ἀναύδους. *At Galenus interpre-* ἀυδή. *tatur,* ἀλόγους, *quod eſt ſine ſermone. Nam* ἀυδὴ *etiam* λόγος *dicitur.*

tur. Intellige igitur voce intermortua, pro ſermonem edere non valentes: quippè omnes nerui, tum ſermonis, tum aliarum actionum duces, ſpiritu animali ſunt deſtituti.

Toruli eleuantur. *Hoc eſt, ipſæ venæ attolluntur, quod capitis repletionem teſtatur. Græcè eſt* τῶν σφαγιτίδων ἔπαρμα.

Ipſi inhæreſcunt. *Haud ſcio cur* ἐγκείμενα *moleſta verterit Oroſcius* ἔγκειμαι *enim ab* ἐν *&* κεῖμαι *venit. Nec pituita ſolùm ori moleſta eſt. Imò non adeò moleſta eſt iis quibus ſenſus omnino periit. Rectius igitur quæ inhærent, aut eò decumbunt ex capite, auferantur.* ἐγκείμενα.

Cibus mollis, diſtribui facilis. *In codice Græco habetur* παραληψόμεθα τὴν ἁπαλὴν καὶ εὐδιοίκητον, καὶ χυλώδη τροφὴν, *quod eſt. Aſſumemus tenerum, & diſtribui facilè, & ſucculentum nutrimentum. Celſus libro tertio de morbo comitiali inquit: Neque ſorbitiones autem his, aliiq; molles, & faciles cibi, &c. At per* χυλώδη *quod nos reddidimus ſucculentum, intelligit cibum ex cremore, vel ptiſanæ, vel chondri, vel alterius frumenti. Nam* χυλὸς *cremorem ſignificat, qui in ſorbitionibus dari ſolet.* χυλώδης τροφή.

Vnctioni vero accommodata. λιπάσματά τε σύγχριστα τοιαῦτα. *In Græco exemplari eſt, quod Celſus expreſiſſe videtur: Vnctione verò, inquiens, aptiſsimum eſt vetus oleum. Ad verbum ſonat Græcè, pinguedines quæ illini queant, huiuſmodi ſunt.*

In quo ſcilla intabeſcit. *Græcè eſt* ἐνταριχεύεσθαι *verbum, quod ſignat propriè ægros abſtinentia immoderata excitare. Ita ſcilla in Sole eliqueſcit, conſumiturq;. Celſus etiam dicit: In quo ſcilla intabeſcit.* ἐνταριχεύεσθαι.

Attendentes. *Malè in codicibus Græcis legitur* πρόεχοντας, *pro* προσέχοντας, *hoc eſt aduertentes. Deinde in eadem ſententia:* διὰ τὸ μὴ συναισθάνεσθαι εἰ μὴ ὑπερ καυθῶσιν *pro* διὰ τὸ μὴ συναισθάνεσθαι μὴ ὑπερκαυθῶσιν. *Quo in loco Oroſcius malè vertit* ὑπερκαυθῶσιν, *ne vehementer vrantur: cum Paulus velit vehementer quidem, ſed non nimium, non ſupra modum, nec magis quàm conuenit.*

Cutis ruborem. *Sic interpretor* τοὺς φοινιγμοὺς, *Celſus habet: Prodeſt etiam torpentis membri ſummam cutem exaſperaſſe, vel vrticis ceſam, vel impoſito ſinapi, ſic vt vbi rubere cœperit corpus, hæc remoueantur.* φοινιγμούς.

Feculæ. *Græcè eſt* φῆκλης *quæ fex combuſta dicitur. Gal. lib. I.* de compoſitione medicamentorum ſecundum locos ad Achoras inquit, φοῦκος οἴνου κεκαυμένης, ἣν ῥωμαῖοι φῆκλην καλοῦσιν. *Latina itaque dictio eſt fecula, quam Græci imitantes* φῆκλην *nominant.*

Largus etiam vtitur pro fece vini combuſta.

Canina cõuulſio. Canum more conuelluntur. *Verbum è verbo reddidi. Largus autem interpretatur quid ſit ſpaſmus caninus, his verbis: Facit ad κυνικὸν σπασμὸν, cum in vtramlibet partem deprauata eſt facies. Celſus libro quarto habet: Circa faciem verò morbus innaſcitur, quem Græci κυνικὸν σπασμὸν nominant. Is cum acuta febri eſt, os cum motu quodam peruertitur, ideóque nihil aliud eſt, quàm diſtentio oris.*

ῥινεγχύτης. Per narium clyſterem. *Græcè eſt διὰ ῥινεγχύτου, hoc eſt ad verbum per narium infundibulum, per quod medicamenta in nares infunduntur. Quemadmodùm ὠτεγχύτης, clyſter auricularius, & μητρεγχύτης vterinus. Celſus libro quarto, capite ſecundo, ferè eadem.*

καθέτης. Per rectos ſiphones. *Sic videtur Galenus ſignificare, qui καθετῆρας lib. 5. Methodi εὐθυτρήτους, quaſi recto foramine præditos canales interpretatur.*

Lentiſci. *Malè in vtroque exemplari habetur σχοίνου, quod eſt iunci odorati, pro σχίνου: nam aſtringentia in hoc morbo requiruntur.*

Vitulinúmque & oleum. *In Græco codice deeſt particula καὶ. Nam habetur tantùm, στέαρ ὕειον, καὶ χήνειον καὶ μολόχινον ἔλαιον. Cum ſit legendum: μόσχειον, καὶ ἔλαιον in fine. Nam molochinum oleum nullum dicitur.*

Cum communi curatione. *Hoc eſt præter communem reſolutorum curationem, quæ medicamentis extrinſecus adhibitis, aliiſq; abſoluitur, etiam hæc quæ ſequuntur, facies.*

Noſtra ætate. *Quod Paulus ſuo tempore accidiſſe in morbo colico commemorat, nos quoq; noſtra ætate frequenter videmus. Nempè ex magno, diuturnoq; colico cruciatu artuum reſolutionem, præſertim brachiorum: quanquàm & crurum imbecillitas ſumma adſuerit. Iam ex febri quæ humoribus ad inteſtina confluentibus, ibiq; dolorem vehementem excitantibus finita fuerit, ſecuta eſt artuum reſolutio: quod nuper in Canonico quodam, ſed non iuxta regulam viuente, ſum expertus.*

CORNARII.

s *Repetita ſectione detrahere ſanguinem, &c.*

t *Optimè autem facit artemiſia ſimul cocta, & calamintha, &c.*

u *Lauri baccæ, &c.*

x *Maxillam in contrariam partem per capiſtri deligaturam reduces. Græca ſic reſtituenda. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν κυνικῶν σπασμῶν, ἀντι-*

διοις

δεῖσις εἰς τὰ αὐλήματα παράγουσα διὰ φορβειᾶς προσαγορευομένης ἁρμόσει. Eſt autem propriè φορβία περιστόμιον, καπίστριον, dictum ἀπὸ τοῦ φέρειν βία. Vnde etiam capiſtrum Latinis à capiendo dictum.

y At in ſuperciliorum aut palbebrarum reſolutione vnctiones ſimiliter proſunt. Ad finem verò etiam ſutura ſurſum verſus. Legito Græcè ἐπὶ δὲ τῶν ὀφρύων ἢ βλεφάρων.

De conuulſionibus. *Cap.* XIX.

POſtquàm de reſolutione tractauerimus, proximum eſt, vt de conuulſionibus agamus, quoniam neruorum vterque affectus eſt: quare etiam de tremoribus dehinc dicetur. Cùm igitur ſtatim ab initio, vel non multò poſt morbi principia exorientes conuulſiones longius prorogantur, ex repletione ducunt originem. Vbi verò ſudores largos, aut vomitum, aut deiectiones, aut ſanguinis profluuia, aut vigilias aut famem, aut motus, tum multos, tum vehementes ſubſequuntur, inanitioni feruntur acceptæ. Et cùm ex ſanis alicui repentina ſuperuenit conuulſio, ob repletionem eam fieri neceſſe eſt. At ſi vniuerſum corpus, neruíque ex febribus perardentibus inaruerint, ac deinde ob ſiccitatem conuellantur, maximum ſanè hoc malum eſt, & propemodum inſanabile. Primùm itaque partes quæ contrahuntur, valenter vinciendę ſunt, & inordinatis reſiſtendum motibus, oleo perfricare oportet rutaceo, aut ſicyonio, aut veteri, aut quodam ex hoc genere: tum aquam mulſam potui præbere. Eos autem qui ex inanitione conuelluntur, oleo, vel hydrelæo calido fouere competit, ſi nihil prohibet etiam ad lauacrum deducere, temperatóque ſolio vti, cum oleo & frictione leniſſima. Nutriendi ſunt ſorbitionibus ex chondro & halica, vinóque tenui & quod facilè diſtribui poſſit, aquoſo, niſi febris adfuerit: tunc enim ptiſanæ cremor vtilis erit, ſomnúmque accerſemus. Iam vero ex plenitudine, aut inflammatione contractas conuulſiones curabis, ſi copiam euacues, inflammationem verò propriis ipſi præſidiis diſcutias. fit etiam conuulſio, cùm vomentes vehementius turbantur. Succurrit autem conuulſis acanthij radix, ſpinæ albæ, & ægyptiæ ſemen epotum: nonnulli centaurei tenuis ſuccum potui exhibent, cum repletio conuulſionem parit. Atqui non modo potui dato caſtoreum, ſed etiam à foris cuti vnà cum ſicyonio illinito. Si verò malum hoc modo nō finiatur, cucurbitulas cum ſcarificatione admouere prodeſt: ſi

Conuulſio, ex repletione.

Ex inanitione.

Curatio cōuulſionis ex repletione.

Ex inanitione.

Conuulſio ex vomitu.

crura contrahantur, coxis, & poſtremæ vertebræ: ſi manus conuellantur, etiam dorſo & primæ ipſius vertebræ, tum ei quæ humeros ſuperiacet. In vniuerſum corpore ab affectu immuni, ſi labrum, aut palpebra, aut lingua contrahatur, graue ſymptoma exiſtimandum eſt, quod maxima inuehat pericula, licet exiguæ partes affectæ videantur. In his itaque ſanguinis ex occipitio, & primis vertebris detractio rectè adhibebitur.

De tetano eiúſque differentiis. *Cap.* XX.

Tetanus, cum & ipſe conuulſio quædam ſit, procreatur muſculis corporis, & præſertim ſpinæ, à frigido humore intus & foris infixo ceu congelatis: ideóq; hoc malo occupati, flectere ſeſe nequeunt. Verùm cùm particulæ corporis in anteriora tenduntur, affectus nominatur Emproſthotonos: cùm in poſteriora, Opiſthotonos: cùm in alterutram partem æquali robore intenduntur, Tetanus appellatur. Pelops hæc vitia tenſionem vocat, & contenſionem muſculorum ceruicis, neruorúmque, per quos caput inclinat, renuit & circumuoluitur. At ſi circa poſteriores ceruicis muſculos malum conſiſtat, Opiſthotonos ex accidente: ſi circa priores, Emproſthotonos: ſi vtrinque, Tetanus nuncupatur. Cauſam tribuit muſculis repletis ſpiritu, & aëre craſſo, nebuloſóque: quem impensè frigidum, & concretum, eóque ad motum contumacem affirmat, [z] vndè etiam ſicca potius quàm humida fomenta malo prehenſis conuenire. Hæ quidem Tetani differentiæ ſunt. Curatio autem in his cùm communis quædam ſit, non euariat. Optimum itaque præſidium ipſis eſt febris, quæ per initia non fuerit, ſuperueniens. Notæ horum ſunt, anguſta reſpiratio, pulſus rarus & exiguus, nonnunquàm & riſus ipſis ſardonius oboritur, rubet facies, oculi magis intumeſcunt, adhæc aut non vrinam reddunt, aut aquæ ſimilem, aut cruentam, cum bullis quibuſdam: item aluus ſicceſcit, vigiliæ magis vrgent, crebróque à conuulſionibus periculum eſt ne lecto ęgri excidant, quinetiam ſingultire incipiunt: indoléntque, alij capite, alij clauiculis, & lumbis, quidam ipſorum ſubtremuli quoque euadunt. Porrò facit affectum (quamuis rarò) laſſitudo, humi dormitio, ponderis eleuatio, caſus, vulnus, ardor, ictus, & alia quæ eandem neruis offenſam inferre poſſunt. Curatur, quo modo conuulſiones ob inanitionem generatæ, ſolent.

Emproſthotonos. *Opiſthotonos.* *Tetanus.* *Signa.*

Cura

Curatio Tetanorum.

QVIBVS ceruix recta intenditur, initio ſanguis detrahendus eſt, partes lanis oleo madidis ſicyonio, caſtoreoque, cum veteri contegendæ, aut veſicam quoque latam calido oleo repletam, tendinibus ſuperimponere oportet, & cucurbitulas admouere, cum lancinatu. Leues enim noxam quoque inferunt, item ceruicibus nonnunquam cucurbitulæ defigentur, & vtrique ſpinæ parti, adhæc pectori, quà eſt muſculoſius, & precordiis: interim veſicæ regioni, & renum. Porrò liberaliter ſanguinem auferre conuenit, modò non vniuerſim id fiat, ſed particulatim & per vices. Sudores lanis oleo madentibus abſtergere, ne imprudentes refrigeſcant. Quòd ſi Tetanus in vetuſtatem inciderit, in oleum bis quotidie deſcendere confert, nõ tamen diutius immorari: quippe in oleum deſcenſus, maximè vires conuellit. [a] Potus erit hydromeli ſpiſſius ad dimidias decoctum. Qui robuſti ſunt, panacis liquoris drachmam bibent: ſin minus, tres obolos, vel minimum, obolum. At ſi quis ipſum ceu ſtomacho inimicum habeat ſuſpectum, ammoniacum quoque exhibeatur, vel liquoris cyreniaci inſtar erui diſcocto melli circumlitum deuoretur, & laſerpicij radicis duo cochlearia, tribus mulſæ cyathis inſperſa, vel ipſius decoctum exhibentur, vel myrrhæ drachma ex mulſa, hyſſopiq; decocto: ſed omnium ſecuriſſimum expeditiſſimúmque eſt duo, triáue caſtorei cochlearia, partita ipſius quantitate, & per vices data. Non enim offendet etiamſi ſecundum cibum ex eo quid exhibeas. Potus verò ipſe præter alia tum paulatim, tum modicè aſſumetur. Nam dum ægrè potionem tranſmittunt, in nares ipſam propellunt, vnde vehementer turbati, ad conuulſionem prouocantur. Sedes oleo rutaceo cum opopanace perungi debet, quod ab inferioribus quoque partibus iniicietur. frigidæ ſuperfuſionem, cùm ſit (quemadmodum ait Hippocrates) maximè temeraria, † eoque poſteris, credo, vituperata, & nos damnamus, deuitamúſque. Vnguentum hoc conuenit, nardi ſextarius, ceræ vnciæ duæ, folij amomi, ſtyracis, maſtiches, ſingulorum vncia: caſtorei, adarcæ, euphorbij, piperis, ſingulorum vncia: ſpicæ nardi, opobalſami, ſingulorum tantundem.

Balneum olei.

† frigidæ affuſionem (quẽadmodũ ait Hippocr.) cùm maximè temeraria ſit, & ob id à poſteris prætermiſſa vitamus: ex veteri cod. Goup.

Potio Opiſthotonicis accommoda.

PANACIS radicis, piperis albi, coſti, myrrhæ, papaueris

lacrymæ, ſingulorum pares portiones, exhibentur cicercu-læ modo ſomnum capturis: benefacit etiam orthopnœicis. Porrò victus erit tenuis, qui expeditè diſtribuatur, & recrementis omnino vacet.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Cùm particulæ corporis in anteriora. *Hoc Celſus paucis comprehendit: Cùm mentum inquiens, pectori annectitur, Emproſthotonos: cum ſcapulis Opiſthotonos: cùm rectam & immobilem ceruicem intendit, Tetanus dicitur.*

Optimum itaque præſidium. *Hippocr. lib. 4. Aphoriſm. ſectione 57. Qui conuulſione, aut diſtentione neruorum tenentur, febri ſuperueniente liberantur.*

Riſus Sardonius. Nonnunquam & riſus ipſis Sardonius oboritur. *Dioſcorides lib. 6. ſardoniam ranunculi genus eſſe teſtatur, quæ veſcentibus mentem adimat, & quadam neruorum diſtentione, dehiſcere in rictus ora cogat, ita vt imaginem ridentium præbeant.*

Cucurbitulas admouere cum lancinatu. *Græcè eſt, μετὰ ἀμυχῶν, quod ſonat, cum vibicibus excitatis. Sic intelligo hoc loco lancinatum ſcalpelli.*

Abſtergere, ne imprudentes. *μὴ λάθωσιν ψύξαντες, quod ad verbum ſonat, ne lateant refrigerantes, hoc eſt, ne imprudentes, neſcij, ac non aduertentes, refrigerent particulas.*

Hydromeli ſpiſſius. *Sic expoſui ὑδρόμελι λιπαρὸν, hoc eſt ad verbum, hydromel pingue. At nulla pinguitudo in eo habetur. Sit itaque λιπαρὸν ad pinguetudinis craßitiem incoctum. Nam ad dimidias coqui præcipit.*

Et laſerpicij radicis. *Neſcio cur hîc Oroſcius ſuccum laſerpicij intelligi velit, cùm apud Galenum Dioſcoridémque ipſum, vbi liquoris mentionem facit, ὀπὸς ponitur. Adeoq; in opiſthotonicis. At radicem tum in puluerem redactam, tum decoctam ſæpe & in his, & in aliis affectibus dari legimus, vt planè non ſit, quòd ipſe in hoc loco verſionem noſtram reprehendat. Quin potius in exemplari Græco legendum putet ἐμπασθέντα pro ἐμπλασθέντα & ἀφέψημα αὐτῆς pro ἀφεψήματι, vt ſit decoctum ipſius radicis. Quid enim eſt, ſilphij radicis cochlearia duo, aquæ mulſæ cyathis tribus inſperſa, vel decocto ipſius dari? Quorſum referri debet, decocto? ad mulſam ne? quæ iam cocta eſt, quantùm opus eſt. Itaque ad radicem magis competit. Ea enim vel pulueris modo inſperſa, vel decocta exhiberi poteſt.*

Myrrhæ drachma ex mulſa, hyſſopique decocto. *Hic rurſus codex Græcus deprauatus eſt, habet enim ἢ σμύρνης* < . α. μελι-

κράτου

κράτῳ ὑσσώπῳ τε ἀφέψημα. Cùm nimirùm legendum ſit, ἢ σμύρνης ∠.α. σὺν μελικράτῳ, ὑσσώπου τε ἀφεψήματι.

Nardi. *Dictum eſt pro nardini, vt apud Celſum & Scribonium aliquando Roſæ pro roſaceo, nardi pro nardino vſurpantur.*

CORNARII.

ζ *Vnde non ſicca potius his fomenta, ſed humida magis conuenire. Locum hunc in exemplaribus Græcis corruptum ſic reſtituendum eſſe ſentio ὅθεν οὐ τὰς ξηρὰς μᾶλλον πυρίας τούτοις, ἀλλὰ τὰς ἐνύγρας ἁρμόττειν. Vt Pelops intelligat humida fomenta magis prodeſſe, non tamen ita, vt ſicca penitus damnarit.*

α *In potu danda eſt aqua mulſa tepida ad dimidias decocta. Græca habent, ὑδρομέλιτι λιπαρῷ, id eſt hydromeliti pingui. Sed λιπαρῷ pro χλιαρῷ, id eſt tepido ſuppoſitum eſſe puto. Neque ad dimidias coctum pinguius euadit, aut valde craſſius. Quod ſi intelligere voluiſſet, non λιπαρῷ, ſed παχυτέρῳ dixiſſet.*

De tremoribus. *Cap.* XXI.

TRemoris origo in vniuerſum quidem ex neruorũ imbecillitate eſt, quod ætas ſenilis palam teſtatur: priuatim verò plures cauſæ ipſum efficiunt: nempe frigida intemperies, frigidæ potio, & præſertim in febribus intempeſtiuè aſſumpta: frigidi, glutinoſique humoris redundantia, & vini vſus liberalior. Qui igitur ex erroribus commiſſis manifeſtò tremunt, à noxiis abſtineant. At ſi perſeuerat etiam diu in febribus tremor, primùm corpus totum oleo ſabino perfundatur: vbi autem acceſſiones remittunt, veteri, aut ſicyonio: ſumma verò corporis membra lanis mollibus, priùs tamen pręuncta contegantur. Deinde cucurbitulæ à priori vertebra vſque ad ſpinam, lumbóſque agglutinentur, ſic vt particulæ priùs cum pręcordiis cruda hordei farina, ὠμηλύσιν Græci vocant, delinantur. Iam hæ quoque partes lanis ex veteri, aut ſicyonio oleo reſperſis operiantur. Quòd ſi febres inueterauerint, die vno interpoſito in oleum, aut hydrelæum tremuli deſcendant, vtantúrque frictionibus mollibus. Si longius prorogatur diſpoſitio frigoris ſuſpicione, mulſa, caſtoreúmque potui dabitur, & calidis locis geſtari debent. Cibus diductu facilis offeretur, primùm ſorbilis, mox volatilium, & piſcium, qui molli carne ſunt præditi: febribus ſolutis lauandum eſt, ſed vitari debet frigidum ſolium, vinique potio. Porrò ſi craſſorum viſcoſorúmque ſuccorum copia fuerit, vti conuenit iis quæ incidunt, extenuántque

Tremoris cauſæ.

Curatio.

nuántque, verbi gratia, rutæ ramuſculo, ſpondylij, quantùm tribus digitis comprehendi poſſit, caſtorei, & nitri, ſingulorum obolis duobus: Datur quotidie cochleare vnum cum oxymelite ad tres vſque dies ieiuno, vel panacis, & piperis grana quinque ex mulſæ cyatho. Simplicia præſumpta trementes adiuuant, caſtoreum, leporis cerebrum comeſtum, althææ radicis decoctum, damaſſonij foliorum drachmæ quatuor in mulſa, eupatorium ex aqua. Superante autem frigore etiã a zoſymi vnguine, item acopis ad reſolutionem conſcriptis, vnctionibúſque & cutis ad ruborem vſque exaſperatione, Phænigmon Græci vocant, vtemur: præterea exercitiis, perfricationibúſque. iis verò qui ex vini potu tremunt, vinum circuncidendum eſt, quoad in totum morbo fuerint liberati.

Simplicia tremulis cõmoda.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Tremoris origo. *Vide libellum Galeni de Tremore, quem nos aliquando latinitate donauimus, cap. 3.*

In oleum deſcendant. *Hoc eſt in ſolium oleo repletum, quo olim vti ſolebant, reſoluti, contracti, arthritici, tremuli. Græcè eſt* ἐμβιβατέον εἰς ἔλαιον. *Celſus deſcendant in ſolium, ait.*

Ocularia, & primùm de dolore ex Galeni commentariis.

Cap. XXII.

Doloris oculorũ cauſæ variæ.

CVm in oculis vehementiores oboriuntur dolores, conſiderato, quánam ex affectione corporis dolere ipſis in inflammationibus accidat. Vel enim, dum ab influentium acrimonia vehementiùs eroduntur, vel quia tunicæ ſuccis repletæ tenduntur, vel quòd craſſis ſuccis, aut ſpiritibus flatulentis quodammodo intenduntur, graues in ipſis dolores oboriuntur. Roſiones igitur purgantibus curare præſidiis, noxium humorem vacuando par eſt. item candido oui liquore in oculos infuſo. Vbi verò concocta iam fuerit inflammatio, corpúſque ſuperfluis vacuum, balnea ipſis aptiſſima ſunt. Ex repletione autem contractas inflammationes ſanguinis detractione, alui ductione, & partium inferiorum frictione perſanare conuenit. Intenſiones autem, toto priùs corpore vacuato: item humoribus qui ſurſum tendunt, ad inferiora reuulſis, deinde loco iniectis remediis, quæ diſcutiendi facultatem habeant. fomenta itaque adhibenda ipſis ſunt, & fœnugræci decoctum infundendum. In quibus autem ſanguis craſſus oculorum venulas intendit, ſic tamen

Curatio doloris ex roſione.

Ex repletione.

Ex intẽſione.

Ex craſſo ſanguine.

ſic tamen, vt corpus totum Plethoricam affectionem non præ ſe ferat, vini vſus eſt, quod poſſit excalfacere, & meatus aperire,

De perturbatione, & lippitudine quam propriè Ophthalmiam Græci vocant.

PERTVRBATIO humiditas oculi eſt, & calor cum rubore naturæ alieno, non ex corpore, ſed ab externa cauſa aliqua proueniens, vt à ſole, fumo, puluere, [b] oleo: quare etiam occaſione ipſius ſeparata, promptiſſimè ſoluitur. In genere huius perturbationis, lippitudo eſt: verùm non extrinſecus tantùm, ſed ex interiore etiam cauſa cæca ingruit, pérque tres quatuórue, aut quinque dies plerunque durat. facillimè diſcutitur, ſi obſeruentur omnia, quæ foris accidentia turbare lumen poſſint: item parciore cibo, aquæ potu, aut inambulatione, & aluo ex facili reſpondente.

Turbatio oculi quid, & eius cauſæ.

Lippitudinis cauſæ.

De Inflammatione.

CVM inflammatio ipſos oculos occupauerit, poſt totius corporis vacuationem, perungendi ſunt iis quæ impetus humorum poſſunt repellere, & irritationem lenire, quale eſt, [c] quod ad Neilum authorem refertur, diarodon, vel etiam Mediacum, Nardinúmque. Vbi membrana adnata inflammatione tentatur, medicamentis vtemur, quæ Græci ab vno die Monemera vocāt, cum oui candido infuſis. Die inſecuto niſi inflammatio creſcat, nardino delinentur. fotu ex meliloti [d] decocto vti conuenit. vbi verò craſſus humor eſt, qui lippitudinem facit, medicamenta accommodantur, quæ neque infarciendi vim habeant, Emplaſtica Græci vocant, neque humores incraſſent, ſed quæ diffundere, humectare, & excernere idonea ſint, quale eſt Chiacum. At ſi humores in capite fuerint impacti, cucurbitulam occipiti admouere oportet, vel ſcarificare, vel hirudines fronti quà oculus dolet, adhibere, panémque purum aqua maceratum cum modico roſaceo, aut polentis incoctis capitum papaueris decocto, ſimiliter cum roſaceo, ſuperdare. efficaciore autem vtendum eſt cataplaſmate, ex croco, melilotis, palmularum carnibus, teneris coriandri foliis, ouorum luteis toſtis, micis panis in ſapam intinctis, roſacei momento, [e] & papaueris capitum contritorum decocto. Interdum ſemen quoque ipſius ad leniendum dolorem miſcetur. Si magna doloris neceſſitas eſt, etiam opij pauxillum adiicitur: vbi dolor abeſt, ſtupefacientia

Inflammationis oculorum curatio.

Inflammationis adnatæ membranæ.

cientia Græci ναρκωτικὰ appellant, vitari debent. Quòd ſi mediocris inflammatio infeſtet, aloen per ſe, vel aqua, vel oui albo diſſolutam illinito. vt autem expeditius ſit auxilium, croci drachmas ſex, aloës drachmas ſedecim, gummi drachmas nouem coniecta in vnum aqua pluuiali excipito, fingitoque collyria. † Iam quæ vocantur diacrocu lippitudinum initiis ſunt idonea: in quibus verò tumor œdematodes, hoc eſt mollis cedénſque & exalbidus habetur: tum circa palpebras, tum membranam adnatam ſine tunicarum offenſa bene faciunt etiam liquida collyria (Græci hygrocollyria vocant) & ex croco, & atramento ſutorio & melle præparata. hoc autem eſt laudatiſſimum.

† quæ diacroca appellantur oculorum conturbationibus ſunt accommodata. πρὸς ταραχὰς ὀφθαλμῶν εἰσὶν ἐπιτήδεια. Goup.

Liquidum collyrium quod dolorē leuet Anodynon appellatum.

CRETAE ſutoriæ, mellis attici, ſucci fœnugræci, ſingulorum pares portiones incoquito, donec mellis ſpiſſitudinem habeant. deinde ſpecillo duos angulos attingito.

Ad defluxionis impetum, qui Epiphora Græcis dicitur.

AD fluxionum impetus, per initia quidem conuenit inedia, aquæ potus, & multò magis veneris abſtinentia: Aluus ſubduci, facies poſca aquoſa collui debet, præſertim ſi feruens fuerit fluxio. ſin minus, atramento ſutorio cum melle frons & palpebræ delinantur. Nonnulli atramentum ſutorium aqua diſſolutum ad collutionem exhibent. Porrò qui defluxu citra inflammationem vexantur, vel etiam cum inflammatione quidem, ſed ita vt ſuprà os caluariæ affectus conſiſtat, agglutinamentis vtendum eſt in fronte: ſimplicibus ſanè, viridibus vitis foliis, vel rubi ſucco, vel portulacæ, vel cotoneorum cum polenta tenui, vel galla læui cum vino, & pollentæ polline, vel cicuta, vel pſyllio cum aqua, vel ſolano, vel cochleis cum teſtis ſuis in puluerem redactis, à tempore ad alterum tempus illitis: In vniuerſum iis quæ aſtringunt, refrigerántque. Compoſitis autem his, pollen frumentaceus, & myrrha, vel thus cum oui aquato illinatur, vel inſamia terra cum myrrha, & manna ſimiliter vt oui albor inungetur. In frigidioribus autem humorum curſibus ſulfuris viui, bituminis, picis, colophoniæ, ſingulorum drachmæ duæ: item Muſæ paſtillus, & Aſter, ſimiliaque probè repellunt. Iam verò Theriace vino aſtringente diſſoluta, frontiq; illita frigidos humorum influxus ſiſtit. quinetiam eadem poillita vehementer his ſuccurrit. Ipſi verò oculo, lana, aut panniculus

Si fluxionis impetus ex loco ſuprà os caluariæ feratur, ſítque materia calida.

Si frigida.

culus tenuis, oui albo madens imponitur: item caſeus recens ſimiliter oculo applicatus, acres maximè influxus cohibet. tum collyria à reprimendo dicta Staltica, ſi illinantur, inſtillentúrq; ex oui aquato idem efficiunt. At ſi in imo, & ſub oſſe hæreſcens humor longiore ſpatio duret poſt generales corporis vacuationes, medicamentorum vſus eſt quæ per nares atque os pituitam eliciunt, errhina & apophlegmatiſmos appellant, caput radetur, & rubor in cutæ excitabitur. Porrò in his etiam curandi rationes, quas in capite manu adminiſtramus aſſumunt, nempe Angiologiam, arteriotomiam, hypoſpatiſmum, & periſcyphiſmum, vti Græci appellant: & in vertice vſque ad os aduſtionem. Iam cucurbitulæ occipitio inciſa cute admotæ, impetum fluoris poſſunt reuellere. Fluxiones extra caluariam notant, vaſa in fronte & temporibus diſtenta, & capitis veluti vinculum, tum quòd ex agglutinamentis ſicca præſidio ſunt. Si hæc deſint, & fluoris impetus prorogetur, & ſternutamenta non nunquam moleſtè elidantur, humorem ſub caluaria teneri, cenſendum eſt.

Si ex loco ſub oſſe fluxio feratur.

Si fluxio ex loco extra caluariam feratur.

De Chemoſi.

CHEMOSIN appellant, cùm vtræque palpebræ ex vehementi inflammatione inuerſę fuerint, vt vix oculi ab ipſis contegantur, & album oculi nigro ſublimius euaſerit, rubrúmque etiam magna ex parte nigrum occupet. Curatur venæ ſectione, medicamine purgante, collyrio diarodon albo, & quod à cinereo colore vocatur σποδιακὸν, cum lacte, vel oui aquato. Eodem verò palpebras, tempora & frontem illinere oportet, tum fomentis & cataplaſmatis lenibus vti. cùm autem remittit inflammatio, acrioribus, quale eſt etiam viride diarodon.

De Hypoſphagmatis, & Emphyſematis.

HYPOSPHAGMA venarum adnatæ membranæ ruptura dicitur, ex ictu potiſſimùm eueniens. Inſtillatur itaque ipſis ſanguis palumbi, vel columbæ, vel calido lacte muliebri thuris paululum conterens, vel muria, & præſertim ex ſale cappadocico: fotu vtitor ex hyſſopi decocto. Porrò tumor mollis, œdema vocant, oculis ex ictu obortus, fomentis ex poſca continuis, & ſpongia ex eadem ſuperdata diſcutitur. Rectè huic ſpecularium combuſtum, & ſtercus columbæ æquis portionibus, vino aut aceto contrita illinunt.

Iam

Iam caſeus recens vel raphani cortex, vel vua paſſa ſine acinis, ſingulatim ex poſca, vel mulſa applicantur. Eadem faciunt ad Emphyſemata.

Ad Emphyſemata pruriginoſa, & Pſorophthalmias.

EMPHYSEMA palpebræ tumor eſt, œdemati ſimilis: Pſorophthalmia autem pruriginoſa eiuſdem ſcabies, ex ſalſo & nitroſo humore contracta. Conuenit ipſos fouere, poſca, lenticulæ decocto & roſarum. Hygrocollyrium autem hoc, æris drachmæ ſex, miſyos toſti, myrrhæ, ſingulorum drachmæ tres, croci drachma vna ſemis, piperis drachma, vini Chij & paſſi cretici, ſingulorum cyathus vnus, & dimidius: incoquuntur quoad mellis ſpiſſitudinem habuerint. [g] Hæc eſt Eraſiſtrati compoſitio, quæ Panchryſos vocatur. Facit etiam ad anginam, vlcera oris, pudendorúmque, & aurium dolores. Inungant & oleo palpebras, ſomnum inituri. Ab acidis, ſalſis, & acribus abſtineant.

De Sclerophthalmia, & Xerophthalmia.

SCLEROPHTHALMIA, durities oculi, & difficilis motus eſt cum labore, ruboreq; citra humiditatem. fouere igitur ipſos crebrò, ſpongiis aqua calida imbutis ex vſu eſt. Item ouum palpebris in lecto imponitur, cum roſaceo: vel adeps anſerinus. Frigida & quæ indurant vitanda: caput velandum vngendúmque, aluus ducenda. Xerophthalmia, quaſi dicas arida lippitudo, pruriginoſa oculorum eſt ſine fluore diſpoſitio. Curatur balneis, inunctionibus, & victu probi ſucci: vtriſque verò communiter conueniunt medicamenta acria, vt vel lacrymas prouocent, per quæ & durities emollietur, & ſiccitas humectabitur. Talis eſt Eraſiſtrati quoque [h] Panchryſos, & quod dicitur Dicenteton. item cui nomen eſt Stratiotico.

De Ectropiis.

HIC affectus palpebræ inuerſio eſt, aut propter cicatricem, aut excreſcentiam carnis naſcens. In quibus igitur excreſcentia inueterauerit, æruginem raſam torrefactam contrito & admoueto, † vel plumbo vſto [i] cum ſulfure viuo, & lento vtitor, vel vtriſq; paribus, & ærugine, & plumbo. Nam ex cicatrice proficiſcens Ectropion, ſi in totum curare ſtudueris, id manu faciendum eſt.

† plũbo vſto vtere cum ſulfure ignẽ nõ experto & pipere. Goup. ex veteri cod.

De Aegilope, & Anchilope.

ÆGILOPS abſceſſus eſt, qui inter maiorem oculi angulum

lum,&nares fit: qui ruptus, ſi negligatur, vſque ad os in fiſtulam dehiſcit. priuſquàm verò abſceſſus in vlcus erũpat, Anchilops vocatur. probè igitur faciunt glaucium & crocus vnà cum perditij herbæ ſucco impoſitã. crebrò autem variare oportet, & neque in vomicæ eruptionem degenerabit.

ALIVD. Halica cocta in aceto & probè trita, non ſolùm incipientes, ſed etiam in vomicam mutatos perſanat, rumpítque, & vſque ad os penetrat. Hoc vſus non ſolùm ægilopas, ſed etiam anchilopas curabis.

ALIVD. Ruta ſatiua vna cum lixiuio, quod ex cinere & calce confectum eſt, contrita, coctáque & impoſita pulchrè admodùm ægilopas emendat, & aduſque os permeat, initio erodens, poſteà non ita: ac mirum eſt, quòd ne cicatricem quidem indecoram hoc præſidium relinquat.

ALIVD. Cochleas cum teſtis ſuis tritas imponito: interdùm aloë, vel myrrha admiſta. Præſidium hoc antequàm ægilops in pus degenerauerit, & poſteà cùm ruptus fuerit abſceſſus, eum deſiccat.

ALIVD. Cùm manus opera ægilopa & anchilopa aduris, hoc vtere cataplaſmate. lenticulas decoquito, & cum melle vtitor, vbi cruſta exciderit, vuam paſſam excipiens liquida terebinthina, vtitor in modum emplaſtri. Hoc enim & purgat, & carne replet, & cicatricem inducit.

De Trachomate.

TRACHOMA internæ palpebrarum regionis aſperitudo eſt: harum intenſio, vt veluti inciſuras habeat, *σύκωσις*: à fici ſimilitudine Græcis appellatur. Cùm inueterauerit vitiũ, callóſque contraxerit, Tyloſis vocatur. Collyriis igitur vtendum eſt tum eo quod ex vino, tum quod ex duobus conſtat lapidibus, [k]ipſoque Hæmatite lapide, ex aqua loto ſubiectis palpebræ abſtergentur: Hermatióque cum Cygnarij modico. Adhæc diacrocu collyrium pariter pſorophthalmiis citra exulcerationem efficax eſt palpebræ inuerſæ illitum. At ſi durior callus, his non ceſſerit remediis palpebra inuerſa pumice raditur, aut ſepiæ teſta, aut foliis fici, aut etiam inſtrumento, quod à palpebrarum raſura Blepharoxiſton Græci appellant.

Trachoma. Sycoſis. Tyloſis.

De Chalaziis.

CHALAZION, otioſi humoris in palpebra colluuies eſt, in qua ammoniacũ aceto detritũ ſimul cum galbano inun-

gitur. facit etiam terebinthina pariter cum cerato excepta.

De Crithe tuberculo.

CRITHE, paruulum abſceſſus tuberculum, ob-longum, palpebræ cilio obueniens. Id cera alba foueri oportet: muſcæ capite abiecto reliquo corpore infricari, vel hordei diluto perfundi.

Ad Palpebrarum pediculos.

EXPVRGATIS priùs pediculis, marina tepida palpebras colluere oportet. Deinde medicamento ſubſcripto cilium attingere: aluminis ſciſſi partibus duabus, herbæ pediculariæ parte vna, tritis vtitor.

De Madaroſi, vel Milphoſi.

HIC affectus palpebræ pilorum defluuium eſt. Ad quod cura priùs vniuerſi corporis habita, ſmegmatis vtere, quibus ab honeſtandis palpebris nomen eſt Calliblephara. Terræ ampelitidis, croci gallicæ, ladani, ſingulorum pari portione contrita vtitor.

Calliblephara.

ALIVD. Stimcos toſti lotíque drachma, plumbi combuſti & eloti drachmis quatuor, croci totidem nardi indicæ drachmis tribus, in puluerem redactis vtitor.

ALIVD. Palmarum oſſium combuſtorum tribus drachmis, nardi gallicæ drachmis duabus: leuigatis vtere. hoc etiam ſcabioſis oculis medetur.

ALIVD. Neapolitæ ad palpebrarum defluuia, μιλφώσεις appellant, longóſque palpebrarum affectus. Stimmeos, cadmiæ, chalcitidis, miſyos xenici ſingulorum pares portiones. craſſiuſculè contundito, & melle reſperſa torreto: læuigatis vtitor.

De Ptilloſi.

PTILLOSIS, palpebrarum craſſities eſt, calloſa, rubicunda, quibus accidit ſæpè pilorum etiam defluuium. Præter prædicta igitur etiam hoc ſummè facit, Muſcerdæ combuſtæ, & melle contritæ, inunguntur.

Ad ſuperciliorum defluuia quæ Madaroſis dicitur.

PLVMBVM, digitis oleo, vel adipe anſerino vnctis detritum illinitur.

ALIVD. Hoc etiã ſubnigros reddit: nuces auellanæ exuſtæ ſimul cum adipe caprillo, vel vrſino infricantur.

Alopecia barbæ.

ALIVD. Hoc efficax eſt etiam barbæ alopeciis. Alterci drachmæ duæ, muſcerdæ drachma, polytrichi drachma, irini

ni vnguenti cochlearia quatuor. Tritis perbellè vnguentum admiſcetur. fotúque prius adhibito illinitur. quod, ſi raſa pars antè fuerit, magis proficit.

De palpebrarum pilis oculum irritantibus, τριχίασιν appellant.

PILIS qui oculum pungunt prius euulſis, locus ſtatim ſanguine ranæ per ſe inungitur, vel cum cinere chamæleontis albi: vel ſanguis cimicum, vel fumariæ quæ in hordeo naſcitur ſuccus, cùm gummi, vel tellinarum ſalſarum cinis cum cedria, vel loti cinis, vel alumen liquidum quod Phorimon appellant, vel muſcæ caninæ ſanguis admodùm in id efficax eſt.

Pilorum glutinans medicamentum.

CONGLVTINANT pilos infractos bitumen, maſtiche, colophonia, gummi, cochleæ pars glutinoſa.

De Encanthide & Rhyade.

ENCANTHIS naturalis in majore angulo carunculæ excreſcentia eſt. Rhyas autem huius imminutio. Encanthidas igitur iis quæ aduerſus Ectropia dicta ſunt, ſimilibúſque vrendi vel exedendi facultate præditis, hæc σηπτικὰ illa καυστικὰ Græci nominant, abſumes: ſed non totas, ne eius loco Rhyas ſubnaſcatur, verùm ad naturalem vſque magnitudinem. Rhyadas, carnoſa parte in totum, vel rudi manus opera, vel medicamentis abſumpta, inſanabiles exiſtimato. Quòd ſi pars ipſarum imminuta fuerit, iis quæ mediocriter aſtringunt, carnémque creantibus reficitur: qualia ſunt medicamenta ex croco, glaucio, & aloë confecta. item collyria diacrocu inſcripta, necnon altercum prodeſt in vino coctum, impoſitúmque, & aluminis ex vino pauxillum.

De Vlceribus.

VLCERVM in oculis genus quidem vnum eſt, differentiæ verò ſpeciales diuerſæ. etenim in cornea membrana quę Græcis Ceratoides appellatur, vlcus cauum, anguſtum, & purum, á foſſula Bothryon Gręcis dicitur. quod autem latius bothryo eſt, ſed minus altū, Cœloma nuncupatur. Argemon in pupillæ circulo naſcens, ambientia comprehendit, vt etiā in exteriore pupillæ parte rubicundum, in interiore candidum appareat. Epicauma vlcus eſt ſordidum, & cruſta obductum, quo repurgato humores oculi ſæpè effluunt. Iam verò aliæ plures vlcerum ſunt differentiæ, de quibus dicemus communius. Si igitur vlcus ſimul cum inflammatione

Bothryon. *Cœloma.* *Argemon.* *Epicauma.* *Vlcus cum inflammatione.*

obortum fuerit, curationem ex iis quæ inflammationem lenire poſſunt, & concoquere moliemur, non neglectis iis quę ad vlcus propriè pertinẽt. Talia verò ſunt collyria, libaniũ,[m] cygnus, & pelaria vocata, item aſter & ſimilia: inſuper quæ ex amylo, terra ſamia, quæ ἄστηρ dici tur, & ceruſa conſtant: omnibus autem magis leniendo dolori eſſe[n] Ilamonem nouimus, verùm diu ei inſiſtendum non eſt, eo quod admodùm ſtupefaciat. Laudatiſſimũ verò & quod diazematon à decoctione dicitur, vt quod ſtupefaciendi vim non habeat. At ſi cum fluxione vlcus infeſtarit, collyrion aliquod illi admiſcebimus, quale eſt[o] Diahydras, & Chiacum, pręterea Cygnus fuluus, & quæ repellendi ſine roſione facultatem obtinent. Sin autem vlcera ſordida fuerint, mulſa mediocriter aquata, & fœnugræci decocto vtemur per ſe, & cum aliis ad id dicatis collyriis. † Si acriora ſint[p] albis, ſeberiano & fœnugræci diluto: ſi non acria, diaſmyrnes, & nardinis. Purgata verò vlcera medicamentum Cleo probè poteſt cicatricem obducere, eámque præterea concolorem reddere.

Si acriora ſint vlcera, δριμυτέρων τῶν ἑλκῶν. Goup.

De oculi procidentia quæ πρόπτωσις dicitur.

PROPTOSIS tuniculæ quæ Græcis ab vuæ acino ῥαγοειδὴς dicitur, procidentia eſt, quæ eroſa ruptáve cornea tunicula accidit. Ea cùm nondùm creuit, quòd muſcæ capiti ſimilis ſit, Myocephalon nominatur. Cùm verò amplius & eò vſque ſuccreuerit, vt acinum vuæ repræſentet, Staphyloma, quaſi vuatio dicitur: vbi plurima facta eſt acceſſio, vt palpebras tranſiliat, Melon, hoc eſt malum. Si verò obcalluerit, Elos, id eſt clauus tunc dicitur. Si igitur ad Myocephalon ferè oculi procidentia degenerauerit, repellentibus conſtringentibúſque ipſum medicinis vtendum eſt: Chio[q] nimirum, Phęo, Nardino, & Theodotio: item eò quòd dia thallias, & quod diaceratos vocatur. iam verò ſpongiam leniter ipſis poſca, aut vino adſtringente, aut roſarum decocto imbutam ſuperdare commodum eſt, aut ſplenium. Principatum verò obtinet ad procidentias omniáque vlcera, medicamentum cui nomen eſt Olympiacum, vel Olympus, cum ſucco oliuę, vel polygonij, vel polij. Eadem hęc etiam clauis conueniunt & ſtaphylomatis, priuſquàm inalbeſcant. Vbi verò alborem aut callum contraxerint, nullus remediis locus eſt.

Myocephalon. Stoiphyloma. Melon. Elos.

De oculis purulentis.

ALIQVANDO membrana à cornu dicta Ceratoides,

puru

puruleuta efficitur, nunc altius, nũc in ſuperficie, ita vt pus habeat vnguis figurã, quæ cauſa eſt, vt hoc etiam malum vnguis oculi nominetur. Huc ergò ſpectat curationis ratio vt vel pus diſcutiatur, medicamentis mediocriter in id efficacibus quale eſt aqua mulſa, & fœnugręci ſuccus, ex eoq́; collyria, ſimiliter libanium, & quæ ex thure confiunt, dia libanu inſcripta: vel rumpatur vomica, & vehementioribus repurgetur: quod genus ſunt diaſmyrnes, & hygidion. At ſi [pus] in oculis citra exulcerationem coierit, etiã hoc liquido collyrio vtendum eſt. Atramenti ſutorij, croci, ſingulorum drachmis octo, myrrhę, drachmis quatuor, mellis libra. Cæterùm Phlyctena cum ſit ceratoidis membranæ excreſcentia, ex humore quodam tunicas ipſius excoriante, purulentorum curationi ſubiicitur. Hygra, hoc eſt, liquidum medicamentum ad ſuppurãtes oculos quos Hypopios vocant, Baſſi, croci, aloës, myrrhæ ſingulæ vnciæ, vini quadrãs, mellis optimi ſelibra. Crocus ex vino modico teritur, deinde aloë & myrrha. Vbi craſſitudinem acceperint, mel additur. Vnita in vitreo vaſe reponuntur: vti licet bis quotidie, aut ſi neceſſitas vrgeat, ter. Quando quidem oculum ſimul purgat, & carnem, cicatricémque inducit.

Vnguis oculi.

[tranſmiſſum à cerebro.]

Phlyctenæ oculi.

De cicatricibus & albuginibus.

QVAE per ſumma oculorum cicatrices fiunt, aliqui hoc nomine ſolo cicatrices dicunt, alij verò nubeculas. Altius autem deliteſcentes, albugines. medicamentis abſterſoriis, extergentibúſque diſcutiuntur. Nebulas igitur anemonæ ſuccus abſtergit, & minoris centaurij ſuccus cum melle. Vetuſtiores autem cedria extenuat: & æs ſolum aqua tritum modo collyrij, ad hæc quæ detergent collyria: quale eſt quod cornu ceruino conſtat, dia ceratos elaphiu dictum: item Rhinarium, Hecatombe, ſimiliáque. Albugines verò nitrum cum oleo veteri detritum diligenter, & inunctum probè, extergit. Item ſepiæ teſta combuſta, cum melle læuigata. Inter collyria hoc bene, & leniter abſtergit. Collyrium. Mamiræ, guttæ ammoniaci, myrrhæ trogloditidis crocodilorum fimi, ſingulorum æqualia pondera. in collyrium coactis vtitor, vel crocodili terreſtris fimum ex aqua læuigatum illinito, in collyria redigens. Rectè autem ſal cappadocum aqua ſoluitur, quo collyria albuginibus exterendis dicata diſſoluens inſtillabis.

Nubeculæ. Albugines.

Quomodo cicatrices tingantur.

Gallae, acaciæ, ſingulorum drachmæ quatuor, attramenti ſutorij drachmæ duæ illinentur. Collyrium autem hoc proficit, [r] floris mali punici, cytinorum, atramenti ſutorij, acaciæ, gummi, ſingulorum drachmæ quatuor, ſtimmios, gallæ, ſingulorum drachmæ duę. Aqua teruntur: ſi flos mali granati deſideretur, interius membranoſum quod grana intercedit, miſceto.

De vngui oculorum, quod Pterygion Græcis vocatur.

Vngvis quod Pterygion Græci vocant, neruoſa membranæ adnatæ excreſcentia eſt, quæ ab angulo quidẽ oritur, ſed aduſque oculi coronam peruenit, vbi verò ſupramodùm fuerit adaucta, pupillam obtegit. Magni igitur & inueterati vngues ſolam manum expoſtulant. Recentiores verò & magnitudine mediocres, præſidiis eliduntur abſtergentibus, qualia aſpretudini idonea ſunt, & albuginibus. inter ſimplicia igitur æs combuſtum, vel atramentum ſutorium ſimul cum porcino felle pulchrè faciunt. Efficacius autem hoc eſt quod ſequitur, atramenti ſutorij pars vna, gummi pars ſemiſſis: vino læuigata illinuntur, vel etiam collyria formantur. nonnulli verò caprinum fel melle miſtum inungunt.

Ad vngues oculorum, ſuppurationem, & hebetudinem. Oribaſij.

Lapidis magnetis, æruginis raſæ, minij ſinopici, ſuffiminis ammoniaci ſingulorum drachmæ quatuor, croci drachmæ duæ, mellis attici cochlearij dimidium. Idem valet aduerſus albugines.

De carbunculo & carcinomate.

Carcinoma tunicæ ceratoidis affectus eſt: cui dolor adſit, diſtentio, rubor tunicarum, cruciatus punctorius ad vſque tempora magiſque ſi moueantur cibi torquet faſtidiũ, acribus irritantur, & excandeſcunt. Hoc malo nulla medicina ſubtrahit. Nihilominus dolor leniri lactis potione debet, item cibis frumentariis & alioquin probi ſucci, omni acrimonia liberis. Collyria lenia infundantur, vt ſpodiacum, ſeberianum & conſimilia. Cæterùm bonæ totius corporis temperaturæ proſpiciendum eſt. † Carbunculus autem, & ipſe malignum ac contumax vlcus eſt [cruſtatium] aliàs bulbo, aliàs palpebræ, quemadmodùm reliquis pariter corporis particulis accidit. Itaque in bulbi carbunculis

† Carcinomatis autẽ dolores lenit decoctũ lentis impoſitũ, vel ſuccus polygoni, vel plantaginis, vel portulacæ. carbũculus autẽ, &c. Vera eſt ſcriptura ex Aetio. Goup. [cruſtoſum]

per

per initia quidem clyſtere primùm, mox lacte diſcocto, mediocriter purgare conuenit. deinde ſpongia foto erui farinam, vel triticeam ex aquæ mulſæ decocto obducere inſtar cataplaſmatis, nonnunquàm & iridem detritam applicare, & lacte oculum eluere. Si vlcera ſerpendo depaſcant, lenticula cum melle, vel malis cydoniis incoctis forma cataplaſmatis obducuntur. Si latius depaſcendo penetrent, foliis oleæ decoctis, vel malicorio in vino cocto læuigatóque ex melle. At ſi ceſſent proſerpere, cruſtáque medicamento quod ſubiungetur impoſito, exciderit, & vlcera ſint pura, lutea ouorum toſta, læuigatáque cum croco & melle cataplaſmatis modo inducentur, quouſque ad cicatricem perueniant. Medicamentum autem eſt, hoc, ſpodij drachmæ quatuor, myrrhæ non nimis torrefactæ, drachmæ treis, totidémque oboli. Detritis in vino amineo quouſque inaruerint, paſſum creticum vetus miſcetur. Vbi læuigata ſunt inuicem, liquida, pixide fictili excipiuntur, ſubunguntúrq;. Ad palpebrarum verò carbunculos malum granatum acidum, totum fruſtatim conciſum aceto incoquito. Vbi intabuerit probè, in læuorémque detritum, illinito in linteolum ac vtitor, bis térve quotidie immutans, noctu ſemel.

De Mydriaſi.

CVM pupilla colore quidem nihil magis euariat, ſed multò eſt quàm naturalis ſtatus exigit latior. interim ex toto viſum impedit, interim permultùm, & omnia quæ conſpiciuntur ab ipſis minora quàm ſint videntur eſſe, Mydriaſis quidem affectus eſt, cauſa autem ipſius humor quidam excrementitius, itaque curationem ipſius ſanguinis emiſſione à cubito, vel purgatione tentabimus: ſin minus, venas in angulis oculorum diuidere oportet, deinde cucurbitulam occipitio admouere, & marina frontem, & oculos perfundere. ſi marina deſideretur, muria, vel poſca. Medicamentis autem iis vtendum eſt, quæ etiam ad puſtulas conducunt.

Midriaſis.

Cauſa eius & curatio.

De Phthiſi & Atrophia.

PHTHISIS affectus eſt, quo pupilla fit anguſtior, obſcurior, rigoſiórque. Res lumini obiectæ, in his maiores apparent. cauſa verò eſt denſatio, quæ ſiccitati potius fertur accepta. Sed phthiſis ab atrophia hoc dignoſcitur diſcrimine, quòd illa anguſtiorem pupillam, hæc totum oculum minorem, humilioréḿq; reddat. Mederi his conuenit exercitio,

Phthiſis oculi.

Atrophia.

& ſtudioſa capitis, faciei, & oculorum fricatione: adhæc aquæ in faciem ſuperfuſione & vnguine quodam calfaciente in caput dato oculos autem medicamento, quod rareſaciat, & acriore oblinito, quale eſt infrà ſcriptum. Ammoniaci drachma, crocomagmatis drachmæ quatuor, croci drachmæ duæ, eruginis drachma. Tritis in aqua, formatíſque vtitor.

De nocturna cæcitudine quæ Nyctalops dicitur.

Nyctalopis curatio. NOCTVRNA cæcitudo, quę Græcis Nyctalops dicitur, vitium eſt quo per diem homo cernit, Sole dein occiduo obſcurius, noctu omninò nihil. Curari debet ſanguine ex cubito, & oculorum angulis vacuato, mox purgatione, vel per clyſterem inanitione adhibita. Deinde apophlegmatiſmi indicentur, aut ſternutamenta prouocare oportet. Ante cibum hyſſopus potui, vel ruta dabitur. Si his remediis morbus non cedit, iterum purgationem moliemur ex ſcammonia, & caſtoreo: oculi verò melle deſpumato illinentur, claudentúrque premendo liquamenta, continendóque. Aluminis combuſti partes duæ, ſalis foſſitij pars vna. Trita cum melle ſublinuntur.

ALIVD. Iecur hircinum aſſatur, aquoſa inter aſſandum ſanies inde emanans collectáque inungitur. Quin & ipſum iecur comedendum exhibetur, coctíque vapor oculis excipi apertis præcipitur.

De Glaucomate, & ſuffuſione quod Hypochyma dicitur ex commentarius Ruffi.

GLAVCOMA, & Hypochyma veteres vnum quoddam mali genus eſſe exiſtimarunt. Poſteriores autem glaucomata quidem humoris, qui ob ſimilitudinem cryſtalli κρυσταλλοειδὴς appellatur, vitia, præ humiditate in glaucum colorem tranſeuntis iudicarunt. *Glaucoma. Suffuſio.* Hypochymata humorum affuſionem, qui inter tunicam ceratoidem, & cryſtalloidem concreſcunt. Verùm omnia glaucomata curationem non recipiunt: hypochymata autem curantur, ſed non omnia. proinde ſuffuſione tentatis ſuccurremus, antequàm malum radices egerit conſiſtátque, ſanguinis ex cubito detractione, & purgatione. item iniectionibus acrioribus, veluti ex centaurij, aut cucumeris [amaræ] decocto petitis, & alui ſolutione crebriore, cucurbitulíſque occipitio cute inciſa admotis. *[amari, fortaſſis colocynthin innuit]* Cæterùm aquæ potus toto victus curriculo competit, cibiſque

biſque

biſque vti qui extenuant. Proderit autem temporis ſpatio, & apophlegmatiſmis diebus aliquot vti. Quibus verò ceu culices, oculis obſeruari perperam videntur, ex quadam humorum prauitate, vel bilioſioribus vaporibus ſurſum diſtributis, medicamentum dialoes amarum exhibetur ſubinde, vel etiam inde ſumetur purgatio. In oculis autem medicaminibus vtendum eſt, primùm ſimplicibus, puta [melle, cum oleo, &] fœniculi ſucco. poſtea etiam compoſitis, quale eſt hoc. Sagapeni drachmæ duæ, liquoris cyrenaici, veratri albi, ſingulorum drachmæ ſex.[t] Alij addunt in mellis heminis octo. Nos autem tradit Oribaſius, ſubſcripto vtemur, caucalidis ſucci, chamedryos,[u] ſanguinariæ, ſingulorum æquis portionibus contritis. Benefaciunt item collyria, & quod ſucco fœniculi conſtat, & Proteus, & Thalaſſerus, & diaopobalſamu: & quæ ex his præparantur, præſidio eſſe ſolent. Inſuper fœniculi decoctum per initia ſuperfuſum adiuuat, item ex ſuccis confectum, opobalſamo, melle, oleo veteri, & ſimilibus.

Culices oculis obuerſantes.

[melle, oleo & fœniculi, &c.]

De Glaucomate & ſuffuſione, ex commentariis Demoſthenis.

FLORIS æris oboli quinque, myrrhæ drachmæ tres, nardi indicæ drachma, lapidis hęmatitidis drachma: aphronitri drachma, ſalis floris drachmæ duæ, opobalſami drachmæ nouem, melle attico excepta offeruntur.

De obſcuritate & hebetudine.

OBSCVRITAS, quam Amauroſim Græci vocant, eſt totius cernendi viſus plerunque abſque manifeſto oculi affectu impedimentum. Hebetudo (quæ Amblyopia Græcorum lingua vocatur) obſcuritas viſus eſt, ab occulta quadam cauſa proueniens. Curatio communis ſanè eſt ei quam in ſuffuſis diximus: Priuata verò eſt, ab angulis ſanguinem mittere, hirudines admouere temporibus, inferiores partes perfricare. Procedente tempore etiam iis, quæ ſternutamenta prouocant, vtendum eſt, tum vomitu ante cibum, & inunctionibus, primùm ex mellis, & olei æqua portione, deinde compoſito quod ſubiungitur. Croci obolis duobus, fellis hyenæ drachma, piperis communis granis octogintaquinque, fœniculi ſucci drachmis ſexdecim, guttæ ammoniaci drachma. Contritis ad læuorem aridis ex ſucco, mellis cochlearia quatuor adiiciuntur. Præterea excipito ærea pyxi-

Hebetudinis & obſcuritatis curatio.

de & vtitor. * priuſquam verò illinantur oculi, in marinam calidam demerſi fouebuntur.

De Strabiſmo.

INFANTES ab origine Strabones curantur larua faciei circumpoſita, vt in rectum videant. Nam Strabiſmus conuulſi ora muſculorum qui bulbum mouent, diſpoſitio eſt: & lucerna è regione poſita, & non à latere elucente. Prætereà cùm ad nares conniuent oculis floccos rubros agglutinare vincit angulis qui circa tempora habentur: vt viſu ad hos inconniuenter directo oculos emendent.

Strabiſmus quid.

De oculorum expreſsione qui ἐκπιεσμὸς appellatur.

EXPRIMVNTVR oculi nonnunquam, vt exerti perſeuerent. quibus ſanè ſtrangulatus, mali cauſa eſt, ex cubito venam incidere oportet: ſin alio modo id acciderit, medicamento purgare, veratro nigro, vel ſcammonia. Ex doloribus autem contractas oculorum expreſſiones, quæ frequenter ſanè etiam ex partu accidunt, vteri purgationes ſoluunt: vnde has promouere conuenit. in viris autem poſt ſanguinis detractionem ſi non remiſerit vitium, cucurbitulam occipitio defigere commodum eſt, lanam melle imbutam imponere, aut panni floccos cum aqua, ſupérque duplicatum linteum illigare leniter. His prodeſt & marina frigida fronti ſuperfuſa, item ſereos, & polygoni ſuccus cum meconio illitus, tum alia quæ reprimere poſſunt, & contrahere.

Expreſsionis oculi cauſæ & curatio.

De Confuſione.

CONFVSIONES ex ictu, curamus ſanguinis detractione à cubito, totum oculum ſanguine, potiſſimùm quidem palumbi recens occiſi, ſin minus, etiam columbæ replemus: deinde lanam mollem in ouum cum vino, roſaceoq; contuſum demerſam imponimus, illigamúſq;: ſequẽti die idem facimus, & tertiò fomenta exhibemus, lac inſtillamus, applicamúſque idonea, deinde ſublinimus medicamentis quæ ad veteres affectiones inſcribuntur: quale eſt Chiacum.

Confuſionis oculi curatio.

De Myopiaſi.

MYOPIAE dicuntur Græcè, luſcioſi noſtris, qui prima natali die propinqua ſanè vident: remota verò non item. Inſanabilis eſt huiuſmodi diſpoſitio, vt quæ ab imbecillitate ſpiritus viſorij proueniat. Contrario his modo ſenes afficiuntur. Cùm enim propinqua non videant, procul diſſita aſſequuntur.

Myopia.

ANNOT-

ANNOTAT. ANDERNACI.

Quanam ex affectione corporis. *Hoc in omnium particularum morbis obſeruandum docet Galenus, vt corporis primùm affectionem, quam vulgus diſpoſitionem appellat, Græci διάθεσιν, intueamur. Nam hac neglecta, quicquid particulis admoueamus, ſiniſtrè accidit. Cæterùm hoc te admonitum volo, candide lector, vbi in verſione mea dictionem inuenis, affectionem, pro διάθεσει, poſitam eſſe, intelligas. Nam diſpoſitio hoc in ſignificatu apud idoneos autores non vſurpatur.* *Affectio. διάθεσις.*

Perturbatio humiditas oculi eſt, & calor cum rubore naturæ alieno. *Poſtrema clauſula, naturæ alieno, malè in codice Græco habetur, περὶ τὸ κατὰ φύσιν. Vbi legendum, παρὰ τὸ κατὰ φύσιν.*

Membrana adnata. *Intelligo membranam coniunctam, ſiue coniunctiuam, vt Barbari appellãt. Græci τὸν ἐπιπεφυκότα, eò quòd aliis quæ oculum ipſum conſtituunt, tunicis extrinſecus adnaſcatur, ligamentum & ipſa exiſtens totique oculo ad oſſa circumiacentia, ex pericranio ducens originem.* *Membrana adnata.*

De defluxionis impetu.

Angiologiam, arteriotomiam, hypoſpatiſmum, & periſcyphiſmum. *Omnes has rationes Paulus libro ſexto complexus eſt. Prima eſt venarum in fronte ad tempora præſectio, quod in hemicranijs etiam fieri ſolet. Altera eſt arteriarum retro aures per tranſuerſum ſectio. Tertia eſt ab inſtrumento chyrurgico appellationem ſortita, quaſi dicas ſpatæ ſubmiſſio intra partes quæ à ſubiectis liberabuntur. Quarta ratio eſt, qua diuiſionem in fronte à tempore ad tempus tranſuerſum moliuntur, cura tamen adhibita, ne temporalium muſculorum motus violetur.* *Angiologia. Arteriotomia. Hypoſpatiſmus. Periſcyphiſmus.*

Rectè huic ſpecularium. *Hîc legit Oroſcius σφεκλάριον, vt ſignificet σφέκλην, hoc eſt, ficulam, cupiditate magis reprehendendi, quàm ratione adductus. Diligens homo non legerat apud Galenum hoc remedium citari pro lapide ſpeculario: nec etiam apud Paulum, qui lib. 7. hunc in modum habet: σφεκλάριον, δι' ἢ διὰ μὲν φ. σφεκλάριον. ὅ τινὲς, ἀντὶ σφεκλῶν ἐν ταῖς θύραισι χρῶνται, διὸ καὶ διαφανὲς προσαγορεύεται γυψῶδες ὑπάρχον τὴν οὐσίαν, δύναμιν ἔχει παραπλήσιον τοῖς κεκαυμένοις ὀστράκοις ἤγουν ὀστρέοις. Si verò fex combuſta que ardens eſt natura, oculis, vt ille putat, adhiberi deberet, certè elotam eſſe oporteret.* *Specularium.*

Xerophthalmia. *Celſus lib. 6. interpretatur aridam lippitudinem. Eſt enim, inquit, genus aridæ lippitudinis, ξηροφθαλμίαν Græci appellant,* *ξηροφθαλμία.*

appellant, neq; tument, neq; fluunt oculi, ſed rubent tantùm, & cum dolore quodam graueſcunt, & noctu præ graui pituita inareſcunt.

Ertropion.

Ertropion. *Hoc vitium eſt inferioris palpebræ, quod parum ſurſum attollitur, ſed pendet & hiat, neque poteſt cum ſuperiori committi. Id interdum accidit ex mala curatione, interdum ex ſenectute.*

Aegilops.

Aegilops. *Eſt veluti parua fiſtula maioris anguli, per quam pituita aſſiduè diſtillat. Nonnunquam etiam exeſo oſſe vſque ad nares penetrat.*

Lixiuio quod ex cinere & calce. *Græcè habetur abſolutè* πρωτοστάκτῳ, *quaſi dicas primario lixiuio. Paulus lib.7. habet:* εἰ δὲ προσλάβοι καὶ τιτάνου ἢ τέφρας καυστικὴν ἐργάζεται τὴν κονίαν ἣν διὰ καὶ πρωτόστακτον ὀνομάζουσι. *Rectè igitur quis interpretetur lixiuium, quod per cinerem & calcem diſtillauerit.*

Cum manus opera. *Hoc remedium in exemplaribus vulgatis non eſt, ſed in Laſcaris codice manuſcripto additum inueni. Si itaque placet aſcribere, aut expungere, per me certè licebit.*

Chalazion. *Celſus ſic appellari dicit, quòd mobilia, & digito hùc illùc impellantur curationem manu præſtandam docet lib. ſexto.*

Encanthis.

Encanthis naturalis. *Variis de cauſis hoc vitium gigni ſolet. Interim ex vngue parum exciſo, vel ob tuberculum, quod palpebras parum diduci patitur. Quod ſi vngue caruncula nimium abſcindatur, putreſcit foramen per quod poſteà humor deſcendit, ac vitium ſuperiori contrarium naſcitur, quod Græci* ῥυάδα *nominant.*

ῥυάς.

Terra ſamia duplex

Terra ſamia. *Duplex ea terra apud Dioſcoridem habetur, vna ſimpliciter terra ſamia dicitur, altera* γῆ ἀστήρ, *hoc eſt, terra aſter, quaſi dicas, terra ſtellata. Celſus itaque, vbi poſterioris mentionem facit: Terræ, inquit, ſamiæ, quæ* ἀστὴρ *dicitur. Cæterùm ante hoc medicamentũ in Græco exemplari eſt,* διὰ μήλου *perperàm, pro* διὰ ἀμύλου.

ὑπόπυος. ὑπώπιον.

De oculis purulentis. *Duæ ſunt apud Græcos dictiones, quæ ferè in omnibus ſibi reſpondent, nempe* ὑπόπυος, *&* ὑπώπιον. *Prima ſignificat pus ſubeſſe membranæ corneæ. Largus & Celſus vocant oculos purulentos: altera dicitur, teſte Galeno, quaſi* ὑπὸ *&* ὦπας, *hoc eſt, ſub oculis. Ac veteres Latini hoc vitium appellant, ſuggillata, genere ecchymomatum comprehenſa.*

Floris æris. *Hoc medicamentum in impreſſis non habetur, ſed in manuſcripto codice Iani Laſcaris ſcriptum inuenitur.*

Arida medicamenta.

Contritis ad læuorem aridis. *Hoc eſt, aridis in tenuiſſimum puluerem redactis. Græcè eſt,* λειάνας τὰ ξηρὰ, *hoc eſt, læuigans arida. Celſus autem de Aridis mentionem facit libro quinto, capite vigeſimoſecundo in hunc modum: Quædam miſturæ medicamentorum*

ſunt, quibus aridis, neque coactis vtimur: ſic vt inſpergamus, aut cum aliquo liquido miſta illinamus. Alia medicamenta ſunt his oppoſita, nempe quæ liquari poſſunt. Hæc Græcis τηκτὰ nominantur. Vbi itaque Galenus aliique habent, τὰ τηκτὰ τήκουσι, τὰ ξηρὰ δὲ λεαίνειν δεῖ ἢ λειοτρίβειν. Latini ſcriptores exponunt, quæ liquari poſſunt, ad ignem eliquentur, arida conterantur. Celſus inquit libro quarto: Arida ex eo conteruntur. Rurſus arida medicamenta contrita humore non pingui coquuntur. Item arida ex aceto teruntur. Largus ſimili vtitur locutione, & verbum λεαίνειν δεῖ læuigare oportet, interpretatur.

Sublinimus medicamentis. *Damnat me Oroſcius, quòd verterim ex Græco, τοῖς πρὸς τὰς παλαιὰς διαθέσεις, medicamentis quæ ad veteres affectiones inſcribuntur, ipſe ẽnim mauult dici collyriis. Quaſi verò collyria non ſint medicamenta. Certè ego à præceptoribus meis olim didici ſubſtantiam collyriorum, eſſe & dici medicamenta: ipſum verò nomen collyrij, formam medicamenti indicare. Celſus lib. 6. ita inquit: À ſecundo die graui quoque lippitudini per medicamenta rectè ſuccurritur. Item in collyrio trygodes. Quo grauior quoque inflammatio eſt, eò magis leniri medicamentum debet.*

CORNARII.

b *Habent omnia exemplaria pro vento oleum, οἷον ἡλίου, καπνοῦ, κονιορτοῦ, ἐλαίου. Verùm ἐλαίου vocem pro ἀνέμου ſuppoſitam eſſe puto. Nam cùm externæ illæ cauſæ ſint eiuſmodi, quibus quotidie occurramus etiam inuiti, ita vt vix ſatis cauere poßimus, ne aliquando in ſole verſemur, & foris ambulantes puluerem, domi fumum experiamur, non debuit diuerſum externæ cauſæ genus quarto loco ad ſuperiora tria aſcribi, ſed tale omnino quod illis ſimile eſſet. Tale autem eſt ventus, qui & domi & foris derepentè quandoque ingruit, & oculis turbationem inducit, quæ citißimè ſoluitur ſummota cauſa. At vt ne ab oleo oculi turbationem incurrant, tam facile eſt vitare, quàm vt ne ab alia re externa lædantur, quorum nullus eſt circa oculos vſus.*

c *Quale eſt collyrium Nili ex roſis, aut etiam Chiacum, & Nardinum. Græca habent pro Chiacum μηδιακόν. Verùm quum Paul. lib. 7. cap. 16. nullum collyrium deſcribat, quod Mediacum appellet, legendum cenſeo Chiacum, cuius ſecundo loco deſcriptionem habet, ex vino Chio appellationẽ habentis, cuius quoq; paulò pòſt mentionẽ facit, ſicut & Nardini. Videtur tamen non minùs commodè σποδιακόν pro μηδιακόν legi poſſe, id quod in vſuri iudicio poſitũ ſit. Nam*

& Spod

& Spodiaci deſcriptionem libro 7. ad inflammationes & fluxiones oculorum habet.

d & fœnigræci decocto.

e contritis his in capitum papaueris decocto.

f Verùm citra maximum dolorem.

g Hæc eſt Eraſiſtrati panchreſtos ab omnimoda vtilitate appellata. Hoc liquidum collyrium πάγχρηστος dictum, Eraſiſtrato adſcribitur, & habetur infra lib. 7. cap. 16. iiſdem verbis. Habet idem quoque Aetius lib. 6. cap. 82. & lib. 7. cap. 92. Quibus adductus apud Gal. lib. 4. κατὰ τόπους, cap. 7. principio. πάγχρηστος legendum eſſe docui, non πάγχρυσος, vt in omnibus exemplaribus legebatur.

h panchreſto.

i adhibe, aut plumbum vſtum & lotum, aut vtraque pariter, &c. In Græcis exemplaribus redundant hæ voces μετὰ θείου ἀπύρου. Nullus enim eſt hîc ſulfuris vſus, nec plumbum vt vratur, ſulfur requirit. Et Aetius lib. 7. cap. 71. eadem medicamenta prodens, ſulfuris penitus non meminit.

k & in ipſo hæmatite lapide per aquam loto, ac ſubiecto palpebra confricatur.

l pilos introrſum refractos glutinat bitumen, maſtiche, colophonia, glutinum, &c. In Græcis vitioſè legitur, ὡς pro ἔσω, & κόμμι, ſiue κόμμιν, pro κόλλα, glutinum. Indicat id apertè Aetius qui lib. 7. cap. 68. ταυροκόλλαν pro κόλλα habet, vnà cum reliquis medicamentis hîc à Paulo traditis.

m Libyanum.

n collyrium Nilamonis.

o quod ex hydria fit, διὰ ὑδρίας.

p acrioribus quidem vlceribus exiſtentibus, Seueriano, & eo quod ex fœnigræci decocto paratur. Græca ſic legenda: δριμυτέρων μὲν ὄντων τῶν ἑλκῶν, σευηριανῷ τε, καὶ τῷ διὰ χυλοῦ, &c.

q Chiaco videlicet collyrio.

r florum mali punici, id eſt cytinorum.

s & infuſis per clyſterem acrioribus. Vbi Græcè habetur, καὶ κλύσμασι δριμυτέροις, legendum καὶ ἐνέμασι δριμυτέροις ex Aetio lib. 7. cap. 51.

t teruntur in mellis heminis octo. Græcè habetur, ἐν ᾗ καὶ ἐν μέλιτος κοτύλαις ὀκτὼ. ſed legendum, λειαίνεται ἐν μέλιτος, &c.

v coronopodis.

x Ante illitionem foueat oculos ſpongia aqua marina calida imbuta.

Auric

Auricularia, & primùm de aurium dolore. Cap. XXIII.

AVrium dolorem ex ſrigiditate contractum, vbi ex anni tempore, præcedente victu, vel ægrotantis quoque percunctatione: an ob exteriorem cauſam acciderit, didicerimus, inde quòd dolor altè citra grauitatem, vel diſtentionem, vel ardorem fixus ſit, calfacientibus curabitur præſidiis, nempe oleo rutaceo, calido, vel nardino, vel laurino calido, vel amaracino, vel phuliato, vel ſpicato, vel communi, cum euphorbio, vel piperi, vel caſtoreo, vel commageno dicto vnguine, vel liquore balſami in meatum auditorium inſtillato. Iam verò oleum in quo allium decoctum ſit, vel cepa, inſtillatum auxiliatur. At ex calida conceptum intemperie dolorem, in quo feruoris cuiuſdam ſine grauitate, ſeu tenſione ſenſus eſt, contraria medicantur, oui albumen ſubactum in aurem demiſſum, quemadmodum oculis adhibemus, lac muliebre cum quodam collyrio, quod dolorem lenit, vel ſucco perditij herbæ, cum modico roſaceo: ipſumq; roſaceum, vel oxyrhodinum, vel ſuccus ſolani, vel coriandri, vel haſtulæ regiæ, vel oleum in quo lumbrici, vel aſelli qui ſub aquariis ſtabulantur incocti, vel oleum amygdalinum per ſe, vel buccina viua numero tria, in eo decocta naturaliter proficiunt. Quòd ſi glutinoſi, craſſique ſucci dolores fecerint, capitis, ipſiúſque auris grauitas, & præcedentis victus ratio teſtatur. ſola verò citra grauitatem diſtentio ipſius auris ſpiritum flatulentum, cui exitus non pateſcit, indicat. Itaq; in ambobus vitiis vtere medicamentis, quæ aperiunt, incidúntque, cuiuſmodi eſt aphronitrum cum aceto, & melle. Item fel ouillum cum oleo communi, vel amygdalino: præterea porri & cepæ ſuccus tepidus cum melle, aut origanum tritum, cum melle & lacte muliebri inſtillatur. [y] Ad vehemētiores aurium perfrictiones fel caprillum cum ſucco porri inditur. Verùm in iis quos multus dolor, longúſq; vrget: & grauis ſimul auditus exiſtit, hæc quoque vſurpari debēt, cuiuſmodi dracunculi ſuccus eſt, ari, bryoniæ, & ſimilia. priuatim verò qui ob flatuoſum indoleſcunt ſpiritum, [z] cucurbita ex aqua calida fotu prius facto, circa aurem fixa ſtrenuè auxiliatur. At ſi grauitas, diſtenſio, ſimúlque calor, & dolor pulſatilis, aut etiam febricula oboritur, inflammatione aurem laborare cenſeto. Atq; ante omnia hic ſanguis emittendus eſt: deinde fotu frequenti vtendum ex oleo dulci

Dolor aurium ex frigida intemperie.

Ex calida intemperie.

Ex buccinis remediū. Dolor ex craßis & lentis ſuccis & flatu.

dulci calente per ſpecillum lana inuolutum, meatui verò adeps anſerinus, vulpinúſue, aut medicamen baſilicum cum roſaceo, vel cyprino, vel irino debet inſtillari: extrinſecus ea quæ dolorem lenire, & concoquere poſſunt, cataplaſmatis modo ſuperaccommodare. Si dolor violentus eſt, iis vtere, quæ leuiter ſenſum ſtupefaciunt: non enim mediocre periculum eſt, quòd cerebrum neruo per quem facultas audiendi erogatur inflammato, vicinum ſit. Probè igitur hoc dolorem lenit, opij pars vna, caſtorei partes duæ, cum lacte muliebri, vel oui albumine, aut vino dulci tepido inſtillātur. Iam paſtillus Crocodes, Aſter, Philonis antidotum frequenter his profuerunt.† verùm conuenit crebrò fouentem aut oleo communi, aut ex quodam calido fomento, lanam hoc ipſo imbutam in aurem coniicere, ſed ita vt partes inflammatione tentatæ quàm fieri poteſt minimè attingantur. At ſi dolor in vetuſtatem incidit, ac in pus degeneraturus eſt, medicamento vtitor, quod ex lini ſeminis ſucco conficitur, vna cum roſaceo aut chamæmelino ſolutum inſtillās. Cùm autem aqua medicata, meatu recepta auditorio dolorem parit, ſi quidem copioſa fuerit, ore, vel etiam arundine ipſam exugere ratio eſt. Sin autem pauca, ſpecillo auricularia lana inuoluto extergens, oleum quoddam inſtillabis quod ſit partium tenuium, aut roſaceum, aut oui album, aut lac muliebre. Calida verò omnia mediocriter eſſe conuenit, quæ auribus adhibentur.

†oportet autem aſſiduè fouere, & oleo cōmuni, vel aliquo medicamento calido vti, atq; eo madeſactam lanā auri imponere. Δεῖ δὲ συχνῶς πυριῶντα ἢ τῷ κοινῷ ἐλαίῳ ἢ τινι τῶν θερμῶν μύρων χρῆσθαι, ἢ καὶ ἔριον ἐν αὐτοῖς τούτοις βεβρεγμένον ἐπιτιθέναι. Goup.

Dolor ex aqua medicata.

Ad vlcera quæ ſimul cum inflammatione affligunt.

LICIVM & meconium æquali portione trita cum melle iniiciuntur.

Ad dolores maximos, pus & grauem auditum.

AMYGDALARVM quibus corticē detraxeris & aphronitri, ſingulorum drachmæ tres, opij drachmæ tres, thuris drachmæ tres, croci drachmæ quatuor, galbani drachmæ duæ, myrrhæ drachma. Aceto læuigata inſtillantur. ſi dolor quidem exercet, roſaceo diluta: ſin autem pus profluit, mulſo, vel oxymelite: ſi grauiter audiunt, aceto. Recentia vlcera, glaucium ſolutum aceto, perſanat: item ex eo collyria, tum quæ appellantur diarodon, diacrocu, & dialmyrnes. quemadmodum rurſus ſuppurantes citra dolorem ferri recremētum [b] cum aceto diutius læuigatum.

Ad

Ad ſordium duritiem.

NITRO aceto diluto cum aqua auris illuitur, cúmque ſordes deterſæ ſunt, nitrum aceto ſolutum cum roſaceo inſtillatur.

Aliud ad ſordes.

CARDAMOMI & nitri exiguum, cum ficis pinguibus ſine granis exceptum, & in collyrij formam redactum, auriculæ committitur. Tertio quoque die educitur. Copioſas enim ſordes extrahit, & abundè leuat. Proficit hoc etiam aduerſus carnis excreſcentias, longos dolores, exulcerationes. recipit aloës, thuris, myrrhæ, ſingulorum drachmam, myſeos drachmas quatuor: ex aceto in paſtillos digeruntur. cũ vſus requirit, aceto & roſaceo ſoluta inſtillantur: item Andronis paſtillus, & Heræ, & Muſæ.

Ad diuturna vlcera.

CEDRIA melli admiſta illinitur.

ALIVD. Myſi vſtum & in puluerem redactum inſpiratur. Per clyſterem verò auricularium eluuntur aures poſca, vel oxymelite, vel mulſo, vel decocto quorundam repellentium (verbi cauſa) lenticulæ, vel roſarum.

Ad aures cruorem fundentes.

LENTISCI decocto auris illuitur, polygonij vero ſuccus cum pauciſſimo aceto inſtillatur, vel lycium, vel amurca, vel acacia, vel porri ſuccus.

Si caro excreuerit.

NITRO ex aqua calida, ſimul cum ſquama æris, & ſandaracha pari modo auriculam illinito. Vbi cruſtam acceperint, melle repurgato.

Aduerſus aurium vermes.

ABSINTHII decocto, vel centaurij, vel porri eluuntur: capparis autem foliorum viridium, aut fructus ſuccus inſtillatur, vel cedrinus liquor, vel vrina humana vetus, vel album veratrum cum melle, vel calaminthæ ſuccus, vel ſcammonia cum aceto, vel ſuccus abſinthij: oleum verò meatui inditum vſque ad ſuperiora exire ipſos compellit: potius autem eſt oxelæum. Eodem ad ea quæ auribus incidunt animalcula vtitor.

Ad calculos & ſimilia quæ in aurem inciderunt extrahenda.

SPECILLVM auricularium lana inuolutum in reſinam, aut gummi, aut aliud quoddam glutinans medicamentum

intingendum, idque in aurem iniiciendum, ac quod in ea eſt protrahendum. Si hoc modo nihil efficitur, oleum calidum continuè inſtillato. At ſi ne ſic quidem exciderit, aut comprehenſum fuerit: aliis quoque vtitor modis: vt in parte chirurgica docebimus.

Ad ſonitum aurium intra ſeipſas.

Sonitus aurium in criſibus.

SI in febribus, aut harum criſibus ſonitus aurium euenerit: nullum ei negotium faceſſere oportet, quippè ſtatim magna ex parte finiuntur. Sin autem poſt morbum perſeuerauerit, abſinthij decocto vbi aures foueris, acetum roſaceúmque infundi debet, vel raphani ſuccus cum roſaceo, aut veratri nigri cum aceto. Ad veteres autem ſonitus, qui ex craſſis glutinoſiſq; humoribus creantur, inde verò illos cognoſces quod non ſubito, ſed paulatim increſcunt, naſcunturq;, aceto, nitro, & melle aurem illinito.

ALIVD. Veratri albi drachmæ duæ, caſtorei totidem, croci drachmæ tres, nitri drachmæ ſedecim. ex aceto contrita, in paſtillos digerito ac vtitor.

Ad veteres ſonitus, & tinnitus.

EVPHORBIVM cum cyprino oleo læuigatum, calefactúmque vſurpato, in quibus autem ob multam ſentiendi facultatem vapores, & flatus ſurſum diſtribui percipiuntur, caſtoreum, & cicutæ ſemen tritum cum aceto inſtillatur.

Ad grauem auditum, & ſurditatem.

Surditates quæ curabiles, quæ incurabiles.

QVAE ab origine quidem, vel etiam poſt natalem diem, ſed longiſſimæ, & abſolutæ ſurditates conſtituuntur, nullo remedio illidi poſſunt. Quæ verò non abſolutę quidem, ſed diuturnæ tamen, & ipſæ curationem non recipiunt, aut certè difficillimam. Quæ ob bilioſum humorem ſurſum vergentem naſcuntur, vacuationibus per medicamenta bilem ducentia ex facili abolentur. quidam etiam ſua ſponte affectu liberantur, bile inferius deſcendente. At ex crudis craſſiſque humoribus prognatas ſurditates, vel grauem audiſum, venę inciſione curato, aut omnino purgatione, ex Hietum, venę inciſione curato, aut omnino purgatione, ex Hiera, tum apophlegmatiſmis & errhinis. item balneis ſua ſponte ſcaturientibus, vel ex aqua marina. Porrò in meatum vbi facultas audiendi eſt, conuenit inſtillare, quæ ad ſonitus tradita ſunt. Priuatim verò hæc; vrinam & fel caprillũ, aut ſeorſim fel, aut rutæ ſuccum cum melle, aut caſtoreum cum oleo anethino: & hyſſopum medicamentũ cum nardino vnguine,

ne, vel caprillum fel cum galbano: vel quod recipit caſtorei drach. duas, nitri, veratri albi ſingulorum drachmam.

Ad contuſionem aurium quæ θλάσις dicitur.

HIPPOCRATES quidem nihil ipſis adhibendum præcipit. Cum verò ſæpè ab ægrotis cogamur, vtendum eſt his. Myrrhæ, aloës, thuris, acaciæ, pari ſingulorum modo ex aceto inunguntur: aut panis calidi pars interior cum melle in pila contuſa obducitur: aut hoc: bituminis, thuris, aloës, cochlearum carnis, [f] bulborum polentæ par modus, ex aceto læuigata imponuntur. Quòd ſi inflammatio oborta eſt, ſeſamum læue factum applicatur, vel chondrus cum aceto coctus. laxiora autem ſunto cataplaſmata, & citra deligaturam aut leuiter deligentur: & lana oleó imbuta auris anfractui demittatur.

De Parotidibus.

PAROTIS glandularum iuxta ipſas aures affectus eſt, materia morbi illic eructante, aliàs à capite humoribus videlicet in eo impactis aliàs à reliquo corpore in febribus critico modo proueniens. Si igitur altè adhuc deliteſcens parotis in tumorem non attollitur, natura debet adiutari præſidiis, quæ coactas ſordes extrahant, vel etiam cucurbitula agglutinata, vel crebrò fotuum vſu. Nam ſi in altum recurrat colluuies, periculum haud mediocre ſubſecuturum eſt. Sin autem inflammatione tentata in tumorem faſtigietur, è contrario iis quæ leniunt, & concoquunt vtemur cataplaſmatis, quale eſt ex farina hordeacea, aut triticea, aut ſemine lini cum mulſa, aut fœnugræci, aut altheæ, aut chamæmelorum coctionem expertorũ iure incoctum. item quod ex rumice & axungia inſulſa conſtat. at ſi exuperare ſanguis tibi videatur, priùs ipſum venæ ſectione vacuabis: modò vires permittant. Tumore autem non diſcuſſo, medicamentis vtere, quæ puri mouendo ſunt, nempè farina triticea cum pinguium ficorũ decocto, vel oleo, tum medicamento quod ex polline, & quod ex fermento confectum eſt. Vbi iam abſceſſus ad ſuppurationem ſpectarit, vel cute ferro diſciſſa pus excernetur, vel acri medicamento rumpetur, cuiuſmodi exiſtit [g] Smidion appellatũ, & diaſcorodon, hoc eſt ex aliis præparatum. Cæterùm mitiores parotidas etiam fotus ex muria diſcutit, item medicamẽtum diaperanu. Hoc ſanè etiam pus iam maturatum diſcutit, præter quod dolori leniendo

Parotidum curatio.

Suppurantia medicamenta.

ſit efficaciſſimum. Ad inueteratas parotidas buccinorum, aut purpurarum combuſtarum cinerem cum melle, vel axungia imponemus, aut ficus marina incoctas, vel marrubium cum ſale. Induratas autẽ iam emollit & medicamen [h] Mnaſei, & Ariobarſanios. optimum etiam quod ex ſucco lini ſeminis præparatur. ante hæc autem obducere ammoniacum conuenit, miſta cum cataplaſmatis pice liquida, vel ſeuo taurino, vel bdellio, vel ſtyrace, vel medulla ceruina.

ANNOTAT. ANDERNACI.

An ob exteriorem cauſam acciderit. *Ex octauo Oribaſij hæc mutuatus eſt. Exterior autem cauſa eſt, ventus frigidior, aut lauacrum aquæ frigidæ, ſimiliaq́;. Hæc itaque ſolent interrogari, an ægrotus in ambiente frigido obambulauerit, vel lauationem frigidam expertus, vel alio modo fuerit affectus. Græcus codex habet* τὸ κάμνοντος ἀνακρίσεως, *vbi* ἀνάκρισις *idem valet quod* ἐξέτασις. *Nonnulli autem lexicarij interpretes contemperamentum vertunt.*

ἀνάκρισις.

Cucurbita ex aqua calida. *Idem Galenus commemorat ex Apollonio, lib. 3. de compoſitione medicamentorum ſecundum locos, in hunc modum: Fomentis autẽ vtendum eſt, quæ per ſpongias fiunt, in calidam aquam intinctas, easq́; abundè expreſſas. Item illis quæ per cucurbitam adhibentur, &c. Ego itaque* προπύελον μόνη *in Paulo, verti, fotu prius facto. Quanquàm poſſis dicere, cucurbita prius aqua calida concalfacta.*

Per ſpecillum lana. *Græcè eſt* διὰ μηλωτίδος, *quaſi dicas ſpecillum auricularium, vt Celſus etiam exponit. Nam eodem capite meminit ſpecilli lana inuoluti, ſpecilli auricularij, & clyſteris auricularij, ſtrigiliſque.*

Vel etiam arundine. *Apollonius etiam fomentum recitat, vapore per arundinem perforatam elato. Erit autem alterum arundinis extremum, concauitati auriculæ accommodatum, alterum in ollam cuius operculum foramen habeat, incumbet. Decoquitur in olla abſinthium. cuius vapor auditorio meatui inſinuatur. At hic nullum fotum arundine adhibere præcipit. Verùm exugi humorem, ſi quis forte, in aurem receptus ſit.*

Fomentum per arundinem.

Sin autem pauca. *Græcus codex mutilus eſt. Deeſt enim* εἰ δὲ, *ad integram ſententiam explendam, quæ ſic legi debet:* εἰ μὲν ἐὰν πολὺ διὰ τοῦ στόματος, ἢ καὶ διὰ καλαμίδος αὐτὸ ἐκμυζάνειν δεῖ. εἰ δὲ ὀλίγον, *&c.*

Cardamomi & nitri. *Galenus libro iam citato legit* καρδάμου ἱκανὸν, καὶ νίτρου βραχὺ σύκων σαρκὶ χωρὶς κεγχραμίδων ἀναλαβὼν ποίησον

ποίησον κολλύριον, &c. Quod eſt: Naſturtij quod ſatis, & nitri paululum fici carne ſine granis exceptum, in penicillum redigito, &c. Verùm cardamomi & cardami quod eſt naſturcij, eadem ferè poteſtas eſt, niſi quod naſturcium ſit valentius.

Idque in aurem demittendum. *In Græco codice hæc clauſula quidem non eſt, verùm à me addita, ad ſententiam abſoluendam. Alexander etiam in hunc modum ex Galeno profert. Hoc te celare nolui.* Nota.

Hyſſopum medicamentum. *Hyſſopum & herba & medicamentum appellatur. Verùm vbi herba notatur, ſimplici vocabulo hyſſopum dicitur: vbi medicamentum, additur ipſa medicamenti dictio. Quanquàm in eo nulla ſit hyſſopi herbæ mentio, ſed lanarum potius ſuccidarum. Nonnulli autem adiiciunt hyſſopum herbam.*

Bulborum, polentæ. *Admonuit Oroſcius Græcum codicem eſſe vicioſum, qui habet: βολβῶν ἀφρῶν pro βολβῶν ἀλφίτων, &c.* Quidam.

CORNARII.

y *Ad fortiores verò obturationes, fel caprinum cum porri ſucco inſtilla. Græcè pro ἐμψύξεις ipſa rei tractatio docet legendum ἐμφράξεις. & ex Gal. & Aetio colligi poteſt.*

z *Cucurbita aqua calida prius ferueſacta, &c.*

a *Amygdalas depurgatas. xx. aphronitri, &c. Græcam lectionem ἀμύγδαλα λελεπισμένα καὶ ἀφρονίτρου ∠. γ. vitioſam eſſe, & non amygdalarum ac aphronitri, vtriuſque drach. iij. accipiendas eſſe indicio eſt id, quòd non adiectum eſt ἀνὰ ante pondus ∠. γ. Igitur pro καὶ legenda eſt numeri nota κ. vt viginti amygdalas accipiamus. Habet idem medicamentum Aetius lib. 6. cap. 28. niſi quod ob ſcripturæ vicinitatem. κ. pro. κ. legitur.*

b *Cum aceto ſub caniculæ æſtu tritum. ἢ σκορίας τοῦ σιδήρου λειωθεῖσαν ἐπὶ χρόνου. pro ἐπὶ χρόνου legendum ἐπὶ κυνὸς καύματι ex Aetio lib. & cap. iam dictis.*

c *Naſturtium, & nitri parum. Græcè καρδάμωμον legitur pro κάρδαμον, ex Gal. lib. 3. κατὰ τόπους. Item ex Aetio lib. 6. cap. 76. καρδάμου σπέρματος ὅσον ἐξαρκεῖ, καὶ νίτρου βραχύ.*

d *Et Neren.*

e *Aut æſypum medicamentum.*

f *Bulborum Africanorum, &c. In Græcis rectè βολβῶν ἀφρῶν, pro bulbis qui ex Aphrica afferuntur, velut Dioſcor. teſtatur lib. 2. βολβὸς ἀπὸ λιβύης κομιζόμενος.*

g *Smilium.*

h *Emplaſtrum Mnaſæ, & Ariobarzanium.*

De narium & olfactus vitiis. Cap. XXIIII.

Olfactus læſi cauſæ. OLfaciendi facultate oblæſa, ſi vox ſeruetur incolumis, ad priores cerebri ventriculos morbus refertur: qui aut ex intemperie ſola noxam conceperunt, aut etiam ex humorum copia. Sin autem vox quoque mali contagium ſenſerit, laborioſior quodammodò reddita propter oſſa quæ à colatu Ethmoide Græcè vocantur, obſtructa, affectum rurſus malis quibuſdam ſuccis contractum eſſe cenſeto. *Curatio.* Itaq; cerebri intemperies, vbi ex notis ſæpius à me dictis deprehenſa fuerit, contrariis curatur remediis. humores autem apophlegmatiſmis euacuare oportet: maximè verò vtitor medicamentis quæ per nares validè educunt, & quæ odore mouent tenuis ſubſtantiæ, quemadmodùm in defluxionibus quas καθάῤῥους Græci vocant, adhibeto. Cùm autem totius corporis humorum copiæ ſuſpicio ſubeſt, hæc priùs aut ſanguinis dimiſſione, aut purgatione ex Hiera vacuatur. Ita quoque in Polypode, & Ozæna faciundum eſt: deinde loco etiam affecto inducuntur remedia. quin & Theriace pota ſæpè magno fuit præſidio. *Polypus.* Cæterùm polypus, tumor præter naturam in naribus oritur, ſubſtantia reſpondens polypodis *Sarcoma.* carunculæ: eiuſdem verò naturæ eſt & ſarcoma. *Ozæna.* Ozæna verò vlcus eſt putridum, ex humorum acrium illuuie creatum.

Ad Polypodas & Sarcomata.

SQVAMAE æris drachmæ octo, atramenti ſutorij [h] drachmæ duæ, ſandarachæ drachmæ quatuor, veratri nigri drachmæ duæ: naribus inſpirantur. In vſu hoc eſt laudatiſſimum, nam tredecim diebus inſigne affert præſidium. benefacit & atramentum ſutorium cum aceto.

ALIVD. Malicorij drachmæ duodecim, atramenti ſutorij drachmæ decem: chalcitidis drachmæ octo, fellis taurini, amomi, myrrhæ, calaminthæ, marrubij, ſingulorum drachmæ quatuor, croci drachmæ duæ, veratri albi drachmæ quatuor. ſicco vtitor.

ALIVD. Diphrygi trito nares, linamentóque ex ellychniis contorto attinguntur, dilatantúrque.

Ad Ozænas.

MISYOS, chalcitidis, myrrhæ, ſingulorum drachmæ ſeptem, atramenti ſutorij drachmæ ſex, aluminis ſciſſilis, gallæ, ſquamæ æris, ſingulorum drachmę quatuor, aluminis rotundi drachmæ duæ, thuris drachma vna, aceti ſextarius. to-

rum in vaſe æreo coquitur. Vbi ad mellis ſpiſſitudinem venerit, ex carptis linamentis vtitor.

ALIVD. Aeruginem & æris ſquamam pari portione aridum medicamentum facito.

Ad fœdum narium odorem.

MYRRHAE, acaciæ, amomi, ſingulorũ drachma. melle cocto excepta ſummo nariũ interſepto iubeto agglutinari.

ALIVD. Amomi, myrrhæ, roſarum ſiccarum partes æquales, nardino vnguento exceptas illinito. Item benefacit aduerſus fœditatem odoris, & [i] malagma hedychroë cum vino admotum.

Ad narium vlcera.

CERVSAE libra, argenti ſpumæ quadrans, recrementi plumbi tantundem, vel plumbi combuſti. omnia verò lota eſto, excipiantúrque vino, myrteóque oleo.

Ad vlcera quæ vocantur Glycea.

ARGENTI ſpumæ drachmæ quatuor, rutæ nouellæ totidem, aluminis ſciſſilis drachmæ duæ. Myrteo oleo acetóque excipiuntur.

Quæ ſternutamenta citent.

[k] VERATRVM album, vel caſtoreum, vel piper, vel ſtruthium, vel ſimul omnia: non autem oportet inſpirare, ſed pinna, vel digito penitiſſimè, in naſum demittere. vbi ſternutamentum[l] frequentius eſt, medicamento ſedari debet. Infunditur nardinum, vel roſaceum, vel glycelæum. Iam quę odore mouent, ſternutamenta ſedant, aniſum, ocymi ſtipulæ cõtuſæ: ſed ante hæc omnia caput deſiccandum eſt ſmegmatis ex nitro & pumice factis, vel etiam aſclepio vocato vtẽdum, & Conſtantini ſapone, & ſale cappadocico, ſimilibúſque.

Ad ſanguinis eruptionem, è naribus.

SANGVINIS è naribus profluuium, quod febribus ſuperuenit, ſecundo volumine inter illas ſum executus. De eo autem quod alia quacunque de cauſa accidit nullóq; ſiſti poteſt remedio, in præſentia tractabimus. Chalcitidem contritam linamento ex ellychniis contorto, aqua imbuto, vel eo quod à genitalis humani forma Priapiſcon appellant exceptam, nariũ foraminibus demittes. Vel teſtam oui exuſtam admiſcebis, & dimidiatam gallæ partem, vel lycio indico attinges: vel fimi aſinini cinerem inſpirabis. Vel eius expreſſi ſuccum inſtillato, vel molaris lapidis aceto extincti, vapor

naribus attrahatur. Vel hoc quoque medicamento obſtruenti vtitor, Mannæ thuris partem vnam, aloës partẽ dimidiam, candido oui liquore excipito: ac vtitor per linamentum ex ellychniis contortum, extrinſecus leporis pilis vnctioni impoſitis. [m] Vel funiculum lucernarum in nares coniicito. [n] Vel cucurbitulam leuem directè, quà ſanguis profluit præcordiis magnam affigito. præcordiis autem magnam, & perſeueranter admoueto. Vel aures validè obſtruantur, frons ſpongiis ex aqua frigida foueatur. Vel cucurbitula occipitio agglutinetur cum ſanguinis detractione: interim etiam venam incidere, ſi nihil prohibet, & ſummas partes vinculis excipere, pręſertim brachia, & femora, ſicut in venę ſectione fieri ſolet. Eadem motu concuti iubeto, manus verò fricatione, pedes autem obambulatione. Nam venis indidem ſanguine repletis, narium vaſa deplentur. Item ſpongia in poſcam frigidam demerſa, naribúſque profluentibus à foris ſtrictim admota: id quod requiritur, ſubindè perfecit: [o] melius autem proficit longo ex linamentis intortis penicillo naribus prius ſubiecto.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Linamẽtorũ genera. στρεπτὸν. ξυστόν. ἐλλυχνιωτόν. πριαπισκωτόν. σφήνισκος. λημνίσκος.

Linamento ex ellychniis contorto. *Varia ſunt apud Græcos μοτῶν, hoc eſt, linamentorum genera. Aliud vocant στρεπτὸν, quaſi dicas tortile, aliud ξυστὸν, hoc eſt, raſile, aliud τιλτὸν, quod eſt concerptum filatim, aliud ἐλλυχνιωτὸν ex ellychniis præparatum, aliud πριαπισκωτὸν à pudendi humani ſimilitudine nuncupatur: aliud, quod cunei formam referat, aut quia cunei modo foramina obturet, aut coniuncta ſeparet, σφηνίσκος dicitur. Vt Paulus ſexto vocat σφηνίσκους στρεπτοὺς ἐκ ῥάκους, hoc eſt, cuneolos intortos ex panniculo. Adhuc aliud eſt λημνίσκος Græcis dictum, implicitum in lõgitudinem linamentum, ſi Celſo credimus, quod alibi vocat linamentum inuolutum & oblongum. Sicut στρεπτὸν linamentum implicitum, ſeu intortum ſimpliciter appellari poſſit.*

CORNARII.

h *Atramenti ſutorij drachmæ ſex.*

i *Hedychroum magma, &c.*

k *Veratrum album, caſtorium, piper, herba lanaria, cyclaminus, euphorbium, nitrum, cuminum, herba ſternutatoria vocata, ſingula per ſe, aut ſimul omnia. Græca exemplaria hîc imminuta ſunt. ἐλλέβορος λευκὸς, ἢ καστόριον, ἢ πέπερι, ἢ στρούθιον, ἢ ὁμοῦ πάντα. Nam nec omnia recenſentur quæ ſternutationes mouent,*

nec

nec hoc, ἢ ὁμοῦ πάντα, habet ad quod referatur. Proinde integram lineam periiſſe arbitror, & ſic reſtituendam, ἐλλέβορος λευκὸς, καστόρειον πέπερι, στρούθιον κυκλάμινος, εὐφόρβιον, νίτρον, κύμινον, ἢ πταρμικὴ πόα, ἕκαστον ἰδίᾳ, ἢ ὁμοῦ πάντα. Ex Aetij lib. 6. cap. 97.

l *Si verò ſternutatio redundet ex medicamento, ſedare oportet infuſo nardino, aut roſaceo, aut oleo dulci.*

m *Aut lyſimachium appellatam in naſum indito. Græca habent, ἢ τὴν καλουμένην λυχνίδα ἔνθες τῷ μυκτῆρι. Ego verò cùm nullam lychnidis ſpeciem ſanguinis ſiſtendi vim habere compererim, ſæpe hæſitaui de corrupta lectione, & aliquandiu λυχνῖτιδα legendum eſſe ſuſpicatus ſum. Eſt autem lychnitis verbaſci ſpecies, de qua nullus apertè tradit, quòd ſanguinis è naribus eruptionem ſiſtat, niſi quis ex eo quod Paul. lib. 7. de verbaſci generibus ſcribit, quòd acerba ſint, & fluidis affectionibus conueniant, etiam in hunc vſum aſſerere velit. Tandem in eam ſententiam adductus ſum, vt λυσιμάχιον legendum eſſe credam. Nam & inſigniter aſtringit lyſimachium, vulneraq; glutinat, & ſanguinem ſiſtit, & ad ſanguinis è naribus eruptionem herba ipſa naribus indita, ita vt ipſas obturet, conuenit. Vide Dioſcor. lib. 4. cap. 3. & Marcellum cap. 10.*

n *Aut cucurbitam leuem, magnam, & perſeueranter apponito ad præcordium è directo naris vnde ſanguis erumpit.*

o *Præſtat autem hoc facere, oblongo ad cuneoli formam linamento prius in narem ſubdito, κάλλιον ἢ προαποβεβλημένου σφηνίσκου τῇ ῥινί.*

Ad faciei vitia.

Quomodo facies à rugis aſſeratur. *Cap.* XXV.

THuris drachmæ quatuor, fuci quod φῦκος dicitur Græcis, drachmæ tres, [p] argenti ſpumæ, piperis, ſingulorum drachmæ octo, omnia ex ichthyocollæ contuſæ diluto ſoluuntur, in paſtillos redactis vtitor. *Rugis arcendis.*

ALIVD. Eburnei ſcobis drachmæ octo, thuris maſculi, ichthyocollæ pares portiones. Vtitor, quemadmodum eſt prædictum.

Ad faciei nigritias.

[q] IRIDIS, vel ptiſanæ freſæ, ſingulorum ſeſquiſextarius, ſalis ammoniaci, cornu ceruini combuſti, thymiamatis ammoniaci, ſingulorum vnciæ duæ, aqua diſſoluta in paſtillos coquuntur, ac iterum aqua trita ante balneum illinuntur.

ALIVD. [r] Ptiſanæ, erui, thuris, iridis illyricæ, aphronitri, ſingulorum chœnices duo, coſti, amygdalorum amarorum,

ſingulorum drachmæ viginti. Ouorum albumine, lactéque aſinino ſubigito, ac vtitor veluti prædiximus. Benefacit etiã paſtillus Peponatos.

Ad Ephelidem & lenticulas.

TERRAE cimoliæ torrefactæ, ſemicongius, aphronitri toſti drachmæ octo, erui farinæ elixatæ drachmæ quatuor, fellis taurini, eburnei ſcobis, ſingulorum drachmæ octo. Lęuigatis facies defricatur.

ALIVD. Fęcis drachmæ decem, erui farinæ drachmæ decem, lomenti drachmæ decem, veratri albi drachmæ quinque, aphronitri drachmæ decem, alcyonij drachmæ decem. tritis abſtergito.

Ad ſuggillata.

PER initia decocto fœnugræci [a] poſtea & meliloti oculi fouens, Nilei collyrium diarodon aqua ſolutum illinito: deinde diaſmyrnes. Et ſi nihil profecerit, id quod diaſandicos inſcribitur, combuſtum, perungito, vel hyſſopum cum aqua applicato. Vel hyſſopo in panniculum illigato & calida aqua reſperſa foueto : vel acri muria. item raphani corticem cum melle detritum impones. hoc etiam veteribus efficax eſt. Porrò ad vetuſta faciei ſuggillata & liuores, tordyli partes duas, terræ ſamiæ partem vnam cum melle admoueto, cura adhibita ne exulceretur.

Aliud deterſorium.

HYSSOPI, thapſiæ, caſiæ, ſingulorum drachmas duas. ceræ tantundem, terebinthinæ drachmam iniicito, cauens ne exulcerationem excites, eoque frequenter tolles.

De Varis.

Varus quid EXIGVI ſunt & duri in facie tumores. Oxymelite illinito, vel argenti ſpumam cum terebinthina, [c] aut olei candidi momento tritam infricando perunges : vel alumen fiſſile cum terebinthina, vel amygdala amara aceto macerata infricantur. In callum verò concretos varos, ſaponis gallici drachmis quatuor, thuris, thymiamatis ammoniaci, ſingulis drachmis aqua diſſolutis perungito, & poſt horam eluito.

Ad varos, pilos, & aſpredinem faciei.

CERAE drachmæ decem, terebinthinæ drachma, viſci drachmæ duæ. Liquato vnà oleum ſuperinfundens atq; hoc medicamento faciem abſtergito, tollit enim radicitus.

ALIVD.

ALIVD. Papauer detritum, vel pulegium cum ſale, acetoque applicato.

Ceratum thaidis quo facies rubeſcat.

CROCI, erythrodani radicis, fuci, thuris, myrrhæ, ſingulorum drachmæ duæ. Adipe vitulino, oleoque maſtichino excipiuntur: deinde illinuntur. Interpoſito tempore, ſpongia ex calente aqua facies abſtergitur. Cæterùm faciei remedia, etiam reliquo corpori conuenient.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Ptiſanæ freſæ. *Hoc eſt confracta. Græcè eſt, ἐρέως ἢ πτισάνης ὀρεγμῦ. Vt ὀρεγμὸς ſignificet omne id quod freſum eſt, vel ipſam confractionem, omnium ſcilicet leguminum, nomine tamen ipſorum appoſito, vt κυάμων ὀρεγμὸς. Cùm verò ſimpliciter ὀρεγμὸς ponitur, de faba freſa dicitur. Quæ ſi molam experta ſit, ἄλευρον κυάμινον & ὀρέγμινον ἄλευρον appellatur. Ferculum autem ex faba, cicere, & reliquis leguminibus freſis paratum, ἔτνος, ex freſorum autem farina pulmentarium, λέκιθος Galeno cùm alibi, tum in libello de bonis maliſq; ſuccis generandis nuncupatur. Quoties autem in Paulo aliiſq; Græcis inuenitur κυάμινον ἔτνος, pro faba freſa elixata ad ferculum intelligito: κυαμίνη λέκιθος, pro fabæ freſæ farina elixata ponitur. Sic πτισάνης λέκιθος, & ὀρόβινος λέκιθος, aliorúmque leguminum dicitur. Vbi verò hæc vox λέκιθος ſola citra alterius adiectionem ponitur, Luteum oui ſignificat apud medicos.*

Ad Ephelidem & lenticulas. *Ephelis aſperitas quædam & durities mali coloris eſt in facie. lenticula & in alia parte nonnunquam naſci ſolet. Celſus ineptias putat curare varos, lenticulas, & ephelidas.*

Suggillata. *Græci vocant ὑπώπια, vt antea annotaui. Sunt autem ex genere ecchymematon, quæ & Hippocrates & alij plerique medici appellant cutis affectum, quo venis in ea tenuibus contuſis ſanguis inde effunditur, qui ita excretus non vno in loco, nec ſubitò concreſcit. Temporis ſpatio liueſcit, nigreſcitque cutis.*

Cum melle admoueto. *Galenus habet in eodem medicamento, ὄξει ἀναλαβὼν ἐπιτίθει μέλιτος ὀλίγον ἀνακόψας. Hoc eſt aceto excepta, melliſq; momento ſubacta.*

CORNARII.

p *Spumæ argenti lotæ drach.* VIII. *pro λιθαργύρου πεπλυμένου, lege λιθαργύρου πεπλυμένου* ∠. η.

q *Iridis, ptiſanæ, fabæ freſæ, ſingulorum, &c. Græci codices falſò habent, ἴρεως ἢ πτισάνης ἐρεγμῦ ἀνὰ, &c. Quod autem ἐρεγμος ad ptiſanam*

ptiſanam non pertineat, ſed tria hîc accipienda ſint, iris, ptiſana, faba freſa, ex Aetij lib. 8. cap. 5. cognoſcimus, qui idem medicamentum his verbis habet, ἴρεως λείας, πτισάνης ἀλεύρου, κυαμίνου ἀλεύρου. Ex quo etiam id intelligimus ἐρεγμὸν aliquando pro faba freſa, & in craſſiores partes comminuta accipi: aliquando etiam pro farina fabarum, quam etiam Lomentum appellamus.

r *Ptiſanæ, erui, thuris, fabæ freſæ, iridis illyricæ, aphronitri, coſti, ſingulorum chænicis quartam partem, amygdalas amaras* XX. *Hoc medicamentum in excuſis codicibus penitus corruptum ſic reſtituatur,* πτισάνης, ὀρόβου, λιβάνου, ἐρεγμοῦ, ἰλλυρίδος, ἀφρονίτρου, κόστου ἀνὰ χοίνικες τέταρτον, ἀμύγδαλα πικρὰ. κ. *Aetius lib. 8. cap. 5. idem medicamentum paulò clarius habet.*

s *poſteà etiam meliloti decocto, &c.*

t *& olei candidi, &c.*

De oris affectibus, & primùm de dentium dolore.

Cap. XXVI.

Dentium dolor.

DEntium dolorem ſine gingiuarum inflammatione, interim in proprio ipſorum corpore, interim in neruo, qui ad ipſos pertinet, oriri contingit. quapropter valentiſſimorum in hoc medicaminum vſus eſt. Atque inde plurima ipſorum quàm acerrimo aceto præparantur. At gingiuis propter inflammationem dolentibus, præſentiſſimum eſt remedium, oleum lentiſſinum, calore temperatum, ſi in ore retineatur. eſto autem id recens: nam vetus tantò recenti deterius, quantò calidius. Communis autem ratio etiam hîc ſeruetur, vt humor qui in toto corpore ſuperat, prius euacuetur.

Gingiuarũ inflãmatio.

Ad dentium inflammationem.

Os colluatur aceto, in quo decocta ſit galla, vel halicacabi radix, alterci ſemen, foliáue, vel pulegium, vel ſolani ſuccus, vel capparis radix, vel myrti folia, vel polium, vel cucumis ſylueſtris radix, vel rutæ folia cum oxymelite, vel cornu ceruinum, vel acetum ſcillites, vel pyrethrum, cum hyſſopo. At eroſionem experto denti, ſtyracem cum opio imponito: u vel ſulfur vinum cum lycio: vel alterci ſeminis vaporem excipiat per infundibulum. Item Philonis antidotum denti circumlitum, dolorem ſedat. Quod ſi defluxione laborent dentes, myrti, lentiſci, & gallæ decocto colluentur, vel rhus ſyriaci, balauſtij, vel malicorij. applicantur autem ſalis partes duæ, aluminis vſti, & aceto extincti tritique pars vna:

Dens corroſus.

Dolor dentium cum defluxione.

vna: deinde vino perluuntur. porrò gingiuis cruentis alumen tenue inſpergitur, vel aloë cum vino eluuntur: vel rubi radice vino decocta: vel rhu ſyriaco. cruentis autem & defluxione tentatis gingiuis [x] crudum ſalſamentum in olla comburito, quoad in carbones redigatur, puluere attingito. [y] At mobiles ſtabilit aloë inſperſa, vel rhus ſyriacus, vel alumen ſciſſile, vel galla, vel rubi radix per ſe, aut cum vino incocta.

Gingiuæ cruentæ, & cum defluxione.

Dentes mobiles.

Aliud ad dentes.

[z] NVCIS viridis corticem terito, eiúſque ius cùm habes, in id cõiicito myrrham veram, & alumen ſciſſile, vbi omnia in vnitatem coegeris, in vſu infundito, ac in gingiuas qua parte dens indolet, demittito, & perſanabis.

ALIVD. Allium, piper, herbam pedicularíam, quæ ſtaphis agria dicitur, detrita, in linamento in globulos coges, quos circa dentes verſans humorem in capite contentum elicies, dentémque ſanabis.

ALIVD. Ad dentes mobiles, & gingiuas fluxione preſſas, omniaq; oris vlcera depaſcẽtia. Chalcitidis toſtæ drachmæ duodecim, cadmiæ drachmæ octo. [a] vtitor ſicco, aut cum aceto, ſine dolore dentes tollit, farina cum liquore tithymalli imponitur, & ſuper hederæ folium accommodatur, ac per horam ſinitur, ſua enim ſponte dens conteretur. Dentium ſmegma, quod & parulidibus benefacit. Aluminis laterculariȷ triens, ſalis ammoniaci tantundem, myrrhæ, coſti, pyrethri, ſingulorum drachmæ quatuor, piperis [b] grana octoginta.

Dentifricium.

Ad Parulidas.

SVLFVRIS viui, piperis, aluminis ſciſſi, æquales portiones. Ac parulis inflammatio quædam eſt in aliqua gingiuarum parte ſuſcitata, quæ niſi diſcuſſa fuerit, in ſuppurationem conuertitur: & cùm ſuppurauerit, ſcalpello inciſa linamentis inſertis diſtendetur. Epulis autem carnis excreſcentia eſt, quæ ab inflammatione contracta ad intimos molares dentes pertinet: nonnunquam cum febri & dolore. Quoniam igitur reprimi debet, vtendum eſt ærugine raſa priuatim: vel cum pari galla, vel ſori combuſto, vel alumine quolibet cremato, vel galla per ſe, vel ſquama æris cum aceto diebus ſat multis læuigata deſiccataque.

Parulis.

Epulis.

Smegma dentium.

Dentiſri-ciuw.

ARISTOLOCHIAE radix combuſta, cerui cornu combuſtum cum maſtiches momento, [c] ſal candidus melle reſperſus, & fici foliis inuolutus exuſtúſque, donec in carbones mutentur.

ALIVD. Buccina ſale reſperſa, vſtaque. Cochleæ terreſtres cum melle combuſtæ. Lanæ ſuccidæ crematæ cum modico ſale. Singulis ipſorum grati odoris gratia miſceatur iunci rotundi flos, [d] vel nardi ſpicæ, vel folium malabatri, vel iuncus odoratus anguloſus, vel iris.

Dentium candorem concilians, & oris ſuauitatem faciens, gingiuáſque reprimens.

PVMICIS, ſalis toſti, iridis, ſingulorum drachmæ quatuor, iunci odorati anguloſi drachmæ quinque, ſpicæ nardi drachma, piperis drachmæ ſex. Tritis vtitor.

Ad ſtuporem dentium.

STVPORI benefacit portulaca commanducata, vel oleum quod immaturæ oliuæ fuderunt infricatum, vel amurca in æreo vaſe cum oleo cocta, donec mellis ſpiſſitudinem habeat. atque vetuſta ſi perungatur, magnum adfert momentum.

Ad dentes attritos.

DENTIBVS attritis, baccarum lauri, aluminis ſciſſi, ariſtolochiæ ſarmentorum quæ Clematitis dicitur, ſingulorum pares portiones iniiciuntur.

Ad gingiuas corroſas.

ROSARVM floris drachmis octo, gallarum drachmis quatuor, myrrhæ drachmis duabus, ſi gingiuæ eroſæ, & humiditatis vitio flaccidæ, colluantur, ſaneſcunt. Idem præſtat lac aſininum, oliuæ foliorum decoctum, acetum ſcillites: arida verò admota, ærugo ferri, cytini. Tumidas excreſcentéſque gingiuas portulacæ ſuccus in ore retentus, muria ex colymbadibus oliuis, [e] calidum. calidum, vel lentiſcinum, vel melinum amurcaq; diſcutit: ſicca autem, ærugo ferri, vel æris, ariſtolochiæ radix, arnogloſſi ſemen, diphryges, atramentum ſutorium toſtum, cytini.

Ad diſrupta labra.

AMVRCA cocta illinantur: vel hoc prodeſt adeps anſerinus cum melle, [f] terebinthina æquali portione, roſarum floris, hyſſopi, roſacei, ſingulorum momentum.

Aduerſus

Aduerſus linguæ morbum qui Batrachus appellatur.

Batrachvs tumor eſt, ad inflammationis ſimilitudinem ſub lingua erumpens, maximè in pueris: itaque locus miſyos, æruginis raſæ pari pondere ſicco perfricatur. Mento autem adhiberi debet medicamentum. Anthera, vel ſphęrion, vel ex ouis parygrum. In adultis remedium eſt venas ſub lingua diuidere. *Ranunculi curatio.*

Alivd. Valet etiam ad oris vlcera, quas Græci Aphthas vocant, æruginis raſæ, gallæ, chalcitidis, ſingulorum æquale pondus cum paſſo. os etiam his colluitur. *Aphthæ.*

Alivd. Erui farina cum melle priùs abſterſis delinitur, galla læuis cum melle, vel roſarum flores ſimiliter. Vel oliuæ foliorum decocto colluant.

Ad tonſillarum inflammationem.

Si in febri tonſillæ, & columella inflammationem ſenſerint, gargarizare conuenit decocto furfurum, aut roſarum, aut [g] palmarum, aut myxæ, aut lenticulæ. Cùm verò inflammatio remittit, conſiſtítue, mel ipſis adiiciendum eſt, quod per initia facere non oportet, nec in augmento: ne acrimonia fluxionem quandam concitent. Vbi in ſuppurationem conuerſa eruperit, gargarizandum eſt ex mulſa vel lenticulæ decocto, vel roſarum: ídque faciundum eſt, donec in totum ſoluatur: aut ſtomatica collutio ad gargarizandum etiam exhibebitur. At ſi peſtifera tonſillis vlcera oboriantur, vtendum quidem & præſcriptis, ſed priuatim exhiberi debet medicamen diamoron ex aqua calida, vel aqua mulſa, quæ roſarum inſperſum florem obtineat, vel coſtum, vel rhus ſicca, vel decocta, vel glauci foliorum aridorum decoctum, quod amarum eſt. optimè autem facit, ſi ſuccum, vt ad collyria vtimur, in mulſa diſſoluis. ipſius autem fruticis ſicci, [ſi inſpiretur] vſus eſt laudatiſſimus, aut ſi digito admoueatur. cura verò habenda eſt, ne prorſus attingatur, aut certè leniter admodùm. Profuit & paſtillus Andronius. Poſt hæc acria irritantiáue, gargarizantur ex medicamento, quod ex dulci radicula quæ glycyrrhize dicitur, conſtat: aut eo quod croco, vino ſcybelite, [h] terra chia, & myrrha componitur. deinde amylo, & tragacantho. Vbi iam conſtiterit vlcerum depaſtio, gargarizandum medicamento ex lacte & ſamia terra confecto. *[ſi inſpirãdo in tõſillas iniiciatur per tubulum.]*

Alivd. Ad tonſillas quæ poſt inflammationem indu-

ruerunt,

Antiades. ruerunt, ἀντιάδας Græci nominant. Ex malo punico dulci cum cortice tuſo ſuccus exprimitur, & eius partes ſex, mellis vni miſtæ coquuntur, donec eis mellis ſpiſſitudo ſit, & perunguntur.

ALIVD. Gallæ omphacitidis vnciæ duæ, aluminis ſciſſilis vncia, ſalis ammoniaci toſti tantundem. Puluere attingito.

ALIVD. Gallæ drachmæ octo, miſyos drachmæ duæ, ſalis toſti drachmæ quinque. vtitor puluere. eſt autem Antias tonſillarum tumor, ſchirrum præ ſerens.

De Vua.

VVA ſi inflammationẽ experitur, gargarizandum ex iiſdem, quæ tonſillæ inflammatæ poſtulant, & mediocriter aſtringentibus, qualis eſt mali punici ſuccus per cochlear, vel inſtrumentum, quod ab vua attollenda Staphileparton appellant, ſubiectus tum per ſe, tum cum melle affatim cocto: vel dulcis radix mali punici ſucco miſta. proficit etiam ſuccus dulcis radicis cum melle illitus. iam Hæmatites lapis vuam reprimit, & phrygius combuſtus, & ageratus: item ex lapide phrygio medicamen ad pudenda inſcriptum. His adduntur terra ſamia, erethrias, ſinopis, lemnia, & omphacium per ſe, & cum horum aliquo. Item ſpinæ ægyptiæ ſuccus & alumen ſciſſile. roſæ verò, & ſemen, & folia lenius operantur, adhuc lenius gummi, tragacantha, ſarcocolla, amylum: quibus vtendum dum magis vua prematur ab aſtringentibus conſtricta. vbi æqualiter craſſa fuerit ipſa, quod vitium iam Vuam Latini, κιόνα Græci propriè dicunt, gargarizationibus fidendum etiam iis quæ ex myrrha, & croco, & iunco anguloſo fiunt. Contuſiones autem cauendæ ſunt. ob quod pinna potius perungere conuenit. compoſitum verò hoc vtile eſt, rhu ſyriaci drachmæ octo, croci drachmæ quatuor, coſti drachmæ octo, roſarum ſeminis drachmæ quatuor. Præterea gingiuis beneſacit, linum [i] ex purpura marina, quod viperæ collo circundatũ ipſam ſtrangulauerit, deinde circumadigatur tonſillis, & colli vitiis, mirabili quodam modo opitulatur, vt Galenus author eſt.

Columella gargareonis vitium.

Ad ſanguinis ex ore profluuium.

PORRI folia contuſa imponuntur, vel ſpongia recens in picem crudam merſa comburitur, in puluerem coacta vtitor, [k] ac valde vtile eſt remedium, & collutiones oris ex roſis ſiccis, aut viridibus. Ad hæc decoctum frigidum, vel

pampino

pampinorum vitis, vel lentiſci foliorum vel rutæ, vel malorum cotoneorum, vel roſarum, vel vuæ acinorum, vel lenticularum.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Dentium dolorem. *Ex quinto Galeni de compoſitione medicamentorum ſecundùm locos ad verbum hoc caput eſt tranſcriptum, niſi quod vbi Paulus ad inflammationem habet, Galenus & Oribaſius ad dolorem dentium medicamenta ſubſcribunt.*

Ad parulidas. *Parulis Græca dictio eſt, à παρὰ quod eſt iuxta, & ὄυλη, hoc ſignat gingiuam. Celſus libro ſexto, capite tertiodecimo: Solent etiam interdùm iuxtà dentes in gingiuis tubercula quædam oriri dolentia παρουλίδας Græci vocant.* Parulis.

Tonſillæ. *Glandulæ quædam ſunt in ore vtrinq; ſingulæ penitius ſitæ, ſpongiis ſimiles, quæ humiditates ex capite recipiant ad fauces humectandas παρίσθμια Græci nominant, quæ ſi poſt inflammationem induruerint, ἀντιάδες appellantur.* παρίσθμια. ἀντιάδες.

Vua. *Græcè eſt κιονὶς,, quod ad verbum ſonat columella. Eſt autem hæc carnoſa quædam particula, in ſumma oris parte ſuſpenſa, vocis plectrum: recipit ea madorem à cerebro quo ſuperiores palati partes humectat. Si plus iuſto humiditatis recipiat, interim laxatur, ac faſtigiata deſcendit, interim inflammationem experitur, & ne potus, nec cibus deuorari poſſit impedit. Veteres Græci γαργαρεῶνα & κίονα recentiores κιονίδα appellant. σταφυλὴν verò quaſi dicas vuam, partem ipſam appellari non vult, ſed affectum. Celſus alijq; Latini ſcriptores etiam partem, vuam nominant.* κιονὶς. γαργαρεών. σταφυλή.

Vbi æqualiter craſſa fuerit. *Paulus præter Galeni morem κιόνα appellandam particulam cenſet, vbi in æqualem craſsiciem intumuerit. Nam interim tenuis, acuta, albaq; cernitur. Interim ima craſſa, ſumma tenuis & liuida eſt.*

CORNARII.

u *Aut galbanum, aut ſulfur, &c.*

x *Thunni ſalſamentum.*

y *Siſtit autem commotos dentes, &c.*

z *Hoc medicamentum cum proximè ſequenti habetur in Aldina editione, capite præcedenti: in poſteriore verò editione Baſilienſi relatum eſt in hoc caput ad dentium affectiones. Et vtrunque mihi videtur eſſe ſuppoſititium: habent enim verba à Paulo aliâs non vſurpata. In primo legitur σμύρνας ἀλήθ, in Aldino codice. In altero σμύρναν ἀλητῆ. Ego σμύρναν μινναίαν lego, myrrham minnæam.*

a *Vtere ſicco cum aceto.*

Ad dentem citra dolorem tollendum.

Farinam cum ſucco tithymali imponito, &c.

b *Piperis grana octoginta.*

ALIVD. *Sulfuris viui, piperis, aluminis ſciſſilis, ſingulorum æquales partes.*

Ad parulidas, & Epulidas.

Parulis inflammatio, &c.

c *Momento.*

ALIVD. *Sal albus melle ſubactus, & fici ſolis, &c.*

d *Vel nardi ſpica, vel folium malabathri, vel cyperus.*

e *Oleum crudum calidum.* ἔλαιον θερμὸν ὠμοτριβές.

f *Et terebinthina æquali portione, floris roſarum, æſypi, &c.*

g *Remittente verò inflammatione aut decreſcente. Græca habent,* ἐνδιδούσης δὲ τῆς φλεγμονῆς, ἢ ἀκμαζούσης. *Remittente inflammatione, aut in vigore conſiſtente. Sed & res ipſa, & verba quæ ſequuntur ſatis oſtendunt legendum eſſe* παρακμαζούσης, *id eſt declinante ſiue decreſcente. Atque ita etiam habet iiſdem planè verbis etiam ſequentia Aetius lib. 8. cap. 45.*

h *Et maſtiche chia. Græcè legitur,* καὶ κρόκου, καὶ χίας, *croco, & chia. Vnde terram chiam accipiendi quibuſdam occaſio data eſt, non animaduertentibus chiam ſimpliciter, maſtichen appellari. Hoc declarat Aetius lib. 8. cap. 49. qui eadem quæ Paulus his verbis tradit.* μετὰ τοὺς ἐκ τῶν τοιούτων φαρμάκων γιγνομένους ἐρεθισμοὺς, πραΰνειν ἀφεψήματι γλυκυῤῥίζης, καὶ τῷ διὰ σηυβελίτου, καὶ μαστίχης χίας.

i *Porro filum lanæ purpura marina infectæ, quod obligatum eſt collo viperæ, ipſámque ſtrangulauit, deinde pro amuleto ſuſpenſum eſt. Habet id Gal. lib. 7. ſimpl. medic. in Glycyſide. Habet & Plinius lib. 30. cap. 5.*

k *Commodæ verò valde ſunt etiam collutiones, roſarum ſiccarum aut viridium decoctum frigidum, aut pampinorum vitis, aut foliorum lentiſci, aut rubi, aut malorum cydoniorum, aut rhois, aut vinaceorum, aut lentium. Græca lectio malè diſtincta & corrupta ſic reſtituatur ex Aetio, & cap. ſequenti* χρήσιμα δὲ σφόδρα ἔστι καὶ διακλύσματα ῥόδων ξηρῶν, ἢ χλωρῶν ἀφέψημα ψυχρὸν, ἢ ἑλίκων ἀμπέλου, ἢ σχίνου φύλλων, ἢ βάτου, ἢ μήλων κυδωνίων, ἢ ῥοὸς, ἢ γιγάρτων, ἢ φακῶν.

De Angina, eiuſq; ſpeciebus: vbi etiam de ſtrangulatis: vel alio modo ſuffocatis agitur. Cap. XXVII.

Inte

INteriorib us faucium, Pharynga Græci vocant, muſculis inflammatis Angina accidit, quæ Synanche Græcis dicitur: exterioribus , Paraſynãche. Eodem modo & in ſuperiore gutturis parte, λάρυγγα Græci nominant, habet: cuius ſi interiores muſculi inflammatione conflictentur, Cynanchem: ſi exteriores, Paracynanchem efficiunt. Hæc autem comitantur omnes. recta ceruice ſpiratio, dolor cum difficultate ſpirandi, nonnullis etiam febricula oritur, faciei rubor, ceruicíſque: & tumor in quibuſdam. os ægri apertum habent, & deuorare nequeunt. Cynanchicos verò ſtrangulatus quoque interdum ſecutus eſt. Pueris rarò talis affectus oboritur, cùm ſcilicet ceruicis vertebræ affectæ loco ſuo excidunt. Verùm illis ceu curationem non recipientibus, ac deploratis, manum admoliri non oportet. Reliquis autem ſanguis protinus è cubito mittendus eſt, ſed non ſubitò ac ſemel, verùm pluribus interpoſitis vicibus euacuabitur. quippè cumulata, ſemelq; facta vacuatione, anima ipſis deficiente, ſuffocationis periculum ſuperuenit, dum materia in affectam partem collectim prorumpit. Si per hæc non leuantur, eas quoque venas incidere conuenit, quæ ſub lingua ſunt, vel ipſa quoque lingua ſcarificanda, ſi propenſior forás cum tumore appareat. Aluus acriore clyſtere ſubduci debet, pedes aqua calida foueri, extremæ partes validè deligari, collum lanis ſuccidis, vel etiam oleo imbutis contegi, crudáq; farina hordeacea, quæ Græcis ὠμὴ λύσις dicitur, modo cataplaſmatis obduci. gargarizandum verò per initia ex eis quæ in tonſillarum inflammatione dicta ſunt, vel ſimplici diamoron, † cum rhu decocto. Potius autem eſt diamoron, quod Sylueſtribus moris conficitur. Deinde & compoſito diamoron, vel eo quod diacaryon à nucibus vocatur, perungantur. Cùm autem morbus viget, conſiſtitq;, & nitri momentum admiſcendum eſt, aut etiam ſulfuris viui, niſi acrimonia quædam prohibeat. Item ſtercus caninum aridum contuſum, & cum melle perunctum, præſtantiſſimum eſt remedium: idque album maximè. item Sylueſtrium hirundinum cinis ſimiliter efficax eſt. Si malum longius progatur, etiam perunctione diabeſaſa vtemur, nunc vires ipſius remittentes, aliorum miſtura, nunc iterum intendentes. Cucurbitula quoque, vel hirudo ſub mento, & circa ceruicem admoueri debet. vtendúmque gargariſmatis ex iride,

Synanche

Paraſynanche.

Cynanche

Paracynãche.

† cum decocto mali punici σὺν ἀφεψήματι ῥοιᾶς.

Goup.

Stercus caninum.

Cinis hirũdinum.

hyſſopo, melanthio, abrotono, dulci radice, ficis pinguibus in mulſa decoctis, vel rutæ ſucco cum lacte, vel ſinapi cum oxymelite. Sin autem ex his quædam acrimonia percipiatur, oleum ipſis quàm optimum calens exhibetur, aut roſaceum per ſe, aut cum cremore ptiſanæ, aut fœnugræci gargarizandum. Cibus ſit triduo aqua mulſa, inde ptiſanæ cremor cùm dulci quadam potione, deinde & ouorum lutea perliquida, ac ſorbitionibus vtendum ex chondro, vbi deuorare melius cœperint, & cibis qui ægri viribus reſpondeant. Cùm morbus cœperit, inclinare, ægri deambulationibus & balneo credentur: pars affecta cerato ex oleo rutaceo operietur, reliquáque virium recolligendarum ratio, vt par eſt, adhibebitur. Porrò ex ſtrangulatis, [1] quibus ſpuma iam circa os emanát, manus admoueri non debet, ſi Hippocratis cõſilio acquieſcimus. Alij verò vitæ reſtituuntur, aceti infuſione & piperis, vel vrticæ ſeminis in aceto triti acerrimi. Verùm quia ægrè magnóque negotio aſſumunt, compellere eos ratio eſt. Diſcuſſis autem colli ruboribus, ſtatim ſurſum reſpiciunt, & ad ſe redeunt. ſimili modo in his qui naufragium paſſi ſunt. Summatim in omnibus qui ſuffocantur. Nam ita horum calor recreatur, refocillatúrque.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Angina. *Apud recentiores medicos varia ſunt anginæ nomina nunc per literam κ. nunc per σ. inchoantia. At Galenus commentario tertio in prognoſtica Hippocratis parum intereſſe dicit, modò de re ipſa conſtet, κυνάγχην, an συνάγχην proferas. Ibidem etiam tres anginæ ſpecies enumerat ex Hippocratis ſententia: Peſſimè inquiens, agunt, qui vehementer quidem dolent, nullum autem in ceruice & faucibus ſymptoma experiuntur. His ſuccedunt, qui quidem non difficulter ſpirant, verùm dolent grauiter, collum ipſis intumeſcit, fauces apparent rubicundiores. Poſtremi neq; dolent, neque ægrè ſpirant, ità vt ſuprema gutturis pars, λάρυγξ Græci nominant, incolumis quidem ipſis permaneat, ſed fluxio magna parte bilioſior aut in fauces, aut in collum, aut in vtraque deſcenderit, &c. Rurſus libro quarto de locis affectis quatuor ſpecies recenſet. Paulus item noſter quatuor enumerat, pro muſculorum vel interiorum, vel externorum inflammatorum ratione. Ego ſanè muſculos primùm intelligendos puto, qui in ore circa linguam ex omni parte habentur: qui ſuperiores palatum verſus eam mouent: qui inferiores deorſum. Laterales in latera adigunt. plurimi ex oſſe 8. Græcam*

Species anginæ.

literam

literam υ referente prodeunt. Deinde duodecim proprios, ſummæ arteriæ parti, quam λάρυγγα vocant, octo autem communes, qui ſcilicet laryngem corporibus vicinis colligant: necnon eos qui ceruicem conſtituunt. Iam muſculis qui œſophago ſubiiciuntur, inflammatis, angina quædam oriri ſolet.

Faucium Pharynga Græci vocant. *Magna harum vocum ambiguitas apud authores inuenitur. Vndè fit, vt pleriq; Græcorum librorum interpretes mirum in modum torqueantur & ſubindè etiam aberrent. Itaque φάρυγξ duo ſignificat, nempe fauces, & aſperam arteriam. Fauces dico regionem intra os, vbi tum gulæ, tum aſperæ arteriæ extrema concurrunt, Grammatici genere diſtinctionem faciunt hoc pacto: Pharynx fœminino genere prolata, propriè dictam pharyngem, hoc eſt fauces ſignificat. Hæc autem eſt oris ampla capacitas poſt linguæ radicem ſita. Maſculino autẽ genere dictus pharynx, laryngem, quod eſt arteriæ aſperæ ſummum vel ipſam arteriam ſignat. Hippocrates libro prognoſticon per dictionem φάρυγγα in fœminino genere fauces etiam intelligit, cum ait: φάρυγξ δὲ ἑλκουμένη σὺν πυρετῷ δεινόν. Paulò poſt, αἱ δὲ κυνάγχαι δεινόταται μὲν εἰσι, καὶ τάχιστα ἀναιροῦσιν, ὁκόσαι μήτ' ἐν φάρυγγι μηδὲν ἔκδηλον ποιοῦσι, hoc eſt: Anginæ grauiſſimæ ſunt, & cito interimunt, quæ neq; in faucibus, neque in collo quippiam maniſeſtum edunt, &c. Hanc ſententiam Galenus exponens inquit, Quòd pharyngem nominat regionem, gulæ & aſperæ arteriæ ſummo præpoſitam, nemo ignorat. Rurſus φάρυγγα δὲ τὴν ἐν τῷ διανοῖξαι τὸ στόμα, καὶ πιλῆσαι τὴν γλῶσσαν κάτω φαινομένην εὐρυχωρίαν ἐν ᾗ τὰ δύο στόματα ἐστὶν τό τε τοῦ στομάχου, καὶ τοῦ λάρυγγος. At pro larynge, & aſpera arteria poſitam, non ſolum in maſculino genere, vt Suidas putat, ſed etiã in fœminino inuenias: præcipuè apud Galenum, vt ſecundo de placitis Hippocratis & Galeni: τὸ μὲν γὰρ τῆς τραχείας ἀρτηρίας ἄνω πέρας δὴ καὶ φάρυγγα προσαγορευόμενον. Ibidem ἐπὶ δὲ τούτοις ἅπασιν ἑξῆς ὑποδείξομέν σοι τὸ τῆς φωνῆς ἴδιον ὄργανον τὸν φάρυγγα, καὶ τοὺς κινοῦντας αὐτὸν μῦς. Hic pro larynge accipit: de qua ita ſcribit, octauo de vſu particularum: καὶ τό γε πρῶτόν τε καὶ κυριώτατον ὄργανον τῆς φωνῆς ᾧ λάρυγξ ὄνομα, τὸ ἄνω πέρας ἐστὶ τῆς τραχείας ἀρτηρίας ἣν δὴ καὶ φάρυγγα καλοῦσιν ὁμωνύμως τῇ πρὸ τοῦ λάρυγγος, hoc eſt: Ac primum, principaliſſimúmque vocis inſtrumentum, quod larynga nominant, ſuperior pars aſperæ arteriæ exiſtit, quam ſanè etiam pharynga vocant, eodem nimirùm vocabulo quo pharynx (id eſt, fauces) ante arteriæ aſperæ caput, nuncupatur. Atque hîc in fœminino genere, vt ſuperius in maſculino poſitum eſt nomen*

φάρυγξ.

λάρυγξ.

pharyngis, contra grammaticorum opinionem. Pollux audiendus non eſt, qui τὸν φάρυγγα maſculino genere prolatum, pro gulæ extremo accipiat.

Nota. Pueris raro talis. *Pueris interim vertebræ colli è loco ſuo excidunt, propter ligamentorum, quæ eas connectunt imbecillitatem, Vndè Angina periculoſiſsima oritur, quæ nullis cedit remediis, quare ei admouenda manus non eſt. Intelligenda autem ſunt hæc,*

Pueris raro talis, *Raro quidem, ſed tamen interdum Angina hæc accidit, idq́; in pueris magis quàm adultis, ob cauſam ſuperius dictam. Hippocrates huius meminit libro ſecundo* περὶ ἐπιδημιῶν *in iſtum ferè modum:* ἦν δὲ τῶν κυναγχικῶν παθήματα τοιάδε, τοῦ τραχήλου οἱ σπόνδυλοι ἔσω ἔρρεπον τοῖς μὲν ἐπιπλέον, τοῖς δὲ ἐπ᾽ ἔλαττον.

Porrò ex ſtrangulatis. *Hippocrates lib. 2. aphoriſmorum hanc profert ſententiam* τῶν ἀπαγχομένων καὶ καταλυομένων μήπω δὲ τεθνηκότων οὐκ ἀναφέρουσιν οἷς ἂν ἀφρὸς ᾖ περὶ τὸ στόμα, *hoc eſt, Quibus ſtrangulatis, ſolutiſque, nondum verò mortuis ſpuma circa os extiterit, non reſtituuntur.*

Diſcuſſis autem colli. *In Græco codice eſt* διαλυομένων δὲ τῶν περὶ τὸν τράχηλον ἐρυθημάτων, *quod anteà verteram, Simulátque verò colli impedimenta diſſoluuntur, intelligens nimirùm vincula quibus ſtrangulantur.*

CORNARII.

l Locus eſt apud Hippocr. lib. 2. Aph. 43. τῶν ἀπαγχομένων καὶ καταλυομένων, *&c. Conuertit vetus interpres, Strangulatorum & diſſolutorum. Theod. Gaza. Qui ſtrangulantur & euertuntur. Leonicen. Strangulati atque diſſoluti. At nos non* καταλυομένων, *ſed* καταδυομένων *legendum eſſe putamus, & ſic Aph. conuertimus. Ex his qui ſtrangulantur, & ſubmerguntur, nondum autem mortui ſunt, non reconualeſcunt quibus ſpuma circa os fuerit. Primùm Gal. in commentario vocis* καταλυομένων *nuſquam meminit, ſed* ἀπαγχομένων *vocem ſolùm exponit, quaſi ad ſolum laqueum pertineat: cauſámque hanc reddit, cur ſpuma circa os pernitioſum ſit ſignum, quia vim pulmonis indicat, quam patitur dum animal ſtrangulatur. At non ſolùm in his qui laqueo ſtrangulantur ſpumam circa os apparere ſcimus, ſed etiam in his qui in aquis ſubmerguntur. Quare de vtriſque Hippocr. hoc aphoriſ. dixiſſe videtur,* τῶν ἀπαγχομένων καὶ καταλυομένων. *Nam putandum non eſt Hippoc. loqui de his qui ob morbi, aut veneni violentiam ſuffocantur, velut in cynanchicis, vt Paulus ait, & ſyderatis, & comitiali morbo correptis accidit: hi enim reuocantur ſæpe, etiam ſi ſpuma circa os ipſorum*

vum appareat. Quod ſi ad hos vſque Aphor. ſententia ſe extenderet, nec Galen. id prætериiſſet. De duplici igitur externa vi ſuffocationis, & per aquam, & per laqueum Hippocr. loqui probabile eſt. Proinde etiam hoc loco Paulus de ſtrangulatis & naufragis coniunctim agit. Ita Aetius lib. 8. cap. 49. Poſtremò ſi vox κα-ταλυομένων de his qui ex ſtrangulatis diſſoluuntur accipienda eſſet, non neceſſe fuiſſet adiicere coniunctionem καὶ, quum integra ſententia ſine ipſa ſit, hoc modo. τῶν ἀπαγχομένων καταλυομένων, id eſt, ex his qui dum ſtrangulantur exoluuntur. Iam verò καὶ particula adiecta, de duplici ſermonem eſſe oſtendit, ſcilicet de iis qui ſtrangulantur, & de iis qui ſubmerguntur.

De grauedine, deſtillatione, raucitate, & tuſſi.

CAPVT XXVIII.

COmmunis eſt hiſce vitiis, excrementitij humoris ex capite in ſubiectas partes deſcenſus: ſi in nares decumbit *Coryza.* κόρυζα Græcis, grauedo Latinis appellatur: ſi in fauces, & palatum, ſimplici vocabulo καθάρρος, nobis deſtillatio. ſi in *Catharrhus.* guttur, & aſperam arteriam defluxerit, vt etiam membranam interiorem quæ hanc integit, exaſperauerit, rauca vox efficitur, vocatúrque malum Græcè βράγχος & ἀρτηρίακον, *Branchos.* Latinis raucitas: In quibus non ſolùm ex capite, ſed etiam vehementi clamoris conatu, & ſpiritus inſpiratu frigidi aſperitas contrahitur inflammatoria. Si morbus perſeueret, fluxióque in pectus, pulmonéſq; defertur, tuſſis oboritur ipſis *Tuſſis.* maligna, ac contumax. Iam & propter intemperiem ſubinde tuſſis accidit, interim ob calidam, vt in febribus: interim ob frigidam, vt aquiloniis diebus, eáque magis ſicca eſt. Iam verò aliis quoque morbis tuſſis nonnunquàm ſymptoma efficitur: verbi gratia, pleuriticis, iecorariis, phthiſicis, pulmonariis. Galenus itaque in diuturna tuſſi grandines quaſdàm ex pectore educi memoriæ mandauit. Alexander au- *Lapides tuſſi, & in ſanguinis reiectione excreti.* tem calculum quendam grauem, qualis in meatibus vrinariis naſcitur, poſt longam tuſſim expulſum: ac indè illam quoque ceſſaſſe prodidit. Porrò nos in ſanguinis reiectione calculos excerni vidimus, quemadmodùm cum illuc peruentum erit, exactius commemorabimus. Qui igitur ex æſtu grauedinem, vel deſtillationem concipiunt, his caloris ſenſus oboritur circà partes affectas, acris tenuíſque humor deſtillat, tum per nares, tum per os, faciéſque rubeſcit, & naſus. Qui ex frigore, iis caput vndique & frons diſtenditur:

meatúſque oſſium quæ à colo Ethmoide vocant, clauduntur, ne vox deorſum per nares tranſmeet: ſi verò longius malum trahatur, tuſſis quoque affligit, pituita educitur, nunc cruda & liquida, nunc viridis. Quibuſdàm & febris ſuperuenit: quæ ob æſtum laborantes nihil iuuat: frigore preſſis, etiam concoctionem efficit.

Febris vtilis.

Curatio deſtillationis, & grauedinis.

VBI calida præpollet intemperies iis pugnãdum eſt præſidiis, quæ dolori capitis ex tali cauſa contracto cõueniunt. balneo vtendum eſt, caput aqua copioſiore calida perfundendum. m Cibi verò his proderunt ad ſorbitionem aptati, oua ſorbilia, amylum, liba dulciaria, quæ Itria dicuntur, ſeſama, necnon amygdala. item nux pinea, & quæ ex lacte fiunt bellaria: vina dulcia, non vetera. medicamentum diacodion linctu aſſumptum, & quæ his congruunt compoſita auxilia. Quòd ſi frigida intemperies afficiat, & morbus contumax ſit, modico vtendum cibo eſt, caput calefacientibus, tenuiq; ſubſtantia præditis nardino, rutaceóque debet perungi. Irinum verò non ſolùm illinitur, ſed etiam naribus inſtillatur: intus nares thure, & myrrha cum oleo perunguntur, præſertim ſi perfrictio grauedinem crearit. Alios naribus odoranda adhibita iuuarunt, vt lacineæ panniculorum combuſtæ, vel melanthium, vel cuminum vſtum, illigatúmque in panniculo. Iam cyphi ſelenaicum, id eſt lunare olfaciant, frontíque illinatur, cui ſimul vnum ex emplaſtris, quæ inflammationem arcent, agglutinabitur. Exempli gratia, Iceſium, vel Oxera, vel Barbarus, vel Athena. Ad diſtillationem vero ex frigore ortam, & cyphi potus vtilis eſt. Thorax autem balſami liquore illinetur, idémque per lanas ſuccidas cum ſtyrace, & irino, vel anethino circunfouebitur. Cibis calidioribus, & ad concoctionem promptis vti commodum eſt. vbi iam materia concoquitur medicamen quod pituitam per os educat, idoneum erit, tum capitis ſmegmata, nempè Conſtantini ſapo, atque eius generis conſimilia.

Raucitatis curatio.

RAVCITATI quam Arteriacum & Branchum appellauimus, competent quidem ſuperius comprehenſa, verùm priuatim vbi arteria, & caput eius quod Larynx dicitur, inflammatoriam quandam affectionem experiuntur, emplaſticis, id eſt, obſtruendi meatus facultate præditis per initia

vtemur,

vtemur, donec inflammatio remiſſior euaſerit: talia verò ſunt quæ ex paſſo cretenſi, tragacantha, gummi & amylo conſtant. Item pinguium palmularum decoctum, & dulcis radicis cum ſapa, donec mellis ſpiſſitudinem conquirat. Item compoſitionum quas quòd ſub lingua teneantur, ὑπογλωττίδας appellant, vſus eſt. Antè omnia vinum hoc tempore circuncidendum. poſtquam inflammatio moderatior fuerit reddita, vinum dulce aſſumetur, tum confecta ex melle, lacte, cum amylo, vel pane ſiligineo. Adhæc ſorbitiones ex amygdalis, butyrúmque vtile. At ſi humor in particulas ſe receperit, tranſeundum eſt ad ea quæ valentius abſtergunt, cuiuſmodi eſt ferculum ex faba freſa paratum, & quæ ex melle præparantur. His adde braſſicam, & porra probè cocta. medicamenta verò calidiora, & ad tuſſim accommodata proſunt, quæ conſtant ſapa ex ficis pinguibus confecta, thure iride, terebinthina, ſtyrace, galbano, pipere, cinnamomo, caſia, & his ſimilibus. *Sapa ex caricis.*

De Tuſsi.

TVSSIS quoq; eadem ratione curanda. hoc ſolùm inſpicitur, num aliarum particularum conſenſu fiat, vt gurgulionis diſtillantis, vel capitis, an aliis morbis coincidat. His vbi quàm fieri poteſt optimè erit perſpectum, quemadmodum à me comprehenſum eſt, dicetúrque in poſterum, tuſſis curationem moliere. Compoſitorum verò præſidiorum enumeratio hìc ſubiecta eſt.

Catapotia ad diſtillationem in fauces & tuſsim.

STYRACIS, myrrhæ, opij, galbani, ſingulorum pares portiones. paſſo excipiuntur, vel priuatim in pila contundūtur, & ad magnitudinem erui terna, quaternáue, aut quina, noctu dormituro dantur: paſſumque ſuperbibitur. Hæc ad acrem tenuémque fluxionem valent.

ALIVD. Alterci ſeminis drachmæ duodecim, nucleorum pineorum drachmæ ſex, croci drachmæ duæ. ſapa, vel paſſo in vſu excipiuntur.

Eclegma.

MELLIS vncia, butyri ſemuncia, ſimul incocta exhibentur: item ex hyſſopo, ficubus, nucleis pineis, & iride decoctum ſorbetur.

Catapotia ad veterem tuſsim accommodata.

STYRACIS drachmæ ſex, myrrhæ drachmæ duæ ſemis,

terebinthinæ, galbani, opopanacis, iridis, ſingulorum drachmæ duæ, piperis albi, nitri, ſeminis alterci, lacrymæ papaueris, ſingulorum drachma, ſine vllo liquore in pila tuſa in catapotia rediguntur. vtitor vt prædictum eſt.

Ad aſpredinem gutturis, tuſſim, & ſputum cruentum.

AMYGDALA amara, quibus cortex ſit detractus vigintiquinque, ſeminis lini torrefacti drachmæ quatuor, tragacanthæ drachmæ duę, pini nuclei triginta, [n] oui in adipe cocti luteum. Tragacanthum aqua maceratur. Totum verò paſſo excipitur: ſi verò & ſonus vocis fuerit oblæſus, mel miſcetur in paſſi vicem, & pręſertim in quibus educi ex gutture aliquid oportet.

Arteriace, quæ quod ſub lingua teneatur Hypogloſſis appellata, facit ad abſciſſionem vocis, raucitatem. item ad eos qui ægrè reiiciunt, Anaphoricos Græci nominant.

TRAGACANTHAE drachmæ ſex, gummi tantundem, myrrhæ drachma, thuris drachma vna ſemis, piperis albi grana viginti, croci drachma vna, dulcis radicis ſucci drachmæ ſex, palmularum trium caro, paſſi cretici, quantum ſufficit. Atque ſuccus tragacanthæ ſolus ipſe ſub lingua loco dulcis radicis ſucci retentus. Eiuſdem decoctum dum ſpiſſitudinem habeat quadruplum inditur.

Arteriace, ad abſciſſum vocis ſonum conuenit, & eos qui vocis exercitio vtuntur.

PORRA ſex coquito, vſque ad tertias, atque ipſa proiicito, iuri ipſorum ſuccum halicæ admiſceto, mel & ouorum priùs decoctorum lutea tria ſimul incoquito, circumagitans anethi ramuſculo.

Compoſitio ad tuſſim, Græcè Bechicon appellatur.

PVLEGII ſextans, nucleorum pineorum, cnici ſeminis, lini ſeminis, ſingulorum vncia, piperis cocti triens, melle cocto excipiuntur.

ALIVD. Hyſſopi, pulegij, piperis, ſingulorum vncia, petroſelini ſemuncia.

Medicamentum tuſſim veterem concoquens.

MELLIS drachmæ ſedecim, terebinthinæ drachmæ duæ, galbani drachmæ quatuordecim. Vbi ſimul fuerint incocta, orbiculi finguntur circa fabæ magnitudinem, nucíſue auellanæ. atque ex his delingitur.

ALIVD. Aridã tuſſim curant tum arteriaca medicamenta, tum

tum aquæ nonnunquam feruentis ſorbitio. nam dum propter pituitæ craſſitiem non excreant, reiiciúntque, humectantibus aliquantulum iuuantur. cæterùm conuenit ipſis etiam hyſſopi, iridis, & pinei nuclei decoctum.

Paſtillus à fumo dictus Capniſtos ad tuſsim continuam.

STYRACIS, piperis, maſtiches, petroſelini, ſingulorum vnciam, ſandarachæ ſcrupulos ſex, baccas lauri duas. Melle excepta in carbones proiicito, fumúmque excitato, vt tuſſiens hunc per infundibulum aſpiret. conuenit & qualemcunque perfrictionem expertis.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Grauedo. *Celſus libro quarto dictiones Græcas eleganter exponit, κορύζαν grauedinem nominans, καταστάγμας, vel vt Paulus habet, καθάῤῥους deſtillationes.* κόρυζα.

Aquiloniis diebus. *Græcè eſt ἐν βορείοις καταστήμασι, quod eſt aquiloniis aeris ſtatibus ſeu cõſtitutionibus. Ego Celſum ſecutus ſum.*

Tuſſis. *Tuſsis variis de cauſis excitatur, nunc ob intemperiem, nunc ob humores, vel tenues, vel craſſos ex alto deſcendentes. Interim ob iocinoris inflammationem: interim ob pulmonis affectum.* *Tuſsis.*

Anaphoticos. *Interpretatus ſum eos qui ægrè reiiciunt, ſcilicet qui craſſa glutinoſaq́; ex pectore reiiciunt: hi enim difficulter propter craſsiciem educunt. Sunt qui ad ſanguinem reiicientes referant, mea opinione, incommodè.* *Anaphetici.*

CORNARII.

m *Cibi verò his conueniunt ſorbiles, & oua ſorbilia, & amylum, & dulciaria liba, & ſeſama, & orizæ, & amygdalæ. Græca habent,* τροφαὶ ἢ τούτοις ἁρμόζουσαι αἱ ῥοφηματώδεις, καὶ τὰ ὠὰ τὰ ῥοφητὰ, καὶ ἄμυλος, καὶ ἴτρια, καὶ σήσαμα, καὶ εἰσὶ καὶ ἀμύγδαλά τε, &c. *Vbi* καὶ εἰσὶ καὶ ἀμύγδαλά τε *aperte corruptum eſt, quum hæ voces* καὶ εἰσὶ καὶ *nihil huc pertinens ſignificent, ſed ſuppoſitæ ſint pro re aliqua quæ ſimilis ſit aliis quas hîc defluxu & grauedine laborantibus, in cibis commodas eſſe dicit. Hanc autem oryzam eſſe tum reliquorum ciborum affinitate, tum quòd moderatè nutrit, & aluum ſiſtit inducor: & fieri potuit, vt* καὶ εἰσὶ καὶ *voces pro recta lectione* καὶ ὄρυζαι *expreſſæ ſint.*

n *oui in fermento oblito aſſati vitellum.*

De Orthopnœa, Suſpirio, & ſpirandi difficultate.

Cap. XXIX.

QVi febris expertes, crebrò, veluti à citatiore curſu reſpirant, ab accidenti quod ſuperuenit, noſtris Suſpirioſi,

rioſi, Græcis ἀσθματικοὶ appellantur, iidémque hinc quòd omnem figuram totius thoracis rectam ſeruent, ſtrangulari metuentes, Orthopnoici dicuntur. creatur hoc mali cum fiſtuloſæ pulmonum cartilagines craſſis, glutinoſiſq; humoribus fuerint infarctæ. ſpirandi autem difficultas commune eſt ſymptoma, quod & his, & aliis compluribus affectibus ſuperuenit. In curandis ſuſpirioſis huc omnis cura dirigenda eſt, vt per extenuantia, abſtergentiaque medicamina glutinoſus humor, & craſſus abſumatur. Acetum igitur ipſis conueniet ſcillites, & oxymelitis ex ipſo præparati potio, ipſaque ſcilla toſta læuigataq; cum melle. Ex antidotis hiera, & purgatio continua ex validiſſimis medicamentis petita, à radicula vomitus, ariſtolochia rotunda pota, centaurij magni radix, ſpondylij ſemen, ° radixq;, calaminthæ ſemen, hyſſopus, iris, melanthium. Aſellorum qui ſub aquariis vaſis agunt ſextarius in vas fictile coniectus, carbonibus ſubditis frigitur, vbi candorem acquiſierint, teruntur, & melle cocto excepta myſtri menſura ante cibum ſecundúmque ipſum dantur. Quòd ſi neceſſitas vrgeat, etiam vena ante hæc omnia incidetur, & quantum vires patiuntur ſanguinis detrahetur: aluus clyſteriis ſollicitatur, Thorax à foris, ficubus & lolij farina obducendus eſt, cui adiecta ſit reſina, cera & mel. Inſpergatur autem ipſi iris & manna. Non inutilis eſt & farina hordei cruda, cum reſina, cera, iride, & manna. vnguentis autem vtendum calidioribus, irino, anethino, rutaceo. Sed quod ſubſcribitur medicamentum, huic vitio propriè dicatum eſt: pumicis pars vna, fæculæ, quæ eſt vini fæx combuſta, partes quatuor, auripigmenti pars vna, iunci rotundi floris partes duæ, alcyonij pars vna, aphronitri partes duæ. Contuſa incernuntur, vnguentíſque excepta, thoraci infricantur. Malagmatis vtendum eſt quæ ſeroſas ſuperfluáſque ſanguinis humiditates, Græci ἰχῶρας nominant, poſſunt extrahere.

Orthopnoici.

Potio ſuſpirioſis apta.

POLII, abrotoni, caſtorei, chamæpityos, guttæ ammoniaci, ſingulorum par modus. Melle ſubacta exhibentur.

ALITER. Nonnulli dederunt aphronitri cochlearium cum tribus mulſæ cyathis.

ALIUD. Aphronitri drachmæ nouem, piperis drachma, ſilphij drachma ſemis. Cochlearium ex aqua datur.

ALIVD. Caſtorei, ſuffiminis ammoniaci, ſingulorum drachmæ ſex, piperis grana viginti, paſſo excipiuntur. Inſtar fabæ cum mulſa exhibetur.

ALIVD. Sinapi drachma, nitri ſpumæ tres oboli, p elaterij ſemiobolus. Totum in paſtillos octo digeritur. Bini duobus diebus offeruntur, nam ſine moleſtia ſupra purgant. His qui præfocantur, aphronitri drachmæ tres, cum tribus hydromelitis cyathis aſſumentur, ac cum cardamomo nonnunquam, ſubitò auxiliatur. benefacit etiam coxendicibus.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Qui febris expertes. *Galenus libro ſeptimo de compoſitione medicamentorum ſecundum locos copioſius hæc. Aetius item & Oribaſius ante Paulum penè eadem tradiderunt: non autem eo compendio quo Paulus, vſi ſunt. Cæterùm* ἆσθμα *ſuſpirium verti: quod Latinè etiam dici poſſit anhelatio.* ἆσθμα.

Acetum ſcilliticum. *Valentia hîc commemorat medicamenta, purgationémque fortiſſimam, ea nimirùm ratione, quòd multas numero partes pertranſire oportet, antequam ad pulmonem perueniant, nempe os, gulam, ſtomachum, ventriculum, tenuia inteſtina, venas meſeraicas, venas in ſima parte iocinoris: item eas, quæ in gilba habentur, hinc venam cauam, poſtremò pulmonem.*

CORNARII.

o *calaminthæ coma.*

p *Elaterij dichalcon, hoc eſt oboli dimidium. Græcè ſic:* ἐλατηρίου δίχαλκον, ὅ ἐστιν ἡμιωβόλιον. *Eſt autem dichalcon pondus æreolorum duorum. Si itaque Pauli rationem de ponderib. lib. 7. traditam ſequi voluerimus, non habebimus hîc integram lectionem. Sunt enim duo æreoli quarta oboli pars, & non oboli dimidium. nam obolus æreolos octo complectitur. Quare non* δίχαλκον, *ſed* δίχαλκοι. β. *legendum eſſet, hoc eſt æreoli quatuor, hi enim oboli dimidium faciunt.*

De peripneumonia. Cap. XXX.

PEripneumonia pulmonis eſt inflammatio, quæ plurimùm ex valentibus in eam partem diſtillationibus, aut angina, aut ſuſpirio, aut pleuritide, aliíſue morbis contrahitur. Aliquando etiam ipſa inflammatio affectus origo eſt. Hanc ſubſequitur ſpiritus difficultas, febris acuta & ardens, grauitas diſtenſióque pectoris, tumor & magna repletio faciem occupat, materia ſurſum ignis inſtar imperum faciente. Malæ itaque in his rubent, oculi intumeſcunt, ſupercilia deorſum nutant, tunica oculi Ceratoides, ob cornu imaginem

nem dicta, in pinguedinem langueſcit. Cùm verò ſigna ad æſtum flagrantiorem declinare videntur, pulmonis inflammatio Eryſipelatis naturam reſipiens, ſubeſſe exiſtimabitur.

Peripneumonia aliis morbis ſuccedens.

In iis igitur, qui ex aliis morbis huc decidunt, ſanguinis detractio vitanda eſt, maximè ſi diu hoc in ſtatu fuerint, vel ſi per initia ſanguinem dimiſerint. Verùm aluus in morbi remiſſione clyſtere ducenda eſt, ſi ægrè reſpondet, aut cucurbitulæ, vbi nihil obſtat, pectori, & lateribus admouẽdæ ſunt, eæq; prægrandes, & multæ, cute inciſa.

Peripneumonia primò inuadẽs

Sin autem peripneumoniæ affectus ſtatim ab initio inuaſerit, ſanguinem mittere, ſuffragantibus qui huc requiruntur numeris, ex vſu eſt: ſin minus, cucurbitulas certè defigere: quibus tantùm elicietur ſanguinis, quantùm vires patiuntur. Quòd ad cibum verò attinet, danda eſt ſorbitio ex ptiſanæ cremore, & chondri cum melle, vel ex amaris amygdalis cum ſimilagine, aut chondro, dulci quadam potione admiſta, hydromalo, vel apomelite, vel hydroroſato. Rectè ſumitur & recens butyrum, cochlearibus circà tribus. Propinatur autem ipſis ficuum cum hyſſopo decoctum, vel iridis in mulſa coctæ, vel læuigatæ inſtar duum cochlearium mulſæ inſperſorum. Hoc itidem ab inferioribus partibus expurgat. At virtutis tuendæ gratia, crebrius potui aſſumetur mulſa per ſe, & cum nucleis pineis, ac cucurbitulæ vniuerſo thoraci lateribúſque agglutinabuntur. Ceratum verò cyprinum quod contineat iridem inſparſam, imponetur, vel ceratũ ex rutaceo oleo, & iride ſicca, vel epithema ex cera, reſina medulla ceruina, butyro, œſypo medicamento, iride ſicca, & nardino vnguento.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Tunica oculi ceratoides. *Ex octauo Oribaſij hæc ſunt tranſcripta. Dixi autem in pinguetudinem langueſcit, pro modicè aut leuiter pingues ſunt. Græcè eſt* ὑπολιπαροὶ φαίνονται, *hoc eſt ſubpingues apparent. Locutio eſt Pliniana in pinguedinem langueſcit.*

Suffragantibus qui hûc req. *Græcè eſt* ἐπιτρεπόντων μὲν τῶν εἰς τοῦτο ἀριθμῶν. *hoc eſt ad verbum, permittentibus quidem ad hoc numeris. Quæ ſententia obſcura quibuſdam videri poſſit. Hoc autem ſibi vult, omnibus quæ huc requiruntur, indicationibus conſentientibus: nempe viribus, morbi natura, ætate, & aliis id genus reliquis.*

Hydromalo. *Hoc eſt potione dulci ex malis Cotoneis, melle & aqua confecta.*

Hydroroſatũ Actij iunioris.

Hydroroſato. *Huius etiam miſturam Paulus libro ſeptimo exponit,*

ponit, ex roſis, aqua & melle. Recentiores autem Græci, vt Actuarius, paulò delicatiorem compoſitionem hydroroſatum appellant. ea recipit aquæ libras decem, Zucchari libras quinque, hæc ferueſcunt vnà donec ſpiſsitudo fiat: poſtea additur ſucci roſarum libra. Febribus conuenire dicunt.

Iridem inſparſam. *In Græco codice eſt,* ἴρεως ἐμπεπλασμένης. *malè nimirùm, pro* ἴρεως ἐμπεπασμένης.

Epithema. *Hæc dictio quidem in Græco non eſt, ſed intelligenda venit. Nam Aetius eam apponit. Ceterùm per reſinam, intellige terebinthinam, Per medullam, ceruinam. Nam iſta ſunt excellentiæ vocabula, Per œſypum, quod in Græco eſt,* ὑσσώπῳ, *intellige medicamentum liquidum in ſeptimo deſcriptum. Aetius legit* οἰσύπου ὑγροῦ, *hoc eſt œſypi liquidi. Ceterùm iridem ſiccam mandi detritam, ac in puluerem redactam.*

CORNARII.

q *Verùm ad virium conſeruationem frequentiùs potent aquam mulſam per ſe, & cum nucleis nucis pineæ, & cucumeris ſemine. Verùm ad totum thoracem ac coſtas imponere oportet ceratum cyprinum, iridem inſperſam habens. Aldinus codex ſic habet,* πρὸς ἢ τὴν φυλακὴν τῆς δυνάμεως, συχνότερον αὐτοὺς ποτιστέον τῷ μελικράτῳ κατὰ μόνας, καὶ μετὰ πιτυΐδων, καὶ σικύου. ἐπιτιθέναι δεῖ, *&c. vbi deeſt vox* σπέρματος *poſt* σικύου, *vt accipiamus aquam mulſam vel per ſe, vel cum nucleis pineis, & cucumeris ſemine bibendam eſſe. Deinde poſt* ἐπιτιθέναι *ponenda particula* ἢ, *quæ tamen etiam abeſſe poteſt, ſi ſequentia à præcedentibus probè diſtinguantur. Quòd autem de cucurbitulis affigendis hîc non loquatur, ex ſuperioribus conſtat: nam aliquot lineis præcedentibus de ipſis mentionem fecit. Et Aetius lib. 8. cap. 66. hanc noſtram ſententiam habet. Quòd verò cucumeris ſemen commodum ſit peripneumonicis, itémque pleuriticis, ex multis Aetij locis, præſertim cap. de pleuritide & tabe colligi poteſt.*

De cruentis ſputis. Cap. XXXI.

CRuentum ſputum ſi diſrupta vaſorum commercia excitarint, multum ſanguinis euacuabitur. Et quidẽ modò manifeſta ex cauſa, vt alto delapſu, clamore, & conſimilibus, modò ex occulta, veluti plenitudine, aut frigore immodico, [r] nam id venis rumpendis eſſe habile ſcribit Hippocr. Si verò exeſa parte aliqua ſputum cruentum æditur, non confertim, ſed paulatim ſanguis reiicitur, ſic vt acres quidam prauique cibi, vel inedia, vel acris ex capite deſtillatio præceſſerit. At ſi ex adapertione, ἀναστόμωσιν appellant, nullum *Sputũ ſanguinis ex vena rupta.* *Exeſa.* *Aperta.*

nullum quidem ex prædictis, præterquàm plenitudo interdum præcedit, ſed victus humidior, calidiórque, balnei immoderati vſus, calidi nimis loci inhabitatio, morbum facere videbitur, & neque inflammationes, neque febres, neque dolores experientur: ſicut in iis euenit, qui exeſo vaſorum corpore, διάβρωσιν appellant, ſanguinem reiiciunt: Imò contrà leuius faciliúſq; agent (vt veriſimile eſt) euacuati. Quòd ſi hæmorrhoides, aut mulierum menſtrua non reſpõderint, etiam periculis erumpens ſanguis ſubtrahet. Idem verò hîc pariter iis qui ex vaſe plenitudinis cauſa rupto vacuantur, ſatis ad valetudinem proderit, niſi ex vlcere, aut immodica vacuatione noxam ſenſerint. Quæ verò exeſis vaſorum tunicis ſanguinis fit euacuatio, nunquam commodè cadit, facitq; valetudini. Quòd ſi per vomitum excreetur, clarum eſt eum ex ſtomachi, aut ventriculi regionibus procedere. In quibus & per anum infrà deſcendens nonnunquam vacuatur. Si cum tuſſi, ab inſtrumentis reſpirationi dicatis prodit. Iam verò ſi ſpumans & ſubalbidus ſit, ex interualloq; reiicitur, vt dolor abſit, & preſſio, ex pulmone ferri notum eſt. In quibus temporis ſpatio, febris ſequetur continens, præſertim iis quibus ex eroſione profluit, & nonnihil ex pulmonis ſubſtantia, aut arteriæ aſperæ circulus, qui βρόγχιον dicitur, aut vena egeratur. Notus certè quidam mihi eſt, ex iis qui ſanguinem è pulmone reiiciunt, temporis proceſſu maxima cum tuſſi, & ſanguinis copia, calculos quatuor, aut quinque expuiſſe aſperos tribulorum modo, ad magnitudinem ſiliquarũ trium, aut quatuor, ac deinde dolore leuatus eſt: paulò pòſt tabe conſumptus interiit. Porrò ſi pituitoſa cum tuſſi leuiore, vel ſcreatu quoq; ædantur, eaq; ſpumoſa leuiaq;, ex aſpera arteria prodire ſcito. Si verò ater ſanguis, & in grumum concretus fuerit, dolorémq; in loco teſtetur, ex thorace educi ſignificatur, per pulmonem arteriámue tranſlatus: Qui verò ſcreatu, ex faucibus per palatum educitur. Cæterùm ſi quando à capite deſtillet, cum irritatione quadam, & tuſſi æditur, vt qui ad aſperæ arteriæ caput defluat: iterúmq; ſurſum feratur. hæc acris plurima ex parte diſtillatio, vel capitis dolor, vel grauitas præcedit. Accidit autem nonnunquam per palatum ſanguinem vacuari, & propter hirudinem deuoratam, & alicui indidem particulæ adhæreſcentem. Verùm de hac in libro de Venenis pertractabitur.

Lapides tuſſi, & in ſanguinis reiectione excreti.

Curatio.

Curatio.

QVIBVS deſtillatio cruentum ſputum concitauit, vena protinus debet incidi, niſi vehementer acris humor deſtillauerit, ac pro virium modo ſanguis detrahi. Extrema deligari, oleoq́ue veteri calido, vel ſicyonio præter caput perfricari. cibus adhiberi frumentaceus, cui ſuccus alicuius auſteri adiectus ſit, vt mali granati, pirorum, malorum, vel illa eadẽ ſimul incoquatur. dormituro ex paſtillo diaelectru datur, tertio die mellis cocti momentum delingitur. Quod ſi morbus longior hæc vicerit, capiti raſo medicamentum quod ex fimo ſylueſtrium columbarum conſtat, imponis, & poſt tres horas medicamẽto depoſito, balneo ægrum committis, ſic vt caput nequaquàm inungatur. Deinde vbi ſorbitionibus alueris, ſomnum capturo, Theriace antidotum datur: iterùmque die inſequenti, vbi dederis, ſimiliter totum corpus, præter caput perfricato. huic autem ceratum ex thapſia, aut aliud quoddam iniicietur. & rurſus vtendum ſorbitionibus. Quod ſi malum in vetuſtatem incidit, cucurbitula occipitio defigenda eſt. At ſi acris admodùm fuerit diſtillatio, ſanguinis detractio caueri debet: alimentis autem & præſidiis iis tum quæ ſuprà, vbi de diſtillatione egimus comprehenſa ſunt, tum quæ mox dicentur, vtendum. Qui ob frigoris iniurias ſanguinem ſpuunt, thorax illis fouendus eſt remediis, quæ calfaciunt ipſum ſimul & deſiccant, quod præſtat medicamentum diadyopeperion, id eſt, quod duplici pipere conſtat, vnà cum paſtillo diaelectru, hoc eſt ex ſuccino exhibitum. Atqui ex reſpiratoriis ſanguinem reiiciunt, diruptis oris venarum aut pateſactis, venam iis ſecare conuenit, niſi ſanguinis copia prorumpat. omnes autem quos hoc vitij premit locis aëri expoſitis decumbent, lecto immobili, figura ſublimi, cauentes ne vehementer reſpirent loquantúrque. imponenda autem extrinſecus ſuprà partes affectas ſpongia ex tepente poſca. A ſeptimo die lana ſuccida cum roſaceo, vel myrteo, vel lentiſcino, cui interim acetum, interim vinum auſterum ſit additum: ſi copioſè effertur, farinæ pollinem, & mannam thuris cum aceto ſuperaccommodamus, vel alumen, vel acaciam, vel malicorium, vel gallam cum aceto, vel palmulas cum polentis, & malis cydoniis in vino auſtero decoctas. poſt hæc autem & emplaſtrum diaiteon hoc eſt ex ſalicibus iniiciendum, præſer-

Curatio ſputi ſanguinis ex defluxu.

Ex frigore.

Ex ruptis oris venarũ partium reſpiratoriarum.

tim vbi moderatior ſanguis fertur. Per os autem hæc ſumpta proficiunt, portulaca commãducata benefacit. efficacior autem ſuccus ipſius epotus, balauſtium, rubi fructus & flos, quercus membrana cortici ſubiecta, & quæ glandis putamini ſubeſt tunicas, maximè verò cocta ipſa vtuntur: fagi autem & ilicis membranæ præſtantiores ſunt, terra ſamia quæ Aſter dicitur, ad omnem ſanguinis reiectionem, item lemnia ſphragis, lapis hæmatites in tenuiſſimum pollinem detritus cum ſucco mali punici, vel polygonij; pondus autem lapidis erit ſcrupulus vnus. Compoſita medicamenta hæc proſunt, paſtillus diaelectru, diacoralliu, & qui ex ſpina ægyptia conficitur. item puluis confectus ex terra ſamia quæ ἄστηρ dicitur, lemnia ſphragide, corallio, ſymphyto, amylo, omnibus pari modo.

Ex eroſione.

In his autem qui corroſis partibus expuunt ſanguinem, idq́ue potiſſimùm, vt deſtillatio præceſſerit, & opij partem ſemiſſem adiicimus. Inſuper medicamentum his facit, quod ſamij aſteris, agerati lapidis, lemniæ ſphragidis, æquas portiones capit: duobus cochleariis potum ex duobus plantaginis ſucci cyathis.

ALIVD Lemniæ ſphragidis drachmas ſedecim, ſamiæ terræ, quæ Aſter dicitur, drachmas octodecim, amyli drachmas octo, ſarcocollæ drachmas quatuor, gummi drachmas duas, pulueris cochleare vnam, cum decocti palmularum cyathis duobus. Superbibant autem etiam poſcam frigidã, vel palmularum, vel malorum, vel pirorum, vel pampinorum vitis, vel eiuſmodi cuiuſdam decoctum: nutriantur verò, ſi vires quidem requirãt, ad ſecundam tertiámve horam, ſin minus circiter quartam. Panis ſit lotus ex aqua frigida, vel halica, vel chondrus † cum quodam ſucco refrigerante, putà mali granati, vel myrti, vel omphacomelitis, vel oua ſorbilia, vel aliquod ex lacte bellarium, cum quodam aſtringente. Inter olera, ſeris, cichorium, plantago, cum oleo immaturo, acetóque incocta. Ex fructibus, mala, pira, meſpila, malum granatum, corni fructus. potus erit ſi febri careant, vinum aquoſum modicum: ſi febris adeſt, ex prædictis quædã potio, vel hydromalum cibariticum.

† Cum aliquo ſucco aſtringẽte. μετά τινὸς τῶν στυφόντων. Goup.

Curatio vomitus ſanguinis.

Porrò qui vomunt ſanguinem, iiſdem ſuſtentandi ſunt, ſola hac cura adhibita, ne crebrò cibum ſumant: quippè ex facili curantur: quandoquidem auxilia etiam quæ bibuntur particulis ipſis ſanguinem fundẽtibus palam appropinquãt.

Sanguinis in ventriculo concreti.

At ſanguine in ventriculo grumi

grumi inſtar concreto, coagulum potandum eſt maximè leporinum, aut lixiuium ex fici cinere cum aqua, vel thymum, vel ſatureia cum aceto, vel etiam ex lacte ſciſſili vacuari debent, aut ex aloë. Rurſus qui per palatum ſcreatu ſanguinem reiiciunt, gargarizabunt ex aſtringentibus, frontique & capiti admouenda ſunt quæ ex naribus ſanguinem fundentibus accommodantur. Hæc eorum qui ſanguinem expuunt curatio eſt, quam ſumma obire cura conuenit propter imminens ex immodica vacuatione periculum: ſiquidem copioſè vacuatus ſanguis, quemadmodùm in his qui iugulantur, mortem infert præſentaneam: ſi affectus remanet, in tabem tranſire minatur. poſtquàm igitur omnia, vt poſtulat ratio, peracta fuerint, & ſanguinis fluor ſubſtiterit, vires ipſis recolligendæ ſunt, robúrque adhibendum, ac recentium porculorum petunculi ac cerebella hûc faciunt: corpus perfricari debet. vitari autem, balnei frequens vſus, & vini potio, ira & venus. *Screatus ſanguinis per palatū.*

ANNOTAT. ANDERNACI.

Cruentum ſputum. *Tribus potiſſimùm de cauſis ſanguis per os educitur. Vel enim exeſa parte aliqua venoſi generis, vel rupta, vel ore alicuius venæ patefacto. Primam διάβρωσιν, ſecundam ῥῆξιν, tertiam ἀναστόμωσιν Græci appellant, authore Celſo lib. 4. At ſanguis vel conſertim vel paulatim erumpit. Vaſe quidem eroſo ſenſim educitur, niſi magna adeò ſit iactura, vt etiam pars aliqua pulmonis, vel eius Cartilaginis reiiciatur. aut ſi caſus ex alto, vel compreſſio, vel aliud id genus ſuperuenerit. Rupto autem cumulatim prorumpit, vt in aperto quoq; ore fieri ſolet. Paulus à Galeno diſſentire videtur, cum ait,* εἰ δὲ κατὰ διάβρωσιν οὐκ ἀθρόως, ἀλλὰ κατὰ βραχὺ τοῦ αἵματος ἀναγωγὴ γίνεται. *Nā ille quarto de locis affectis libro inquit, At cumulatæ ſanguinis euacuationes ex eroſione poſt pauca fiūt ſputa, & acres in pulmonē fluxiones, &c. Quomodo igitur hæc cum Pauli verbis conſentiēt? Aetius lib. 8. in iſtum modum litem dirimit: Quibus ex eroſione venarum pulmonis, eductio ſanguinis cōtingit, his per interualla modica ſigillatim expuitur. Mox ſubiicit, Fieri etiam poteſt vt ex eroſione ſanguis coaceruatim erūpat. Cùm enim præcedenti tempore paulatim quis expuerit ſanguinē, nec diebus inſecutis vel caſus, vel alia quædā cauſa violēta ſuperuenerit, ſanguinis tamē eruptio multa prodierit, magnā ſubeſſe eroſionē oportet. &c. Itaq; primis diebus paulatim ex eroſione ſanguis reiicitur. Si acriores fluxus in pulmonem deſtillarint, quæ magnā eroſionē pepererint, cōſertim prorumpit.* *διάβρωσις. ῥῆξις. ἀναστόμωσις.*

Quercus membrana. *In Græco eſt δρυὸς τὸ ἰνῶδες, καὶ τὸ ὑπὸ*
τῷ κελύφει τῆς βαλάνου. In ſeptimo tantum, ὑμενῶδες legitur. Dio-
ſcorides habet τὸ μεταξὺ τοῦ φλοιοῦ καὶ τοῦ πρέμνου ὑμενοειδές. Primæ
eſt interior & ſubiecta cortici tilia quæ ligno membranacea cohæret,
Membranæ quercus. *altera tunica putamini glandis ſubiecta. ἰνῶδες itaq; ſit ὑμενῶδες.*
Vtraque aſtringendi vim obtinet.

Phagi autem & ilicis membranæ præſtantiores ſunt. *Gal.*
lib. 6. de ſimplici medicina eadem ferè habet. σφοδρότερον δ' ἔτι στύφει
φηγὸς καὶ πρῖνος. Intellige τὸ ὑμενῶδες.

Cochleare vnum. *Exemplar Græcum Baſilienſe habet κο-*
χλιάρια. ια hoc eſt cochlearia vndecim. quæ menſura magna eſt ni-
mis, eoq; legendum κοχλιάριον. α.

Fructibus. *In Græco erat ὀπώρων. aliàs verti, poma, quòd ſcili-*
ὀπώρα. *cet lignoſi nihil habeant. verùm hîc recenſet etiam malum punicum*
extrinſecus durum. ob quam cauſam, fructibus, dixi, quia latiùs pa-
tet fructus quàm pomum. Et differentia ſuperius expoſita nonnun-
quàm confunditur.

CORNARII.

r *Hippoc. lib. de humidorum vſu vlcera gaudere calida ex confeſſo*
dicit, ideo frigidam grauiter ferre. Eadem ratione venas calida gaude-
re, quòd in loco calido ſint. Et Aphor. lib. 5. Aphor. 24. niuem &
glaciem pectori inimica eſſe, tuſſes mouere, & ſanguinis eruptiones,
ac defluxiones inducere ſcribit. Quem locum exponens Gal. ait hæc
duo niuem & glaciem maiora detrimenta quàm frigidam aquam in-
ducere, & quia venarum ruptiones faciunt, ideo ſæpe ſanguinis eru-
ptiones inducere.

s *Maxime verò his coctis vtantur.*

t *Hydromelum Cebyraticum.*

De purulentis & tabe quæ Phthiſis dicitur.

CAPVT XXXII.

PVris illuuies quod ἐμπύημα Græcis dicitur in vacuis tho-
racis regionibus, vel membrana quæ coſtas ſuccingit,
Empyematis cauſæ. colligitur, interim propter ſanguinis eductionem, vlcere ad
cicatricem non perducto, quod etiam tabes ſtatim comita-
tur, ſi ex pulmone fiat reiectio: interim ex inflammatione
ſuborta, quæ deinde in abſceſſum conuerſa, ruptáque fuerit,
quemadmodùm & in laterum doloribus, quam pleuritidem
vocant, nonnunquàm accidit: vel propter confluxũ ex capi-
Signa. te manantem.[u] Notæ igitur Empyematis adhuc conſiſtentis
erunt, grauitas thoracis, tuſſis valida, ſiccáq; cum dolore, ali-
quando

quando etiam cum humiditate, ob quam releuari quoque videntur: febriculæ per initia affligunt, languidæ, inordinatæ, & ad iudicandum difficiles. *poſtquàm verò abſceſſus ad vomicam inclinauerit, vehementius cum quodam horrore febricitant, ac in ſermonis proprietate conturbantur, ſpiritu moleſtati. Rupto abſceſſu, pus educitur, nunc purum, nunc fæculentum. & nonnunquàm ſurſùm abſceſſus erumpit, quando etiam periculoſior eſt: nonnunquàm infrà. Ac ea quę inferius tendunt, partim in ventrem & inteſtinum tranſſumuntur, partim in veſicam traductione per vaſa quædam adminiſtrata, ſemper autem febri hectica laborant, quoad ſurſùm omnia fuerint educta. In quibus, niſi ſumma adhibeatur diligentia, protinus purulenta illa collectio in tabem quam Phthiſin Græci vocant, tranſit, pulmone exulcerationem ſuſtinente. In qua iam Phthiſi confirmata, genæ liueſcunt, deſudationes in fronte, ac ceruice fiunt, carnes colliquantur, vngues curuantur, pinguéſque & exalbidi vel pallidi apparent. Malo iam vincente, venter turbatur, præcordia ſurſum conuelluntur, ſitis ipſos magis conficit, cibíque faſtidium vrget, & id quod ſurſum vergit, vehementer fœdi odoris eſt.

Curatio.

PRIMVM igitur puris collecti concoctio adiuuanda eſt fomentis per ſpongias, & cataplaſmatis, ex hordei farinis cum ficis pinguibus incoctis, reſina modica, columbarum fimo, nitro, & hibiſco. Rupturam vomicæ promouet etiam ſani lateris incubitus. mulſæ autẽ ſorbitio interpoſito tempore, & ptiſanæ cremoris cum melle. Valentiores bibant decoctum quoque hyſſopi, & thymi cum melle. opitulatur etiam rupturæ & ſalſamentorum eſus, & catapotia hieræ diacolocynthidos dormituro data. At vbi pus excerni cœperit, iterum dabitur hyſſopi, iridis, & dulcis radicis decoctorum in mulſa potio, vel dulcis radicula cum ſeſamo detrita. Item pollen, mulſa & oleo incoctus ſuperaccommodatur. Quod ſi vlcus ægre poſſit ſurſum repurgari, compoſitis vtendum eſt, putà, medicamẽto dia praſſiu, hoc eſt ex marrubio, ſimplici & compoſito. item, dia orobon, id eſt, eo quod eruis cõſtat, necnon dodecatheo & phyloxeno appellatis. Verùm in tabem quæ Phthiſis dicitur prolapſis, porra capitata, quæ in chondri & ptiſanæ ſorbitionibus contabuerint, exhiben-

Rumpẽtia ſuppurationem thoracis.

tur: quæ ſimul per ſe bis cocta offeruntur. Potus autem aqua cœleſtis erit, atque mulſa inde confecta. Extrinſecus applicantur per initia quidem remiſſionum cataplaſma ex ſemine lini & polline ex decocto fœnugræci, vel maluæ, olei, mellis & foliorum althææ. temporis autem proceſſu, ad cerata ex butyro, cyprino, laurino, & iride tranſitus eſt. quin & emplaſtri Mnaſææ vſus conducit. Verùm ſi thorax fluxione infeſtetur, medicamentum diaiteon, hoc eſt, ex ſalicibus confectum rectè imponitur, atq; ſuperius in purulentis ſimplicia dicta, nonnullàque compoſita ipſis propinantur. Tuſſi verò grauiter affligente, thymum, hyſſopum cum ſucco radiculæ dulcis melle decocto excepta, formataq́;, ſub lingua tenenda dantur. Cæterùm conueniet ipſis & antidotum Mythridatis, diebus intercedentibus: ſic quod viperis conſtat. Optimum verò auxilium eſt, & boli armeni potio. item Eſdræ Antidotum nihilo prædictis minus proficit.

ANNOTAT. ANDERNACI.

ἐμπύημα. Puris illuuies. *Sic interpretatus ſum ἐμπύημα: quaſi dicas puris in parte aliqua collectio. ἐμπυοι Purulenti Plinio vocantur. alij exponunt, pectore ſuppurati.*

CORNARII.

ν *Signa igitur ſuppurationis quæ adhuc colligitur.*

α *Vbi verò propè ruptionem eſt abſceſſus.*

De laterali dolore, quæ Pleuritis dicitur. Cap. XXXIII.

Pleuritis quid ſit, eiuſque ſigna. Pleuritidis à iecinoris inflammatione diſtinctio.

PLeuritis, qui nobis lateralis dolor appellatur, propriè inflammatio eſt membranæ, quæ coſtas ſuccingit. Huic ſimul accedit ſpirandi difficultas, tuſſis, febris continua, dolor vſque ad iugulum & præcordia pertinens. Sed pleuriticus morbus à iocinoris inflammatione, in qua etiam omnia modò comprehenſa apparent, his notis diſcernetur, quod pleuriticis dolor punctorius adſit, tuſſis aliàs ſicca, cum & crudus morbus ſignificatur, aliàs cum ſputo, quod humoris qui morbum facit index eſt: rubrum ſiquidem & ſubcruentum æditur, cùm ſanguis ſuperat, flauum verò & ſubpallidum, cùm flaua bilis, quemadmodum rurſus album, & leuiter ſpumoſum, cùm pituita, ob melancholicũ verò ſuccum, nigrius, pulſúmque durum & ſerræ modo inæqualem obtinent. Iocinoris autem inflammationi, neque punctorius dolor, neque pulſus adeò durus ſuperuenit, verùm tuſſis perpetuò ſicca

ea & quę nihil emolitur, malè habet: facies pallidior apparet. At quibus Pleuritides ex muſculorum exteriorum inflammatione creantur, quæ propriè Pleuritides non ſunt, iis cum eò quòd ſint ſine tuſſi, ſine ſputo, ac ſine pulſus duritie, ad manus tactum locus affectus indoleſcit: atq; ſi tumor purulentus nō fuerit diſcuſſus, extrinſecus incidi poſtulat, cùm Pleuritis quæ inflammationi membranæ coſtas integentis fertur accepta, eò non feratur. y Illa nanque, niſi vel extra, vel intus, expurgetur, purulenta colluuies Empyema Græci vocant, multò citius in peripneumoniam degenerat.

Pleuritis non vera.

Curatio.

ITAQVE ſi dolor ad iugulum vſq; peruenit, remediū eſt ſanguis dimiſſus: ſin autem ad præcordia deſcēdat, purgatio. Recentiores autem omnibus venā incidūt, veriti, vt opinor, turbationem, quā purgatio ſolet accerſire. Quod ſi vires non patiantur, neutrum facere oportet: clyſteribus acribus vtendum: & ſi quidem dolor fuerit mediocris, aqua mulſa, & ptiſanæ, vel chondri cremor propinari poſt illos debet. Vbi morbus inclinauerit, porrum cremoribus rectè iniicitur, vel calamintha, vel pulegium, & vrticæ ſemen, cum melle delingitur. Porrò vehemētes dolores à corporis vacuatione leniendi ſunt lana calente, aut ſulfurata impoſita, aut etiam fomentis ex milio, aut furfure per ſacculos adhibitis, aut ex aqua calida, aut oleo in veſicula. Lanáſque ſuccidas imponere vtile eſt cum oleo & vino ex marina præparato. Vel ſal iniicere, vel cataplaſma diaſpermon, id eſt, quod ſeminibus conſtat, ex decocto chamæmeli, althææ, vel ficorum pinguium, iridis, abſinthij, mellis modico cum oleo nardino. Quarto die cibi erunt ſorbitiones cum mellis momento. à ſeptimo autem linctus ex amygdalis, & vrticæ ſemine, ex melle ſimul contritis dabitur, vel eclegma quod ex butyro, & melle coctum eſt, vtendúmq; medicamēto ex melle cocto, quod quia ſub lingua tenetur, Græci vocant Hypoglottida. Epithemata conueniēt, tum quod à graui odore Dyſodes nuncupāt, tum diaſampſuchu, id eſt quod conſtat amaraco. Item emplaſtrū peganera dictum locis dolentibus vtiliter accommodatur. Prætereà ad curationem, bulbi cum axungia cocti frequenter fuerunt abundè. Aluo iniici debet ab inferioribus partibus butyrū & terebinthina. At efficacius eclegma eſt ex fructu piceæ, amygdalis amaris, lini ſemine, nucleo pineo, &

Doloris vehementis in pleuritide mitigatio.

amylo æquali portione cum melle. Quos torquent vigiliæ, medicamen diacodyon delingere conueniet. Ex antidotis, & Athanaſia, & aliis ad hoc compoſitis vtemur. Poſt quartumdecimum diem, ſi malum remanet, cucurbitulæ ipſis admoueri, tenuiórq; ſeruari victus debet. Deinde morbo inclinãte, balneo æger credetur, frigus vitabit, ſolidiore vtetur cibo. At ſi inflammatio membranæ coſtas integẽtis nõ diſcuſſa, in pus tranſire videatur, ſuprà commemoratis vtendum.

Ad laterum dolores ſine febri.

LATERVM doloribus ſine febri, bdellium medetur & coſtus braſſicæ caulium combuſtarum cineri adipíque mixta, Nam id medicamenti affatim diſcutit.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Pleuritis. *Celſus interpretatur laterum dolorem libro ſecundo, & quarto. Huic, inquit, accedit febris et tuſſis. In Græco verbũ eſt συνεδρεύεται, quod ſignat, ſimul accedit, aſſiſtit, ac quaſi indiuidua eſt.*

Vſque ad iugulum & præcordia. *Alij dicunt vſq; ad claiuiculã, & hypochõdria. Ego Celſum imitor, qui clauiculam ſeu κλεῖδας, iugulum exponit, & ὑποχόνδρια, præcordia. Diſtinguit autẽ poſteà, quando ad iugulum dolor, quando autem ad præcordia pertingit.*

Iugulum. Præcordia.

Pulſumque durum & ſerræ modo inæqualem. *Hæc pulſus ſpecies ſecundo libro expoſita eſt. Galenus eam apertè interpretatur libro quarto de pulſuum cauſis. Cap. 7.*

Quæ nihil emolitur. *Hoc eſt, quæ nihil expuitur. Sic Celſus loquitur libro quarto.*

Atque ſi tumor purulentus. *Hoc eſt ex inflammatione muſculorum externorum collectus, niſi diſſipetur, in exteriorem partem ſcalpello incidi debet. Græcè eſt ἐπὶ τὰ ἐκτὸς ἀποτμηθῆναι παραγίνεται, quod ad verbum ſonat, ad exteriora incidi commodo eſt. Nam παραγίνεσθαι ſignat βοηθεῖν, ἐπικουρεῖν παρεῖναι.*

Illa nanque niſi vel extrà, vel intus. *Hoc eſt, niſi per os, vel per aluum fuerit expurgata. Foràs enim per cutem purgari nõ poteſt.*

Remedium eſt ſanguis dimiſſus. *Non dicit qua ex parte mitti debeat. Hippocrates ſane lib. 4. de victus ratione in morbis acutis manifeſto docet his verbis. Siquidem dolor ſurſum ad iugulum, aut circa mammam, aut brachium pertingat, internam brachij venam ſecare oportet, illa nimirùm parte, qua dolor fuerit: Galenus exponens hæc ait: Cubiti internam incidere conuenit illius partis, qua dolor fuerit. Oribaſius capite de ſanguinis miſſione habet: Pleuriticis autem ex ipſa parte qua dolet auferendus eſt ſanguis.*

Pleuriticis vnde mittendus ſanguis.

ſanguis. Hæc obiter poſui candide lector, vt iſti Arabum ſectatores videant, veteres illos ex eadem parte per initia ſemper, non ex aduerſa ſanguinem detraxiſſe.

Solidiore vtetur cibo. *Græcè eſt, καὶ τῇ ἁδροτέρᾳ. Nam λεπτότερα, hoc eſt tenuior, ſeu qui extenuet, vt eſt, mulſa ſorbitio ex ptiſana, chondro, aliisq; opponitur ἁδρότερα, qui rectè dicitur ſolidior, qui videlicet magis nutrit. Gal. interpretatur, ἡ παραύξουσα τροφή, quod eſt adaugens alimentum, quod Celſus dicit valentis materiæ. Vt enim tenuis cibus corpori parum adiicit, aut nihil, ſed vires tantùm conſeruat pro tantillo tempore: ſic ſolidior plus corpus alit.* *Cibus ſolidior. ἁδρότροφον.*

CORNARII.

y *Illa enim ſi non fuerit expurgata, aut foras, aut intus, in ſuppurationem, & multo priùs in peripneumoniam tranſit. Græca lectio luxata ſic reponatur, ἐκείνη γὰρ εἰ μὴ φθάσῃ ἀνακαθαιρομένη ἢ ἔξω, ἢ ἔνδοθεν, εἰς ἐμπύημα, καὶ πολὺ πρότερον εἰς περιπνευμονίαν καθίσταται. Hæc eſt enim horũ morborum ſucceſſio, pleuritis in peripneumoniam tranſit, peripneumonia in ſuppurationem thoracis, ſuppuratio in tabem. Hipp. 5 Aphor. 8. & 15.*

De cordis affectibus. *Cap.* XXXIIII.

Cordis affectus ſi quidem primario accidit, omni deſtitutus medicorum auxilio, in præſentaneam mortem præcipitat: nempe cùm inflammationem, eryſipelata, & intemperies validas in acutiſſimis febribus ipſum experitur, vel ſanguinis profluuium ex ſiniſtri potiſſimùm ventriculi vulnere. At ſi conſortij lege afficiatur, cerebro, iocinore, ore ventriculi laborante, tum ſi ob triſtitiam, metúmque, & alias pleraſq; cauſas, ſyncopen appellatam, quæ ſubitus eſt virium collapſus ſuſtinebit, quæque indicatur, animæ defectu, pulſuum paruitate, extremorum perfrictionibus, & ſudore circunfluo. Quæ inquam, ſyncope, ſi valida eſt, medicinę locus non eſt. Si vires adhuc tantillum conſtant, aliquando ad ſanitatem recurſus eſt. Itidem valentes cordis palpitationes ſæpe ex ſanguinis in eo concepti copia, aut feruore contrahuntur. Idem verò cor ſi incaluerit, magnam crebrámque ædit reſpirationem. ſi perfrixerit, paruam & raram. quomodo autem cardiacæ ſyncopæ poſſint emendari, ſecundo volumine, inter ea quæ febribus ſuperueniunt, ſumus executi. Tantùm verò hîc adiiciendũ eſt, ſi ſymptoma euincit, poſtquam extrema perfricata fuerint, inunctaq;, & z poſt puluerem ex pauimento iniectum, aliaq; virium recreationi apta,

Cordis affectus primarius deſperatus.

Cordis affectus per cõſenſum.

Syncope.

Palpitatio cordis.

particulis ſudore difflatis iniicere emplaſtri modo conuenit myrtum detritam, vel cimoliam cretam, vel ſuccinum, vel malicorium cum manna, vel terram ſamiam cum gummi. Extremis autem frigentibus aduſque inguina & alas ſinapi, vel pyrethrum, vel adarce imponitur. Cibus erit panis ex aqua, aut vino frigido temperato, ſuum petunculi, articuli, roſtra, alæ, omniaque frigida. Capiti frontique omphacinum, aut aſtringens aliquod cum gummi, vel roſarum decocto imponetur. Præcordiis & ſtomacho cataplaſma admouebitur ex palmulis, roſis, œnanthe, acacia, hypocyſtide & alumine.

De palpitatione cordis.

Hiſtoria palpitationis cordis.

NOVI (Galenus inquit) qui annis ſingulis verno tempore, cordis palpitatione affligeretur. Aduerſus quam venæ ſectionem triennium expertus commodam, quarto anno ſanguinem priùs miſit quàm ſymptomate corriperetur, atque ita ſecurus fuit, eoque modo multis ſubſequentibus annis factitauit, & conuenienti victus ratione vſus eſt. attamen & hîc ante ſenectutem, fato functus eſt, quemadmodum alij quoque omnes. nonnulli in febribus acutis ſubita ſyncope oppreſſi ſimiliter interierunt: alij ipſorum etiam citra ſyncopen, veluti apoplexia tentati repentè diem obierunt. Complures ita affectorum ætatem egerunt minorem annis quinquaginta, maiorem verò quadraginta.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Cordis affectus. *Gal. cùm in quinto de locis affectis, tum verò ſecundo in librum Hippocr. de ratione victus in morbis acutis commentario de cordis affectibus penè eadem tractauit. Principia itaque tria in humano corpore exiſtunt, cor, cerebrum, hepar. Hæc autem interim per ſe afficiuntur, interim ex conſenſu tum mutuò, tum aliarum quarundam partium. Corde itaque affecto per ſe, præſens eſt periculum: ſecundum locum obtinet cerebrum, poſtremum iecur. At ſi ex ventriculi dolore, cor afficiatur, ſyncope oritur, ſi cerebrum conſentiat, delirium, vel conuulſiones.*

Syncopes differentiæ.

Syncopen appellatam. *Syncope totius habitus eſt reſolutio. Sũt autem aliquot eius ſpecies, cardiaca ſcilicet, quæ intemperiem cordis, vel inflammationem, vel eryſipeles ſequitur. Stomachica quæ ob oris ventriculi affectum, corde ſimul conſortij lege dolente generatur. Flatuoſa, ex cruditatibus conſtituitur.*

Noui inquit. *Lib. 5. de locis affectis hanc hiſtoriam commemorat*

rat Galenus, vnde etiam hæc ſunt transſcripta. Eſt autem palpitatio, quam Græci vocant παλμὸν, qui eſt teſte Galeno περὶ τρόμου καὶ παλμοῦ, καὶ σπασμοῦ, καὶ ῥίγους: διάτασις καὶ συνίζησις παρὰ φύσιν, ac omni parti accidit palpitatio, etiam immobili. Cauſam eodem libello Galenus oſtendit his verbis, πνεῦμα παχὺ καὶ ἀτμῶδες οὐκ ἔχον διέξοδον, hoc eſt ſpiritum craſſum, & vaporoſum, qui nō habeat exitum. Cordis autem palpitationem humor aliquando generat, in ambiente cor tunica quàm pericardion Anatomici vocant, collectus. παλμός. Palpitatio.

CORNARII.

℞ & poſt pauimenti purificationes, ac reliquum refrigeratorium ad reuocandam animam ductum, inſpergenda eſt exudantibus corporis partibus myrtus trita, &c. Pauimenti purificationes, Græcè καθαρισμοὺς τοῦ ἐδάφους. Quanquam non καθαρισμοὺς, ſed καταῤῥαντισμοὺς legendum eſſe putem, id eſt pauimenti conſperſiones. Sic enim Aetius lib. 9. cap. 1. Pauimentum, inquit, irroretur, ac foliis conſternatur myrti, &c. Aut igitur καταῤῥαντισμοὺς hîc legendum, aut per καθαρισμοὺς non alias purificationes accipe, quàm quæ per frigidæ irrorationem, foliorúmque frigidorum reſperſionem fiunt, ad animam ex inualeſcente ſyncopes ſymptomate reuocandam. Atque hæc omnia quæ ita adhibentur, ψυχαγωγίαν appellat, ὅτι οἷον ἀνάγεται διὰ τούτων ἡ ψυχὴ ἐκ τῆς συγκοπῆς. Quod autem conuerti inſpergenda eſt, Græcè habetur ἐμπλαστέον pro ἐμπαστέον, ex eodem Aetij loco.

De mammillarum affectibus. Cap. XXXV.

LAc à partu ſæpe caſei modo coactum mammillis inflammationes parit. Vtendum igitur per initia eſt hiſce rebus, Spōgia mollis poſca tepentè imbuta, expreſſaque loco appoſitè ſuperaccommodatur illigaturq́; : vel palmulæ cum pane ex poſca in læuorem contritæ, vel ouo toto vtendum eſt cum roſaceo, & cerati momento, vel alumen, pſylliumq́; cum coriandro, vel portulaca applicato. Vel lapis pyrites tritus cum cerato impoſitus illigetur. At diſtentione oborta, vel lacte in grumos concreto, panis ex hydrelæo, aut mulſo inſtar cataplaſmatis iniicitur. Aut panis cum perdicij herba viridi ſimul cum cerato, bis quotidie, aut lomentum cum hydromelite, vel ſapa applicatur. Quòd ſi verò pondus ferre non poterint, ſuperfuſione vtendum eſt ex dulci oleo calente, per lanas delicatiores. Fotus autem adhibendi ex vapore calidæ aquæ, vel decocto fœnugræci, vel althææ, vel apij ſeminis. Delinere verò mammillas conuenit polline farinaceo cum ſemine lini, aut fœnugræco cum hydromelite, aut ſeſamo, *Curatio inflammationis mãmillarum.*

ſeſamo, quod cum melle aut butyro ſit læuigatum. Cęterùm ne lac exugatur cauendum eſt, nam maior per lactationem materies illuc citabitur. Inclinante autem inflammatione, cerata hæc rectè induces, betam oleo incoctam quoad intabuerit, ipſam quidem proiicito: oleo autem ceræ modicum iungito, ac vtitor.

ALIVD. Ouorum crudorum lutea decem cerato miſcętur, cui vnciæ duæ & ſemis ceræ, roſacei vnciæ quatuor ſint adiectæ. Poſtquam rudicula agitaueris, muriæ quantum recipere poteſt indito, & rurſus vbi permoueris, vtitor. Porrò ad mamillarum duritias, facit & medicamentum ex melle: tum omnia medicamenta molliendi facultate donata. Cùm verò in abſceſſum vertitur, iis vtendum eſt, quæ in parotidibus comprehenſa ſunt: item illis, quæ vbi de acceſſibus tractandum erit, enumerabimus.

Mammarũ duritia.

Archigenis de eroſione mamillarum cum malignitate.

VINI Adriani boni ſextarij viginti, rhus quo coriarij vtuntur libra, cupreſſi pilularum tantundem, gallæ omphacinæ nigræ ſelibra, caſiæ tantundem. Contuſa vino diebus decem commadeſcunt, deinde coquuntur agitata cupreſſi rudicula, donec dimidia ferè pars fuerit abſumpta. atque tunc herbæ proiiciuntur, ſuccus coquitur dum mellis ſpiſſitudo fiat, deinde vitreo vaſe reconditur. In vlceribus depaſcentibus mero vtitor. Sin autem craſſius fuerit medicamen, vino liquari debet: vt applicetur mamillis depaſtis, auribus ſuppuratis, gingiuis ex humiditate putridis, inteſtinorum torminibus. Idem verò dolores etiam lenit, lacte dilutum. Aliæ mammarum exulcerationes commmunem reliquis vlceribus curationem recipient.

Quomodo mamillæ conſeruentur.

CVMINVM cum aqua tritum mamillis obducitur, deinde ſpongia extrinſecus impoſita ex poſca, pectus cinctura ſtringito, à tribus diebus cumino depoſito, mamillis [a] florem bulborum cum melle ſuperaccommodato. Et deligatum rurſus triduum ſinito, idque ter menſe facito.

ALIVD. Cicuta in pollinem detrita, ad nouem dies imponitur: ſpongiaque extrinſecus, ſicut comprehenſum eſt: pauculis diebus interpoſitis idem facito: [b] Quin & Naxiæ cotis detrimentum, virginum mamillas conſeruat tueturq;

CORN

CORNARII.

a *lilij bulbos cum melle mammis imponito.*

b *Quin & cotis Naxiæ dum ferrum in ipſa acuitur detrimentum, &c.*

Ad fœdum axillarum odorem, ſudationesq;. Cap. XXXVI.

ALuminis liquidi partes duæ, myrrhæ pars vna. Vino diſſolutis vtitor.

ALIVD. Plumbaginem combuſtam, vinoque odorato extinctam, ex vino terito, myrrhæ momentum iniiciens quoad ſordium fiat ſpiſſitudo: ac vtitor.

ALIVD. Argēti ſpumæ drachmæ ſedecim, myrrhæ drachmæ duæ, amomi drachma. vino excipiantur.

ALIVD. Aluminis liquidi drachmæ octo, amomi, myrrhæ, ſpicæ nardi, ſingulorum drachmæ quatuor. vino læuigatis vtitor.

De ſtomachi, præcordiorum & ventriculi affectibus.
Cap. XXXVII.

DE cibi faſtidio quod febribus ſuperuenit, grandi fame, quam Græci Bulimon vocant, canino appetitu, ſtomachi imbecillitate, animi defectu, inſuper ſiti, ſingultu, nauſea, & ſyncope, libro ſuperiore, vbi de febribus tractatum eſt, abundè diſſeruimus: quare de eiſdem rurſum dicere opportunum non eſt. At inflammationes oris ventriculi, & iocinoris, aſtringentia miſceri deſiderant. Nam ſi ſola relaxatoria medendi ratione curationem tentes, vitæ periculum intuleris. Ob quam cauſam, ſiue oleum fuerit quod ſuperfunditur, ſiue cataplaſma, rectè adiicitur aſtringens aliquod, verbi cauſa, abſinthium, vel nardinum vnguentum, vel melinum, vel malum cotoneum incoctum. Ceratum verò eius notæ eſt, quo ſubinde vtimur, ceræ candidæ vncia, per æſtatem drachmis ſeptem, aloes, maſtiches ſingulis drachmis, olei omphacini, vel melini, & nardini quantum ad ſpiſſitudinem in vſu ſatis eſt. Sin maiorem requirat aſtrictionem, vbi tam fuerit imbecillis, vt ne cibis quidem ſit retinendis, admiſceatur etiam omphacij drachma, aut abſinthij ſucci æqualis menſura, & tertio ad hæc hypociſthidis, œnanthes, & rhu ſucci. Augendus autem cerati modus, qui aliorum medicaminum numero proportione reſpondeat. Quòd ſi inueteraſcit inflammatio, indureſcitque, varia iam magis applicare oportet. tum ea quæ ex aromatis nonnihil, & emollien

Inflammationes ventriculi & hepatis.

mollien

mollientibus, diſcutientibúſq; cõtinent, cuiuſmodi eſt quod ex meliloto præparatur. philagrianum, & quod ab odore grato ἰνώδης dicitur, & viridis iaſpidis torques à collo ſuſpẽſus, vt ſtomachum contingat magno eſt præſidio. In calida autem ſtomachi intemperie & ardore cum eius reſolutione, vel animæ defectu, vel quodam cibi faſtidio, ex quacunque tandem occaſione, præterquam febri, aqua frigida cum vuæ acerbæ ſucco propinatur, vel malorum cotoneorum decoctum, vel pampini vitis, vel ſemen cucumis læuigatum cum frigida. Verùm ſtomacho veſicam aqua frigida repletam, vel cucumeris ramenta imponito. Catapotia quę ſiti reſtinguendæ ſunt, danda, vt ſuprà de ſiti à nobis dictum eſt. Porrò medicamen quod ſtomachum ex humiditate ſuperflua imbecillem refrigeret, confirmétq;, iſtud eſt.[c] Roſarum viridium foliorũ drachmæ ſex, dulcis radiculæ ſucci drachmæ quinque. vino dulci excipiuntur, & vt ſub lingua teneri poſſint, formantur. Cæterùm in quibus craſſior pituita calefieri incidiq; deſiderat, hoc medicamentum proficit, fœniculi radicis corticis vnciæ duæ, aceti ſextarius vnus & dimidius, aloes quadrans, mellis libræ quatuor. Radices cum aceto coctæ exprimuntur, abiiciuntúrque: mel autem inditum ad ſpiſſitudinem vſque coquitur, & tunc aloe trita inſpergitur. Tria huius cochlearia cum aqua ſumuntur. quidam verò ſine aloë ipſum præparant. iam verò medicamentum diacalaminthes his idoneum eſt. Quibus autem cibus aceſcit, coriandri ſeminis drachma, polentę modo inſperſa cõmodè bibitur, vel maſtiches cochlear, vel lactucæ albæ ſeminis cochlearia duo. Compoſitum autem, hoc eſt, piperis drachma, anethi drachmæ tres, cumini drachmæ quatuor: trita cochleari vino noctu ſub ſomnum ex vino temperato præbentur. Porrò in quibus atra bile vitioſus eſt ſtomachus, & inflatione laborat ſpongiæ in acceſſionibus oleo acerrimo imbutæ applicentur. Deinde ſi malum remanſerit, alumen cum ære læui, melle exceptum admouetur, ſereos ſuccus bibitur, vel menta potui inſpergitur. Si flatibus turget ſtomachus, & diſtenditur, calaminthes decocto, mediocris mellis piperiſque menſura mixta exhibetur. Ad ſtomachi peruerſiones conueniunt mali granati acidi nucleorum ſucci partes tres, mentæ ſucci pars vna. Vbi coxeris quoad in vnitatem coierint, ante cibum, myſtrum vnum dato.

Iaſpidis vſus.

Ventriculi imbecillitas ex humiditate.

Cibus in vẽtriculo aceſcens.

Vẽtriculus inflatus.

Ventriculi ſubuerſio.

Ad

Ad ſtomachi ſaliuam.

ACETO ſcillite, aut ſale conditarum oliuarum iure, aut ſummitatis oleæ decocto os colluatur, aut etiam minimum ex ipſo deuoratur. Inter omnia præſentiſſimum eſt, aloë aqua diluta. Ad eos autem qui cibum non continent, quos veteres propriè ſtomachicos nominant, fœnugræci farina melli mixta, & maluæ ſemen tritum aridum applicatur. ceratum verò ex cera, irini olei fæce & caſtoreo. *Stomachici.*

De cibi faſtidio, quod Græci ἀνορεξίαν vocant.

FASTIDIVM, quod Anorexia dicitur, eſt cùm ſtomachus aut intemperie vitioſus, aut humorum redundantia preſſus cibos auerſatur. Calidam intemperiem teſtantur, ſitis, nidoroſi, oletoſiq; ructus, ſi cibus quodammodò præter voluntatem ſit aſſumptus. item ſi frigidiora potius & elaboratu peruicacia, hac detenti queant concoquere. Frigidam contraria indicant: neque enim in hac ægri ſitiunt, neq; frigida ſuſtinent, & acida nonnunquam eructant. Qui humorum vitio cibum reſpuunt, partim ob tenuitatem ac roſionem illorum ita laborantes, ventriculi demorſu torquentur, nauſeaque magis & ſiti conficiuntur. Quibus autem humores cõputruerint, interdùm ij etiam febricitant. At quos craſſi viſcoſiq; ſucci malè habẽt, ij planè nec roſionem ventriculi, nec ſitim experiuntur. communiter autem omnibus ſuperuenit nauſea. Porrò ſi in ventriculi ſinum humores ſe receperint, etiam hos ipſos euomunt. ſi verò, infarcti vel etiã imbibiti tunicis adhæreſcunt, nauſea ſolùm, nõ vomitu premuntur, præterquàm cùm cibos aſſumpſerint. Qui igitur ex calida intemperie faſtidio laborant, refrigerante victu curantur, præcipuè qui ex aceto aſſumitur. Panis ergò poſca imbutus eſui, ipſaq; poſca potui datur. Item Oxigala, & quã Romani Melcam appellant, quod ex lacte quoddã eſt opſonium, intybi & portulaca, interim etiã aqua frigida, omniaq; mediocriter ſecundum eius quæ ſubeſt intemperiei contrarietatem. Nam immoderatus horum vſus, non modò non iuuat, ſed etiam ſæpe inſanabilem morbum efficit. Frigida intemperie laborantes, contrariis medicari conuenit, vino veteri & condito, hydrogaro, item aniſi, rutæ & petroſelini decocto: iam pipere ex aqua calida cõmuni, vel etiam ipſo medicamine, quod inſcribitur diatrion pipereon, vel cui nomen eſt diacalaminthes. Dabis etiam nonnihil theriacæ ex viperis

Calida ſtomachi intẽperies. *Frigida.* *Faſtidium ex humorũ vitio.* *Melca.*

viperis cōfectæ, quæ nec ipſa faſtidio ob humorum copiam laborātibus inidonea eſt. inſuper allia his & alimenti & medicaminis nomine conueniunt. Sin autem humorum abundantia faſtidium excitarit, tenues, mordacéſq;, aut vomitu, aut per aluum euacuabis. facilem itaque vomitum reddit aqua temperata, vel mulſa dilutiſſima præbibita. Satius fuerit, ſi ante hæc humectantia exhibeas alimenta, veluti ptiſanæ cremorem, vel ouorum lutea. Cæterùm quomodo ex facili vomas, priori libro eſt expoſitum. At ſi difficilius æger vomat, præſtat materiam ad aluum elicere copioſiore temperatoq; alimento his priùs humectatis. Purgans verò medicamentum eſto, vel picra ex aloë, vel ex malis cotoneis præparatum, cui adiectum ſit aliquid ſcammoniæ, vel quod cōſtat rhodomelite. Si verò citra ſcammoniam aloës potius copia ipſos euacuare liceat, melius feceris, eò quòd illa ſtomachum offendat. Quibus craſſi humores viſcoſiq; faſtidij authores ſunt, medeberis extenuādo ipſos incidendoq;, tum oxymelite, tum iis quæ ex hoc & muria cōponuntur, vt cappari, oliuis, ſinapi, & ſimilibus. Non inepta ſunt his, & quæ ex frigida intemperie faſtidientibus conſuluimus, maximè poſt vacuationem, quæ nimirùm fiet oxymelite Iuliano. Extrinſecus vtendum quæ calfacere ſtomachum & corroborare queant, inunctionibus & malagmatis, qualia ſunt potiſſimùm quod dicitur diaomphacos, & Marciatum, aliaq; conſueta vnguina: inſuper epithemata, Baiū & Euodes huiuſq; notæ reliqua: his addētur exercitia & frictiones potiſſimùm. Ad eos qui frigidi humidiq; humoris, vel talis intemperiei vitio difficulter concoquunt, cibúmque reſpuunt, ea quæ ex malis cotoneis conſiunt, pertinent. Dico autem quod vocant meloplacuntion: item quod ex malorum cotoneorum ſucco præparatur, tum quod ex carne eorum conſtat. prætereà dia citriu, id eſt ex cytrio confectum. Malagmata verò, Marciatum, & quod ex acerbæ vuæ ſucco componitur. item Baion, Polyarchion, atq; his finitima. Sin vlcus fuerit in ſtomacho, aut ventre, omnibus acribus & cibis & potionibus [d] abſtinere oportet, vti verò medicamentis quæ leniunt, putà ſorbitionibus ex oleo, tum iis quæ ex amylo, terra ſamia, lemnia ſparhide & lacte, vel melle pauciſſimo conficiuntur, vt etiam purgent citra roſionem. Epithema facies ex palmulis, cotoneis, & polēta. Ceratum ex melino, vel roſaceo cum ammo

Scāmonia ſtomacho noxia.

Vlcus ſtomachi aut ventris.

ammoniaco & thure. Ad hæc Nelei epithema conducit, & emplaſtra ex ſalicibus, & Iceſion. Notæ vlceris ſunt vomitus ſanguinis, vel puris, vel etiam ramentorum.

Ad ſolutum imbecillémque ſtomachum, & ob hoc cibum non concoquentem, valet hoc, Aloës, maſuche, maſtyches, ſtyracis ſinguli ſextantes, abſinthij triens, œnanthes quadrans, gleucini ſelibra, melini quadrans, vini quod ſatis eſt. Nonnulli etiam cypheos & roſarum ſingulos ſextantes miſcent. Hæc in læuorem redacta, purpura, vel lana excipiuntur, ac ſtomacho imponuntur. Quidam ceræ ſelibram adiungentes, epithema ipſum faciunt.

Ad ileoſas ſtomachi affectiones, hoc eſt vehementes & conuulſorios dolores.

Optime facit paſtillus Amazonum: inuenies autem ſcripturam, tum aliorum ad ſtomachum compoſitorum materiam ad calcem libri de medicamentis cõpoſitis explicatã.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Nam ſi ſola. *Ex octauo Galeni de compoſitione medicamentorum ſecundum locos, & ex Oribaſio hæc ſunt tranſlata. Paulus dixit, ſola, vbi Gal. habet* ἀμικτοῦ τῆς τονωτικῆς δυνάμεως. *hoc eſt, non admixto corroborante præſidio.*

Omphacij drachma. *Omphacium eſt vuæ acerbæ ſuccus, quem Barbari agreſtem vocant. Malè in Codice Græco legitur* ὀμφακίνου *pro* ὀμφακίου.

Augendus autem. *Vitioſè legitur in Græco exemplari* παράξιν *pro* παραύξην.

Aloë trita inſpargitur. *Græcus Codex perperam habet* ἐπιπλάττεται *pro* ἐπιπάσσεται, *nec hoc aduertentibus Ariſtarchis, ſicut etiam paulò poſt* ἐμπλάσας *pro* ἐμπάσας *habet.*

De cibi faſtidio.

Si cibus quodammodò præter voluntatem. *In Græco Codice eſt,* εἰ βιασθέντες τι φαγεῖν τύχοιεν. *Huic reſpondet Gal. hoc ad Glauconem primo:* οἱ δὲ εὐθὺς τὸν στόμαχον φαύλως ἴσχουσιν ὥστε ἀποστρέφεσθαι τὰ σιτία, καὶ εἰ βιασάμενοι λάβοιεν, ἢ μὴ κατέχειν, ἢ μὴ πέττειν καλῶς, *hoc eſt, quidam verò ſtatim os ventriculi habent affectum, vt cibos auerſentur, & ſi coacti aſſumpſerint, aut non retineant, aut malè concoquant.*

Quam Romani Melcam. *Conſtantinus Cæſar Melcæ præparationem lib. 18. de agricultura tradit. Eſt autem lac in feruentes* *Melca.*

ollas, quæ iam acetum incaleſcendo abſorpſerint, reconditum acidumq́; redditum, vt ſpecies eius quod Oxygala dicitur, videri queat.

Conditum. Condito. *Conſtantinus Cæſar lib. 8. conditi præparationem in hunc modum tradit :* πεπέρεως πεπλυμένου, καὶ ἐψυγμένου, τριβομένου ἐπιμελῶς γράμματα κ. μέλιτος ἀττικοῦ ξεστ. α. οἴνου παλαιοῦ καὶ λευκοῦ ξέστας δ.

Maloplacuntion. *Hoc eſt placentula ex malis Cotoneis. Paulus lib. 7. latiùs exponit.*

Sorbitionibus ex oleo. *In Græco codice* ἐκτὸς *malè legitur pro* ἐκ τοῦ ἐλαίου.

Aloe, maſuchæ. *Maſucha compoſitio, non ſimplex remedium exiſtit. habes eius deſcriptionem libro ſeptimo Pauli expreſſam.*

CORNARII.

e *Foliorum roſarum ſiccarum drach. VI.*

d *Potionibus & medicamentis abſtinendum. Vtendum autem mitigantibus, velut ſorbitionibus, &c. Sorbitiones autem abſque oleo hic probantur, quod ex Hippoc. lib. de vlceribus oleum & quæcunque emollientia, oleoſa, & adipoſa medicamenta ſunt, vlceribus non conducant, ſi non valde iam ad ſanitatem tendant, eo quòd oleum ſit vlceri aduerſiſſimum, & ipſum ſordidum ac graueolens reddat, vt Gal. lib. 3. methodi dicit.*

De flatu ventriculi. Cap. XXXVIII.

Flatus in ventriculo generantur, humoribus, vel cibis, exigua caliditate in vapores diſſolutis. nam frigiditas hoc nomine quòd extenuare ac diſſoluere non ſit idonea, nullos flatus procreat. Vehemens caliditas cùm non tantùm extenuet, ſed etiam diſcutiat, flatus generationem impedit. minor verò caliditas diffundit quidem & tranſmutat alimen-*Flatuum generatio.* tum, verùm minus quàm opus ſit: vndè flatus excitantur: quare calidis eos medicamentis extenuare conuenit, cumini ſemine, & apij, & ſpondylij, & dauci, in oleo decocto. Vbi verò adfectioni adeſt frigiditas, ruta, bacca lauri, nigella, & feniculum oleo incoquuntur, miſceturq́ue bitumen & oleum laurinum. At ſi inflammatio dolores comitetur, in vicem calefacientium laxantibus vteris, e acetum decoquens, cui gallinæ anſeriſque adipem adiicias. iam verò polij faſciculus, vel calaminthæ decoctum, cui mellis pauxillum cum piperis drachma ſit iunctum, flatibus infeſtatis auxiliatur. Hæc itaque, dùm vehemens dolor inciderit, adhibenda conſulo: dùm mediocris, etiam fomenta ex milio ſufficiunt. Cæterùm

terùm cucurbita bonæ magnitudinis vmbilicum vndique comprehendens toto ſymptomate frequenter ſubitò liberat. caſtoreúmque ipſis prodeſt, tum ex poſca potum, tum extrinſecus cum oleo ſicyonio appoſitum, vel ſi cum tormine inteſtinorum flatus incidant, medetur. Item talus ſuis combuſtus, potúſque, tormina & flatus tollit. Idem facit ariſtolochia rotunda. Iam verò aduerſus dolores flatuoſos ex ventris obſtructione, vel craſſitie, vel perſtrictione obortos, vinum meracius, à cibo ſumptum proficit. Vbi ſomnus acceſſerit, etiam ex toto leuat affectos.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Cum tormine inteſtinorum. *Græca dictio eſt* στρόφος, *quæ Largo tormina inteſtinorum ſignificat. quanquàm & dolorem ſtomachi haud abſurdè interim interpreteris licet.*

Exigua caliditate. *In Græco, eſt* ὑποθερμότητος χλιαρᾶς, *quaſi dicas caliditate tepida. Aetius mediocri dixit.*

CORNARII.

e *Anethum coquens, &c.*

De Cholera. *Cap.* XXXIX.

CHolera eſt immodica ventris perturbatio ſuprà infráq; ex continua ciborum cruditate proueniens. quę, inquã, cruditas nonnunquàm ex magna alimentorum prauitate, interim ex vitioſorum humorum ſuperfluo contrahitur. Si igitur nauſeabundus æger eſt, & turbatur, cibis etiamnùm crudis in ventriculo manentibus, aqua tepida propinari debet, deinde vomere oportet, digito, vel pinna ori indita: item alui ductione adiuuandus eſt. Vbi verò hæc exinanita eſt, conquieſcere, & præcordia oleo dulci cum vini modico, vel maſtichino, vel etiam nardino ſi hyems fuerit fouere conueniet, ſomnúmque permittere. Vbi iam exacta apparuerit cõcoctio, balneis & probi ſucci cibo vtendum eſt. At ſi inanitio fiat immodica, ſufficient quidem initiò, vel ea quæ ſecundo libro de ventris perturbatione comprehenſa ſunt. Sin autem perſeueret euacuationis impetus, venter concidat, pulſus minor crebérque euadat, cataplaſma adhibendum ex palmulis cum œnanthe & acacia, item hypociſthidis & malicorij ſucco. Adhæc offerendus eſt ad ſorbendum aquæ mediocriter frigidæ cyathus. Præſtiterit roſarum, vel œnanthes, vel rhu, vel vitis capreolorum decoctum, vel mali granati acido dulcis ſuccus, cui mentæ pauxillũ ſit inſperſum. Porrò

Euacuationis immodica curatio.

ſi excrementa fuerint acriora, vexétque ardor, & ſitis, cucurbitæ ſemen cum aquæ cyathis tribus, tum intybi, & portulacæ in poſca coctæ alimenti nomine exhibeantur. Verùm ſi fluxio ſiſti nequeat, vinum quoddam auſterum, potui dandũ eſt ſi febris abſit, palmatianum, vel aminæum, vel ſpathites, vel omphacomelites. Sin adſit, rhoetes, vel myrtinum, vel cebyraticum hydromalum & potui, & cum mica, vel halica, vel chondro. At ſi reſpuant cibum frumentaceum, horarios ſeu fugaces fructus mandent, meſpila ſcilicet, vel pira, vel mala cydonia, vel punica: quod carnoſum eſt & durum expuant. Si ne his quidem auxiliis cibum retinent, extrinſecus contra ventriculum ipſum, cucurbita leuis quam maxima admouẽda eſt. Dum autem ipſa adhæret cibo aliquo ex prædictis ali debent. Ad conuulſorias autem contractiones calida linimenta, oleo imbuta, muſculis circumponere oportet, tum cerata liquida, quibus adiectum ſit aliquid caſtorei & ſicyonij. Ante hæc artus aqua calida ſuperfundendi. At ſi vigiliæ torquent, ſomnus iis quæ aduerſus illas prodidimus, conciliabitur. Si vires autem non prohibent, etiam medicamentum diacodyon ipſis propinabitur. vbi morbus inclinauerit, ad balneum deducuntur, cibus ad refectionem, pulli gallinacei erunt, columbæ, vel ſuum petunculi, ſimiliáve.

Alui profluuium. Alui profluuium, διάῤῥοια Græcis vocatur, quod ciborũ corruptela eſt, plerunque ſua ſponte ceſſat, ægris non citius alimentum ſentientibus quàm abſoluta facta fuerit cõcoctio, & corruptorum euacuatio: ſin autem remaneat, iis quæ in cholera dicta ſunt, vtendum.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Cholera eſt immodica. *Cholera commune ſtomachi & inteſtinorum vitium videri poteſt. Nam ſimul & deiectio, & vomitus eſt, prætérque hæc inflatio, inteſtina torquentur. Bilis ſuprà, infráque erumpit.*

Hydromalum. *Hoc eſt aqua ex malis Cotoneis præparata. ſcripturam eius habes lib. 7. Paul. ſumitur autem & per ſe potui, & cum micis panis.*

Horarios ſeu fugaces. *Aliàs expoſui qui ſint horarij, quos Plin. vocat temporarios & tempeſtiuos. Sunt autem hi qui diu aſſeruari nequeant.*

Suum petunculi. *Hoc eſt ſuum pedes. Celſus alibi Trunculos videtur nominare ſuum pedes, inter ea quæ boni ſunt ſucci.*

f *Linteola calida oleo imbuta, &c.*

De læuitate inteſtinorum quæ Lienteria dicitur & Cœliaco affectu. Cap. XL.

CVm Lienteriæ duplex ſit ſpecies, vna ſanè ex ſuperficiaria inteſtinorum exulceratione, ſecundùm quoſdam verò etiam ex cicatrice, quam Dyſenteria magna ex parte, vel aliæ fluxiones excitant: altera ex facultatis cibum in ventre continentis imbecillitate, ſecundam opinor differentiã cum Cœliaca dicta affectione commiſceri confundíque. Etenim in hac cùm venter præ imbecillitate nequeat cibos & concoquere & diſtribuere, læuia, cruda & per liquida redduntur, †aluo in omnibus fluida. Verũ in Lientericis celeriter, quæ aſſumpta ſunt, egeruntur, támque intenſa eſt cruditas, vt alimenti aſſumpti genus apertè cognoſcatur. atq; hac nota potiſſimùm à cœliacis diſcernuntur. Itaque ſemen lini cum pal mulis ipſis obducitur. Summè autem facit lentiſcus, rubus, oxymelite incoctus: cùm adeſt inflatio cuminum miſcebitur, anethúmque, & ruta: augeſcente verò profluuio adiungemus mala cotonea, alumen liquidum, acaciam, hypociſtidem, gallam, vel quædam, vel omnia. Cerata ex oleo myrteo cum vino quodã aſtringente. Epithemata calidiora quidem ex baccis lauri, & quod ex ſeminibus conſtat. Aſtringunt autem magis diacœnanthes, & diagigarton, id eſt ex acinis malorum punicorum: Item quod ad Antyllum authorem refertur, & Erythrij mirificum. Si verò morbus in vetuſtatem incidat, etiam ventri rectè applicatur & ceratũ ex ſinapi, ipſúmque ſinapi. Potiones conueniunt, ſimplices quidem, plantaginis, g vel rumicis, vel mali granati cortices, vel ſorba arida, vel immatura, vel omphacium ſiccum, ex vua aminæa, tribus obolis potum. Qui febri carent cum vini auſteri cyathis ſex: febricitantes autem cum aqua pluuiali ſumũt. h Porrò aluus arida gallinarũ potui inſperſa, ſtomachum minùs attingit, tum ea quæ vrinam citant, exempli gratia, apium, adiãthum, ſimiliáque epota deriuationem moliuntur. Compoſita verò ſunt polyidæ ſphragis, paſtillus ex ſuccino, item ex ſpina ægyptia confectus, inſuper clidium appellatus, & diaſpermaton. Item hoc eſt præſtantiſſimum quod ſequitur, rumicis ſyl ueſtris ſeminis ſeſcuncia, plantaginis ſeminis vncia, hypociſtidis ſucci drachmæ ſex, gummi vel acaciæ† drachmę tres.

Lienteria duplex.

† Ventre omnino fluxionẽ abundè accipiente. ῥευμαλιζομένης ἐπὶ παντὸς τῆς γαςρός. *Goup.*

Gallinarũ vẽtriculus.

† par modus, ὁμοίως ἢ ἀκακίας ἴσον. *Goup.*

Excipiuntur cotoneorum ad tertias decoctorum liquore.

Aliud. Cumini, piperis, rhu ſyriaci, balauſtij ſingulorum ſeſcuncia, malicorij vncia, laſeris ſeſcuncia: aut eius pulueris drachma potui inſpergitur, aut oxymelite macerata dantur manè & veſperi.

Aliud. Myrti nigræ cochleare, eiuſque dimidium, aniſi, roſarum ſiccarum, œnanthes ſingulorum cochlearis dimidium, palmulas viginti, in paſtillos cogito, & drachmam vnam cum aqua aut diluta vini potione porrigito. iam Theriace ex viperis optimum his eſt præſidium. Cibus autem, ſi acris & bilioſa ſit deiectio, ex chondro, oriza, halica, & ſimilibus erit: quibus cùm aſtringens aliquod decoquetur, pirum, malum cotoneum, meſpilum, & id genus alia, item lac decoctum probè his proderit. Potus erit, aut vinum aquoſum, tenue, aut dulcis quædam potio. Sin autem pituitoſiora excernunt, contrarius ipſis cibus exhibetur, nonnulla ſtomacho grata admiſcentur, aniſum, cuminum, vel apij ſemen: Adhæc lenticula bis cocta plerunque ipſis profuit, cum aceto modico, vel oxymelite commanducata. Præterea braſſicæ & ipſæ bis coctionem expertæ: præſtat autem ſecundam ipſorum coctionem in poſca fieri. Vinum aſſumetur vetuſtius calidiúſque.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Læuitas inteſtinorum. Lienteria. *Celſus ad verbum interpretatur hanc vocem, læuitatem inteſtinorum nominans. In hac cibus non continetur, & quicquid aſſumptum eſt, imperfectum protinus redditur.*

Cerata ex myrteo. *In Græco legitur κηρωταὶ διὰ μυρσίνου pro κηρωταὶ διὰ μυρσινίνου quod eſt, Cerata ex oleo myrteo. Sic etiam Aetius habet.*

CORNARII.

g *Plantaginis ſemen, rumicis ſemen &c.*

h *Minus autem offendit ſtomachum ventriculus gallinarum ſiccus potui inſperſus.*

i *Silphij vnc. 5.*

De Teneſmo. *Cap.* XLI.

Teneſmus interdum dyſenteriam præcedit: ſæpè verò & ipſe ſolus paulatim generatus, deſinit. Eſt autem affectus hic, implacabilis deſidendi cupiditas, qua nihil præter modica cruenta, vel mucoſa, egeritur, quæ totius prope mali cauſa eſt: factáque in lõganone inflammatio œdematodes hoc

hoc eſt mollis & cedens hærentis illic ſtercoris opinionem, & deiiciendi ea deſiderium mouet. Galenus memoriæ prodit etiam calculum quendã in teneſmi affectione per anum fuiſſe excretum. Subinde verò obſtructionem ſtercoris in tenui inteſtino coacti, teneſmus ſecutus eſt, qui aſtringentibus quidem obturantibúſque remediis magis increuerit: clyſteribus autem acrioribus, nempè mulſa cum ſale, vel medicamine quod emolliat, per os aſſumpto, vt damaſceno, vel pinguibus ficis, [k]rore marino, ſero lactis, ſtercore excreto, confeſtim finitus eſt. Quod ſi igitur citra talem cauſam, Teneſmus obortus, ſit conuenit inflammationem, cruda Hordei farina calida, & fotu ex vino, oleo myrteo, vel roſaceo, vel omphacino lumbis & inferiori ventris ab vmbilico regioni adhibito lenire, ad ea verò quæ longaoni mucoſa impacta ſunt, mulſa indita aluo abſtergendæ muriáque ſępè demiſſa auxilij fuit abundè. Sufficiunt autem ſalis drachmæ ſex in aquæ calentis hemina. Porrò dolores intentionéſque leniuntur inſeſſu fœnugræci, vel malvę, vel ſeminis lini. Alij autem frequenter hunc quoque inſeſſum felicem ſunt experti, [l]rutæ, myrti, cytini, lauri, cupreſſi, æqua ſingulorum viridium portio in aqua coquitur: eſt autem Marcellium. Vbi altè affligit inflammatio, irritationéſque, iniici debent ab inferioribus partibus cremores frumentacei cum quodam aſtringente decocto. oleum verò dulce inditum retentúmq; dolorem ſoluit. Cùm autem crebra deſidendi eſt cupiditas, [m] etiam Agatidem ſpiſſamentis calidis ſedi apponent, aut furfures calidos in faſcia, aut ſpongiam, aut aliquid huiuſmodi.

Lapis reiectus in teneſmo.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Implacabilis deſidendi. *Gracè erat* ἀπαραίτητος προθυμία πρὸς ἔκκρισιν. *Celſus ponit frequens deſidendi cupiditas:* ἀπαραίτητος *ſignat inevitabilis. Melius ſonat hîc implacabilis, frequens & aßidua eſt. Quidam* τεινεσμὸν *ſcribendum putant, à verbo* τείνω, *quod eſt tendo.*

ἀπαραίτητος.

CORNARII.

k *Mercurialis, ſerum lactis, ſubaudi aſſumpta.*

l *Rubi, myrti floris mali punici, lauri, & cupreßi ramulorum viridium. Graca ſic reſtituenda.* πολλάκις δὲ ἐπέτυχεν καὶ τοῦτο ἐγκάθισμα. βάτου καὶ μυρσίνης, καὶ κυτίνου, καὶ δάφνης καὶ κυπαρίσσου θαλλίων χλωρῶν.

m Glomerem ex ſtaminibus calidis ſedi apponent. De glomeris ex ſtaminibus vſu vide Annotat. in lib. 2. cap. 58. Verùm hîc τυμμάτων falsò habetur pro τημάτων. Aetius lib. 9. cap. 44. eundem glomeris ex ſtaminibus vſum, his verbis prodit. ἢ ταῖς ἀπὸ τῶν γυναικείων ἀγαθίδαις κατὰ διαδοχὴν πυρία, *id eſt, aut glomis texturæ gynæciorum per ſucceßionem foueto.*

De torminibus quæ Dyſenteria dicitur. Cap. XLII.

Dyſenteriæ cauſæ variæ.

CVm inteſtina intus exulcerantur, Latini tormina, Græci Dyſenteriā appellant, quæ nunc ex teneſmi mutatione, vel quadā ex prædictis alui turbatione prouenit, nunc per ſe incipit. in qua excernūtur primùm biliosa, varia, deinde leuiter ſubcruēta, poſtremò ſaniei ſimilia cuiuſmodi à mortuorū cadauerib. ſolēt profluere. At quæ à bile nigra oritur, exitialis eſt: vt quæ cancrū cum exulceratione teſtetur. Si igitur ab exulceratione, cruēta ſtercori cōmiſta deiici cū dolore & torſionibus cernantur, vlcus tenuia inteſtina obſidere nota eſt, quod per os potiſſimùm remedia deſideret. Sin autē ſyncerū ſtercus deſcendat, craſſa, quod enematibus magis cedit. Porrò cū multū ſanguinis ſeorſim excernitur, affectū cruētā dyſenteriā appellant: quanquā interim ſanguis etiā nigrior, quā naturaliter eſſe debet, & ſplendeſcens deiiciatur, cū ſcilicet iecur alimentū diſtributum nō probè conficit. Iam verò cùm retentrix ipſius facultas, vel alteratrix imbecillis eſt, ſæpè eiuſmodi deſcendūt vt recēs in eis caro lota eſſe videatur. Atq; hanc iecorariam vocāt Dyſenteriā, de qua in iocinoris affectu agemus. Itaq; vtendū eſt communiter iis quæ in cœliacis & aliis præter naturam excretionibus comprehenſa ſunt, Priuatim cōueniunt, lemnia ſphragis, quæ etiam depaſcētem modo dyſenteriā perſanat, & pota & in aluum data, ſi inteſtinum mulſa priùs fuerit abſterſum, deinde muria.[n] & lactucæ ſuccus potus conuenit dyſentericis: ipſáque lactuca in poſca cocta eſui idonea eſt, item plantago, rubi tum fructus, tum folia, & althææ radicis decoctum hippuris ex aqua, vel vino bibita, eiúſque ſuccus prodeſt. [o]Mori ſuccus immaturus exiccatus, atq; hoc magis batina mora ſimiliter reſiccata. ſiccant etiā ventris fluorē oua ex aceto cocta comeſtáq;. Satius fuerit, ſi cōmiſta quibuſdā ex iis quę ad dyſenteriā faciūt, frixáq; eſui exhibeas. Vtiliſſimùm his eſt omphacium, rhus rubrū eiúſq; ſuccus, malicorium, galla, acini, vuę, meſpila, myrta, corna, cochlearum integrò toſtarum cinis.

Vlceris tenuium & craſſorum inteſtinorum diſtinctio.

Dyſenteria cruenta.

Dyſenteria hepatica.

Compo

Compoſitum hoc benè facit, cochlearum cineris partes qua tuor, gallæ partes duas, piperis partem vnam in puluerem redacta obſoniis inſpergito, vel ex aqua, vel ex vino albo aquoſo potui dato. Generoſè iuuat Dyſentericos quos nondum vlcus putre occupauerit, & canum oſſa vorantium ſtercus aridum, cum lacte caſeato, ex lapillis marinis iniectis potatum. compoſita verò ex ægyptia ſpina paſtillus, item Philippi, tum qui ex cornu ceruino conſtat, adhæc qui ex ſeminibus conficitur, pquique ad Trigonem refertur. Iam catapotia ex macere admiranda. maximè autem commendatur & hoc: opij, croci, lycij indici, acaciæ, rhu, thuris, gallæ hypociſthidis, malicorij, myrrhæ, aloës, æquales ſingulorum portiones, nempe tres oboli ex aqua propinantur.

Aliud. Rhu drachmæ octo, gallæ, malicorij, ſingulorum drachmæ quatuor: cochleare vnum ex vino datur.

Aliud. Rhu drachmæ octo, gallæ, acaciæ, gummi, ſingulorum drachmæ duæ, opij drachma. Exhibetur drachma ex vino temperato. Hoc autem eclegma ipſis conueniet. Myrtorum nigrorum, rhu ſyriaci ſinguli ſextarij, palmularum thebaicarum duæ libræ, malorum cotoneorum carnium libra, mala granata acida cum ipſis corticibus decem, vini aſtringentis ſextarij duodecim, ad tertias decoquuntur. Percolatis libræ ſex mellis iniiciuntur, & ad ſpiſſitudinem iam incocta linctu exhibeto. Notum verò eſt cataplaſmata quoque ex aſtringentibus componenda, quorum materiam explicatam habes. Porrò aluo indita, Dyſentericis propter teneſmos infeſtantes, ex vſu fuerint, cremor orizæ, vel chondri, vel huiuſmodi alterius cum adipe caprillo, vel hircino, tum ea quæ capite de Teneſmo diximus. Si autem ſanguis profluit ex inferioribus partibus, infundere oportet ſuccum polygoni, vel plantaginis cum acacia, vel hypociſthide, vel id genus aliquo. Sin q vrgeat fluxus, etiam quod ſanguinem cohibeat quoddam iniiciendum eſt, vt cinis lanæ ſuccidæ, vel ſpongiæ inanis, pice liquida, vel ſanguine bubulo imbutæ, vel alumine liquido, combuſtæ, vel aſinini ſtercoris ſucco. Huic & Andronis paſtillus præſtans eſt remedium, tum qui Muſæ aſcribitur, ac perſimiles. Inſuper ſubiecta collyria multò ſunt in id efficaciſſima, in quibus potiſſimùm etiam dolores circa deiectionem fiunt. Vbi verò vlcera inteſtina depaſcantur, quæ tum fœdo excrementorum odore, tum

Sāguinem ſiſtentia.

putredine, tum quod non ſtatim per initia fiat, ſed temporis interuallo, agnoſcimus, enematibus quæ cruſtam inducunt vtemur, cuiuſmodi ſunt paſtilli nomine Fauſtiani, item diachartu, id eſt ex chartha inſcriptus, ac [r] Bitynius, Theoniúſque: prætereà qui ex ſuberibus conſtat, ex lenticulæ decocto, vel cuiuſdam aſtringentis, iniecti. Atque hoc enema eſt ex iis quæ admodum expertus ſum, [s] glandis calyculi combuſti (eſt autem calyculus concauum illud vnde querna glans prodiit, quo coriarij vtuntur) auripigmenti, conſolidæ, rhu ſyriaci, æquales partes. his contuſis, duo cochlearia excipito cremore orizæ & ſucco anchuſæ quæ folium habet ſpinale, amplum nigrumq́;, [t] quod Chœroſpileton appellant. Item ouorum candidi liquoris ſimiliter ad vncias duas ternáſue immittito. Epithemata verò in Cœliacis enumerata ſunt. Item ventris inunctiones quæ aſtrictoria ac ſiccante coſtant materia, glutinatorio quodam adhibito, gummi, thuræ, taurocolla, polline, in ſimilibus cataplaſmatis locum habeant. † Alimentum his erit per initia, pulticula ex ouo & lacte, deinde ſorbitiones frumentaceæ per ſe, & cum lacte: item lac mediocriter coctum maximè commendatur. holerum vſus non eſt neceſſarius quidem, attamen guſtandas exhibebis, ſerim coctam, intybum, plantaginem, braſſicam bis coctã, poma quæ ὀπώρα dicuntur aſtringentia, carnibus ipſorũ reiectis, vel aliis quæ aſperare inteſtina poſſunt. Verũ ſi multa ſit caloris intẽperies, etiam intybus cruda eſui danda eſt, & aqua potioni frigida. Alia verò potabilis aqua cœleſtis eſto. Si verò laborauerit ſtomachus, vinum quoque propinandum eſt. Poſteà ex aucupio ſicciora, & concoctioni morigera ſumantur: balineis dulcibus vtentur, à quibus ſi fluxionem experiantur, ſpongiam magnam, vel panis ſiliginei micas vino Aſcalonite, vel quodam aſtringente calido imbutas, toti ventri imponere oportet, contra quem cùm deligaueris, ſic lauare iubeto.

Calyculus glandis.

† Alimẽtum per initia his ſint oua, ſed præſtat prior lectio, quæ habet ὠόγαλα, id eſt oua lacti mixta. Goup.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Latini tormina. *Celſus libro quarto ita inquit, Proxima his inter inteſtinorum mala tormina eſſe conſuerunt, δυσεντερίαι Græcis vocantur. Vide Galeni librum ſextum de locis affectis: Oribaſij librum nonum.*

Teneſmi mutatione. *Græcè eſt ἐκ μεταπτώσεως τεινεσμοῦ, quaſi dicas ad verbum ex decidentia teneſmi, cùm videlicet Teneſmus*

in dyſen

in dyſenteriam degenerat, tranſit, mutatur.

Deinde leniter ſubcruenta. *In Græco malè habetur, εἶτα πρὸς χόγον αἱματώδης pro εἶτα πρὸς ὀλίγον αἱματώδης. Celſus etiam quodam loco interpretatur, Leniter ſubcruenta.*

Cochlearum integro toſtarum. *Græcè eſt κοχλιῶν ὅλων, quod ſonat cochlearum totarum, quod noſtri dicunt, cum toto.*

CORNARII.

n *Et portulacæ ſuccus commodus eſt dyſentericis potus. Et ipſa portulaca coctain poſca, &c.*

o *Mori immaturi fructus ſiccatus.*

p *& Trigonus.*

q *At ſi res vrgeat, etiam ex ſanguinem ſiſtentibus aliquod infundatur, velut eſt cinis lanarum ſuccidarum, aut ſpongiæ nouæ, pice liquida, aut ſanguine bubulo, aut alumine liquido, aut ſtercoris aſinini ſucco imbutæ, & vſtæ. Horum verborum lectio tranſpoſita eſt in Græcis. Sic itaque reponatur, εἰ δ' ἐπείγοι, καὶ ἴσχαιμόν τι ἐνιέναι, οἷον τέφραν οἰσυπηρῶν ἐρίων ἢ σπόγγου καινοῦ βραχέντος πίσσῃ ὑγρᾷ, ἢ αἵματι βοείῳ, ἢ στυπτηρίᾳ ὑγρᾷ, ἢ ὀνίδος χυλῷ, καὶ καυθέντος. Nouam autem vult eſſe ſpongiam, id eſt, καινοῦ, & non κενοῦ, id eſt inanem: nouam enim ad hoc commodam eſſe, & contrà veterem inutilem Dioſcor. teſtatur.*

r *Bithynus, & Thronius.*

s *Omphacitidis vſtæ, eſt autem cauum illud, &c.*

t *Chœroſpelethron, id eſt iugerum porcinum vocant.*

De morbo inteſtini plenioris, quem Græci Colicon appellant. Cap. XLIII.

COlon, cum pars ſit inteſtini craſſi, à dextra ilium regione procedẽs, ad ſiniſteriorem cincturæ modo pertinet. *Coli ſitus.* Huic dolores grauiſſimi plures ob cauſas ſuboriuntur. vel enim ex craſſo pituitoſoque humore intra tunicas ipſius recepto, vel ex ſpiritu craſſo & flatulento qui non habet exitum, vel propter inflammationem inteſtini, vel ob acres mordacéſque humores. *Colici affectus cauſæ & ſigna.* Qui ergò ex humore craſſo, ac pituitoſo dolorem concipiunt, hi per totum abdomen in alto excruciantur, præſertim ſenſu, qua parte colon ſitum eſt, ceu terebra pertundatur. Hos torſiones quoq; affligunt, ructus, nauſea, vomitio cuiuſlibet humoris, potiſſimùm pituitæ. Aluus grauiter impedita nihil reddit, ac ne ſpiritum quidem tranſmittit. Stercus autem quandoque excretum, bouino ſimile videtur, leue & flatus plenum. Præcedens horum cauſa

eſt

eſt magna ex parte, continuus ciborum frigidorum, craſſiq; ſucci vſus, repletio, cruditas, otium, & his finitima. Qui autem ex ſpiritu flatulento indoleſcũt, iis tenſionis magis ſenſus obuenit: qui autem ex inflammatione, ij feruorem internum percipiunt. & febris non ignaua, vrinæ retentio ſimul & ſtercoris pulſus in ventre moleſtat, ſitis, ardor, nauſea, bilis, potius vomitiones quæ nihil leuant malum. ſumatim inter colicas affectiones, hæc eſt grauiſſima, quæ in Ileum tranſitionem minatur. at quibus acres rodentéſq; ſucci dolorem mouent, ſicut etiam qui ob inflammationem dolent, hos ardor ſitis & vigilia torquet: febricitant autem omnino vel minus quàm illi, vrina redditur acris, & bilioſa per aluum deſcendunt. Sæpe alui deiectio maiorem excitat cruciatum, grauiúſque irritant calidiores cibi potúſq; aſſumpti. Itaque doloribus quos frigidi & glutinoſi ac craſſi humores contraxerunt, medebimur, ſic vt non vehementer calfaciamus, quippe huiuſmodi humores iis quæ nimis excalfaciunt præſidiis funduntur, ac in ſpiritalem potius ſubſtantiam rediguntur. Quapropter & incidi, & concoqui medicamentis debent, quæ non inflent, ſed extenuent, deſiccéntq;, nec per morbi initia valdè calefaciant. Prius itaq; aluo ſtercore leuata, cõgrui clyſteres ex oleo iniiciuntur in quo decoctum ſit cuminum, vel ruta cum adipe anſerino, vel gallinæ, aut cucumis ſylueſtris radicum decocto, & myrrhæ drachma, melle & oleo, aut ex myrrha, melle, & oleo ſicyoneo. Iam verò commune oleum iniectum, ſæpe vitream ſimul pituitam expulit, ac dolorem ſubitò finiuit. At ſi ob doloris vehementiam etiam enema retinuerint, glans aluo demittenda eſt, ex melle, cumino, nitro, rutæ ſemine ſicco, braſſicæ caule probè polito & muria madefacto, vel cinere braſſicæ melle conſperſo, vel cucurbita ſylueſtri trita cum melle, nitro & cumino. Glandes autem digitorum ſex erunt, vt ſtrictiorem ani muſculum, quem σφιγκτῆρα vocant, exuperent, ſedémq; vngere oportet, cyclamini ſucco cum melle & nitro, vel centaureo cum melle & nitro. Si dolor non remittitur, enema præter commemorata ſit. Reſinæ terebinthinæ vncia, vel opopanacis drachma, vel galbani drachmæ quatuor, bituminis tantundem, cum nitri drachma, & aquæ vncia, olei rutacei vnciæ quinque, aut amplius. fotus autem partibus indolentibus ſuperaccommodandi ſunt ex [u] cumino,

Curatio.

no, vel anethino, vel ſicyonio oleo. Cataplaſma admouendum, Triſpermum appellatum, cum cumino, baccis lauri, apij ſemine. Epithemata verò conuenient, diaſpermaton, diadaphnidon, adde diameliloton, & Poliarchion. Inſeſſus autem vtilis ex decocto fœnugræci, althææ, chamæmeli, artemiſiæ, anethi, lauri, & ſimilium. Item in oleum calidum, aut hydrelæum deſcendere alienum non eſt. potui offertur abſinthium, & cuminũ æqua portione, vel panax cum aqua, vel caſtorei, aniſi, piperis, ſingulæ drachmæ cum oxymelite. Quòd ſi dolor non conquierit, propinatur ipſis medicamẽtum diatrion pipereon, vel theriaca. Iam ſinapiſmo, & dropace in remiſſione doloris vtendum eſt, ac balneis naturalibus: à balneis autem aquæ potabilis abſtineant, niſi doloris † circunſtantia compellat. Vbi iam prædictorum aliquo medicamento facta prius fuerit euacuatio, iubebis vt lauẽt, incaleſcántque laconico † intra ignitos parietes inſpergẽdo nitroſa quædam ſmegmata. Cùm dolor eſt vehemens, mediocriter lenientibus vti conuenit, qualis eſt paſtillus ex caſtoreo, tum aluo ab inferioribus partibus inditus, tum potus, ſimiliaque his medicamina. Nam quæ valenter ſtuporem inducunt, vitare oportet. quippe pauliſper quidem leniunt, ſed longiorem affectionem reddunt, dum materiam incraſſant, meatúſque inteſtini condenſant. Porrò vbi iam pituita fuerit extenuata, purgabitur hiera amareſcente, vel his catapotiis: Aloẽs, euphorbij, cocci gnidij, ſcammoniæ, æquali ſingulorum modo. dantur duobus ſcrupulis. Victus vtilis erit calidior ſicciorque. per initia morbi, à cibo abſtinebitur. Deinde acria aſſumentur. Porra igitur ipſis exhiberi cocta cum condito debent, apium, aſparagus paluſtris, cruda allia, & maximè iis qui talibus non offenduntur: ipſumque verò conditum bibant, panem verò cum ipſo aſſumant. Inſecutis diebus etiam reliqua boni ſucci alimenta concoctuque facilia dabuntur, ſic vt repletio cruditáſq; vitetur. At ſi flatulentus ſpiritus doloris author fuerit, ſecundum clyſteres qui flatus diſcutiant, potionéſq; etiam cucurbitæ quàm maximæ cum flamma ac leues toti abdomini defixæ, frequenter abundè auxilij præſtiterunt. Porrò cùm inflammatio inteſtinum exercet, vena in cubito aperienda eſt. ſin vrinæ difficultas diſtorqueat, etiam ex talo ſanguis detrahi debet, & prædicta admoueri præſidia, præterquam quæ

† *intenſio.*

† *in locis ignitis. Goup.*

quæ acria ſunt, † & valenter purgant: vtendum verò iis quæ magis leniunt, enematis, cataplaſmatis & ſuperfuſionibus, in oleúmque deſcendendum, ac cucurbitulas ipſis defigemus, ceratum abdomini applicabimus, quod habeat ceræ quincuncem, olei chamæmelini vncias duas, roſacei tantundem, lomenti ſemunciam, vitella ouorum quinque. Hæc ſucco lini ſeminis ſoluuntur. Victus tenuis, ac febricitantiũ proprius ipſis conuenit, quouſque inflammatio diſcutiatur. Atqui ſi propter acreis rodentéſq; ſuccos dolitant, oleũ ipſis ab inferioribus partibus iniicietur, in quo fœnugræcum decoctum ſit, vt althæa cum tenera adipe recenti anſeris, vel gallinæ, vel etiam cremore priſanæ cum roſaceo, vel ſucco quoque lini ſeminis. Propinandúmque ipſis Antidotum picra dia aloës, & balneis vtendum ex dulci aqua, cibo ſorbili ex chondro, vel priſana, piſcibus ſaxatilibus. In ſumma vniuerſus victus humidior erit, & frigidior. Abſtinendum acribus omnibus, cum cibis, tum medicamẽtis, fotuq; ex aſperginibus, & cataplaſmatis, vini potione, & potiſſimùm veteris. Cùm autem dolor præpollet, etiam iis vtendum eſt quæ ſenſum obſtupefaciunt: nam offendunt minus aliis huiuſmodi affectiones medicamenta, quæ tenues mordacéſque humores incraſſant, & mediocriter refrigerant. Puto autem colicam affectionem, quæ etiamnum regnat ex huiuſmodi proueniſſe humoribus, quæ ab Italiæ quidem regionibus incepit, in aliis autem multis Romanorum Reipublicæ locis peſtiferæ cuiuſdam luis modo ſit graſſata: ex qua pleriq; in morbum comitialem, alij in artuum reſolutionem ſenſu incolumi, nonnulli in vtraque ſunt prolapſi: ac eorum qui in comitialem morbum inciderunt, plures interiere. Ex illis verò qui in reſolutionem, plures euaſerunt, tanquam in criſi, cauſa aliorſum ex loco quem infeſtauerat, conuerſa. Sic igitur laborantes, medicus quidam in Italia curauit victus quadam ratione infideli refrigerante, & maximè temeraria. lactucas enim non coctas refrigeratáſque ipſis porrigebat, intybúmque ſimiliter ſupra ſatietatem comedendum. Item vuas, mala, piſces dura carne præditos, omniaque cruſtacea quæ vocant Græcè ὀστρακόδερμα, pedes bubulos, bulbos, & ſimilia, non ſolùm facultate, ſed & tactu frigida. vinum rarò præbebat: cùm autem dabat, frigida miſcebat, ipſámque frigidam, vel etiam poſcam frigidam exhibebat, ab omni alio calido,

† & multùm calfaciũt, πλὴν τῶν ἀειμάτων, καὶ θερμαινόντων ἰσχυρῶς. Goup.

Colica affectio tempore Pauli.

calido, & medio cibo abſtinens. Atque plurimos ſic præter omnium opinionem perſanauit, imò nonnullos qui iam in morbum comitialem, vel reſolutionem prolapſi erant, propemodum ſanitati reſtituit.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Colon. *Hoc inteſtinum apud Latinos ſcriptores varia ſortitur nomina, nunc inteſtinum craſſum, nunc plenius, nunc laxius appellatur. Paulus dicit, cùm pars ſit inteſtini craßi, hoc eſt, recti. Nam* Nota. *rectum octo ferè digitos longum, ſtatim colon vocatur, quod tenuibus eſt craßius. A ſiniſtro rene ad dextrum ſuper ventriculi fundum fertur, donec ſæpenumerò & lienem, & iecur attingat. Quid, dicet aliquis, quod Paulus contra Galeni ſententiam à dextra ilium regione procedere colon pronunciat. Huic reſpondeo, Si à tenuibus inteſtinis numeremus, per dextra ilia prius ſuperuectum colon ad ſiniſtra prodit. Sin à recto incipiamus, à ſiniſtra parte incipit, in dexteriorem obliquum conuertitur.*

Excruciantur præſertim ſenſu. *Græcè eſt,* ἡ ὀδύνη γίνεται, μάλιστα δὲ κατὰ θέσιν τοῦ κώλου τρυπανώδους συναισθήσεως γινομένης. *quod ad verbum ſonat. Dolor oritur, maximè verò iuxta ſitum* Dolor coli qualis. *Coli, terebrali (vt ſic dicam) ſenſu excitato. Galenus hanc doloris ſpeciem lib. 2. de locis affectis exponit, cap. 7. tu illic videto.*

Braſſicæ caule probè polito. *Græcè erat,* κράμβης καυλῷ καλῶς ἑψομένῳ. *Oroſcius intelligit per* ἑψομένῳ, *cocto, quod* ἐξεσμένῳ *potius ſignificaſſet. Præterea Dioſcorides leuiter feruefactam, ſi edatur, aluo idoneam: percoctum verò, aluum ſiſtere.*

Iubebis vt lauent, incaleſcántq; laconico. *Ad humorem pituitoſum concoquendum conſulit naturales balineas, & Laconicum.* Laconicū. *Eſt autem Laconicum etiam hodie adhuc in vſu, teſtudo illa thermarum, quæ igne cõcalfacta vaporem ſiccum excitat: qui deinde ſudorem mouet in corporibus. Columella meminit his verbis, quotidianam cruditatem laconicis excoquimus, & exhuſto ſudore ſitim quærimus. Græca ſunt,* πυριᾶσθαι ἐν διαπύροις τοίχοις, *quaſi dicas, deſudare intra ignitos parietes. Non opus erat ponere ignitos parietes, cùm Laconici vox hoc comprehendat, ſed vt ſciolis quibuſdam fiat ſatis, appoſui.*

Cucurbitæ quàm maximè cum flamma. *Sic interpretatus ſum,* σικύαι ὡς μέγισται διάπυροι, *quaſi dicas cucurbitæ quàm maximè ignitæ. Celſus cum flamma dicit, quem imitatus ſum.*

Tanquam in criſi, cauſa. *Paulò pluribus verbis reddidi hanc ſententiam:* ὥσπερ ἐν κρίσει μεταστάσεως τῆς αἰτίας, *hoc eſt ad verbum,*

tanquam

tanquam Criſi cauſa mutata. Is autem ſenſus eſt, Colicus hic morbus tandem ex inteſtinis materia tanquam per criſim expulſa in alias partes finitus eſt.

CORNARII.

y *ex oleo rutaceo, aut anethino, &c.*

De tenuioris inteſtini morbo, qui Ileos dicitur.

Cap. XLIIII.

ILeos cùm affectus ſit maximè acutus, & dolorificus, ſymptoma quoddam habet periculo grauius. Qui enim hoc malo ſunt oppreſſi, miſerabili morte pereunt, ad vitæ finem, ſtercus per os reddentes. Contrahitur id vitij cruditatibus, & obſtructo recrementorum itinere, iis nimirùm retentis, quæ iam corruptionem experta ſunt: ex letalibus medicamentis, cúmque in ſcrotum prolabuntur inteſtina, & cùm inflammationem ſentiunt, colica affectione plerunque præcedente, cauſamque adferente. Pueros itaque ſuperfuſionibus, cataplaſmatis, enematis, glandibus & fomentis, ſicut in capite de colicis comprehenſum eſt, curare oportet. Adoleſcentibus autem & ætate floridis indubitatò ſanguinem detrahere: ſin minus, vincit multas ac leues cucurbitulas toti abdomini admouere: loco autem dolenti, etiam cute inciſa: item perfricare & deligare artus, & tunc efficacioribus clyſteriis & iniectionibus vti. Ad hæc in oleum calidum deſcendere, antidota purgationéſq; aſſumere, breuiter omnia adhibere conuenit, quæ ad colicos ſcripta ſunt, præter eos qui ex acribus, rodentibúſque ſuccis indoleſcunt. Mirificè x autem ipſis facit etiam ſi vomuerint, anethum coctum, potúmque, à potu panis in calidam demerſi fruſtula ſtatim eſſe, dum incaleſcunt. Ad eos autem qui cibos non retinent, rhus & cuminum in y eadem trita potui dato in ſenis oxymelitis cyathis. Qui ex medicamento in ileon inciderunt, vt vomant compellendi aquæ calidæ potu. Noxiorum autem medicamentorum notas, quinto libro habes expreſſas. Deinde oleum calens propinari debet, vel iura pinguia, vt denuò vomant. Diebus aliquot interpoſitis, theriace potui detur. At ſi obſtructio perſeueret, lacte ſciſſo cum ſcammoniæ, vel aloës, vel cuiuſdam purgantis momento, aluum inanire confert. Si ex inteſtini prolapſu in ſcrotum affectus proceſſerit, figuratis ſtatim ipſis ſublimibus in inguina compelletur delapſum inteſtinum, faſciaque deligabitur.

ANNOT.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Ileos. *Morbus hic nomenclaturam ab ipſa parte affecta, vt ſuperius, colicus, accepit. Nam tenue inteſtinum, vti ieiunũ etiam, dicitur. Incipit, ſi ab imo incipias, à cæco, & deſinit in ieiunum, in varios implicatum orbes. Quidam recentiores morbum vocant Voluulum.* *Ileos.* *Voluulus.*

Colica affectione. *Hoc Paulus ſuperius dixit vbi habet: Inter colicas affectiones hæc eſt grauiſſima, quæ in Ileum tranſitionem minatur.*

CORNARII.

æ *Hæc non ita accipienda ſunt, velut anethi decoctum bibi velit, vt inde vomitus contingat: ſed vt ex eius potu vomitus ſiſtatur, etiam ſi iam ſtercus vomant. Sic enim Aetius lib. 9. cap. 28. Potus, inquit, eis conueniens eſt anethi decoctum: eſt enim vſitatum & accommodum. A potu panem in aquam feruentem coniice, eiúſque fruſta calida confeſtim edenda præbe. Hoc enim modo ſeruabitur, etiam ſi iam inſtet ei ſuffocationis periculum. Eodem loco citat quoque Oribaſij hæc verba, Anethum, inquit Oribaſ. in aqua & oleo decoquatur, atque ita bibatur. Deinde fruſta panis ex aqua feruenti præbeantur: mirum enim in modum ita iuuantur, etiamſi ſtercus vomant. Clara eſt vtriuſque ſententia, & alioqui aluum & vomitus ſiſtere anethi decoctum ſcribit Dioſc. lib. 3.*

ȝ *Simul trita.*

De renum & veſicæ affectibus, & primùm de calculo.

CAPVT XLV.

MOrborum cognatio, ordinem diſciplinæ tranſgredi nos compellit: nam communis eſt Colicis, & lapidem in rene habentibus aluus initio aſtricta, vehemens dolor, faſtidium, cruditas, & tormina. Propria verò, Colici habent omnia hæc magis intenſa, nephritici minùs. At Colicis quidem in dexteriore potius ilium parte dolor excruciat, & vſque ad ſtomachum, iecur, & lienem peruenit, aluus omnino cohibetur, adeò vt ne ſpiritus quidem infra tranſmittatur. Cùm verò neceſſitas ſtercus expellit, flatulentum bouilli modo eſt. Interim etiam vitrea pituita excernitur, vrina copioſior pituitoſáq; redditur. verùm nephritici grauẽ in ipſis renibus infixum dolorem impacti pali inſtar ſentiunt, eiuſdémque lateris ac è directo ſubiectus teſticulus indolet, femur eiuſdem partis directè obſtupeſcit, excernitque etiam ſponte quidem rarò, omninò autem clyſteriis aluus citata, *Colicis & Nephriticis communia, et propria.*

flatus, ſtercúſque bilioſius egerit. vrinæ paucæ, & arenoſæ magis prodeũt: meatus per quẽ vrina diſtillat, aſtringitur. hęc indicia calculos in renib. eſſe fatẽtur, quæ adultis potius oboriuntur in veſica autem pueris magis calculus ſolet concreſcere: notæ horũ ſunt cruda & ſubalbida vrina cui ſubſideat arenoſum.

Calculus veſicæ.

Pruriunt laborantes crebro, & cõtrectant pudenda, intendúntque, & continuè ad vrinam reddendam vrgentur, ac ſtillicidio vexantur.

Calculi cauſæ.

Materiam igitur calculis creandis ſuppeditat craſſus, terreúſque humor. Effectrix ipſorum cauſa eſt ignea renum, aut veſicæ caliditas. At in renibus quidem medicamentis vti conuenit, quæ calculos confringunt diſſecántque, non autem manifeſtò calefaciunt.

Calculos atterentia.

[z] Talia habentur baſilicorum aſparagorum radices rubiq́ue, vitrum combuſtum, graminis radix, adianthum, bdellium, lauri radicis cortex, althææ ſemen, cicer nigrum arietinum, ſpongiarum calculi, acetum ſcillites, phu, meon, aſaron, carpeſion, ſaxifraga. ſion verò, & eſu, & potu prodeſt, cardui radix, eryſimon, & prionitis. balneis autem crebrò vtantur, & poſt lauacrum ſtatim quædam ex prædictis bibant. Cæterùm ſuperfuſiones, cataplaſmata, fotus, inſeſſus, relaxantia, & quæ leniunt, ex colicis huc transferre conuenit. Cõpoſitæ potiones ſunt, [a] rutæ Syluestris, maluæ Syluestris, apij radices. incoquuntur vino, & liquor indè expreſſus temperatúſque aqua, duobus cochleariis porrigitur. Hoc inſpergi poteſt. Balſami fructus, lapidis ſpongiarum, pulegij ſicci, maluæ Syluestris ſeminis, ſingulorum pares portiones. vbi contuſa fuerint, cochleare inde cum vini temperati † cochleariis duobus exhibetur.

† Cum vini temperati duobus cyathis. μετὰ ὄινȣ κεκραμένȣ κυάθων. β. Goup.

Item ſanguis hircinus inarefactus, cicadæ ſiccæ ſine pennis pedibuſq́;, lapis Iudaicus, qui Tecolithos dicitur, ex mulſo in calido balnei ſolio offertur. tum medicamenta compoſita, quæ ex ipſis præparantur. Inſuper, † Fuſca nephritice, & ad hoc compoſita, condita. His accedit laudatiſſimum remedium troglodytes: eſt autem paſſerculus omnium auium minima, ea ſola excepta, quæ Regulus appellatur. Hoc enim ſolo paulò maior eſt, eiq́; ſimilis colore inter cinerium & viride, tenui roſtro, in muris maximè & ſepibus degens. Hic, inquàm, totus ſale conditus crudúſq́; frequenter commanducatus, calculos iam creatos per vrinam expellit, in poſterúmq́; generari prohibet. Combuſti integri cum pẽnis cinis vniuerſus per ſe & cum pipere,

phyl

phylliq́ue momento ex mero & melle potus, idem poteſt efficere. Ad dolorum vero acumen & vigilias bona ſunt remedia Sotira, & Philonis medicamen. iam ſanguinis miſſio adhibita dolorem ſæpè læuauit, celeriter calculum emolita. Tuetur à calculis, ne fiant, primùm ſanè cibus boni ſucci, & moderatus, dein exercitia, rarúſq; leguminum omnis generis, frumentaceorúmq; vſus, item caſei abſtinentia, lactis, & quæ ex ipſo præparantur obſoniorum, vini nigri, carnium copiæ, & omnium ſummatim craſſi ſucci, ac nimis calidorum acriúmque, Hydrogarorum dico, & conditorum & ſimilium. Hæc enim ſi obſeruentur, non ſolum lapides nondum creatos prohibent concreſcere, ſed etiam iam factos, confringere, vel excernere idonea ſunt. bibant autem oxymeli cum quodam ſimpliciore vrinam citante, veluti adianto, apio, graminis decocto. A balneo ieiunus antè vinum aquam temperatam potet. ac in medio prandij frigidam ſuperbibat, ſi nihil prohibet. † Vbi praui humoris copiam perſentiſcunt, ſanguine detracto, aut purgatione vacuentur. Omnium verò præſentiſſimum eſt ad calculos arcendos ſecundùm balneum, aquam temperatam prius bibere, quàm vinum, aut aliud alimentum aſſumas. At veſicæ calculos in pueris, valentioribus emoliere præſidiis, delectu ex ſupra comprehenſis habito. Quòd ſi impendiò excreuerint, aut ceruici veſicæ impegerint, iniectione recti ſyphonis, catheteriſmum vocant, per quaſſatum vtendum, aut etiam calculi inciſio adhibenda, vt in parte chirurgica dicetur.

† *Si ſentiãt plethorã et cacochymiã ſanguine detracto &c.* πλήθους δὲ ϰαὶ κακοχυμίας συναισθανόμενοι, &c. *Goup.*

De Inflammatione.

AT ſi inflammatio renes, aut veſicam exerceat, quam hæ notæ teſtantur, loci affecti ardor, dolórque cum grauitate, febricula, mentis alienatio, vomitio bilis ſynceræ, vrinæ reddendæ impotentia, & præſertim vbi veſica inflammationem experitur: ſanguis ſtatim detrahendus eſt, vtendúmque ſuperfuſionibus, quibus leniendi poteſtas eſt, & cataplaſmatis ex ruta, anetho, fœnugræco, althææ radice, clyſteriiſq; mollibus, & iniectionibus ex oleo, papauere, adipe anſerino. In veſicæ affectu etiam, opij ſemiobolum cum myrrha, croco, & oleo, in aluum demitti, mulſáque potui ſumi debet, ab iis abſtineri quæ valdè vrinam citant, ac multa potio vitanda, niſi acris bilioſuſque humor ſuperet, tunc enim potui quoq; liberaliori indulgendum eſt, ac vna vice cumulatim, qui ex

aliquo citra roſionem, vrinam mouente, ſumetur. Seminis lini partes duæ, amyli pars vna, cochleare ex aqua datur, itē cucumeris & peponis ſemen. Cùm ardorem igneum renes ſentiunt, linimenta ex vino & oleo roſaceo, vel aqua & oleo roſaceo, vel melino ſuper accommodantur, aut ceratum ex cera & roſaceo, chamæmelinoque vel melino & luteis ouorum confectum cum aceti paululo, vel polygoni ſucco imponatur. Poſteà etiam emplaſtrum quod à ſuccis diachylon dicitur, cum chamæmelino adhibeatur. calida autem nimiū vitanda, ne puris generationem ſuſcitent, item quæ impendio refrigerant. quippè ab his renes facilè in ſcirrum indureſcunt. Ad hæc balneis. cum inflammatio inſtat, abſtinendum: victus qui in febribus dari ſolet, & ab inflammatione arcenda nomen Aphlegmaton ſortitur, vtilis eſt.

De abſceſſu & exulceratione partium per quas vrina deſcendit οὐρητικὰς, Græci vocant.

Notæ abſceſſus renū & veſicæ. DOLORES circa ilia oborti, horror inæqualis, & febris inordinata, abſceſſum in renibus fatentur. In veſica autem præter commemorata, loci cruciatus teſtatur. Cæterùm affectus renum, hac nota deprehēditur. ſi homo in ſanum recūbens latus, in oppoſito percipiat dolorē, ceu è ſublimi rene ſuſpenſo. In quibus vtēdum eſt inſeſſu ex hydrelæo, item cataplaſmatis ex polline, oleo & reſina, vel erui farina, cū melle, [d] vel cardamomo, vel columbæ ſtercore, cum ficis pinguibus. Pus autem per vrinas confarctim excretum, abſceſſum eſſe ruptum, & vlcus in particula oſtendit. *Notæ exulcerationis renum, veſicæ, vreterum.* Quoniam verò etiam ſine abſceſſu inſtrumenta per que vrina fertur exulcerationi patent, vaſe, aut rupto, aut exeſo ex materia acri, vel lapide perradēte, diſtinguenda eſt renum exulceratio, ab ea quæ veſicam exercet, vel meatus quos οὐρητῆρας vocant, hoc pacto. Renibus quidem exulceratis in lumbis dolor exercet cum grauitate, & ſine impedimento vrina redditur, cui pus mixtum reperitur, carnoſis particulis innatātibus. Veſica autem exulcerationem experta, tormentum vehemens in pectine imóq; ventre mouet, vrinæ difficultas vrget, pus vbi reddita vrina eſt, ſubſidet, ſquamulæ fœdi odoris, vel laminis ſimiles inſunt. furfuracea autem ſubſidentia veſicam ſcabie laborare notāt. ſi verò meatus vrinarij ſint exulcerati, etiam puris mixtura medio quodam modo habet, & pilis ſimilia potius in lotio feruntur, dolórque mediam inter renem &

veſi

veſicam, regionem occupat. Si autem pus aut ſanguis excernatur, idque citra vrinam, nullius particulæ ex prædictis, ſed pudendorum exulceratio ſignificatur. Itáque cum vaſa vrinæ dicata exulcerationem ſentiunt, aqua mulſa bibitur, aut fœnugræci decoctum cum melle, aut cucumeris ſemen cum paſſo. Pus reddentibus per vrinam, bolus armenus datur, aut ferularum combuſtarum cinis, quantum tribus digitis comprehendi poteſt, ex paſſo, item lactis potio vehementer his auxiliatur. Compoſita autem hæc, ſeminis lini, ſeminis cucumeris, tragacanthæ, ſingulorum drachmæ duæ: paſtilli finguntur.

ALIVD. [c] Nuces pineæ numero viginti, cucumeris domeſtici ſeminis grana quadraginta, amyli drachma. Excipiuntur heminis duabus decocti nardi, apij ſeminis. Archigenes in epiſtola ad Atticum iubet, cum vrinæ difficultas vrget, papaueris albi torridi ſeminis detriti drachmam vnam capi, quæ decocto iunci rotundi, aut calami, aut dulcis radicis inſpergatur. Dolores autem ex vlceribus contractos hoc lenit: cucumeris domeſtici purgati ſeminis grana numero triginta, [f] nuces pineæ duodecim, amygdala amara corticibus exuta triginta quinque, croci quantum ad colorem ſatis eſt. Ieiunus quotidiè aſſumet cum lacte, [g] aut paſſo. Mitius erit ſi pro nucibus pineis maluæ ſeminis æqualem modum iniicias. Elidere autem poteſt (inquit) veſicæ exulcerationes etiam cyphi & antidota inde confecta. Ego verò in vetuſtioribus hoc vſus, nunquàm aliud magis varium deſideraui: chamædryos, chamæpityos ſingulorum drachmæ viginti quatuor, aſari, piperis albi ſingulorum drachmæ ſeptem, cinnamomi drachma: optimè detriti cochlearia duo ex paſſo cretico porrigo. ſi febris adſit, ex aquæ cyathis tribus. vbi verò mordax eſt exulceratio, etiam amyli duobus cochleariis & cucumeris ſeminis granis quindecim adiectis, voti compos euaſi. Hæc quidem ex Archigenis ſcriptis ſunt. Item medicamenta diaphyſalidon, id eſt ex halicacabo, & antidotum ex Sylueſtris maluæ ſemine, necnon ex tragemátis cõfectum benefacit. Regioni inter ſcrotum, & anum, nec non inferiori ventri, cerata imponuntur ex œſypo lota, butyro, adipe anſerino, ſtyrace. In veſicam autem infunditur clyſterio mulſa aquoſiſſima, vel lac cum paululo mellis, vel cum cucumeris ſemine, vel candidus oui liquor cum

pompholyge, vel dictorum medicaminum aliquo. Si vlcus paſcendo ſerpit, paſtillus ex charta iniiciendus eſt, aut Bithinius: & cataplaſma ex palmulis & vuis paſſis cum galla, acacia, hypociſthide, & alumine debet imponi.

De ſanguinis renum profluuio.

RENES infirmi lotium ſubinde retinere nequeunt, ſed patentiores redditi ſanguinis nonnihil ex vena laxant, aliáſque craſſicies remittunt. Sæpè renes etiam iuxta circuitum quemadmodum hæmorrhoides, ſanguinis profluuio laborant. Inaniti verò ſubleuantur, in quibus nihil ſubitò tentandum eſt, ſi ſanguinis curſus ſiſtatur. At ſi fluxus eius perſeueret, vena in cubito aperitur, ac medicamentis quæ ad ſanguinis ſputum, aliáſque ſanguinis eruptiones inſcribuntur, in renibus ac veſica ſanguinem fundenti, vtendum eſt. Maximè verò dari debet ſymphyti radix & tragacanthum vino maceratum. Ad hæc polygoni & plantaginis ſuccus, cum poſca, aut amygdala amara cũ paſſo. Vel hoc, Aluminis ſciſſi drachma, tragacanthi drachmæ duæ, gummi oboli quinque: ex paſſo aſſumetur: itẽ cataplaſma ex hordei farina cruda cum poſca & roſaceo, aut ex palmulis & pane ſiligineo cum acacia, vel hypociſthide in vino aſtringenti, vel poſca decoctis obducitur. Cùm veſica ſanguinem fundit, etiam cucurbitulas in iliis & coxendicibus defigemus. Cæterùm particula quæ ſanguinem fundit, hiſce notis agnoſcitur, loci dolore, & quòd ſanguis vrinæ miſcetur, aut è contrario, veluti in pure comprehenſum eſt. Concretus in veſica ſanguis inde adeò deprehenditur, quòd poſt illum vrina ſubitò cohibeatur, & fibræ quædam ſanguineæ (vt veriſimile eſt) aut humiditates cruentæ emanent. Datur autem potui artemiſiæ decoctum, heliochryſique, vel cunilæ, vel raphani ſemen, vel liquor laſeris, vel cyrenaicus, vel apij ſuccus, ſingula in aceto temperata: aut leporis coagulũ, aut hinnuli, aut hœdi in oxymelite, aut lixiuium cum oleo: ſpongiáque à foris ex muria, vel lixiuio calido accommodatur. Quòd ſi vitium his non abigitur, ſecatur locus inter anũ & penem, quemadmodùm in calculoſis: ablatíſque grumis commodè curantur.

Medicamẽta ad ſanguinis ex renib. & veſica eruptiones.

De renum duritia.

QVAE durities in renibus contrahuntur, nullum ſanè dolorem mouent, ſed videntur renes ipſi tanquàm ab iliis ſuſpendi, coxæ ſtupent, crura impotentia vacillant, vrina modica

dica egeritur: Totus deniq; habitus duricie renum laborantium iis potiſſimùm qui aqua ſubter cutem laborant, ſimilis eſt. Hi ergò emollientur ceratis, malagmatis, frictionibus & fomentis. Ad hæc quæ vrinam cient, aſſumuntur, aluúſque ſubduci clyſtere debet.

De Diabete.

CVM poculenta, ſtatim qualia aſſumpta ſunt per vrinam tranſmittuntur, Diabetes vitium appellatur. Qui igitur eo ſunt occupati, immodica ſiti conficiuntur, vndè quoq; Dipſacon Græci affectum nominant: qui ex retentricis ſanè renum facultatis impotentia contrahitur, attractricis autem maiore robore, vt totum corpus ob immodicum calorem exhauriat exugátque. Itaque aduerſus hunc pugnantes, cibum pleniorem, quíq; difficulter confici queat, nec liquidus ſit, offeremus, veluti alicam cum roſato, vel rhodomalo, vel hydromalo, vel vino non vetuſto, vel aliàs quodam calido. Ex oleribus autem intybum, ſerim, lactucas. inter piſces erũt ſaxatiles, ſuum petunculi, vuluæ, pira, mala, punica mala, & frigida potio. Item polygoni ſuccus, heleniúmq; rectè ipſis propinatur ex vino nigro, palmularúmque & myrti dilutum, præcordiis & renibus obducitur polenta ex aceto & roſaceo, folia vitis cotyledonis, parietariæ, portulacæ. ſudores excitandi, vomitúſque à potu frigido, omnibus quæ vrinam mouent, abſtinendum. At ſanguinem per initia mittere non fuerit alienum. *Dipſacos.*

De ſtillicidio vrinæ & eius difficultate.

CVM neq; inflammatio, neq; calculus, neq; aliud quippiã ex prædictis infeſtat, vrina autem acris eſt, totuſque habitus, vel etiam reliqua ſigna, bilem teſtantur, ex hac vel vrinæ difficultas, vel ſtillicidium contrahitur. Quare ex vſu ſunt quæ hanc inalterant contemperántq;, ptiſanæ cremor, piſces, balnea, victuſque idoneus: acria vitanda ſunt, vinum, exercitia, ira & tarda comeſtio. Quod ſi vrinæ tenuitas, albórque & reliqua ſigna frigidam fateantur intemperiem, conueniet vinum calidum, condita, tum quæ vrinam cient & medicamina & cibi: adhęc inſeſſus calidiores. At ſi pręter alborem, etiã craſſities in vrina appareat, pituitoſus humor cenſendus eſt, qui ceruicem veſicæ obſtruxerit, vbi vtendum eſt oxymelite, tum iis quæ conſtant ex hyſſopo, pulegio, vel thymo, vel ſilphio, aquæ mulſæ incoctis, itẽ ſuperfuſionibus calidioribus

ſiue autem humor craſſus, ſiue calculus, ſiue grumus, vel eius generis aliquid obſtruens, vrinæ tranſitum impediat, ſiphonem rectum, Catheterem appellaui, indere ex vſu eſt, niſi particulæ inflammatio prohibeat. Porrò in febribus vrinæ difficultati medemur, ſuperfuſo rutaceo, vel anethino, vel veteri oleo. Si aluus aſtricta eſt, iniicietur ab inferiori parte decoctum fœnugræci, vel maluę, vincitq; inſidere ægrotantes ſuprà comprehenſos in hydrelęũ, vel aliquod dictarũ ſpecierũ decoctũ cum oleo. Ceratũ hoc magnificè proficit, Syluestris maluę radices in ſicyonio cum aqua modica decoctæ donec inareſcant. ipſæ quidẽ proiiciuntur, [h] ſuccus autem oleo miſcetur, rutæ quarta pars, ceræ & caſtorij quantùm ſufficit.

Difficultas vrinæ in febribus.

De Veſica reſoluta.

VESICAE reſolutionem nunc vrinæ difficultas, nunc ſpontanea ipſius emiſſio comitatur, vt in ipſo capite de reſolutione ſuprà expoſitum eſt.

De Vrinæ incontinentia.

MVSCVLVS qui ceruicem veſicæ ambit, relaxatus, hoc mali generat. Quare pueris etiam màxima ex parte ſolet accidere. Communiter itaque roborantibus potiſſimùm vti conuenit, vt œnelæo calido & ſimilibus: abſtinendum iis quæ validè refrigerant: calidis fouẽdi potius ægri, quatenus fieri poteſt: etenim frigiditas veluti reſolutionem repreſentat: naturaliter autem hæc opitulantur. Galli guttur combuſtum ieiuno bibendum in aqua tepida præbetur, vel leucanthemi flores ſimiliter, [k] vel leporis teſticulus deraſus in vinum odoratum, contrà hæc vitia bibitur. † vel calamintha myrrháque antè cœnam propinetur, vel rutæ Syluestris ſemen torrefactum per triduum potui exhibeatur. Cæterùm pudenda eius qui hoc detinetur vitio, cimolia cum ſucco herbæ perdicij perunguntur.

Naturalia auxilia.

† In vino antè cœnam datur. Goup.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Colicis in dexteriore potius ilium. *Quia per dextra ilia ſuperuectum, ventriculi fundo incumbit lienem & iecur attingens: deinde ad ſiniſtra prodit, ſi de ſuperiore ipſius initio, cæco inteſtino, dici intelligas. Nam infra ſiniſtram magis partem occupat.*

κατϑὺ. κατ' ἴξιν.

Eiuſdem lateris ac è. *Hoc ſignat Græcè κατ' εὐθὺ & κατ' ἴξιν ſi Galeno credimus. Hippocrates prior his dictionibus vſus eſt.*

Hoc inſpergi poteſt. *In codice Græco perperã ſcriptum eſt καταπλαστιν, pro καταπαστον. Nam de puluere, nõ emplaſtro mẽtio eſt.*

Phylli

Phylliq́ue momento ex mero & melle. *Hoc eſt, phylli modico cum mulſo. Nam ἀκρατόμελι nihil aliud eſt quàm οἰνόμελι. Contrarium eſt μελίκρατον, quod videlicet ex aqua & melle conſit. In Græco erat ἐνκρατομέλιτος pro ἀκρατομέλιτος.* *Acratomeli.*

Iniectione recti ſyphonis. *Lib. 7. hanc rationem indendi canalis recti in veſicam habes expoſitam. Vocant καθετηρισμὸν ab inſtrumento καθετῆρος. Solent autem quaſſationes corporis ſimul adhiberi, vt calculus facilius excidat.*

Ex vino & oleo roſaceo, vel ex aqua & oleo. *Græcè eſt, ἐξ οἰνοροδελαίου ἢ ὑδροροδελαίου. Quidam de vino roſaceo, & aqua roſacea intelligunt: malè nimirùm: quia ῥοδέλαιον per ſe oleum roſaceum ſignificat. Hermolaus Barbarus in corollario ſuo, pace illius dixerim, oxyrhodinum interpretatur, acetum roſaceum, pro aceto & oleo roſaceo, vt Galenus, & alij Græci accipiunt.* *Hermolaus.*

Archigenes in epiſtola. *Idem refert Aetius ſermone vndecimo. Ad finem deeſt particula in Græco. habetur enim, σικύου σπέρμα κεκαθαρμένου ἀριθμῷ. λ. cùm legendum ſit, σικύου ἡμέρου σπέρματος κεκαθαρμένου κόκκους ἀριθμῷ. λ. Paulò pòſt, amyli cochlearia duo. Perperam character* ℥. *qui heminam ſignat, ac legendum eſt* κοχλ. *vt ſit cochleare. Iterum, σικύου σπέρματος ιε, pro σικύου σπέρματος κόκκους ιε.*

Nonnihil ex vena laxant. *Hoc eſt, vt latius exponit Aetius, ex vena caua propter amplitudinem oſculorum remittunt. Interim per circuitus hoc mali repetit. Per initia ægri nihil mali ſentiunt, eoq́; nihil tentandum. Sin autem perſeueret, occurrendum, aliàs grauiſſima ſymptomata ſolent prouenire.*

Aut lixiuium. *Simplici verbo dixit Paulus, ἢ σευτλίῳ, quod antea quoque annotaui.*

Diabetes. *Multa nomina hic affectus habet, vide Galenum de locis affectis libro ſexto, Venit à verbo διαβαίνω, quod ſignat, pertranſeo. Potius enim quàm primùm aſſumptus eſt, ſtatim tranſit.* *Diabetes.*

Roſato. *Fortè legendum in Græco pro ῥοσάτου, ὑδρορροσάτου. Nā apud Paulum in ſeptimo nulla eſt mentio roſati, ſed hydroroſati, vbi etiam Rodomelon exponit.* *Nota.*

Muſculus qui ceruicem. *Muſculus hic tranſuerſis conſtat fibris, variáque habet officia. Primùm quidem veſicam claudit, licet ſine illo claudi poſſit. Deinde poſt emiſſionem vrinæ contractus vndiquaque id quod in meatu eſt, propellit. Præterea quicquid eo exprimente in vrinarium meatum incidit, id ne diutius immoretur ibi efficit, ſicut cùm vrina mordax eſt.* *Ex anatome conſtāt.*

Reſolutionem repræſentat. *Græcè eſt, παραλύσεως ἔμφασιν ἐργάζεται, quaſi dicas, reſolutionis emphaſim efficit. ἔμφασις autem eſt repreſentatio rei cuiuſdam, aut adumbratio.*

In ſuccum quidem conuerſa. *Hoc eſt in chylon medici dicunt, & vt Latinam dictionem per Græcam interpreter. Habet autem Paulus χυλοποιηθέντα, quod eſt in ſuccum ſeu chylum redacta beneficio ventriculi. Simile verbum Galen. lib. 8. de compoſitione medicamentorum ſecundum locos habet, vt antea quoq; annotaui: nempe ἐγχύμωτα, quaſi dicas exuccata. ſed hoc plus ſignat, chylum ſcilicet à iecinore attractum, ita vt liquidior pars ſit diſtributa, ſiccior veluti recrementum relicta. Dicimus itaq; Chylum ἐγχύμωτον cùm & ventriculus probè concoxerit, & iecur attraxerit. vbi verò ille quidem concoxerit, iecur autem attrahendi vim habeat infirmam, ἀνεγχύμωτα & liquida excernuntur.*

χυλοποιηθέντα.

Bilis inſigniter colorata. *Hoc eſt bilis colore ſuo abundè exaturata per aluum deſcendens, vel deiectio meræ bilis. Nam Galenus apud Hippocratem interpretatur, κατακορέα, τὰ ἀκρατοχολῆ διαχωρήματα.*

Quando iecoris ſubſtantia. *Græcè eſt, ἀλλὰ δὲ καὶ τῆς οὐσίας αὐτῆς συντηκομένης τοῦ ἥπατος, quod ad verbum ſonat, Iam verò etiam iecinoris ſubſtantia cum ea colliqueſcente: Cum ea, intellige bile. Nam vbi humor fermè conſumptus eſt, corpus ipſum contabeſcit cuiuſcunque partis.*

κατακορές.

Flammeus ardor. *Sic ferè vbique ſum interpretatus dictionem φλόγωσιν. Inflammationem verò φλεγμονήν, ſecutus Celſum.*

φλόγωσις.

Chamæpityos radicis. *Pondus apud Galenum & Alexandrum medicum variat. Nam Chamæpityos drachmæ octo ponuntur. Verùm Aetius cum Paulo conſentit.*

Adhæc intybum, troximum, & ſonchus. *Troximum hoc eſt, Seris per ſe eſui aptum ſignificat. Sereos autem genera tam hepatis affectibus conueniunt, vt etiam cruda comedi poſſint.*

Troximũ.

In quibus calor intenditur. *In codice Græco habetur, τὰ τοῖς θερμοῖς, pro τὰ τοῦ θερμοῦ.*

Corruda. *Græcè eſt, μυάκανθα, quæ Latinis Corruda dicitur, hoc eſt aſparagus ſylueſtris.*

Illud autem in ſumma præcipiendum. *Hoc Galenus lib. 8. de compoſitione medicamentorum ſecundum locos commemorat, iecur & ſtomachum ſuper aſtringentia cum relaxantibus requirere. Aliàs ſæpe ſtomachicis ſyncope, iocinoroſis interitus ſuſcitatur.*

Copton. *Sic dicitur medicamentum quod tunditur. Eſt autem*

malagma

malagma libro ſeptimo ad duriciem ſtomachi & iecinoris inſcriptum.

CORNARII.

z *Carpeſia an ſit Arabum cubebæ, nondum ſatis conſtat, etiam ſi magno conſenſu medicorum non indoctorum id aſſeratur. Saxifragam autem eſſe Græcis σαρξίφαγον Latinæ vocis vſurpatione appellatam non eſt dubium. Sed Gal. lib. 5. ὑγιεινῶν ceſtrum apud Celtas naſci ſcribit, & ab ipſis appellari hanc herbam σαρξίφαγον. Quod etiam Galenum ſecutus Aetius lib. 4. cap. 30. prodit. Paulus verò & de Ceſtro ſeorſum lib. 7. tradit, & poſtea rurſus de ſaxifraga à ceſtro diuerſa, ita tamen vt vtramque vrinam ciere, & calculos atterere ſcribat. Eſt & vtraque illa ſaxifraga officinis hodie ſatis nota. At prionitis quæ herba ſit, me neſcire libenter fateor, quum nullum alium ſcriptorem Græcum reperiam, qui eius mentionem faciat. Proinde etiam ſi eius vocis lectionem habeam ſuſpectam, delere tamen, & aliam ſubſtituere piaculum duxi, cùm exemplaria omnia in ea conſentiant, & author Pandectarum prionitidis vocis lectionem agnoſcat, velut ſuo tempore ante ducentos ac triginta & amplius annos in Paulo pro genuina receptam. Sed tamen & hic quid ſit prionitis neque nouit, neque docet, hæc dixiſſe contentus. Prionitis herba eſt ad lapidem, Paulus Fortaſſe verò pro Bryonia prionitis ſuppoſita ſit. Bryonia enim vim habere ciendi vrinam ac menſes, ac proinde atterendi lapides ab omnibus Græcis medicis proditur, & Aetius lib. 11. cap. 5. vbi vrinam multam ducentia recenſet, inter ipſa etiam radicis bryoniæ decoctum refert. Et mox inter ea quæ excitant facultates ad excretionem irritando aſparagos bryoniæ habet. Et paulò pòſt, deducunt, inquit, ad renes ea quæ calculos confringunt, peucedani radix, bryonia, apium, radicula. Sed hæc coniectura ſit, non aſſertio noſtra.*

a *Rutæ ſylueſtris, maluæ ſylueſtris, & apij radices coquito in vino, & expreſſum liquorem aqua temperato, & cyathos duos bibendos dato. Legito igitur Græce pro κοχλιάρια β. κυάθ. β.*

b *De poſca nephritica, vide infrà lib. 7.*

c *ex vino mulſo potus: δι᾽ ἀνγασομέλιτ☉ legendum. ἀνγασομέλι autem nihil aliud eſt quàm οἰνόμελι. Vinum autẽ mulſum nephriticis commodum eſſe in præcedentibus dixit, vbi etiam lapidem Iudaicum, & ſanguinem hircinum, & cicadas ex vino mulſo exhibet.*

d *vel naſturtio, ἢ καρδάμϰ.*

e *nucis pineæ nucleos X X.*

f *nucleos pineos X I I. Et mox, ſi pro nucleis pineis.*

g *aut vino protropo.*

h *ad oleum verò admiſcetur rutæ ſuccus quarta parte.*

i *De permingentibus ſtratum : περὶ ἐνουρούντων. Dicuntur autem ἐνουροῦντες, quaſi ἐν τῇ κλίνῃ, aut ἐν τοῖς στρώμασιν οὐροῦντες, id eſt lectos & ſtrata permingentes, quæ affectio maximè pueris contingere ſolet. Et Diogenes Cynicus de ſeipſo confitebatur, vt Laertius refert. Nam quum quidam ipſi exprobraſſet, quòd aliquando falſam monetam ſignaſſet, per adoleſcentiæ prætextum crimen excuſans, καὶ γὰρ ἐνούρουν καὶ τότε, ἀλλὰ νῦν οὔ, inquit, hoc eſt, tunc ſanè etiam ſtratum permingebam, ſed nunc non item. Sed in Græco Laertio θᾶττον pro καὶ τότε falsò legitur, quæ res fecit, vt docti viri multi ſententiam non intellexerint, & ἐνούρουν θᾶττον, lotium celerius reddebam, verterint, quæ ſententia Diogenis ingenium non refert.*

k *Gal. lib. 9. κατὰ τόπους fine, λαγωοῦ ὄρχις ἐπιζεννύμενος οἴνῳ habet, id eſt leporis teſticulus in vino ſeruefactus. Et videtur vtraque lectio ſtare poſſe, ſiue quis in vino feruefactum, ſiue in vinum deraſum leporis teſtem accipere velit. Aetius tamen, item vt Paulus ἐπιξύσας habet.*

De iocinoris affectibus. Cap. XLVI.

IEcur pluribus vitiis opportunum eſt: nam imbecillitate, inflammatione, eryſipelate, ſcirrho, abſceſſu, vlceribus & obſtructionibus corripitur. Primùm de imbecillitate ipſius dicendum eſt, à qua propriè iocinoroſos nominare ægrotantes conſueuerunt. Si ergo aluus in ſuccum quidem conuerſa, verùm liquidiora deiiciat, alimento minus probè, aut neutiquam in iecur diſtributo, ſic tamen vt venter à noxa ſit immunis, attractricem viſceris facultatem infirmari ſuſpicio eſt. Si verò in eis recens caro lota eſſe videatur, alteratricem, tum eam quæ ſanguini creando eſt dicata. At ſi ex calida intemperie ſit imbecille, recrementum alui temporis ſpatio fæculentius apparet, valdéque fœtidum, bilis inſigniter colorata craſſaque deſcendit. Iam verò etiam quando iecoris ſubſtantia cum ea colliquatur, & totum corpus conſumitur, & febris vrget, cibíque faſtidium, & bilioſus vomitus. Cùm autem frigida affligit intemperies, neq; frequens, neque copioſa aluus eſt: quippe affectus longius prorogatur, & certis diebus venter cumulatiùs deiiciet, ſed minùs fœtida, ceu ſanguinis craſſi fæcem, vt propè atra bilis videatur. Item plures & varij deiectionum colores, frigidam notant intemperiem, [l] in qua febris languida apparet, facies non collabitur, maior ciborum appetentia ineſt. Harum intemperierum

perierum alterutri ſi accedat ſiccitas, recrementa erunt ſicciora & pauciora, magíſque ægri ſitient: ſi verò humida, liquidiora & copioſiora, tum ſitis minus excrutiat. At ſi inflammatio iecur infeſtat, omnibus quidem ex æquo dextra parte ſub præcordiis dolor eſt: idémque ad iugulum ſuprà, ad vſque coſtas ſpurias infrà peruenit. Huic dolori accedit febris acuta, tuſſis ſicca, ſitis, cibi faſtidium, ſpiritus difficultas: lingua primò rubra apparet, mox nigra: bilis euomitur, & aluus non reſpondet. Quum autem ſimilia in Pleuriticis ſigna exiſtant, quo modo hos ab illis diſcernas, capite de Pleuritide comprehenſum eſt. Si verò Eryſipelate iecur cõflictetur, flammeus ardor gliſcit, vruntúrque ægri, & marcor ſequitur, qui μαρασμὸς Græcis dicitur. Priuatim verò cùm caua quidem iecoris inflammationem experiuntur, nauſea adeſt, vomitus, cibi faſtidium, & flammeus ardor intenditur, anima deficit, & ſæpe membra perfrigeſcunt, vt aqua ſubter cutem transfundi inde incipiat. Rurſus ſi gibbam ipſius regionem inflammatio exerceat, præter alia ſuperius commemorata, tumor quoq; manifeſtus in ſuperficie oculis & tactui conſpicuus eſt. hæc quidem validam grandémq; inflammationem teſtantur. ſin obſcura quædam fuerit, iubebimus ægro, magnam edat reſpirationem. Et ſi dextra parte pręcordia dolere dicat, moderata iecoris inflammatio cenſebitur. Quod ſi oblongus inflammationis tumor, qua parte muſculi incumbunt, appareat, ſed ita vt nullum ex prædictis adſit, illos ipſos eadem inflammatione occupari noſcemus. Grauitas autem cum diſtentione, & doloris, dextra pręcordiorum parte ſenſus, nullo ſubſtante tumore, nulla febri vrgente, venarum ſignatur obſtructio, qua venæ portas & concaua iocinoris perreptantes iis quæ per gibba ipſius excurrunt, committuntur. Itaque ſi in abſceſſum degenerat inflammatio, dolor & diſtentio ipſis increſcit, rigores ſine ratione accedunt, dolentéſq; iocinore, in ſiniſtrum magis latus decumbere nequeunt. Rupto autem abſceſſu, vel per vrinas, vel per aluum cumulata puris ſubluuies prorumpit. At ſi tumor in ſcirrhoſam affectionem deciderit, dolores quidem remittunt, ſed tumor cum duritie eſt conſpicuus, quæ ambiunt partes extenuantur, & tempore procedente difficulter poterunt diſcerni. Quippe aqua inter cutem protinus comitatur, & tota præcordia humiditate conteguntur.

Inflammatio iocinoris.

Eryſipelas iocinoris.

Schyrrus iocinoris.

Calidæ iecoris intemperiei curatio. teguntur. Itaque aduerſus calidam iecoris intemperiem, refrigerantibus, tum is quæ viſcus mediocriter confirment, vti conſilium eſt. id autem pręſtat ſeris & cichorium, interim crudum, interim coctum cum coriandro aſſumptum: item decoctum ipſius epotum, & ſuccus non ſolùm, verùm & puluis ipſius mulſæ inſparſus & calidis, & frigidis iocinoris vitiis opitulatur. [m] Adhæc intybum, troximum & ſonchus eiuſdem ſunt generis. Benefacit etiam mali medici ſucci cyathus in aquam mulſam demiſſus, ſimilitérque filicis ſuccus. At ſi cum obſtructione mediocris affligat intemperies, ea ex vino quodam tenui, & quod vrinæ mouendæ eſt, porriguntur. Catapotium verò quod recipiet radicis cichorij drachmas quatuor, chamæpityos radicis drachmas quatuor, trita cum melle cocto, dantur ad nucis auellanæ magnitudinem, quibus aquam calidam ſuperbibere conuenit, iam ex opio & ſemine alterci confecta propinantur, ipſamque Philonis antidotum. In quibus calor intenditur, etiam roſaceum primi meriti ipſis, vel melinum potui datur. Eſui, ptiſanæ cremor, vel chondri cum [n] hydroroſato, ſimiliter panis ex aqua, cum quadam id genus dulci potione. Et ſummatim cibi erunt, qui mediocriter refrigerant, non obſtruunt: vinum omnino circunciditur, niſi alteram ob cauſam, nempe ſtomachi imbecillitatem, hoc requirant: tum enim ex tenuibus & iis quæ Græci ὀλιγοφόρα vocant, aquoſum aliquod exhibetur: Ac Eryſipelas quoque in eum modum curabitur. Porrò in frigida intemperie contrariis pugnandum eſt. Panis igitur rectè cum vino aſſumitur: item braſſica bis téruе incocta, caſtaneáſq; eſſe cõfert & vuas paſſas, tum ex gallinis quod ſatis eſt: vinúmq; bibant: ſed priùs ipſis eupatorium, vel aſarum, vel medicamentum diapepereon propinari debet. Iam ex iis quæ priùs ad cœliacos & dyſentericos inſcripta ſunt, idonea deligi debent: Cyphiodes autem appellatæ compoſitiones, ad calidas intemperies neutiquam conueniunt, niſi modica quædam caliditas cum humiditate copioſiore oborta fuerit. ad frigidas autem optima ſunt remedia, magíſque ſi cum humiditate, aut iecoris obſtructione euenerint. Si verò obſtructio ex craſſis glutinoſiſque contracta humoribus fuerit, corruda & præſertim huius ſemen datur, item lauri radicis cortex, eupatoriúmque ex oxymelite, vel lupinorum decocto cum ruta & pipere

Eryſipelatis.

Frigidæ intemperiei.

pipere. Ad hæc farina lupinorum pota, & capparis radicis partes duæ, coſti pars vna cum vino: & ° medicamentum diabacanu ad obſtructiones quas craſſi viſcoſique humores excitarunt ſalutariter ſumitur: præterea iris & piſtaciorum fructus cortéxque, marrubium inſuper & amygdalæ amaræ, & ex ipſis paſtilli, dracunculi, ariq́ue radix, agaricum, acetum ſcillites, oxymeli. Iecur lupi aridum tritum, & cochleario datum, omnibus iecoris affectibus ex vino dulci ſuccurrit: item antidotum Theodoretum efficaciſſimum eſt remedium iecori obſtructo, ſchirro indurato, diuq; inflammato. Item colicis & ictericis. ſimiliter etiam picra ex oxymelite. Cibi his dandi ſunt calidiores, & qui aperiundi facultatem habent, nempe, porra ex oxymelite, ſylueſtris aſparagus, & capparis, reliquaq; obſonia ex condimento aliquo calefaciente, quódque meatus reſerat, incocta. Vinum tenue ac vetus vtile. vitanda ſunt alimenta craſſi ſucci, balnea crebra, eaq; potiſſimùm à cibo. Si morbus in vetuſtatem incidit, etiam venæ ſectio purgatioq; adhibenda, ſi nihil prohibet. Cùm autem iecur inflammationẽ experitur, ſanguis ex cubito dextro intrepidè mittendus eſt, & copioſus ſi vires ſufficient. Extrinſecus farina hordeacea & fœnugræci, & ſemine lini cum palmulis, vel malis cotoneis, meliloti flore, abſinthio, chamæmelino obducetur. Illud autem in ſumma præcipiendum eſt, vt aſtringentia emollientibus ſemper admiſceantur. Epithemata verò iniici debẽt, tum quod ad Nileum authorem refertur, tum quod à grato odore Euodes dicitur: item Philagrianum & Apollophanis, necnon ex melilotis cõfectum. deniq; quod Coptum appellatur. Porrò ad maximas inflammationes hoc valde experiẽtia comprobatum eſt, abſinthij comæ, nardi gallicæ, aſari, croci, ſingulorũ vncia, iridis, myrrhæ, ſtyracis, bdellij, ammoniaci ſuffiminis quod Thymiama appellant, ſingulorum vnciæ duæ, medullæ vitulinæ vnciæ quatuor, cerati lentiſcini libræ quatuor. Adhæc oxymel ipſis dandum eſt, ſimpliciaque auxilia, nempe, aſarum, nardus gallica, vel indica, iuncúſq; odoratus rotundus, petroſelinum. Aluus irritanda eſt, vrticæ, vel mercurialis, coctorum eſu. In declinatione morbi epithymum & polypodiũ ex mulſa porriguntur, aluúſq; inaniri poſtulat per clyſterẽ, initiò quidẽ ex aqua mulſa cum ſale, vel nitro. Facta autem inclinatione, miſcetur hyſſopũ vel origanum, vel

Lupi iecur

Iecoris inflammati curatio.

vel cnicum, vel centaureum, & cucurbita ſylueſtris. Summatim verò caua iecoris pars per aluum: gibba per vrinas expurgatur. Alimentum his dabitur, cremor ptiſanæ, in quo apium decoctum ſit. At inflammationis quæ Eryſipelatis naturam referat, curationem ſuperius ſumus executi. Abſceſſu autem facto, ruptura adiuuanda cataplaſmate triſpermo, cum reſina, manna, pice, radicibus althææ, columbæ ſimo, caprillo ſtercore: præbibitur autem ius decoctorum ad tertias polij & p fumariæ quæ in hordeo naſcitur: item decoctum thlaſpis vel cichorij, & chamædryos radicis bibant: vomicaque abſceſſus facta, mulſa conuenit, & quæ in renibus exulceratis commemorata ſunt. Extrinſecus imponitur medicamentum Mnaſei, reliquaque emollientia. Item Iceſion, vel quod ſalicibus conſtat. Si verò iecur ſcirrho induratum fuerit, parum in medicina ſpei eſt, affectu in aquam ſubter cutem tranſeunte. Attamen emollientibus admiſcenda ſunt, ammoniacum, bdellium, medullæ, adipes, & quæ his ſimilem potentiam obtinent. Potiones expediunt, quæ anguſtias viſceris recludunt abſtergúntq;. Huiuſmodi ſunt quæ vrinam citant, & calculos confringunt. Adhæc quæ nuper ad iecoris obſtructionem dicta nobis ſunt: alimento nimirùm decenter adhibito.

Abſceſſus hepatis curatio.

Iecoris indurati.

CORNARII.

l & febris ipſis languida apparet, & facies collapſa, & magis appetunt cibos.

m Intybum autem Troximum appellatum. Intyba appellantur Græcis τρώξιμα. Rectè itaque in Ald. codice, τὸ ἴντυβον ἢ τὸ τρώξιμον, ſcilicet καλούμενον, id eſt appellatum. Malè in Baſilienſi, περὶ τὸ ἴντυβον ἢ, περὶ τὸ τρώξιμον.

n Hydroroſatum non eſt aqua roſata, qualis hodie in vſu eſt ab Arabibus longè poſt Pauli ætatem introducta, ſed compoſitio, de qua Paul. lib. 7. cap. 15. Cum hoc hydroroſato halicam accipere iubet, ſicut præcedente capite, vbi de Diabete agebat, cum roſato. Mihi tamen & illic roſatum nihil aliud quàm hydroroſatum ſignificare videtur, & fortaſsis eadem compoſitio tum ῥόσατον, tum ὑδροῤόσατον appellatur, aut certè iſtic halica μετὰ ῥοσάτου falsò pro ὑδροῤοσάτου legitur.

o & medicamentum ex cacano, &c. Medicamentum ex cacano deſcribit Paul. lib. 7. cap. 11. Sed quid ſit cacanum non ſatis conſtat: ſicut neque an cacanum, an bacanum rectè ſcribatur, certum eſt,

quum

quum vtrunque reperiatur. Et in Paulo quidem hoc loco, & iam commemorato βακάνȣ legitur. Sed idem in ſimplicium deſcriptione κακάνȣ habet, vt etiam aliis locis cacanum legendum eſſe videatur, & alioqui procliue fuit, β. literam pro κ. agnoſcere, & viciſſim hanc pro illa. Aetius quoque lib. 3. cap. 147. βάκανον habet. Author Pandecta. Medic. bacanum raphanum exponit. Hermol. in Diosco. ait ſe in gloſſemate quodam reperiſſe bacanum, ſemen, ſiue nucleum, ſiue mucronem raphani eſſe. Sed hoc ambiguum fecit Paul. qui ſeorſum litera ϱ. de raphano & eius ſemine agit, & ſeorſum de cacani radice ſub litera. κ. Proinde hæc de bacani vocis lectione, & eius expoſitione reprobamus. Cacani verò lectionem omnibus illis locis pro recta agnoſcimus, vt ſit radix de qua Gale. ea habet quæ Paul. infrà lib. 7. recenſet, & quæ Dioſcor. lib. 4. cap. 106. de cacalia prodidit. Nam & Paul. eodem loco cacaliam & viribus, & vſu cacano ſimilem eſſe dixit, cum tamen eandem eſſe oporteat, etiam ſi Gal. cacaliæ nomen nō habeat, ſed ſimpliciter cacanū appellet, niſi locus ſit mēdoſus.

p *Et fumariæ circa ſepes naſcentis. In Aldino codice deſunt duæ voces, κάπνȣ τȣ̃ ἐν ταῖς, adde ἀινογιαῖς φυομένȣ. Ita enim naſci cernitur. Baſilienſe exemplar κάπνȣ τȣ̃ ἐν ταῖς αἱμασιαῖς habet.*

De malo corporis habitu, qui Cachexia dicitur. Cap. XLVII.

PRincipia hydropicorum affectuum vocare noſtri malum corporis habitum, Græci *καχεξίαν* conſuerunt. Auxilium eſt, niſi aliquid impedit, in ſanguinis detractione, quę particulatim ac per vices adhibita ad tertium quartúmve diem producitur. Sed vacuandi ſunt potiſſimùm, qui hæmorrhoidibus, aut menſtruis non reſpondentibus in morbum inciderunt, quemadmodùm iis qui copia vitioſorum humorum laborant, vacuatio ſanguinis per venam vitanda eſt, purgandi autem ſunt ex hiera dia colocynthidos. victus erit tenuis, & deſiccās. Aquarum naturalium vſus adhibebitur, primùm aluminoſarum, nitroſarumque magis, mox ſulfuroſarum: pluribus diebus interpoſitis aliud balneum accommodabitur, varióque exercitationis generi credentur ægrotantes, maximè autem ei quod per medicos Aliptas, id eſt reunctores adminiſtratur. poſteà veratrum aſſument. mirificè quoq; iuuat ipſos & abſinthij potio, & q cottabiſmi, & dropaces. Si affectus in hydropem deciderit, aquæ ſubter cutem curationi ſubiicietur, quemadmodùm exponemus.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Cottabiſmi. *Cottabiſmus olim ludus apud Græcos erat, quo vi-* *Cottabiſmus.*

num ex alto fundebant, ſtrepitum facientes. Hîc autem poßit accipi pro ſuperfuſione in partem aliquam, aut pro ruboris excitatione quo ſanguis in exteriora eliciatur. hæc dum meliora occurrunt, boni cõſule.

CORNARII.

q *Et ſinapiſmi & dropaces. In Græcos codices vox κοτταβισμοὶ ab omni medicina aliena irrepſit. Quid enim faciunt κοτταβισμοὶ ad mali corporis habitus emendationem, qui erant luſus in conuiuiis huiuſmodi, Qui biberat, id quod in poculo reſtaret in peluim quandam ad hoc diſpoſitam mittebat, & ex ſonitus magnitudine, de amore pueri vel puellæ alicuius erga ſe diuinabat. Proinde coniectura ad rem dropaci affinem progreßi, vocem σιναπισμοὶ pro κοτταβισμοὶ reponendam eſſe arbitror, & facilis fuerit ab vna voce ad alteram aberratio in obliterata ſcriptura, & ea ſit confinitas inter dropaces & ſinapiſmos, vt eodem cap. Paul. de his agat lib. 7. cap. 19. Et Aetius lib. 10. cap. 19. dropaces nominare contentus, de ſinapiſmis penitus tacuit. Habet enim eadem verba quæ hîc Paul. ſola κοτταβισμοὶ voce excepta.*

De Aqua inter cutem Cap. XLVIII.

Hydropis cauſæ. CVm iecur vehementer perfrixerit, interim ſanè primariò aut inflammatione, aut ſcirrho, aut alio implicitum vitio, interim lege conſortij, quod cum aliis partibus habet, ſanguinis elaboratio non ſuccedit, ac vitium aquæ intercutis quod Hydrops Græcè dicitur, indè contrahitur, in quo *Tympanites.* nonnunquàm ſpiritus copia cum humidi momento intrà membranam, quæ Peritonæos appellatur, & inteſtina colligitur, vt abdomen percuſſum tympani modo crepitum elidat: qua ratione etiam tympanias nuncupatur, qui ſtomachi, alui, & coli inflationibus, febribúſque longis ſuperuenit. nonnunquàm verò ex duritie peritonæi, aut vuluæ in mu- *Aſcites.* lieribus, aut ex ſcirrho generatur. Aliquandò contrà humorum abundantia cum pauciſſimo ſpiritu, in eiſdem regionibus collecta tanquàm in vtre quodam conſeruatur: vndè malum, Aſcites nominatur hydrops, & ipſe ex cauſis quas comprehendimus, contractus. Plurima verò ex parte, ex duritia & ſcirrho lienis, & iocinoris, longíſque inteſtinorum profluuiis, in quibus fit vt venter quidem intumeſcat, reliquum autem corpus quod alimentum non ſentiat, conſumatur. Nonnunquàm etiam in tota corporis mole frigidior *Anaſarca.* pituitoſiorq; ſanguis continetur, qualis partim à iecore deſcen

ſcendit, partim ex tota carne corporis veluti in aquam reſoluta emanat, adeò vt corpus albido, & pituitæ colore emortui inſtar appareat, vocatúrque hydrops Leucophlegmatias Hypoſarcidios, vel Anaſarca, quem lentæ febres, malus ſtomachi habitus, hæmorrhoides diu ſuppreſſæ, fluxus muliebris, ſpiritus difficultas, vigiliæ ſine ratione oborientes, cauſæque his conſimiles mouerunt. Curatio igitur communis ab euacuatione incipit. Verùm aſcites & tympanias appellatus medicamenta requirit, quæ aquam educant: cui autem Anaſarca nomen eſt, ſanguinis detractione ſuccurrimus, maximè ſi affectus origo ex hæmorrhoidibus, aut menſtruis ſuppreſſis exiſtit, niſi priùs cùm malo habitu premebantur ſanguinem emiſerint. Et hîc igitur, vt in iis qui malam corporis habitudinem ſortiti ſunt, per vices tentanda eſt vacuatio. Deinde ſtercus bouis gregarij aridum exactè tritum, coctúmque in poſca, vel oxymelite, ſulfuríſq; pars quarta ſuperinſperſa, toti ventris capacitati iniiciatur, vel ſtercora [r] caprilla in pueri vrina ad ſordium ſpiſſitudinem macerata, applicato, per ventrem ſummè ipſos purgât. Item cataplaſmatis vtendum ex fermento, ficis pinguibus, calce, nitro, iride, [s] cardamomo, ſulfure viuo, ammoniaco, baccis lauri, [t] vua taminia, columbarum ruralium fimo, vel omnibus, vel quibuſdam ex his cum oxymelite. Poſt quæ epithema ſpongium appellatum ex caprillo ſtercore mirificè humiditatem vacuat, tum per latentes meatus, tum per aluum. Inſequentibus diebus emplaſtra perſiccantia imponuntur, tum diaiteon, id eſt, quod ex ſalicibus eſt, tum quod Iceſium dicitur, vel quod Cureo aſcribitur, vel diadaphnidon, quod ex baccis lauri factum eſt, vel polyarchium, vel epithema diaſpermaton ex ſeminibus præparatum. Atque hoc indubiè mirificos præſtat affectus, quod ſequitur: quippè humores ex alto eripit, Lapidis pyritis, ſulfuris viui, guttæ ammoniaci, ſingulorum drachmæ duodecim, cumini drachmæ ſedecim, nitri drachmæ duodecim. Excipiuntur cera modica, & terebinthina, pellíque illita, toti ventri imponuntur. Ius radicis ſambuci decoctæ in vino potui datur, vel cucumer ſylueſtris vino auſtero maceratus per triduum, cyatho vno propinatur. Acceſſio autem fit quotidiè vſque ad cyathos tres. Hoc quod ſubiungitur, varia conſtat miſtura: balſami, nardi, caſiæ, cumini, dulcis radicu-

Hydropis curatio.

læ, hyperici, iunci rotundi, aſari, dauci, amomi, [u] myrrhæ, petroſelini, calami aromatici, piperis, ſeſelis, ſpondylij pares portiones. faciunt autem benè etiam ſingula per ſe, & omnia quæ vrinæ ciendę ſunt ſimilem facultatem obtinent. Cęterùm ſcilla toſta, cum melle trita & linctus modo exhibita, ſine grauitate vrinam mouet: coqui autem poſſit etiam in aqua, iis qui bibere velint. Iam hoc quod ſequitur præcipuè bonum eſt: interioris ſcillæ librę duæ, in vini auſteri ſextariis tribus adúſque tertias incocta porrigito ex vino quotidiè, orſus à myſtro vſque ad vnciam. Iſtud vrinam optimè prouocat, quod recipit, aluminis liquidi circa fabæ magnitudinem vbi aqua diſſolueris, linteóq; percolaueris, ad tres dies propinato, vel vno interpoſito. Conuenit etiam his picra ex oxymelite. Adhæc Theodoretus, & ex amaris amygdalis paſtillus. Plura verò aquam educũt, ſed hæc vſus comprobauit, gnidia grana quadraginta, aut quinquaginta, vel lathyrides viginti, aut triginta, vel euphorbij ſiliquæ quinque, aut ſeptem, vel ſquamæ æris drachmæ duæ, aut tres cum micis panis exceptæ, ac in orbiculos digeſtæ, vel ſambuci radicis corticis ſuccus epotus cum condito. [x] vel chamelææ foliorum, æris combuſti, aniſi, ſingulorum par modus, datur in aqua, per initia quidem drachma vna, diebus aliquot interpoſitis etiam duæ, & plures. Atque inſequentia mirifica ſunt catapotia: aloës, euphorbij, cocci gnidij, ſingulorum vncia, rhei ſemuncia, excipiuntur ſucco braſſicæ, finguntúrque catapotia, dantur ſiliquæ ſeptem, aut nouem. Antidotum ex caryophyllo, aquam mirabiliter elicit. Iam vinum quod aquæ educendæ eſt, dare tentabimus. Eſt autem hoc præſtantiſſimum, ſcillæ vnciæ tres, ſeminis apij, capparis radicis corticis, piperis, ſingulorum drachmæ quatuor, cocci gnidij decorticati drachma, phylli [y] drachma, malabathri galbuli duo, vini optimi heminæ duodecim, mellis crudi libræ ſex, contuſa cribrataq; vino perfunduntur, ſcilla ſimul læuigatur, dantur cyathi tres. poſt humoris euacuationem, etiam theriaca vtendum eſt, & [z] ſtercoris bubuli cochlear ex vino potum quotidiè ſtrenuè auxiliatur. item clyſteres adhibendi acres, niſi venter ſua ſponte humeſcat: tunc enim exiccare ipſum magis conuenit. Porrò in mulieribus quas aqua ſubter cutem malè habet, etiam peſſus hic vtilis eſt. Aniſi, cardamomi, cumini, nitri, ariſtolochiæ, fœnugræci,

Aquas vacuantia.

ci, pulegij, ficuum interioris, pares portiones, ſuſino excepta mulieribus ſubiiciuntur. Secundùm hæc aquis naturalibus vti continenter expedit: ad hæc in arena contecti deſudent: aliis autem lauacris abſtinebunt. Quòd ſi verò interim lauent etiam, vtentur in lauacro nitro, ſale, ſinapi, calce, & perſimilibus inſperſis. Hæc ſanè vel citra lauationem vtilia ſunt, aridáque cum oleo ventri adfricata. At ſi id vitium eſt, cui Anaſarca nomen eſt, reliquas partes exerceri, quatenus licet, oportet, & ſiccas ad ſolem perfricari. Reliqua victus ratio ſiccior aſſumetur. Cibus itaque erit ſalſamentum, ſinapi, & allia. ex auibus Syluestres, & ſiccæ magis. Inter olera, aſparagus, biſacutum, porrum, ſinapi, caucalis, reliquáque Sylueſtria. Obſoniis miſcebitur ſal theriacus, vel iamblichus: vinum vetus, tenue, ad vrinam mouendam efficax ebibetur. Sin autem facultas datur, ex marina confectum: omnis potio liberalis vitanda eſt, aquæ in totum. Quod ſi cum febri aqua ſubter cutem inuadat, calidioribus, acrioribúſque cibis & auxiliis abſtinendum, mixtim verò his vtendum, ita vt ei quod magis vrget, occurramus. Si verò id morbi genus eſt quo venter ſonitum ædit, Tympanias vocatur, purgantia, & quæ vniuerſum corpus emaciant, colliquántque releganda ſunt, item ex iis quæ vrinam mouent efficaciora. Illis autem quę extenuare & diſcutere ſpiritus poſſunt, tum intrinſecus, tum à foris vtendum eſt. aut cucurbitulę leues crebrò toti ventri ſuffigentur. Sin id vitij malè habet, in quo veluti in vtrem aqua contrahitur, Aſcites vocatur, niſi prędictis ceſſerit remediis, ad perforationem veniendum eſt quę παρακέντησις dicitur, quod nulli alij aquę ſubter cutem generi conuenit. *Perforatio in Aſcite.*

ANNOTAT. ANDERNACI.

Vt corpus albido, & pituitæ colore. *Græcè eſt,* ὡς λευκὸν καὶ φλεγματῶδες τὸ σῶμα φαίνεσθαι *ad verbum ſonant hæc, vt album & pituitoſum corpus appareat. Dicit autem de externo colore apparente. Eóque albido & pituitoſo colore vertendum erat, quanquàm parum refert dicere, album & pituitoſum apparet, mortui inſtar. Ex nono Oribaſij ſumpta ſunt.*

Coqui autem poſſit etiam in aqua. *Perperam in codice Græco legitur* ὕλασι *pro* ὕδασι. *Cæterū* πινομένοις *de futuro intelligendū eſt.*

Ad hæc in arena contecti deſudent. *Sic interpretatus ſum* ψαμμισμὸν. *Solent autem hydropici in arena à ſole excalfacta ſepe-* *ψαμμισμὸς quid.*

liri capite excepto, vt humiditas meatibus apertis extrahatur.

Quia ſi cum febri aqua ſubter cutem. *Si duo vno tempore vicia infeſtent, vehementiori inſiſtendum, altero non neglecto, quod Paulus per verbum τὸ κατεπεῖγον ſignat.*

τὸ κατεπεῖγον quod vrget.

Corpus emaciant, colliquántque, releganda. *Quidam naſutus propter malè impreſſum codicem latinum hîc me corrigendum cenſuit, quòd liber habuerit eligenda. Quaſi verò neſcierim quid ſit περιαιρετέον. Gemuſæo Lutetiæ indicaui legendum releganda pro eligenda.*

περιαιρετέον.

Calumnia.

Ad perforationem veniendum. *Græcè vocatur hæc chirurgiæ adminiſtratio παρακέντησις, hoc eſt pertuſio & punctio. Nam eos qui Aſcite laborant, ad peritonæum vſque imo in ventre diuidunt, ſicut lib. 6. de hydropicis comprehenſum eſt.*

παρακέντησις.

CORNARII.

r *Aut caprinum ſtercus in vrina pueri aut capræ, &c.*

s *Iride & naſturtio.*

t *Ac ſtaphide Syluestri.*

u *Amomi, ſmyrnij. Vox σμύρνης falſò ſuppoſita pro σμυρνίου. Non enim myrrha, ſed ſmyrnium huc facit, velut Dioſcor. Paul. & Aetius teſtantur, itémque Gal. ipſe.*

x *Aut foliorum chamæleæ, & ſquamæ æris, & aniſi. In Græcis corruptè legitur, ἢ χαμαιλαίας φύλλων, καὶ χαλκοῦ κε̄ ε. Legendum enim, ἢ χαμαιλαίας φύλλων, καὶ χαλκοῦ λεπίδος, καὶ ἀνίσου τὸ ἴσον. Neque enim æs vſtum, ſed æris ſquama vim ducendi aquas habet, velut etiam linea vna aut altera præcedente eius mentionem fecit. Et ſicut iſtic micis panis excipit, ita hîc aniſum addit, quo minùs quis vſum ipſius auerſetur.*

y *Drach. I. folij malabathri pilulas. II. Græca corrupta ſunt: habent enim φύλλου ∠. α. μαλαβάθρου σφαιρία. β. Legendum autem φύλλου μαλαβάθρου σφαιρία. β. Nihil enim ſignificat φύλλον per ſe, aliud quàm malabathri folium. Proinde & φύλλον per ſe, & μαλάβαθρον per ſe, & ambo coniunctim Græci pro eadem re vſurpant. σφαιρία autem dixit, id eſt pilulas, quod folium in pilam ſit conuolutum.*

z *Bubuli quoque ſtercoris vſti cochlearij menſura, &c.*

De Liene. Cap. XLIX.

CVm lien melancholicum humorem, qui veluti limus ſanguinis exiſtit, à iocinore trahere ſoleat, ſi quidem facultas attractrix infirma fuerit, meatúſve obſtructus per quem priùs trahebatur, niger icterus conſtituitur, ſanguine impu

Icterus niger.

impuro per totum corpus diſperſo. At ſi lienem grauitas, & diſtentio, vel etiam dolor exerceat, obſtructio indicatur: ſi nihil horũ euenerit, attrahendi potentiæ imbecillitas. Quinetiam ſi atræ bilis vomitus ſine febre aliáve malignitate oboritur, retentricem lienis vim laborare indicium eſt. Expultricis imbecillitas cibi faſtidium afferet, dum non amplius melancholicum excrementum, ab liene adventriculi oſtium defertur, appetentiámque excitat, [a] ſed in ipſo liene obſtruitur, primùm ſanè inflãmatio huius, cuius notæ ſunt, feruor, dolor, & diſtentio, excitatur. quæ paulò pòſt in ſcirrhum degenerat, ſic vt feruor quidem dolórq; finierit, tumor autem & duritia maneat. Hoc preſſis vitio, os fœtet, gingiuæ exeduntur, vlcera in cruribus cicatricem non recipiunt, ob quæ ſimul affecto iocinore, cutem ſubeuntes aquæ colliguntur, ſicut comprehenſum eſt. Itaque intemperies ipſius eandem cum iocinore curationem poſtulat. ſi adeſt inflammatio, ſanguis à cubito ſiniſteriore, vel ab extrema manu dimittendus eſt, eò quòd reuulſio longioribus interuallis fieri debeat, vel etiam propter naturalem quandã cognationem: deinde cataplaſma inducendum ex iis quæ citra euidentem calorem extenuant, admixtis quibuſdã etiam nunc aſtringentibus: videtur autem hanc facultatem habere ſuaptè natura, qui vocatur flos ſalis. Porrò eſt & hoc cataplaſma mirificum, fœnugræci triens, farinæ hordeaceæ, naſturcij, ſingulorum vncia, ficuum pinguium libra, verbenacæ herbæ aridę vncia, ficus aceto quàm accerrimo macerantur. Deinde cum aliis priùs contuſis incoquuntur, poſteà iterùm coquuntur. Vel ſtercus caprillum cum cruda hordei farina coctũ ex poſca inducitur: adhibeto, ſi placet, & ſalis florem. fouendo autem priùs cyprino cum aceti momento, malagmatis vtitor, primùm ſimplicioribus, quale eſt hoc. Ceræ ſeſquilibra, [b] centaurij libra, nitri triens, terebinthinæ, ſeminis viticis, capparis radicis corticis, ſingulorũ quincunx: coctis quę liquari poſſunt, arida inſparguntur. iam quod ad Nileum autorem refertur præſtantiſſimum eſt. Verùm vbi inflammatio in ſcirrhum degenerat, valẽtioribus vti conuenit, vt etiam cutis ſumma exulceretur, quale eſt quod ex fimo caprillo conſtat, & citrinum. huc accedunt Macherionis, Curei, item ex baccis lauri confectum, & ex ſalicibus. Quod ſubſequetur, etiã ipſe expertus ſum, auri pigmenti vncię duæ, ſan-

Lienis inflammatio.

Lienis ſcirrhus.

darachæ vnciæ duæ, ceræ libra, terebinthinæ libra, picis aridæ tantundem, galbani vncia, opopanacis vncia, capparis radicis corticis, glandis vnguentariæ, ſingulorum vnciæ quatuor, [c] lacrymæ ammoniaci ſcrupula ſex, nardini, vel cyprini vnciæ quinque. Ammoniacum etiam cum aceto applicatum, lieni ſæpe profuit, item potum ſcrupulis tribus quaterníſve cum vno caſtorei, ſi priuſquàm in lauacrum deſcendant, ficum ſiccatam comederint, ſputóq; eam reddiderint. vel ammoniaci pars vna, caſtorij tantundem: datur drachma. hæc etiam ad induratos ſcirrho proficiunt, quemadmodùm capparis quoq; cortex ex aceto contritus, applicatúſq;. Idem bibitus aceto, vel oxymelite, craſſos, glutinoſóſque humores vacuat, interim ſanguinem. Iam ſalicis cortex, conſimiliter inungitur, & cinis ex officina fabrili cum cruda hordei farina ex oxymelite inductus. item centaurei ſuccus à foris impoſitus, epotuſq;, & lupinorum amarorum decoctum cum ruta & pipere potu aſſumptum, nec non farina ipſorum obducta, & aqua in qua candens ferrum ſubindè extinctum eſt, febricitantibus per ſe data cyathis tribus. febri carentibus autẽ cũ vino & aceti cyatho vno, vel rumicis Syluestris radicis cũ ſcilla tres oboli, vel chamædryos, vel ſerpilli acetabulum totũ cum oxymelite, vel anagallidis, quę cœruleum florem obtinet, duo oboli, cum poſca bibuntur, vel acetum ſcillites, vel oxymel. Compoſita autem hæc, panacis radicis, guttæ ammoniaci, capparis radicis corticis, herbæ lanariæ, ſcillæ toſtæ medullæ æquales portiones, exhibentur drachmæ vnius pondere. benefaciat etiã ſuſpirioſis, & hydropicis.

ALIVD. Myricæ fructus drachmæ quatuor, piperis tantundem, ſpicæ nardi drachmæ duæ, ſuffiminis ammoniaci totidem. Teruntur aceto ſcillino, inſtar drachmæ vnius dantur ex oxymelite.

Ad Lienem ſcirrho induratum.

CYCLAMINI drachmæ viginti, brioniæ drachmæ tres, dictamni drachmæ duæ, ſcillæ toſtæ drachmæ octo, herbæ lanariæ drachmæ ſex, capparis radicis drachmæ ſex. paſtillus triobolaris ex oxymelite porrigitur: & [d] qui ex æruca præparatur, non inidoneus eſt. Cibus competit tenuis, acris, ſiccus: potio pauciſſima. adhibendæ exercitationes, frictionéſque, & ſinapiſmi, interim etiam cucurbitulæ cum ſcarificatu defigendæ.

ANNOT-

ANNOTAT. ANDERNACI.

Cùm lien melancholicum. *Galenus lib. 9. de compoſitione medicamentorum, ſecundum locos. Oribaſius lib. 9. & Aetius 10. ſermone de liene in eandem ferè ſententiam tradiderunt.*

Centaurij. *Malè habet codex Græcus ταυρίου pro κενταυρίου.*

Ceræ libra, terebinthinæ. *Græcus codex habet, κηρίων τερεβινθίνης, pro κηροῦ λίτρα. α. τρεβινθίνης λίτρα. α.*

Cinis ex officina fabrili. *Cinis hic eſt, quem ferrum dum in officinis fabrilibus ignitur, ac malleo tunditur, abiicit. Verba Græca hæc ſunt, περὶ ἡ τέφρα τῶν χαλκείων, vbi Oroſcius pro χαλκείων legendum putat κοχλειῶν. At Gale. lib. 9. iam citato, primùm aquam in qua ferrum ignitum ſæpius extinctum ſit, potui lienoſis præbet. Paulò poſt Cataplaſma ex cinere fabrilis officinæ obducendum exhibet, hoc pacto inquiens, περὶ ἡ τέφρα ἐκ τοῦ χαλκείου μετ' ὄξους.* *τέφρα χαλκείων.*

Acetabulum cum oxymelite. *Lectio codicis Græci deprauata eſt: habet enim, ὀξύβαφον πάντα ἢ ὀξυμέλιτος, ἀνναγγαλλίδος, pro ὀξύβαφον μετὰ ὀξυμέλιτος, ἢ ἀνάγαλλιδος.*

CORNARII.

a *Quod ſi atrabiliarius humor in ipſo ſplene obturatur, primùm quidem inflammatio, &c.*

b *adipis taurini lib. 1. Græcè habetur, ταυρέου. λ. α. Vbi aut intelligenda eſt vox στέατος, aut fortaſsis etiam excidit reponenda. At hîc taurini adipis vim mollitoriam requiſitam non animaduertentibus, viſum eſt κενταυρίου pro ταυρέου ſubſtituere, manifeſto errore.*

c *ammoniaci thymiamatis ſexuncẽ, nardini aut cyprini quadrantẽ.*

d *quin & ex erica paſtillus.*

De morbo regio, qui Icteros Græcè dicitur. Cap. I.

Regius morbus, quem Græci Icteron appellant, bilis eſt per totum corpus ſuffuſio, modò atræ, de qua in lienoſis a me dictum eſt, modò flauæ. Differentiis conſtat numeroſis: quarum cauſæ & notæ hæ ſunt. Si enim febricitante ægro repentè ſuperueniens febrim finierit, criſim teſtatur, materia ex alto forâs prorumpente, contractum. Medicina non indiget, vt quod balneis, & moderata frictione ſubitò diſcutiatur. Si autem cum febri & климioſis deiectionibus inuadat, & præcordiorum dextra parte grauitas adſit, feruens iocinoris inflammatio ſignificatur: cuius vi ſanguis in bilem mutatus, per vniuerſum corpus defertur. Sin autem feruor citra grauitatem in ipſo ſubſtet, ex ſola iecoris calida intemperie, vitium gignitur. Si abſque febri, alba deiician-

Icterus criticus.

Ex hepatis inflammatione.

Ex intẽperie calida.

Ex obſtructione veſicæ fellis. tur, veſicæ fellis malum oſtenditur, vel ipſius meatuum, ſi grauitas quidem præcordiorum dextram partem premat, obſtructorum. ſin autem citra illam, facultate imbecillium, vel attractrice, eius qui humorem ex iocinore eliciat, vel expultrice, illius qui ad inteſtina eundem protrudat. Quippe ſanguis bilioſus non expurgatus, in totum corpus diffunditur, quemadmodum in nigro arquato fieri dicebamus, ſtatim verò his etiam vrinæ bilioſiſſimæ affatim excernuntur. *Ex intemperie ſolidorum corporum.* Cęterùm fit etiam arquatus, ex intemperie calida ſolidarum partium, dum id quod ratione alimenti ipſis offertur, in bilem transmutant, quemadmodum in aquæ ſubter cutem genere, cui nomen Anaſarca, in pituitoſam humiditatem eſt mutatio. Verùm talis arquatus dignoſcitur hac nota, quòd non ſubitò, ac vna vice, ſed paulatim procreetur, ſic vt nullum ex commemoratis adſit. *Ex veneno.* Iam verò noxij medicamenti potus, & virus extrinſecus à venenato animali illatum, regium morbum parit. *Curatio.* Itaq; calidæ iecoris intemperiei, & inflammationis, viriúmque imbecillitatis, curationem ſuprà ſumus perſecuti, vbi de ipſo agebatur, quam etiam integram huc transferre oportet, ne eadem mihi ſint repetenda. At ſi meatus conceptaculi fellis vtrique ſint obſtructi, vel alter duntaxat, venam in cubito dextro ipſis diuidi conſilium eſt. Nonnulli verò, tum his, tum illis qui ex iecore inflammato, arquatum contraxerunt, venam propter minimum dextræ manus digitum, incidunt. Cataplaſmatis quæ inflammationem arcent vtendum eſt, & purgatione ex hiera, nec non clyſteres idonei ſunt, potui rectè datur arquaticis, ius apij, vel adianti, vel rumicis, vel ſerpilli decoctorum ad tertias, vel abſinthium potioni inſpergitur. Præclarè faciunt raphani ſucci cyathi duo, cum vini cyatho vno poti. Et cichorei ſucci cyathi bini, vel terni per ſe aut cum vino poti. Sed qui iecoris inflammationi arquatum ferunt acceptum, mulſum bibent, vel decoctum tenuis ariſtolochiæ, vel hyperici, vel adianti, vel herbæ lanariæ, vel erythrodani ſimiliter, vel cornu ceruini ſcobis drachma cum vino, vel paſtinacæ ſylueſtris decoctum in vino, vt tertia pars ſuperſit, vel ſulphuris viui drachma in ouis ſorbetur. Hæc etiam propter obſtructionem arquato laborantibus valde auxiliantur: ſeminis autem atriplicis ſcrupuli octo, cum chryſattico, aut alio paſſo in ſolij ingreſſu poti, vacuationem magnam pręſtant. Re-

ctè etiam picra datur, & ſicca, & ex oxymelite, & Theodoretus. Iam ex amaris amygdalis paſtillus datur, & cinamomi quantum tribus digitis comprehendi poteſt, in mulſi cyatho vno, vel aqua temperata, vel myrrhæ ad fabæ magnitudinem cum piperis granis quinque, tantundémq; cinamomi. Qui verò ex calida ſolidarum partium intemperie in arquatum inciderunt, molli frictione, exercitiis moderatis, vnctione & balneis tractandi ſunt, cibo humido, & mediocriter refrigerante, cremore ptiſanæ, intybo, ſeri, cichoreo, piſcibúſque, vino tenui aquoſo. Qui ex lethali potione, aut ex virulentorum animalium morſibus in hunc affectũ ſunt prolapſi, de iis quinto volumine tractabitur. Porrò ſi bilis in oculos faciémque ſe receperit, elaterij inſtar erui cum lacte muliebri naribus in balneo inſtillato, & ſtatim in ſolium deſcendant, cauentes ne caput immergatur. Poſt balneum victu recreatis, rurſus medicamentum errhinon in ſole, naribus infundito. Bene facit etiam cyclamini ſuccus, porri, & nigellæ. Acetum verò acerrimum naribus attrahat in ſolio deſidens, contineátque etiam preſſis naribus pauliſper, & mirificè vacuabitur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Si enim febricitante ægro. *Græca ſonant, εἰ μὲν γὰρ ἐπὶ πυρετικῇ νόσῳ ἀθρόως γεγονὼς ὁ ἴκτερος ἀποπαύσῃ τὸν πυρετὸν, hoc eſt ad verbum: Si enim poſt febrilem morbum ſubitò ortus arquatus febrim finierit. Vide nonum Oribaſij, & decimum Aetij.*

Si abſque febri alba deiiciantur. *Alba, quia bilis in meatibus obſtructa ad inteſtina non potuit deſcendere, quæ excrementa tingeret.* Excremẽta alba.

Seminis autem atriplicis ſcrupuli octo cum Chryſattico, aut alio paſſo. *In Græco exemplari habetur, μετὰ χρυσαττίκου ἢ ἄλλου γλυκέος. Aetius meminit paſſi Chryſattici. Alexander item ſæpius citat. dicitur eſſe coloris aurei. Scribit Dioſcorides atriplicis ſemen cum mulſa Ictericis conuenire.* χρυσαττικὸν γλυκύ.

CORNARII.

a *Græca hîc corrupta ſunt: deeſt enim articulus τῶν, & pro φερόμενον legendum φερομένων. ſic, γίνεται δὲ ἴκτερος καὶ διὰ δυσκρασίαν θερμὴν τῶν στερεῶν σωμάτων εἰς χολὴν μεταβαλλόντων τῶν τῆς λόγῳ τροφῆς αὐτοῖς φερομένων. vel εἰς χολὴν μεταβαλλόντων τὸ τῇ λόγῳ τῆς τροφῆς αὐτοῖς φερόμενον.*

De

De Vmbilico prominente. *Cap.* LI.

CAuſam vmbilici prominentis, & quomodo id vitij manu curetur, in parte chirurgica docebimus. Quoniam verò nonnulli etiam medicamentis in naturalem ſtatum redierunt, ipſa hoc loco dicemus. Aluminis ſciſſilis drachmæ quinque, flocium [f] vini drachmæ octo, roſacei decem, gallæ immaturæ drachmæ duæ. Vino diluta, & in mellis ſpiſſitudinem redacta loco affecto inducuntur. Extrinſecus ſpongia poſca madens ſuperiniicitur, & faſciola deligatur.

Aliud. Fabæ freſæ corticum, gallæ, balauſtij pares portiones, coquuntur in aqua: vbi diſſoluta fuerint, tritaque diligenter, ſpongia, vt prædictum eſt, imponuntur.

Aliud. Plumbi ſcobis drachmæ ſedecim, cicutæ, mannæ, ceruſſæ, hypociſthidis ſucci, ſingulorum drachma, vino diſſolutis in modum prædictum vtitor.

ANNOTAT. ANDERNACI.

ἐξόμφαλον. Cauſam vmbelici prominentis. *Hoc vitium vno vocabulo Paulus vocat lib. 7. ἐξόμφαλον, quod videlicet aut rupto in ea parte peritonæo, prolapſoq; aut omento, aut inteſtino, interim ocioſo humore vmbilicum ſubeunte: interim carne ſubnata, aliàs ſanguine ob venæ aut arteriæ rupturam concreto, aliàs ſpiritu indidem collecto, generatur. Celſus etiam caput facit de vmbilico prominente.*

ἐρεγμός. Fabæ freſæ corticum. *In Græco eſt, ἐρεγμοῦ λεπύρων. Significat autem ἐρεγμὸς fabam freſam ſeu fractam. Dicitur autem etiam de aliis leguminibus confractis, nomine ipſorum appoſito. Quanquam hîc poßit ſimpliciter de faba dici καταχρηστικῶς, vt ſit fabæ corticum. tu vtrum malis ſequere.*

CORNARII.

f *fæcis vini rhodij drach. X. gallarum, &c. Græca itaque ſic legantur, στυπτηρίας σχιστῆς ∠. ε. τρυγὸς οἴνου ῥοδίου ∠. ι. κηκίδων, &c. Hoc & ratio ipſa dictat, quæ omnem pinguedinem reſpuit, & alioqui roſacei, vt cum vino ad reliqua diluenda adhibeatur nullus eſt vſus. Et Aetius lib. 4. cap. 26. idem medicamentum tradens roſaceum penitus non habet, ſed alumen, fæcem vini auſteri, & gallas cum vino ad craßitudinem redigenda eſſe dicit. Apparet autem vinum rhodium fuiſſe auſterum, ex eo quod Aetius fæcem vini auſteri præſcribit. Meminit fæcis vini rhodij Archigenes apud Gal. lib. I. cap. 8. κατὰ τόπους. & ibidem non ſolùm fæx vini rhodij, ſed etiam fæx rhodia appellatur.*

Quomodo

Quomodo impuberes imberbéſque diu maneant, & particulæ naturales teſteſq; conſeruentur, ibidem etiam Pſilothra numerantur. Cap. LII.

CImoliæ cretæ, & ceruſſæ æquales partes, alterci ſucco excipiuntur, vt ſordium ſpiſſitudo fiat: deinde oleo lentiſcino quantum ſufficit adiecto contundito, ac vtitor.

ALIVD. Cicutæ ſuccum, ſolani, alterci, lupini foliorum tenerrimorum, pſyllij æqualem modum. vbi contriueris, vtitor, ſed locum priùs abſtergito abluitoque. Oportet autem pridiè quàm vſurpare velis, aquam bibere. Medicamentum pilis abolendis dicatum, Pſilotrum appellatum. Aſellorum domeſticorum, qui tacti conduplicant ſeſe in orbem pilulæ rotundiſſimæ ſimilē, Greci κατοικιδίους ὀνίσκους vocant, drachmæ duæ, ſandarachæ drachmæ quatuor, calcis drachmæ octo, aceti veteris cyathus. Lixiuiæ è ficu tantundem: coquito in fictili, ac in balneo vtitor.

ALIVD. Calcis viuæ partibus duabus, auripigmenti totidem, terræ cimoliæ parte vna, in aqua coctis quemadmodum explicitum eſt, vtitor.

ALIVD. Simplex odoríſq; expers:[g] calcis viuæ vtriuſque ſextarium, ſandarachæ vnciam. Coquito vt dictum eſt, & vtitor. Porrò quæ pilos adimant, in oculariis expoſita ſunt.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Aſellorum domeſticorum qui tacti complicant ſe in orbem. *Sic interpretatus ſum ex Largo ὀνίσκων κατοικιδίων τῶν σφαιρουμένων. Ipſe autem addit in pilæ rotūdiſſimæ ſimilitudinē. Cæterùm varia habent nomina, πολύποδες enim Græcis, ἰουλίδες Dioſcoridi, κύαμοι Galeno appellantur. Naſcuntur ſub aquariis vaſis, vt ait Archigenas: imò etiam omnibus locis humidioribus.* ὀνίσκοι.

Calcis viuæ partibus duabus. *In Græco eſt, ἀσβέστου κονίας. Nam ἄσβεστος κονία inextinctam calcem ſignificat. Si autem κονία ἀσβέστου ponatur, pro Lixiuio calcis accipiendum eſt.* ἄσβεστος κονία. κονία ἀσβέστου.

CORNARII.

g *Calcis viuæ ſextarius, id eſt ſandarachæ, &c.*

De Ramicum generibus. Cap. LIII.

CVm inteſtina peritonæo rupto deuoluuntur, operoſa nimiùm eſt curatio. cùm verò ob raritatem illius deſcēdunt, facilior ſanandi ratio eſt: Ac huic malo pueri potius, vtpotè humidioris naturæ, ſunt opportuni, multique adeò citra manus operam medicaminibus impoſitis, & conuenienti

nienti deligatura perſanati ſunt. Vtendum verò eſt remediis infra comprehenſis, vbi hoc ſolum addiderimus, affectus ſolo loco differre. Quando nanque inteſtinum etiamnum ſuprà in inguinibus iacet, noſtri inguinis Ramicem Græci βουβονοκήλην vocant. Cùm in ſcrotum iam infrà delapſum eſt, inteſtinorum Ramex, Græcè ἐντεροκήλη dicitur. Malicorij igitur drachmæ decem, gallæ immaturæ drachmæ quinque, in vini auſteri cyathis tribus incoctæ, [h] & læuigatæ imponantur, inteſtino priùs confricato, & aqua frigida ſuperfuſa: decimo die ſoluuntur, ſed ita, vt æger in lecto maneat diebus triginta, bibátque cupreſſi decoctum cum vino, vel eius globulorum tres obolos, ex diluta vini potione. hoc medicamentum auxiliatur pueris.

Bubonocele. *Enterocele.*

Aliud glutinatorium.

SYMPHYTI radicis, marrubij ſucci, amygdalarum amararum, gummi pares portiones.

ALIVD. Terebinthinæ ſeſcuncia, cæræ, thuris, myrrhæ, ichthyocollæ, cochlearum cum ſuis teſtis, ſingulorum vncia, ichthyocolla in aceto diebus tribus antè maceratur.

ALIVD. Cupreſſi, galbulorum vncia, gallæ tantundem, malicorij ſemuncia, taurocollæ vnciæ tres, mannæ thuris ſemuncia, ſymphyti tantundem, cochlearum cum teſtis vncia. Galbuli & malicorium vino aſtringenti diu incoquuntur, & cum reliquis leuigatis excepta, in vſum accommodato.

ALIVD. Aloes, malicorij, thuris, hypociſthidis ſucci, glutini fabrilis, picis, bituminis, ſingulorum ſeſcuncia, vini dulcis quod ſufficit.

ALIVD magis varium, facit etiam adultis cùm morbus vetuſtatem nõdum ſenſerit: Chryſocollæ, taurocollæ, ſarcocollæ, ichthyocollæ, lapidis Gagatis, lapidis hæmatitis, rhu ſyriaci & coriarij, acaciæ, ſingulorum ſeſcuncia, [i] lapidis pyritis ignem non experti, magnetis cœrulei coloris, aluminis ſciſſi, mannæ thuris, ſingulorum vncia, picis bruciæ vnciæ quinque, cochlearum cum teſtis vncia, argenti recrementi quod Helcyſma dicitur, vnciæ quatuor, gallæ, [k] ſquamæ ſtomomatis æris, ſingulorum vncia, bituminis vnciæ ſex, Myrſinati quod ſatis eſt. Vino aſtringente arida excipiuntur, Medicamento tam ſpiſſo vt digitos non coinquinet, vtitor. Quod ſi iacere non ſuſtineant, triangula ipſos faſcia craſſiore, quæque inteſtina poſſit conſtringere, tutò deligabis.

bis. A' cibis inflantibus abſtinendum, vino copioſiore, crebris balneis, valido motu, nempe curſu, ſaltu, clamore, & id genus aliis.

Ad aquoſum ramicum qui Hydrocele dicitur, vt humor collectus euacuetur.

PIPERIS grana centum, lauri baccæ octoginta, nitri drachmæ viginti, ceræ drachmæ quadraginta, olei heminæ dimidio exceptis, vtitor.

ALIVD. prȩſtãtiſſimum. Lapidis aſij floris drachmæ ſex, vuæ paſſæ acinis vacuæ drachmæ duæ, cumini æthiopici drachmæ octo, nitri rubri tantundem. Trita imponito, fouens veſperi & manè: quidam verò adiiciunt etiam ſulfuris drachmas octo.

ALIVD. Calcem viuam balnei ſordibus exceptam cum cerato impones, & paululum nitri calci miſcebis.

ALIVD. Radicis braſſicæ crematæ, cinis adipe ſuillo veteri liquefacto exceptus inducitur: per triduum ſoluitur. † Ne autem humoris magna fiat colluuies, hoc vtere malagmate, Ceræ libris duabus & ſemiſſe, picis triente, guttæ ammoniaci triente, aluminis liquidi ſeſcuncia. Proficit etiam medicamentum Diægiron, hoc eſt ex populo nigra & reliqua extrahentia.

† Ne autẽ rurſus humor colligatur. πρὸς ἢ τὸ μὴ πάλιν συλλογὴν ὑγροῦ γενέσθαι. Goup

ANNOTAT. ANDERNACI.

Aqua frigida perfuſo. *Græcè eſt,* προκαταντλήσας ὕδατι ψυχρῷ. *antè hoc* προανατρίψας *habetur, videtur legendum* προαναθλίψας, *vt ſcilicet prius intrò reprimatur. Nam quid confert prius inteſtinum cõfricare, quod* προανατρίβειν *ſignat. nolui tamen immutare, quod non haberem quem ſequerer.*

Medicamento tam ſpiſſo. *Sic verti,* ἀμολύντῳ χρῷ. *Signat autem* ἀμόλυντον *non inquinans, à verbo* μολύνω. *Coquuntur medicamenta nunc, vt liquida permaneant, nunc vt dura ſint. Liquida immittentis digitos inquinant: dura ac ſpiſſa non item. Eſt itaque* ἀμόλυντος *ſpiſsitudo qua digiti, aut manus non inquinantur, quanquam Oroſcius verterit, poſtquam ex coctura recrementa iam ſeparata fuerint.*

CORNARII.

h *tritáque perfricto ac retruſo inteſtino imponito, &c.*

i *lapidis pyritæ, ſulfuris ignem non experti, magnetis ſpirantis.* λίθου πυρίτου, ἀπύρου, μάγνητος φυσῶντος. *Primum vox* ἀπύρου *videri poſſit ad pyriten lapidẽ pertinere. Sed Aetius lib. 14. cap. 24. idem medicamen*

dicamentum, adhuc tamen variegatius recenſens, ſeorſum lapidem pyriten habet, & interpoſitis aliis ἀπύρου vocem per ſe habet, vt non ad pyriten pertineat, ſed per ſe ſulfur viuum ſignificet. Deinde magnetem ſpirantem dixit, qui validam adhuc trahendi ferrum vim habet, vt φυσῶντος idem ſignificet quod ζῶντος. Temerè igitur mutata eſt lectio in Baſilienſi editione κυχνίζοντος pro φυσῶντος.

x *ſquamæ ſtomomatis ferri vnc. I. æris vnc. I.*

De inflammatione teſticuli ſcrotique, & aliis ipſorum affectibus. Cap. LIIII.

SCroti inflammatio hiſce agnoſcetur notis. locus primo contactu indoleſcit, feruor, duritiéſq; intenſa apparent. Teſticulo autem inflammationem ſentiente non ex leui tactu dolent affecti, ſed innixis validius digitis rubor & durities ipſius per ſumma minor extare videtur: impreſſis autem digitis durities in alto occurrit, & febris nonnunquam oritur. Itaque teſticulorum inflammationibus propriè conuenit ſanguis ex talo dimiſſus: communiter autem omnibus cataplaſmata & cerata. Imponi igitur debent ex lomento diluta vini mixtione cocto cum vuis paſſis pinguibus acinorum expertibus, cumini, vel haſtulæ regiæ radix incocta, contritaque miſcetur tenuiſſimæ parti polentæ æquali: vice cataplaſmatis adhibetur, vel lini ſemen ex diluto vino, vel fœnugræcum ex mulſa, vel lilij radix ex mulſa, aut recentibus vini flocibus cum polentæ polline. Vel ſenecion & coriandrum viride cum vuis paſſis, quibus acini ſunt exempti. Sin multus infeſtat ardor, foliis alterci cum triticea farina aut cicerum obducuntur, vel arundinis foliis, vel cucurbita cruda. Si vetuſtior eſt morbus cum duritie, cucumeris ſylueſtris radix in mulſa cocta, lęuigataque cum lolij farina admouetur. Item hoc efficax eſt auxilium, vuarum paſſarum quibus acini ſint exempti, vnciæ quinque, cicerum ſubferuefactorum ſeſcuncia, cumini vncia, ſulfuris vnciæ nouem, nitri vncia, reſinæ vnciæ tres & ſemiſſis. contrita omnia cum melle in cataplaſmatis formam digerens, vtitor. Cerata autem hæc ſunt, olei cyathus, colophoniæ vnciæ ſex, plumbaginis, cumini, vuarum paſſarum, lomenti, ſingulorum triens, ceræ ſextans. Plumbago cum oleo aduſque aliquantulam ſpiſſitudinem incoquitur, deinde cera reſinaque inditur. Sublata ab igne ſemifrigida, vuis paſſis contritis, fariniſque ſuperfundito.

ALIVD.

ALIVD. Olei anethini & roſacei, ceræ, reſinæ piceæ, ſingulorum quincunx, cumini vnciæ duæ & ſemiſſis, ſtercoris, aſinini ſeſcuncia. cuminum teritur cum ſtercore aſinino, ceratumque refrigeratum miſcetur, vnáque læuigatur, deinde in panniculum illitum admouetur, lana ſuperaccommodata. olei omphacini, vel butyri, vel reſinæ æquali modo vtitor. Quòd ſi à ſudoribus vlcera in ſcroto excitentur, gallam detritam, vel alumen inſpargito pingui aut hircino felli, & perungito. Porrò ad teſtes Aphthæ vlcere preſſos terram cimoliam cum aqua prius illitam, ſinito ſicceſcere, calidáque aqua abſtergito, myrtum ſiccam, & ſmyrnij paulum in puluerem redactum applicato. Si caro in teſticulis excreuerit, cinis ſarmentaceus nitro & aqua maceratus curat inductus. Pruritu ſcrotum irritante, nitrum, pedicularia, Græci ſtaphidagriam appellant, alumen liquidum, aceto contritum, roſaceóque, illinitur in balneo. Vbi laueris, candidus oui liquor cum melle parti inungetur. *Scroti vlcera ex ſudoribus.*

ANNOTAT. ANDERNACI.

Tenuiſſimæ parti. *Sic ferè vbique παιπάλῃ ſum interpretatus: aliquando pollinem, quod Oroſcius reprehendit, mihi verò placet, cum alios etiam doctiſsimos ita vertiſſe videam.*

Aphthæ vlcere preſſos. *ἀφθῶντας in Græco habetur. quid ſit ἄφθη alibi expoſuimus.* *ἀφθῶντες.*

De ſeminis profluuio & veneris inſomniis. *Cap. LV.*

SEminis profluuium quod Græcè γονόῤῥοια appellatur, eſt inuita ac præter voluntatem excretio, quæ continuè naturalibus non intenſis, ex retentricis naturæ facultatis imbecillitate prouenit: in qua ex vſu eſt conquieſcere, lumbos pubémque Hapſo ex vino & melino vel œnanthino contegentes: mox cataplaſmatis obducere ex palmulis, malis cotoneis, œnanthe, acacia, hypociſthide, rhu, & ſimilibus. Inſidere oportet lentiſci, rubi, & id genus aliorum in vino decoctionibus, vel etiam aquis cibiſque vti ſiccantibus: poſt prima morbi tempora ad exercitatoriam rationem deducere, qua totum corpus, partéſque affectæ confirmentur. Cæterùm quomodò ſeminis paretur fœcunditas, libro primo, vbi de ſanitate tuenda agitur, abūdè tractauimus: vbi etiam illorum qui venerem exercere nequeunt, ſcripta eſt curatio, item quæ ad veneris inſomnia proficiant. porrò iuuabit genituræ profluuio laborantes, & lectus frigidior, & dextri la-

teris, vel ſiniſtri incubitus, item medicamenta frigida lumbis ſubſtrata, qualia ſunt coriandrum, cicuta, ceruſſa, portulaca: omnia verò ex aceto.

De Satyriaſi. *Cap.* LVI.

SAtyriaſis eſt naturalium palpitatio, quæ cuidam ſeminis vaſculorum inflammatoriæ affectioni cum intentione ſuperuenit. Hæc palpitatio niſi finiatur, in ſeminariorum vaſorum reſolutionem, aut conuulſionem delabi conſueuit, ac qui conuulſi fuerint celeriter intereunt. obeuntes autem ventre inflantur, & frigidum ſudorem emittunt. ac mulieribus quoq; ſed rarò hoc mali accidit. ſanguinem igitur protinus dimittere conuenit, victu vti tenui, & abſtemio, [l] eúmque aſſumere quotidiè, valẽter nunquàm, ſed paulatim. Laudatiſſimum igitur eſt remedium, beta, malua & mercurialis momentum, & ius [m] eſculentum cochlearum: nil mali fuerit etiam ex ſimplicibus clyſterem ab inferiore parte iniicere. Quæ verò vrinam mouent, medicinæ cauendæ ſunt, lumbis refrigerantia quoque admouere oportet, vt ſolani ſuccum, aut portulacæ, aut alterci, aut cicutæ. Neceſſe verò eſt coxendicem, & inter anum, ſcrotúmque locum, refrigerantium, quibus leniendi vis ineſt aliquo demulcere, nempe argenti ſpuma, cimolia creta, ceruſſa, aceto dilutis, aut aqua, aut vino dulci, aut ſapa. ſupino cubitu cõquieſcere nociuum eſt. Rurſus confert bibere nymphææ radicem, iridem, & adiantum. Rutæ verò ſucci potus profuerit, & ſeminis profluuio laboranti, & cui naturalia ſunt arrecta. Cibus datur frumentaceus modicus, ſitis indicitur. At ſi prorogatur vitium, cucurbitulæ cute ferro inciſa defigendæ ſunt. Si plenitudo adſit etiam hirudinibus vacuare, & ventrem cruda hordei farina oblinere, alienum non eſt.

ANNOTAT. CORNARII.

l *Et quotidie quidem aluus emollienda eſt, vehementer nunquam, ſed placidè ac leniter. Hîc deſunt in Græcis duæ voces* ὑπομαλάσειν τὴν κοιλίαν, *neceſſariò reponendæ ex Aetij lib.* 12. *cap.* 21. *Le…tur igitur ſic.* φλεβοτομεῖν αὐτίκα, καὶ δίαιταν λεπτήν τε καὶ …νον ἐπιτρέπειν, καὶ καθ' ἡμέραν μὲν ὑπομαλάσσειν τὴν κοιλίαν κυρῶς μηδέποτε, ἡσυχῇ δέ.

m *Concharum iuſculum.* τῶν κογχαρίων ζωμός, *ex eodem Aetio, non* κογχλιαρίων, *neque* κοχλίων.

De

De Priapiſmo. *Cap.* LVII.

PRiapiſmus eſt firmum genitalis incrementum, quod in longum latúmque intumeſcit, citrà veneris appetẽtiam: flatulentus nimirùm eſt ſpiritus qui particulam in tumorem attollit, ex humoribus craſſis, & viſcoſis modici caloris opera procreatus. Notum verò eſt cuilibet, particulas non eſſe calfaciendas, ſed leniter refrigerandas cerato roſaceo, cum aqua contuſo, item chamæmelino cerato in genitali & lumbis impoſito. victus & medicamẽta exhibẽtur, quæ extenuare citrà manifeſtum calorem poſſunt. Applicabuntur etiam quæ naturali modo operantur, experimentis ac vſu probata. Nymphæa igitur potui dabitur, viticis ſemen rutæq; viridis obſoniis mixtũ. Sed per initia id non aſſumi debet, vt quod vehementer calefaciat: verùm poſt aliorum extenuantium vſum. Si vacuatione vti libeat per vomitum id facies. Nam per aluum factæ, vicinas particulas ſæpè fluxioni oportunas efficiunt. Exercitium fricatióque flatibus diſcutiendis rectè adhibentur. Nulli prædictorum venus prodeſt, niſi quibus eà huius abſtinentia ſemen abundare coniicimus.

Curatio Priapiſmi.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Priapiſmus *Galenus ad verbum lib.* 10. *hæc habet. Vbi malè in codice Græco* ἰνιμάτων *legitur pro* ἐμμοτων.

Nymphæam igitur. *Vulgò nenupharim appellant inſigni refrigeratoria vi præditam. Duplex eſt eius ſpecies: de aqua aliàs.*

De particulis inefficacibus. *Cap.* LVIII.

QVi hoc vitio laborãt, nõ ruunt in venerẽ, eóq; puſillanimes fiunt. Cauſa horũ eſt particularum reſolutio, vel ſeminis inopia. Cũ igitur ea quæ ſemini generãdo ſunt, libro primo inter præcepta ſalubria expoſuerim, tũ quę ſimplici virtute ad venerẽ incitant, nunc valẽtiora adiicere oportet. Communiter igitur medicamentis quæ à laſſitudinibus reficiẽdis, Acopa dicũtur, ad reſolutionẽ inſcriptis, hic quoque vtendum eſt. Priuatim ſtellio cõcrematus, in puluerémque redactus cum oleo magno dextri pedis digito, illinitur, & venus exercetur: vbi ceſſare voles, digitus abluatur. Iam medicamentum ex ſtellionibus varia conſtans miſtura efficax eſt. Potui verò dantur quæ incitant, quale hoc primum eſt, piperis, baccarum pini, petroſelini, ceruini genitalis ramenti, terebinthinæ pares portiones. melle excipiuntur.

Stellionis vſus.

Incitantia ad venerẽ.

ALIVD. Cicerum crudorum, baccarum pini, ſingulorum

vnciæ duæ, ſeminis erucæ, piperis, ſingulorum vncia, mellis datur quod drachmas duas impleat cum vino. Item Satyriace dicta ex multis compoſita congruet, atque id genus alia. Inſpicere prætereà oportet reliquas morbi cauſas, & conuenientem ipſis correctionem accommadare.

ANNOTAT. ANDERNACI.

De particulis inefficacibus. *Hoc loco particulas intelligo, eas corporis partes, quæ generationi dicatæ ſunt. Barbari caput faciunt de frigidis & maleficiatis.*

Particulæ

Priuatim ſtellio concrematus. *Hoc ex Oribaſio ſumptum eſt. Aetius ſermone vndecimo mentionem facit: aliorumq; complurium.*

Satyriace. *Hoc eſt medicamentum, quod penem erigat, à ſatyris dictum, qui naturalibus arrectis depinguntur.*

Satyri.

Pudendorum & ani remedia. *Cap.* LIX.

Vlcera pudendorum, & ani.

NAturalium aniq; vlcera citra inflammationem oborta, medicamentis indigent, quæ vehementer reſiccant: cuiuſmodi ſunt ex charta combuſta, anethum vſtum aridum, cucurbita cõcremata. At ſiccis recentibúſq; vlceribus, etiam aloë præſens eſt remedium, ſi arida in puluerem redacta applicetur. Porrò omnium leniſſimum eſt, & nihilominus efficax pompholyx. At ſi humidiora euenerint vlcera, piceæ cortex per ſe, lapis hæmatites. ſin etiam altè deſcenderint, manna prædictis miſcebitur. Si paſcendo ſerpant, lenticula cum malicoriis inducetur, vtendúmque eſt Coraco ex oxymelite appellato, & bithyno, adhæc, eo quod ex charta vſta componitur. Rimas autem naturalium ſediſq;, Græci vocant Rhagadas, iuuat reſina fricta, cum roſaceo cõtrita, vt ſordiũ fiat ſpiſſitudo, adiecto etiam luteo oui, opioq;: vel hederæ foliorum combuſtorum cinis cum roſaceo in plumbea pila tritus admouetur. [n] Iam paſtillus ex œnelæo, & lapis phrygius admodùm probata ſunt remedia ad rimas, tum ſordida circa ani orbem vlcera, præſertim quæ elidi nequeunt.

Rimæ pudendorum.

ALIVD ſimplex quod etiã acrimoniam obtundit. Cadmię combuſtę elotæq; vnciȩ duæ, roſarũ vngue ex foliis deſecto, vnciæ ſex. puluis inſpergitur parti, vino priùs abſterſæ. Ad condylomata verò faciunt chalcitidis, œſypi, medullæ cerui pnæ, rubi foliorum æquales portiones cum cerato, idem præſtant paſtilli ex œnelæo. Quod ſi in cole intra genitalis foramen vlcus delituerit, pus, vel ſanguis citra vrinam redditus ſatebitur. Curatur primùm aquoſa mulſa collutum, mox lacte,

cte, poſteà collyrio Aſteri lacti mixto, ° aut paſtillo Leuco, aut is qui vocatur dialotarion, in plumbea pila ſubactus demittitur, vel etiam penna tincta perlinitur. indè tenue linamentum tortile vnctum imponitur. Præſtantiſſimum verò eſt etiam quod capit gallæ, pompholygis, amyli, & aloës pares modos, roſaceo, & plantaginis ſucco læuigatos.

Ad naturalium dolores.

BVTYRI, reſinæ, paribus portionibus pulchrè liquatis obducito, vel ex ſeminis lini ſucco, æquum myrrhæ & reſinæ frictæ pondus læuigatum imponito.

Ad intumeſcentia pudenda.

p VITIS foliorum tenerorum triginta numero, ceruſſæ drachmæ quatuor trita applicantur. Cæterùm fotu ex aqua marina frigida coles vtitor & quiete, penémque deligato. q Carnoſas naturalium excreſcentias quas Græci Thymos vocant, compeſcit, nec ſinit rurſus augeſcere cinis palmitũ cum aceto cataplaſmatis modo illitus, item ſalicis corticis combuſti cinis. In vniuerſum & thymus, & myrmecia, & verruca penſilis quæ dicitur acrochordon per medicamenta valenter exulcerantia eliduntur: iis autem quæ exedunt, emoriuntur. Propriè contra hæc vitia proficit, elaterium cum ſale impoſitum, groſſi cum aceto, nitro & farina. Liquor fici illitus, ſmaridis caput ſalſum crematum in cinerem, ærugo cum ſulfure viuo combuſta, tithymalli liquor illitus, ocymi folia cum atramento ſutorio, vel heliotropij maioris ſemen cum vino cataplaſmatis modo applicatum.

Thymorum curatio.

Verrucarũ omnium.

Ad ani inflammationem.

CERVSAE vnciæ quatuor, pompholygis vncia, vel cadmiæ tenerę, thuris ſingulorum vncia: ſereos ſucci hemina diluuntur, ſuccus autem paulatim affunditur, donec abſumatur. Deinde ceratum ex vnciis duabus ceræ, & roſacei libra confectum vbi deraſeris miſcetur, validéque emollitur. Demittitur autem inſtrumento quod à pure trahendo πυουλκον Græci nominant, & ſuperdeligatur, facit autem & ad ani fiſſa cum inflammationem ſentiũt, item aduerſus ſedis exulcerationes, cum ardore, aut roſione infeſtantes.

Ad ſedis Eryſipelata.

MEDICAMENTI, quod ab herbarum ſuccis diachylon appellatur, libra, roſacei quantùm ſatis eſt, panis puri libra, croci vncia, opij vncia. crocus & opium paſſo macerantur,

panis aqua. Deinde læuigatis ipſis, medicamen diachylon, & roſaceum admiſcetur, emollitúrque. Vtile eſt etiam ad podagras calidiſſimas.

Aliud. Arcet etiam ani inflammationem ceruſſa cũ vino roſaceóque in pila plumbea, & cochleari plumbeo trita inunctaq;, vel ceruſſam & oui cãdidum roſaceúmq; in eadẽ pila læuigata, dum ſordium ſpiſſitudinẽ habeant, perungito.

Hedricum ad ani dolores.

Alterci folia tenera, portulacæ folia tenera, micas panis in vino tinctas, ouorum toſtorum lutea pari pondere, roſacei quod ſatis eſt. vbi locum roſarum & meliloti decocto foueris, cataplaſma imponito.

Hedricum optimũ ad ani inflammationes, eiuſdémq; excreſcẽtias.

Cerussae, ſpumæ argenti, ſuffiminis ammoniaci, bdellij,[r] ſingulorum ſcrupula ſex, terebinthinæ vncia, ceræ ſemuncia. Arida ſucco ſolani, alterci, vel portulacæ conteruntur. Quæ liquantur, vbi illis adiuncta fuerint, excipito. Et emolitis roſaceo, vtitor. Iam medicamen phicotyche, & dia molibdenes, ad hæc dialotarion, præterea paſtillus dia halicacabu & dia rodon ad ani inflammationes genitaliúmque laudata ſunt remedia.

Ad excreſcentias ani.

Excrescentiis ſi inflammatio adeſt, vtendum generatim iam commemoratis, & propriè hoc paſtillo, Ceruſſæ quadrans, pompholygis vncia, argenti ſpumæ ſextans,[*] maſtiches ſcrupula ſex, alterci ſucco excipiuntur. Si careant inflammatione, cupreſſi galbulorum combuſtorum cinis, loco dolenti, vino priùs abſterſo inſpargitur, vel cucurbitæ aridæ corticis combuſti, vel palmularum nucleorum cinis ſimiliter, vel teſtarum ouorum, & fœniculi cinis, vel ſucci mali punici foliorũ, æqualis modus. Vino albo deterſa pars diebus ſeptem eluitur. calloſa autem tubercula calce & auripigmento cum aceto acri trito rectè etiam in ſole perungis.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Sin etiam altè deſcenderint. *In Græco eſt* εἰ δὲ καὶ βάθος αὐτοῖς τι συνείη, *hoc eſt: Sin autem profunditas etiam quædam ipſis adfuerit.*

Reſina. Iuuat reſina fricta. *Hoc eſt ſicca & retorrida. Duplex reſinæ ſpecies eſt, ſicca & liquida, Sicca præparatur, vt Dioſcorides memoriæ prodidit. Liquida vtribus conditur, quanquàm idem autor ex iiſdem*

dem arboribus alias eſſe ſiccas, alias haberi liquidas autumat. Sicca Græcis φρυκτὴ nominatur, liquida ἡ ἐκ τῶν κεραμείων ὑγρά, hoc eſt ſi ad verbum exponas, retorrida, & ex vtribus, ſeu doliis liquida. φρυκτή.

Puluis inſpergitur parti vino prius. *Hoc eſt, iſta in puluerem redacta. Textus Græcus deinde ſequens deprauatus eſt, habet enim προκαπονίπτων ἀπίῳ, pro προκαπονίπτων, οἴνῳ, vt ego conuerti.*

* Triginta numero. *Vicioſus eſt codex Græcus, vt qui habeat ∠ α. hoc eſt drachmam vnam pro λ. quod ſignat triginta, facili nimirum lapſu. Galenus & Oribaſius vndè Paulus ſumpſit, lectionem hanc confirmant.*

CORNARII.

n *Paſtillus quoq; ex vino & oleo, et qui ex lapide phrygio paratur, valde commoda ſunt medicamenta, & ad rimas, & ad ſordida circa coronam vlcera, & maximè quum detrahere præputium nō poſſunt. In Græcis pro καὶ τὸ λιθοφρύγιον, lege καὶ ὁ διὰ λίθου φρυγίου, ſcilicet paſtillus. Habetur autem lib. 7. cap. 12. στεφάνην verò, id eſt coronam vocat eminentem colis partem ac circulum illum cui præputium inducitur. Quod vbi inductum eſt, vt vlcerata corona reduci ac detrahi non poſsit, hæc medicamenta commoda eſſe dicit. Intelligenda enim eſt vox πόσθης in verbo ἀποσύρειν, quum dicit καὶ μάλιστα ὅταν ἀποσύρειν μὴ δύνανται.*

o *Aut paſtillum album, aut eum qui ex loto fit, in plumbea pila tritum immittito. In Græcis deeſt vox λειώσαντας, quam ego tritum reddidi. Vult autem aliquid ex plumbi facultate paſtillis accedere.*

p *Vitis foliorum tenerorum drach. I. ceruſæ drach. v.*

q *Verrucas in pudendis.*

r *Singulorum ſexuncem.*

s *Maſtiches ſexuncem.*

De Hæmorrhoidibus. Cap. IX.

ORis venarum, quæ quod ſanguinem fundere ſolita ſint Græcis αἱμοῤῥοΐδες appellantur, iuſto largius inanitis, habitum in aquam ſubter cutem reſolui contingit, & affectos, infeliciter contabeſcere: periculum verò eſt, etiam ne largum ſanguinis profluuium accidat, quemadmodùm ne idem in totum ſupprimatur: vndè laborioſa eſt curatio. Quare cum plures ſint hæmorrhoides, vnam purgationis gratia relinquere oportet. Quædam verò ſuperius exiſtunt, non apparentes, eóque difficilem curationem recipiunt. Cæcæ autem nihil quidem excernunt, ſed dolorem mouent acriorem. hæ itaque ſucco cyclamini illito adape-

riuntur. Contrà eas verò quæ immodicè fundũt ſanguinem, ſpinæ ægyptiæ, foliorum ſambuci, artemiſiæ, ſingulorum vnciæ quinque, ſideritidis vnciæ quatuor, coquuntur in aquæ heminis octo ad dimidias, inde herbæ proiiciuntur. aquæ verò miſcetur puluis hic, cretæ ſutoriæ, aluminis rotundi, ſingulorum drachmæ octo, argenti ſpumæ drachmæ quatuor, gallæ drachmæ tres, miſyos drachmæ duæ, ſereos tantundem. vbi puluerem decocto ſolueris, ſepties quotidiè irrorato. inſecuto die pari modo aliam confectionem menſura æqualem ſuperfundito: ſic tertio. Et ſi reliquiæ aliquæ remaneant, quarto die acu compunges: ſi ſentiat æger, aut cruor emanet, decoctum ſimiliter facit. pulueris verò partem dimidiam miſcebis. Cum foueris, puluere attingito, vt exactè adurantur. panis ob inflammationem inſtar cataplaſmatis inducetur.

Garum primarium. ALIVD. Panis purus in garum primæ notæ tinctus, vſtúſque in nouo fictili, & pertritus applicatur, ano priùs vino abluta. Facit etiam ad excreſcentias.

ALIVD. [t] Sereos drachmæ duæ, chalcitidis drachma, miſyos tantundem, atramenti ſutorij quod chalcantum dicitur drachmæ tres, aluminis ſciſſi drachmæ nouem, æris combuſti drachma, cretæ ſutoriæ drachma. ſicco vtitor. Cibi erunt iis qui ſupramodùm inaniuntur, pauci ſanguinis efficaces, & minimè recrementitij, quiq; ſiccant, & aſtringunt, cuiuſmodi eſt chondrus ex poſca lotus, oryza & halica. Ex oleribus conueniunt intybus, cichoreum, portulaca: inter vina, quæ aſtringunt. In hæmorrhoidibus autem obcæcatis, his contrarius victus proderit: potiſſimùm verò lolliginum, ſepiarum, multipedarum, torpedinis, ſelachiorúmq; eſus probè conueniet. hæc enim ſanguinem commouent, item quæ menſibus ciendis ſunt, hiſce congruunt.

Ad procidentem anum.

ERICAE fructus, gallarum, ceruſſæ, acaciæ, hypociſthidis ſucci, piceæ corticis, thuris, myrrhæ minææ, paria pondera. Sicca admoueto, ano vino priùs auſtero deterſa.

ALIVD. Recrementi plumbi, rhu ſyriaci, ſingulorum drachmæ octo, roſarum floris drachmæ quatuor, myrrhæ minææ drachmæ duæ. Vtitor ſicut priore.

ALIVD. Piceæ corticis, mannæ, ſpumæ argenti, ſingulorum drachmæ octo, cupreſſi orbiculorum ſiccorum, plumbagi

baginis, ſingulorum drachmæ duæ: vtitor quemadmodum pręceptum eſt. item vrina ipſius ægri calens adhuc ſuperfuſa adiuuat.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Oris venarum quæ quod. *Ita ſimplicem dictionem Græcam ἁιμοῤῥοΐδας ſum interpretatus. Sunt autem venulæ quædam recti inteſtini, ore hiantes, eò quòd ſtato tempore ſanguinem craſſum fæculentúmque excernunt, hæmorrhoides appellatæ. cùm autem apertæ non ſunt, nihilque excernunt, ſed tumidæ apparent, ſanguine in eis ſuppreſſo, τυφλαὶ Græcis, Cæcæ, quaſi foramen nullum habentes, Latinis vocantur. Differunt autem ſitu & origine, ſi Galeno in Anatomicis fidem accomodamus, aliæ ſiquidem in recto inteſtino, aliæ in ano, aliæ in circulari muſculo aluum conſtringente, qui σφιγκτὴρ appellatur, conſiſtunt. Atque hoc eſt quod Paulus dicit, quædam ſuperius deliteſcunt, non apparentes, ob loci longinquitatem. Quantùm ad originem attinet, aliæ videntur ex ramis venæ portæ, qui omento, lieni, ventriculo communes ſunt, propagari: aliæ ex cauæ venæ diuaricatu in crura facto, vbi grandis arteria cauam venam conſcendit. Hæ itaque vel ex porta, vel ex caua ortæ nunc iuſtò largiùs profluunt, nunc ſupprimuntur, quando remedia adhibere conuenit. Sin autem mediocriter fluant, corpus multis morbis liberant.* *Hæmorrhoidum differentiæ.* *τυφλαί.* *Situs hæmorrhoi.*

Infeliciter contabeſcere. *Sic reddidi, πονήρως ἀποσίτους γίνεσθαι. Abuſus eſt Paulus verbo ἀποσίτους pro ἀσίτους, hoc eſt, ἀτρόφους γίνεσθαι, quod ſignat, cibum non ſentire, contabeſcere.* *ἀπόσιτος.*

Quare cùm plures ſint hæmorrhoides. *Ex Hippocrate ſumptum eſt, aphor. lib. 6. vbi habet, ἁιμοῤῥοΐδας ἰαθέντι χρονίας, ἢν μὴ μία διαφυλαχθῇ κίνδυνος ὕδρωπα ἐπιγίνεσθαι ἢ φθίσιν. Miror cur Aetius à Galeni ſententia, aliorúmque ferè omnium Græcorum diſceſſerit, nullam eſſe relinquendam cenſens.*

Quædam verò ſuperius. *Hoc eſt, quædam in recto inteſtino habentur. quæ ſuperiorem locum occupant, quàm quæ in ano, & circulari muſculo apparent.*

Cæcæ autem. *Hoc eſt cùm apertæ venæ dolorem mouent, copia humoris melancholici grauatæ.*

Cretæ ſutoriæ, aluminis rotundi ſingulorum. *In Græco codice deeſt ἀνὰ, & στρογγύλης per ſe ſignat alumen rotundum, ſicut σχιστὴ ſciſsile. Aliqui tamen pro μελαντηρίας, legunt στυπτηρίας.*

Recrementi plumbi, rus ſyriaci, ſingulorum drachmæ. *In vulgatis codicibus Græcis habetur vnciæ octo. Verùm Galenus & Oribaſius habent drachmas octo.*

t *Soreos drachmæ II.*

De vteri affectibus, & primùm de menſium purgatione.
Cap. LXI.

Menſium tempus. MVlierum plurimis menſes quartodecimo anno fluere incipiunt, paucis verò ante tertiumdecimum, aut duodecimum, pleriſque autem poſt quartumdecimum erumpunt. Tempus cuique purgationi præfinitum eſt, ordinatúmque, multis ad duos tréſue dies, haud paucis vſque ad quintum profluit, aliis etiam aduſque ſeptimum: raró ad duodecimum purgatæ ſunt. Porrò deſinunt menſtrua aliis anno quinquaſimo, paucis autem vſq; ad ſexageſimum durant. Nonnullis à triginta quinque annis, præſertim obeſis, menſes ceſſare incipiunt. Morata igitur purgatione, lauandum eſt circa ſtatum menſtruale tempus, ac præſumetur potui, aut ſeſamum, aut capitatum porrum cum pipere, & ruta ſimul incocta. Potio autem ex paſſo cretico erit, cuius heminæ menſura pota ambulationibus menſtrua dimoueantur. Cibus ſit, lolligines, ſepiæ, polypodes, & quæ eiuſdem ſunt generis: quippe ſanguinem propriè commouent.

De menſium ſuppreßione.

SVPPRIMITVR menſtrualis purgatio, interim toto corpore malè affecto, nonnunquam verò locis peculiari vitio conflictantibus ex frigiditate inſita, aut ictu, aut intemperie ab origine, ſeu acquiſita malignitate. magna verò parte ex abortu, vel principaliore quadam parte primariò affecta, nempe iocinore, aut ventriculo, aut thorace, aut id genus aliqua, longo morbo vitiata. At ſuppreſſio complures affectus, & longos ſolet procreare. Cùm igitur propter aliquod interaneorum affectum primarium purgatio circunciditur, aut moratur, ex vſu maximè fuerit, id quod primariò afficitur curare, inde vteri habere rationem. Notæ verò quibus hæc deprehenduntur, in ſuperioribus ſunt expoſitæ. Cùm verò nihil illorum adfuerit, conſtat palam primario affectu vterum occupari. Itaque ſi ætas non prohibet, aut habitus, aut aliud quippiam, venam oportet incidere, ídque non ante ſtatum menſium tempus: ſed vbi iam præterierit, decem dies ſuperadiiciantur. Detrahetur autem ſanguinis, neque plus duabus libris & dimidia, neque minus vna, ſi quidem venam diuiſerimus. Sin autem non, hiera diacolocynthidos

cynthidos purgari debent, duarum drachmarum pondere, in ſex mulſæ cyathis. Si febris adſit, hiera quidem vti non expedit, verùm ſanguinem mittere in primis febriculæ diebus eſt opportunum. A' purgatione reficiendæ ſunt mulieres diebus pauculis: in ſequentibus autem, exercendæ obambulationibus, inferiorum frictionibus, & balneo. Cibi congruunt diſtribui faciles, & liquidi, olera, dulcia omnia, piſces ſaxatiles, ex auibus teneriores, lactis potio, ex melle confectiones, μελιτ]ώματα vocant, vinum tenue, album, non adeò vetuſtum. carnes inidoneæ his ſunt, & legumina, præter ptiſanam. Vbi ſtatum menſium tempus propinquum eſt, dantur ex marinis ſelachia, & malachia, vt dictum eſt, item oſtracoderma, hoc eſt teſtaceam cutem ſortita, capitata porra, cum ruta & pipere cocta, eorúmque ius potui datur: infernę partes vinculis, tribus quatuórue diebus conſtringuntur. Cùm inſtat tempus purgationis, tollitur deligatura, myrrhæ obolus bibitur, aut fabæ inſtar, vel caſtorium ex paſſo, aut mulſa, vel decoctum artemiſiæ, aut ſaluiæ poſt balneum ex paſſo, & abſinthij. Abſinthites autem vinum per totius curationis decurſum potatur. Vbi acceſſerit iam menſtruale tempus, ſi nihil, aut nulla mẽtione dignum fuerit excretum, ex talo ſanguis detrahẽdus eſt. Poſt ſeptimum, aut octauum diem, purgatione ex hiera vtendum eſt, ſecundum quartum diem, dropax inferiori ventris regioni, lumbis & feminibus applicetur, atque aquæ potu triduum vſa, ſinapi cum æqua panis macerati portione aduſque æquinoctium admoueat, deinde lauet: inſecuto menſe ficus ſiccatę in vicem panis miſceantur decocto fœnugræci, maluæ, pulegij, rutæ & artemiſiæ. In ſinum verò demittetur, ſuſinum, aut amaracinum, peſſusq; inſeratur enneapharmacus, aut libanius. Eſt autem peſſus lana cõcerpta, & in rotundam digiti humani formam redacta qua medicamenta contineantur. Hæc igitur curatio pleriſque ad purgationem abundè fuit, ſin autem vehementioribus indiguerit medicamentis, hęc ſunt, iris illyrica cum vino pota, iunci anguloſi, arique radix, caſia, iunci rotundi flos, & nardus, helenij radicis decoctum, myrrhæ ad fabæ Grę cæ magnitudinem cum paſſo ex dimidio mulſæ cyatho pota, atque dictamni decocti cyathi duo, item ammoniacum, & ſagapenum. Quæ minus ſtomachi vitijs ſunt opportunæ, etiam opopanacis paululum in globulos redactum

Peſſus.

Menſes cientia.

percocto

percocto melli intinctum, aſſument. Iam verò conſueta nobis ſemina menſes mouere poſſunt, ſed minùs: fœniculum, cuminum, apium, daucum creticum, ſeſeli, ami, ſiſon, cicer, fructus cedri, ac omnia quæ vrinam prouocant. Commodè etiam ſinui muliebrium imponuntur myrrha, abſinthij, aut lupinorum decocto trita, aut rutæ ſucco læuigata, bdelliúmq; ſimiliter, ſtyrax, ſylueſtris oleæ gummi, aut rutæ ſucci itidem, aut longa ariſtolochia, in collyrij formam concinnata. Perſimiliter etiam magni centaurei radix, aut veratri, aut liquor ſcammoniæ, & cucurbitæ ſylueſtris medulla per ſe, & artemiſia applicata cum ruta, inſuper & galbanum ſuffumigatum. Eadem verò & fœtus ſolent educere.

Fœtus educentia.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Circa ſtatum menſtruale tempus. *Græci vocant certum præfinitúmque tempus προθεσμίαν, vel προθεσμίαν ταχθὴν, & προημερίαν. vt Budæus etiam annotauit.*

Detrahetur autem ſanguinis. *Hodie ſumus timidiores quàm vt libram integram vna vice detrahamus, tantùm abeſt, vt libras duas & dimidiam auferamus.*

Eſt autem peſſus. *Deſcriptio peſſarij. In Græco codice autem ſuperfluum eſt ἤτοι, vel in hunc modum legi debet, πεσσὸς ἢ ὀθόνιον ἔριον διεξασμένον ἤτοι καὶ σφαιρωθέν. Aliqui legendum putant ἤτοι καὶ, hoc eſt, vel aliquid.*

Ami, ſion. *Malè in exemplari Græco impreſſo σίνων habetur, pro σίον, aut σίσον. vtraque vim ſemina prouocandi menſes obtinent. Paulò pòſt ἐρβνίδες pro ἐκδρίδες ſubſtitutum eſt.*

De immoderata purgatione vteri & ſanguinis profluuio.

Cap. LXII.

IMmodicæ purgationes mulieribus oboriuntur, interim menſibus adauctis confarctimq; ac concitatius erumpentibus, interim ob legitimum partum quæ plerunque etiam ſponte ſuaceſſant: crebro autem abortus cauſa, vehementi laborant profluuio, vt ſubinde periculum accedat. Imprimis igitur extremi artus ab alis & inguinibus, vinculis excipiuntur. Poſca non frigida potui datur, muliebria ex eadem fouentur, & iniiciuntur locis multæ lanæ, ex vino, oleo, vel roſaceo, vel melino, vel myrteo expreſſæ. Cibus dabitur chondrus lotus ex poſca, vel oryza, vel halica: vino autem abſtinebitur, & hydromalum auſterum, aut omphacomeli, aut huiuſmodi quippiam ipſis exhiberi debet. Balauſtium in poſca

Sāguinis ex vtero profluuium ſiſtentia, tam ſumpta, quàm admota.

poſca propinari, vel hypociſthidis, vel acaciæ ſuccus, vel lycium, vel ſamius aſter, vel ſuccus immaturæ vuæ ſiccus, vel rheon, vel [u] lenticulæ ex Italico fictili cõbuſtæ cinis, aut ſeſamum editur in poſca maceratum, quoad molle delicatúmque euaſerit: inſinuati verò peſſi per naturalia, ſanguinis fluorem ſiſtunt, hypociſthidis ſuccus, aut acaciæ cum manna in aceto contritæ. Mirificè auxiliatur ſpongia in vino, aut liquida pice demerſa, peſſarij modo adhibita, vel combuſtæ ipſius cinis cum aceto, vel poſca eodem modo inſinuatus. Similiter etiam [x] ſuberis in Italico fictili concremati cinis. A`foris autem impoſita iuuant aſtringentia epithemata, & cataplaſmata ex palmulis, & cotoneis: quæ malicoria receperint, aut [y] fageam glandem, aut rubi ſurculos, aut lentiſci folia, balauſtium, acaciam, hypociſthidem, gallæ modicum, alumen. Maximè verò hoc, taurocolla madeſcit poſca, quouſque ſoluatur, deinde in linteolum validum illinitur, lumbíſque agglutinatur. Efficacia ad hoc ſunt, & glutinantia emplaſtra, veluti Armonia, Iceſios, Athene, Meline, Indica, & ſimilia. Peſſulis quoque ad ſanguinis profluuium vti oportet. Gallæ interius lęuigatum, & thuris lacryma aqua diluta naturalibus inſeritur, [z] vel cytini, vel mala punica dulcia ſimiliter, vel polygonum tritum. Compoſito autem, aluminis ſciſſi, gallarum interioris, acaciæ ſucci, mannæ, ſingulorum vnciæ quatuor, ouorum toſtorum lutea quatuor. arida lęuigantur ſucco plantaginis, miſcentúrque. Cùm vſus exigit, excipiuntur in peſſum ex lana, & in roſaceum intinguntur, inſinuántque naturalibus. Iam cucurbitulæ leues magnæ frequenter ſubter mamillas affixæ abundè retrahunt. Inſeſſus autem profluuio ſanguinis laborantibus conuenit, [a] ex marino iunco, Græci vocant oxyſchœnum, capitibus myrti, roſis, rhamni foliis, rutæ ſurculis, æquali pondere in aqua coctis inſidere iubeto.

ALIVD. Mali punici dulcis radicis corticis, myrti, cupreſſi corticis, ſingulorum tres partes, gallæ pars vna, aquæ quod ſatis eſt. Infundito autem per vterinum clyſterem, ſuccum plantaginis, aut ſereos, aut polygoni, aut ſolani, aut perdicij herbæ, aut pſyllij, aut hypociſthidis, aut acaciæ, eaque lana, aut digito, aut ſpecillo, aut pinna in longitudinem figurata, aduſque orificium imponatur. Inſuper paſtillus Andronis per vterinum clyſterem infuſus cum quodam

dam ex ſuccis commemoratis, aut vino aſtringente efficax eſt remedium.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Ob legitimum partum. *Hoc eſt, abſolutum, perfectúmque. Nam poſtea dicit, vel ob abortum, illegitimum ſcilicet partum profluuia accidere. Verùm quæ ex naturali partu fiunt, ſua ſponte plurimùm ceſſant. Erat in Græco, ἐπὶ τελείαις ἀποτέξεσιν, quod Oroſcius vertendum cenſuit, In fine partus, quàm eruditè, vel mediocriter literatus iudicare poterit.*

ἀποτέξεις τέλεια.

Vel combuſtæ ipſius cinis. *Lege in codice Græco pro κιουμένου, καιομένου αὐτοῦ ἡ σποδία. Paulò pòſt κνηκίδα βράθυ habetur, tu fac κνηκίδος βραχὺ.*

CORNARII.

v *Similiter etiam ſuberis ex Italico vaſe vſti cinerem. Hîc legendũ non eſſe φακοῦ, id eſt lenticulæ, ſed φελλοῦ, id eſt ſuberis ex aliquot verſibus ſequentibus ſatis admonemur. Nam ſicut hîc bibendum, ita illic apponendum ſuberis cinerem præſcribit, nõ cuiuſlibet ſuberis, ſed eius quo vaſa vinaria Italica obturata fuerunt. ex quo etiam paſtillũ lib. 7. cap. 12. habet: quanquam etiam iſtic σφελλοῦ pro φελλοῦ falsò legatur. Quod autẽ is fuerit ſuberis vſus in cõmentariis medicis ex Plinio lib. 16. cap. 8. docui. Meminit etiã Gal. comm. 4. in lib. 6. Epidem. Hippoc. in Aph. 8. Sed & iſtic τυφλοῖς πωμασθεῖσα pro φελλοῖς habetur.*

x *ſuberis ex Italico vaſe vſti cinis.*

y *aut ilicis glandes.*

z *flores mali punici dulcis. In Græcis abundat ἢ. legendum enim κυτίνους ῥοᾶς γλυκείας: non enim ipſa mala, ſed flos cytinus appellatus habet hanc vim.*

a *Iunci acuti capitulorum, myrti, roſarũ, &c. ὀξυσχοίνου κεφαλῶν, μυρσίνης, &c. Vox κεφαλῶν ad oxyſchœnũ, id eſt iuncum acutũ pertinet, cuius capita, in quibus ſemen, huc faciunt: & non ad myrtum. Et alioqui morem hunc Paulus, & Græci medici habẽt, vt primùm vniuerſalem rei nomenclaturam faciant, & mox partem adiiciant, ſicut mox habetur ῥάμνου φύλλων, & βάτου ἀκρεμόνων: ita & hîc ὀξυσχοίνου κεφαλῶν, & non κεφαλῶν μυρσίνης. Nam huius folia accipienda ſunt, quorum nomenclatura ſequitur poſt ῥάμνου.*

De fluore muliebri. Cap. LXIII.

VVluæ fluor, totius corporis quod expurgatur eſt diſtillatio: Talem verò ſpeciem id quod euacuatur, repræſentat, qualem etiam humor in corpore ſuperans obtinet: aliud rubrum, veluti ſanguinis ſanies, aliud candidum, pi-

uitæ

tuitæ ſoboles eſt, pallidum aliud, quod bilem teſtatur, aliud verò aquoſum. at ſi ſanguis purus, ſicut in venarum ſectione, efferatur, attendendum eſt accuratè, ne quędam in vulua eroſio ſit exiccata. his notis fluor deprehenditur, loci continuè madent humoribus, colore variantibus, laborans decolor eſt, cibum non ſentit, eumq́; faſtidit, in obambulatione difficulter ſpirat, oculos habet prętumidos, nunc cum dolore, nunc citra illum, aut cum exulceratione, aut ſine illa, aut inflãmata, aut ſordida, aut pura. Toti igitur corpori auxiliantur, quæ citra manifeſtum calorem exiccant, cùm affectus ſit humidus, frictio totius corporis, & vnctio ex melle abundè cocto. medicamina dantur vrinam cientia, vtpote aqua, cui aſarum & apium ſit incoctũ: vacuatur etiam totum corpus per aluum: præterea portulaca commanducata, ſucci ſque ipſius potus præſidio eſt. Item balauſtium, rubi fructus & flos, quercus liber qui cortici ligni ſubiacet, & tunica glandis putamini ſubiecta. Equiſetum maximè ſiſtit rubrum fluorem, potum ex aqua, aut vino. Vel hypociſthis, lentiſci fructus torrefactus, cum vino ſumptus, ſamius aſter, lemnia ſphragis, coagulum leporis, aut hœdi, aut ouis, aut vituli, aut cerui, vinacea trita, myrti, vua immatura ſicca, piceæ cortex, & quæ ad vuluam ſanguinis profluuio laborantem dicta ſunt, non admodum efficacia. Vbi verò cum labore fertur, per ſiphonem vteri, clyſterémue halicæ ſuccum, aut ptiſanæ, aut tragi, aut orizæ demittes cum aliquo medicamentorum quæ dolorem ſopiunt, ἀνώδυνα Græci vocant: & in acceſſionibus quidem lenire oportet: cùm autem remittit, circuitum enim nonnunquam habet, habitũ corporis mutare noxium humorem euocando expedit variis geſtationibus, obambulationibus, vociferatu, inunctionibus, cucurbitulis, dropacibus ad partes ſuperpoſitas, vinculorum iniectionibus, frictionibus, pſilothris, ſmegmatis, ſinapiſmis, vomitibus à radicula, victus ratione viribus recolligendis dicata, balneis, vino, vario ciborum genere.

Signa fluoris muliebris.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Vnctio ex melle. *Sic Galenus libello de prænoſcendo præcipit in vxore Boethi, Romanorum conſulis. Conſiderans ſcopum intentionémque victus inſtituere ex potione pauciſſima, ex totius corporis frictione, & præterea vnctione ita præparata, non ex pice, & reſina, ſed ex melle ſolo diutius incocto.*

Quercus

Quercus liber. *In Græco codice habetur*, δρυὸς τὰ ὑπὸ τῷ φλοιῷ τοῦ πρέμνου τὸ ὑμενῶδες. *Galenus ita legit*, δρυὸς τὸ ἐν τῷ φλοιῷ τοῦ πρέμνου τὸ ὑμενῶδες. *Dioſcorides*, τὸ μεταξὺ τοῦ φλοιοῦ καὶ τοῦ πρέμνου ὑμενοειδές. *In Paulo igitur legendum cenſeo*, δρυὸς τὸ ὑπὸ τῷ φλοιῷ τοῦ πρέμνου ὑμενῶδες.

De inflammatione vteri, & declinatione. Cap. LXIIII.

Cauſæ inflammationis vteri.

INflammatio vuluæ, pluribus ex cauſis oboritur, nempe ex ictu, menſium retentione, frigore, & inflatione: adeoque ex abortu, & ob ſiniſtram partus æditionem. Comes inflammationis vuluæ eſt febris acuta, dolor capitis, tendinis, baſis oculorum, brachialis, digitorum, & colli deorſum retractio, declinatio ad oppoſita, ſtomachi ex conſortio dolor, oris vuluæ conniuentia, pulſus exigui, crebrique. Et ſi languida fuerit inflammatio, haud valido ipſius vteri dolore torquentur. Sin vehemens, & ipſe totus pulſatilem cruciatum percipit, vndiquaq; inflammatione obſeſſus. ſi pars ipſius illam ſentit, in ea magis dolor intenditur. nam ſi poſteriora ipſius ſolùm laborent inflammatione, dolor lumbos inuadit, ſtercus longanone compreſſo, retinetur. ſi priora, dolor inferiorem ab vmbilico ventris regionem occupat, & ſtillicidium, aut vrinæ difficultas veſica preſſa excitatur. lateribus inflammationem expertis inguina tenduntur, & crura grauantur. Extrema ad fundum vteri parte inflammata, in vmbilico dolor potiſſimùm cum tumore infeſtat. Cùm verò os vuluæ inflammatio affligit, in abdomine dolo reſt, digitoq; immiſſo os occurrit durum rigidúmque. Itaque in curatione primùm vſui venit fotus ex vino & oleo, vel vino & oleo roſaceo ſuper infernam ventris regionem & lumbos per hapſum ex lana puriore citra deligaturam adhibitus. Cibo abſtinetur triduum, ſecundum quod ſanguis ex cubito mittendus eſt, ſi nihil prohibet. alendæ ſunt chondro ex aqua mulſa, vel pane, vel ouo ſorbili, vno die interpoſito. Poſt quintum, cataplaſma ſuperaccommodatur, polline farinaceo, ſemine lini, fœnugræco, ex mulſa, in qua papauerum capita decocta, reiiciantur, & oleo. at ſi inflammatio eryſipelatis naturam ſortita excandeſcat, meliloto in paſſo cocto tritoque, ouorum toſtorum lutea adiicito cum roſaceo, vel melino, vel crocino, & cataplaſmatis modo adhibeto: aut palmulas vino temperato ferueſactas, cum polentarum polline, & quodam ex enumeratis vnguentis læuigato, applicatoque

Signa.

Curatio.

tóque. In morbi autem declinatione ceratum nardinum, aut cyprinum iniiciendum eſt. Per totum verò morbi decurſum, etiam inſeſſus vtiles ſunt ex decocto fœnugræci vel ſeminis lini, maluæ, artemiſiæ, & oleo: in iis autem quæ non ſuſtinẽt calorem, ex aqua calida roſaceo ſuperfuſo. Peſſos autem infuſionéſque adhibere conuenit ex œſypo, butyro, medulla ceruina, adipe anſerino, vnguento ſuſino, & cera thyrrenica. in quibus autem calorem ferunt, etiam peſſus qui ab aureo colore Chryſus nuncupatur, ipſis conueniet, item enneapharmacus: rurſus in quibus non tolerant, ex ouo, roſaceo, adipe anſerino, vel gallinaceo adaptabitur. Porrò ad inflammationes magis furibundas emplaſtro diachylon quod eſt ex herbarum ſuccis, in vaſe fictili cum roſaceo liquefacto, miſcetur ſuccus plantaginis, vel ſereos, vel cichorij, vel intybi. Aut hoc vtere: adipis anſerini, vel ſuilli recentis drach. quatuor, cerati roſacei, vel ſuſini ſextante, ouorum toſtorum luteorum vncia, croci drachma, myrrhæ tribus obolis, opij obolis duobus, vel loco opij, papauerum capitum decocto: ſi dolor multus excruciat, lacrymæ papaueris inſtar lenticulæ cum lacte muliebri, & ſucco fœnugræci in peſſo ſubiiciendum exhibeto. At ſi inflammatio cum duritia infeſtat, tetrapharmacum roſaceo ſolutum, applicatur, vel infunditur. Si à naturali ſede vulua declinauerit, per acceſſiones ſimilem inflammationibus curationẽ recipiet. vbi verò remittitur dolor, & declinat, leuioribus vtendum. Quod ſi malum inueterauerit, noxia ex alto euocantibus vtendum, quæ Metaſyncritica dicunt. Extrinſecus autem duritie oborta, malagmatis pugnãdum, nempè dia melilotom, hoc eſt ex ſertula campana confecto, item Mnaſei, Iceſi, melinę Serapionis, aut pyrina. victus autem per initia tenuis adhibetur. Vbi paulum declinauerit malum, ægrotantes ad balneum ducentur: varióque magis cibo & pleniore nutriendi.

Vteri declinationes.

ANNOTAT. ANDERNACI.

De inflammatione vteri. *In ipſo titulo Græcum exemplar deprauatum eſt. Habet enim παρεκλύσεως pro παρεγκλίσεως.*

Dolor capitis, tendinis. *Hîc nimirùm intelligit tendinem in vtraq; capitis parte ſitum corpus tenue, ac fibroſum, quod excreſcentiam vermicularem ad particulas natibus cerebri, vtrinq; adiacentes, illigat, ne errabunda vagetur, vel neruos in ſincipite intelligunt.*

Tendo medius inter neruum & ligamentũ.

Per hapſum. *Sic reddidi πίλημα. Nam Celſus libro ſeptimo ait*

πόλημα.

Tum multo is oleo perungendus, inducendúſque hapſus lanæ mollis, tepido oleo repletus, &c.

De vuluæ abſceſſu. *Cap.* LXV.

Signa abſceſſus vteri.

INflammatione in abſceſſum tranſeunte, dictæ quidem notæ intenſiores erunt. Præterea verò inordinatæ febrium cum horrore acceſſiones obueniunt, primis quidem temporibus intenſæ, cum doloribus. ad vltimum, vbi ſuppurauerit, aliquantulum remittunt. Poſtquam verò erumpit vomica, dolores acriores ſubinde viſi ſunt, ceu lancinantes, & punctus modo incidere, febriculæ vehementius infeſtant, Atque vrina nonnunquam retinetur, nonnunquam ſtercus, impedimento ab affecta vteri parte facto. Aliàs tumor in pube eminet, & veluti exundationis ſenſus cum abſceſſus maior fuerit. At quod in expoſitis locis eſt, etiam inſtrumento ad perſpiciendum iniecto, aut digitorum tactu deprehenditur, præterquã quòd dolores ob neruoſam oris vuluæ membranam acriores vrgeant, ſicut in fundo ſinúque minus doloris percipitur, & digitis quidem tumor non occurrit, os autem gracilius oſtenditur. Suppuratio itaq; celeriùs adiuuanda eſt cataplaſmatis ex fœnugræco, ſemine lini, farina hordeacea, aut frumentacea, cui ficus coctæ adiiciantur, interim & ſtercus columbinum. Inſeſſibus etiã ad inflammationem aptis, frequentiùs vtendum. Item peſſulis ex terebinthina, myrrha, œſypo, butyro conueniunt. Abſceſſu autem rupto, ſi ad veſicam pus euaſerit, lactis & cucumeris ſeminis potu vtendum eſt: ſin ad longanonem ruptus ſit, lenticulæ & malicorij decoctum indetur aluo. At ſi in ſinum pudendi eruperit, [b] mundum quidem à pure, roſaceum infundetur, aut candidum oleum, aut tetrapharmacum regale, aut butyrum recens. ſin autem efferatur ſanies tenuis, fœtida, ceu ab vlceribus depaſcentibus, magis aſtringens erit enema ex myrto, palmulis, & lenticula. Si verò humoribus etiam excretis, inflammatio diuexet, perſiſtere in cataplaſmatis, & inſeſſibus ratio eſt. Cæterùm ſi in vuluæ oſtiolo, abſceſſus ſit obortus, neque rumpatur, partibus, quæ puri incumbunt, extenuatis, ad puris excretionem, quæ manu adminiſtratur, diuertere conſilium eſt, vt in chirurgica pertractabimus.

Dioptra.

Curatio.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Præterea verò inordinatæ. *Oroſcius Græcum codicem deprauatum dicit, legendúmque putat* πυρετοὶ δὲ ἄτακτοι μετὰ φρίκης ἐν

ταῖς

ταῖς ἐπισημασίαις γίνονται, hoc eſt: Febres autem inordinatæ cum horrore in acceßionibus fiunt. &c. At ἐπισημασίαι, per ſe febrium acceßiones ſignificant: niſi fortè inflammationum acceßiones, aut in pure generando intentiones naturæ intelligere velimus. Tunc enim, vt ait Hippocrates, dolores ac febres accidunt magis quàm in iam confecto. Vtram tu malis, ſequere lectionem. Certè omnia antiqua exemplaria quæ mihi videre contigit, impreßi codicis verba habent. ἐπισημασία

Aut candidum oleum. *In Græco eſt λελευκασμένον ἔλαιον, hoc eſt, dealbatum oleum. Quomodo oleum fiat candidum, ex Dioſcoride condiſces.*

CORNARII.

b *Si quidem purum pus fuerit.*

De vteri exulceratione. Cap. LXVI.

Exulceratur ſubinde vulua ex infelici partu, aut fœtus extractione, aut eius corruptela, vel ex medicamentis acribus, vel fluore, vel abſceſſibus diruptis. ſi igitur prompta in conſpectum venerit exulceratio, inſtrumento locis inſpiciundis idoneo deprehenditur: ſin altè deſederit, ex iis quæ excernuntur. Humor enim diuerſus excernitur, ex inflammato quidem vlcere, paucus, cruentus, aut fæculentus cum magno dolore: ex ſordido autem copioſior, & ſanies cum minore cruciatu: depaſcente, fœtidus, niger cum doloribus vehementioribus, aliiſque inflammationis ſignis. iam quæ laxant medicamina, irritant, contraria leuant. Cùm purum vlcus eſt, humor paucus, æqualis odoris expers, craſſus, candidus, cum ſentiendi facilitate habetur. Si inflammationem experitur, vlcus, iis quæ ad illam ſcripta ſunt, vtendum eſt. Sordidum, ptiſanæ cremore cum melle illuendum eſt, aut tetrapharmacum iniiciendum cum ſuſino, vel mulſa, in qua fœnugræcum ſit decoctum, aut malua, aut furfures, aut lenticula cui cortex ſit detractus. Porrò quò magis expurgetur, etiam marrubium, aut eruum, vel melli adiuncta erui farina, vel iris, vel alumen rotũdum, vel aliquid ſimile inſpargatur. Hæc ipſe etiam extrinſecus ex mulſa macerata inſtar cataplaſmatis illinuntur. Peculiarius prodeſt hoc medicamẽtum. Crocus primæ notæ læuigatur cum lacte muliebri, deinde exceptus cerato roſaceo, cum adipe anſerino inungitur linteolo. verùm quod infrà ponitur, iſto quoque efficacius dolores diſcutit. Capita papaueris in paſſo temperato madeſcũt diebus tribus, deinde incoquuntur, donec intabeſcãt, poſteà

Cauſæ & ſigna vlcerationis vteri.

Curatio.

teruntur vnà cum roſæ foliorum drachmis quinque, croci drachmis tribus, iure capitum papaueris admiſto, indè ceræ cum roſaceo liquatæ drachmæ duæ ipſis ſuperfunduntur, ac in peſſulo ſubiiciuntur roſaceo perunctis. Salutare eſt etiam medicamen ex ouis, croco, roſaceo, adipe anſerino, cerui medulla præparatum. Item Aegyptia citra æruginem mirificè ad exulcerationes conducit. † vbi autem paſcendo ſerpũt vlcera cum inflammatione quidem obducitur panis tepida maceratus, ex hydromelite, oleo, althæa, fœnugręco, palmulis pinguibus. Iniicietur autem plantaginis ſuccus, ſolani, polygoni, & ſereos primum per ſe, mox cum vino auſtero, aut aceto. At citra inflammationem, ſi vrgeat depaſtio valentiora iniicientur, veluti decoctum malicorij, roſarum, ſummitatis oleæ, cupreſſi, malorum cotoneorum, rubi, myrti, lentiſci, rhamni, rhu coriarij ex vino aſtringente. poſteà verò aluminis, acaciæ, lycij, hypociſthidis. ex eiſdem verò decoctis parabitur etiam inſeſſus.[c] Si nihil proficitur, nõ alienum fuerit medicamen ex charta cum poſca primùm demittere, deinde cum aceto, aut Antheram, aut chalcitidem, aut attramentum ſutorium, ex eiſdem liquoribus, & quæ dyſentericis congruunt: cibus dandus boni ſucci, modicus. Purgato vlcere, ægrotans balneorum ciborúmq; varietate ſollicitari, vinóque refici debet, quo caro ſtatim procreetur. Peſſi loco ſubiicietur medicamentum diamoron, hoc eſt ex moris, remiſſum cadmia, vel ladano, vel plumbagine. A foris autem emplaſtrum, quod cicatrici ducendæ eſt, abdomini coxíſque imponitur. Quemadmodùm enim cataplaſmatum, ità etiam emplaſtrorum facultas per latentes meatus traducetur.

† Vbi autẽ eſt nome cum inflammatione inducere cataplaſma oportet ex pane puro ſubacto ex hydromelite. Goup.

CORNARII. ANNOTAT.

c *Si non ſuccedit, medicamentum aridum ex charta immittito, primùm cum poſca, deinde cum aceto. Aut puluillum antherum, hoc eſt floridum appellatum. Ambo hæc medicamenta, & quod ex charta vſta quam recipit, nomen habet, & quod antherum appellatur ex floribus roſarum quas recipit, habentur lib. 7. cap. 13. inter medicamenta arida diuerſúmque eſt medicamentum τὸ διὰ χάρτȣ ξηρίον à paſtillo ex charta, cuius deſcriptio eſt eiuſdem libri cap. 12.*

Signa cancri vuluæ ſine vlceratione.

De cancro. *Cap.* LXVII.

CAncrorum vuluæ alij cum exulceratione, alij citrà vlcus inuadunt. vbi igitur exulceratio non eſt, tumor in vuluæ

uæ oſtiolo reperitur durus, inæqualis, prætumidus, colore fæculentus, ſubruber, interim ſubliuidus, ac vehemens dolor exercet inguina, abdomen, imum vẽtrem, & lumbos [ad manus contactum] variámque medicinam excandeſcunt. Exulcerato autẽ cancro, pręter dolores, durities, tumorémque, vlcera eroſa ac inęqualia conſpiciuntur, plurima ex parte, ſordida, labris prętumidis, albicantia, [d] turpem humorum colluuiem concretam habentia. Quæ verò pura videntur, fæculenta, liuida, ſubrubra, & cruenta apparent: ſanies indè manat continuò tenuis, aquoſa, nigra, aut ruffa, grauiter olens. Interdum verò & ſanguis defertur, aliéq; notæ in vulua inflammata expoſitæ. Itaq; affectus nulla medicina ſanatur. Quemadmodùm etiam Hippocrates pronuntiauit, lenire tamen eſt inſeſſibus ex fœnugræco, malua, ac cataplaſmatis ſimilibus. Inſigniter autem leniunt, ſolantúrque in acceſſionibus malua, aut althæa in mulſa intabeſcens, & roſacei paululo læuigata, & applicata. Ad hæc cataplaſma ex ficis ſiccatis melilotis, ruta, thure, buniade hærba diligenter cum oleo contuſa. Item quod conſtat palmulis in paſſo coctis, cui adiecta ſint ouorum lutea, polentáq;, vel ex papauere cum coriandro, aut polygonio, aut ſeri. Hæc in doloribus vſui ſunt, Poſteà ceratum iniiciatur ex roſaceo, aut myrteo, aut œnanthino, aut melino, cum palmulis in paſſo coctis. propriè verò cõuenit [e] præparatum ex amurca in vaſe æneo collecta, quæ torrefacta lęuigatur, & roſaceo cerato, adusq; emplaſtri ſpiſſitudinem excipitur. hæc quidem extrinſecus conferunt. Intus autem oleum quoque lenit, vbi fuerint exulcerati, item lac muliebre infuſum. Pari modo ſuccus plantaginis tepidus. Sin cruentum ſit, ſuccus polygoni cum thuris modico dolorem ſopit. Ad hæc peſſuli ex croco, muliebri lacte, lachrima papaueris, & œſypo. Omnibus autem efficacius eſt etiam ad ſedis affectus medicamentum quod recipit: Argenti ſpumæ Italicæ lotæ ſelibram, thuris maſculi, œſypi, adipis ſuilli recentis, butyri recentis, ceræ thyrrenicæ, ſingulorum ſextantem, roſacei trientem. Argenti ſpuma ex ſereos ſucco trita, liquatis iniicitur. Cibus dabitur qui facilè in corporis membra queat diſtribui, boníque ſucci, vinum pauciſſimum, aquoſum. acrium eſus, & alimenti copia vitanda eſt, vt quibus cibi promptè corrumpantur.

[Cheirurgiam]

Cum vlceratione.

ANNOTAT. ANDERNACI.

ἐλιχθᾶς. Turpem humorum colluuiem. *Græcè eſt ἐλιχθᾶς, hoc eſt, turpem aſpectu, qualis in Elephanticorum facie aliisq; partibus videri ſolet. Vſus eſt eo vocabulo lib. quarto in hac ſententia. Habet enim ἐλιχθέστερον λίπως μόνον τὸ πρόσωπον. Hoc eſt: Faciem autem ſolam aſpectu quodammodò tetram, horridam & deformem.*

Amurca. *Hoc ſedimentum in æneo vaſe ad mellis ſpiſsitudinem decoqui ſolet. Interim torreri in duriciem, ſeu puluerem. Ac poſteà etiam aliis liquidis commiſceri.*

CORNARII.

d *Turpes cruſtas inductas habentia.*

e *Id quod ex fæce in æneis vaſis, in quibus aqua coquitur, ſubſidente paratur hæc enim fæx inſuper aſſata, &c.* ἰδίως δὲ συμπεφώνηται τὸ διὰ τῆς ὑποστάθμης τῆς ἐν τοῖς χαλκείοις, ἥτις ἐποπτηθεῖσα λειοτριβεῖται, καὶ ἀναλαμβάνεται ὑγρωτῷ ῥοδίνῳ, μέχρι συστάσεως ἐμπλαστρώδους. *Verba hæc ſatis indicant à Paulo hîc intelligi id quod paratur ex fæce in æneis vaſis in quibus aqua coquitur ſubſidente. Quam fæcem etiam* πῶρον, *id eſt tofum vocat lib. 7. cap. 16. vbi in collyrio ex hydria* πῶρον τὸν ἐν τοῖς θερμαντηρίοις ἀγγείοις εὑρισκόμενον *recipit, hoc eſt tofum qui in vaſis calfactoriis reperitur. Legitur tamen falsò* θεσμοφορίοις *pro* θερμαντηρίοις, *id quod ex Galeno conſtat, qui lib. 4. de compoſ. medic. per genera, inter medicamenta citra mordacitatem ſiccantia recenſet tofaceum illud quod in æneis vaſis calfactoriis reperitur. Sic enim locum conuerti in mea totius, Gal. operum recens facta editione.* καὶ τὸ συνιστάμενον πωρῶδες ἐν τοῖς θερμαντηρίοις ἀγγείοις. *Habent tamen & hîc exemplaria* πυρῶδες *pro* πωρῶδες. *Quod autem ita generari ſoleat tofus in æneis vaſis dum in ipſis aqua coquitur, experientia quotidiana teſtatur. & Galen. in comm. 1. in 6. Epidem. ſuper textum, In renem dolor grauis. & comm. 3. in eundem lib. ſuper textum, poſt mictionem concretio pueris magis, declarat eodem modo naſci in pueris tofaceum lapidem, quo extrinſecus tum in aquis calidis naturalibus concreſcere videtur, tum in vaſis in quibus aqua quotidie caleſit. Item lib. 1. de Aliment. vbi de loto pane agit.*

De Scirrho & duritie. Cap. LXVIII.

SCirrhum contrahit vulua, aliàs repetè, vt nulla cauſa euidens præceſſerit. plerunque verò eundem inflammatio mouet, quæ nec ſoluta, nec in abſceſſum mutata fuerit. At

ſcirrho

ſcirrhorum genere comprehendetur etiam durities, quam σκλήρωμα Græci vocant, circa vuluæ ceruicem potiſſimùm obueniens: tumorem quidem pari modo repræſentans, ſed minùs tactui renitentem & cum medio cri dolore. Comitatur autem hos quoque vteri in oppoſita declinatio † & tumor qui ratione depreſſionis vehementer renititur, cum grauitate, motuque difficili, non crurum modò, ſed totius etiam corporis, atque obeundis actionibus pigritia. ſequitur non probè curatas malus corporis habitus, aquam inter cutem repræſentans. Per initia igitur ſanguis educi, aut purgatio ex hiera, Archigenis, aſſumi debet. Deinde cataplaſmata ex caricis, [f] œſypo, nitro, abſinthio: & cucurbitulas cute ferramento inciſa admouere conſilium eſt. Malagmata verò hæc, Polyarchion, & diaſpermaton, hoc eſt, ex ſeminibus confectum, & quod baccis lauri conſtat. Inſeſſus ex caricarum decocto, artemiſiæ, pulegij, althææ. peſſulos ex terebinthina, galbano, myrrha, iride, œſypo, dropaces, aquas naturales ſulfuroſas, bituminoſáſque vſurpare commodum fuerit: ſi vires conſtant, etiam helleboriſmus conuenit.

Sclerom α vteri.

† Tumor ratione plenitudinis vehementer reſiſtens. Goup.

Peſſulus emolliens.

CERAE ponticæ, nardini vnguenti, ſingulorum quadrans, irini, gleucini, cyprini ſingulorum vnciæ duæ, adipis vrſini anſeriníque, butyri, œſypi, medullæ ceruinæ, terebinthinæ, ſingulorum vncia.

ALIVD. Polij drachmæ duæ, myrrhæ drachmæ quatuor cum vino Mendeſio tritum irinóque imbutum ſubiicitur.

ALIVD. Ceræ thyrrenicæ, adipis vitulini, terebinthinæ, medullæ ceruinæ, mellis attici, olei veteris pares modos.

MEDICAMENTVM noxia euocans quod Græci dicũt Metaſyncriticon, & ad inflationes, Vuæ paſſæ candidæ ſine acinis vnciæ tres, rutæ viridis foliorum vnciæ duæ, aquæ marinæ ſeſcuncia, cymini drachmæ quatuor, mellis quod ſufficit. Inunctum verò peſſulum cyprino oleo immergito, & ſubiicito. Prætereà Chryſus, ab auro ſic dictus peſſulus, Libaniúſque, & Ennieapharmacus affectui ſunt vtiles, verùm Titianus his magis accommodatur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Helleboriſmus. *Paulus lib. 7. aliquot rationes tradit veratri exhibendi. Tu indè colligito.*

Metaſyncriticum. *Superius expoſui, quid ſibi velit μετασυγκριτικὸν, quod alij malè recorporaticium interpretantur, niſi fortè intelligas noxium humerem euocando reſtauraticium.*

CORNARII.

f *Hyſſopo nitro, &c. In hoc cataplaſma non œſypus, ſed hyſſopus herba recipitur. Nam hunc hyſſopi ad duritias in cataplaſmatis vſum etiam Dioſco. prodit.* καταπλάττεται δὲ, *inquit,* μετὰ σύκου καὶ νίτρου πρὸς σπλῆνα καὶ ὕδρωπα.

De mola. *Cap.* LXIX.

MOla quoq; induratus eſt tumor, interim in vuluę oſtiolo, interim etiam per totam ipſam prominet, tactu lapidis duriciem refert: ita vt ea & quæ ſuperiacent deorſum trahantur, corpus emacietur, color prauus appareat, cibi faſtidium vrgeat, menſes ſupprimantur, mamillæ inturgeſcãt, vt in quibuſdàm per initia de fœtu concepto ſit ſuſpicio. Inſecuto autem tempore diſcernuntur: nonnullæ verò aquæ inter cutem præbent opinionem, ſed hoc intercedit diſcriminis, quòd tumor durus ſit, nec ſonus fiat cum digiti iniiciuntur, quemadmodùm in morbo hydropico. g Cùm autem intenditur, in aquam ſubter cutem reuerà degenerat Nonnunquàm etiam inſanabilis magna ex parte affectus redditur, quibuſdàm & ſanguis erumpit. Itaque decumbere in domuncula anguſtiore minus luci expoſita, modicè frigida cubili immobili, omnibus ex æquo confert, ſed ita vt pedes habeant elatiores quietóſque. Nam motus quamlibet fluxionem concitat. Ac tumores duritiáſque iis remediis quæ in ſcirrhis & duritiis vuluæ dicta ſunt, perſanabimus. Porrò hydropicas ſuffuſiones, illis quæ in capite de aqua intercute comprehenſa nobis ſunt, ſanguiníſque eruptionem, vt etiam fluorem muliebrem curabimus. Cæterùm ſunt qui molam carnem aſſerant informem, ipſis vuluæ tunicis adhæreſcentem, fœtus modo in lucem ædi. Atque hæc morbi ſpecies victus ratione laxante tractabitur, quò citius excutiatur.

Mola ab hydrope dignotio.

Curatio molæ.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Sanguiníſque eruptionem. *Cùm mola ſcilicet in vtero affligit, ita curabimus, vt ſanguinis profluuium, quod in immoderata purgatione ex abortu potiſſimum accidit. Item ſicut muliebrem fluxum, de quo ſuprà quoque eſt comprehenſum. Baſilienſis corrector dictionem vnam expunxit ſuperfluam eſſe ratus. Nam legit.*

τὰς δὲ αἱμοῤῥαγίας ὥσπερ καὶ τὸν ῥοῦν. Ego ex ipſo ſenſu & exemplari veteri legendum cenſeo: τὰς δὲ αἱμοῤῥαγίας, ὥσπερ τὰς αἱμοῤῥαγίας καὶ τὸν ῥοῦν. Primùm αἱμοῤῥαγίας refertur ad id quod Paulus antè in eodem capite dixit: τισὶ δὲ καὶ αἷμα φέρεται, hoc eſt, quibuſdam verò etiam ſanguis effertur. Secundum αἱμοῤῥαγίας ad caput de immoderata purgatione vbi habet: συνεχῶς δὲ καὶ ἐπὶ ἀμβλώσεσιν ἰσχυρῶς αἱμοῤῥαγοῦσιν.

CORNARII.

g *In quibuſdam autem reuera in hydropem tranſitio fit. Aldinus codex ἐπιτείνων habet, id in poſteriore editione in ἐπιτεῖνον mutatum eſt. Sed neutra lectio recta eſt. Legendum enim ἐπίτινων in quibuſdam.*

De inflatione vuluæ. *Cap.* LXX.

INflatur vulua ex frigore, vel corruptione fœtus, vel ex ægro partu oſtiolo conniuente, vel ſanguine in grumum intus coacto. Aliàs ſpiritibus in concauo ipſius ſpatio conceptis, aliàs in raritatibus vuluæ corporis, quas tumor pubis & imi ventris comitatur cum duricie & dolore punctorio, qui ad ſeptum tranſuerſum vſque & ſtomachum inguinaq; pertingit, ac ſonitus digitorum impulſu tympani modo redditur. Auxiliatur ergo primùm ſanguis demiſſus, ſi nihil obſtat, mox in acceſſionibus inedia, fomentáque ex oleo rutaceo adhibentur: inſeſſus ex rutæ pulegij, artemiſiæ, caſſiæ decocto, ſimilibúſque. cataplaſmata ex ſemine apij, cumini, aniſi, ameos, farina lolij. Adhæc cucurbitulæ, tum leues, tum cute inciſa affixæ. At ſi diutiùs vitium ſe prorogauerit, purgatio ex hiera picra vtilis eſt: dropaces, ſinapiſmi, & aquæ naturales. Obſtetrix autem priùs digito peruncto inſerto grumum incumbentem ſi contingat, auferet, leniter ipſum diſſipans, ruſuſque admouebit cataplaſma, ex ficu, nitro, & abſinthio. At epithemata mollientia erunt, Polyarchion, dia ſpermaton quod eſt ex ſeminibus, & diadaphnidon, ex baccis lauri præparatum. Prætereà peſſi ex ruta, melle & nitro. Maximè verò hîc conducet, ficuũm pinguium contuſarum drachma, cumini drach. duæ, aphronitri drachma. at acrimoniæ cauſa, in lac priùs immergantur. Iam emollientes peſſuli ſunt huic vicio accõmodati.

Cauſæ & ſigna inflationis vteri.

Curatio.

De vuluæ ſtrangulatu. *Cap.* LXXI.

STrangulatus vuluæ ad ſuperiora recurſus eſt, quæ principaliſſimas partes in doloris conſortium perducit, vt-

Partes per conſenſum dolentes in vuluæ ſtrãgulatu.

potè arterias, quas vocant Carotidas, cor, cerebrique membranas. Comitatur affectas, cùm acceſſio propinqua eſt, torpor mentis, pigritia, crurum imbecillitas, pallida facies, [h] aſpectus oleoſus. Cùm iam inſtat ſtrangulatus, grauis ſopor premit, quæ Cataphora dicitur, mens deſipit, ſenſuum inſtrumenta deprehenduntur, impediunturq;, vox obmuteſcit, crura contrahuntur: deinde maxillæ rubere incipiunt, [i] faciéſque repletur. Cùm remittet, humiditas quædam ad tactum ex locis muliebribus præcedit, [k] ventriſq; ſtrepitus, ac aliquod ex interaneis progreditur, ipſaque vulua paulatim laxatur, atque ſic mens ipſis, & ſenſus redit. Cæterùm morbus iuxta circuitum mouetur, ſicuti comitialis, ídque nimirùm vulua repleta, aut ſeminali, aut alia materia, quæ intus computruerit: ac multæ rurſus à morbo ſeſe recolligunt. nonnullæ verò in ipſis acceſſionibus perierunt ſubitò, quibus pulſus quidem crebriores, [l] & inordinatè intercidunt: deinde etiam in totum abolentur. Modicus verò humor ſuperficiem irrorat, reſpiratio primùm languida eſt, mox in totũ abſcinditur. Porrò vitium hoc hyeme & per autumnum magis infeſtat iuuenculas ad venerem procliues, ſteriles & potiſſimùm ſi ex medicina ſumpta fuerint infœcundæ, item alias perfrictiones expertas. In acceſſionibus igitur ſumma deligare conuenit, crura tota, corpúſque totum perfricare, [m] vt animo deſtitutæ ſeſe recipiant, item quæ fœdioris ſunt odoris, naribus oportet admouere. Exempli gratia, linamẽtum ex lucerna extinctum, caſtorium, picem liquidam, cedriam, lanas & lacinia combuſtas. Quidam verò & matulam naribus admouerunt cum vrina veteri, vel deiectione cucurbitulas adglutinare vincit inguinibus & imo ventri cum multa flamma, & leues, & cute inciſa. Quòd ſi longiùs acceſſio ſe produxerit, etiam quæ flatibus educendis ſunt, proficiunt, vt quæ [n] colica dicuntur, ano ſubiecta, nempe cuminum, nitrũ cum melle. Item ſtercus clyſtere ſubducere profuerit, ne illorum appoſitu ſedes prematur. In vuluam verò vnguenta odoratiſſima infuſa, ipſam ſolent detrahere, ſicut amaracinum, malabathrinũ, ac ſinapi, partim naribus offeratur, partim applicetur pedibus. Deinde inclamabit aliquis ipſas voce aſperiuſcula, excitabítque, & ea admouebit, quæ per ſternutamenta euocant, ex caſtorio, ſtruthio, & pipere. vbi acceſſio conquierit, vomitum cogere, cibum nullum aut paucum

Signa.

Curatio.

paucum præbere oportet. A' ſeptimo die, purgatio ex hiera diacolocynthidos dabitur, poſt triduum cucurbitulæ defigentur lumbis & iliis. Mox caſtorei potione vtemur, nunc artemiſiæ decocto, nunc ex mulſa: in quibuſdam enim hoc vel ſolum ad integram morbi curationem abundè fuit. Inſeſſus porrò & peſſus mollientes his adiungentur. Atque hęc ad acceſſiones proficiunt, verùm vt totum corpus reficias, à ſanguinis dimiſſione auſpicatus, ad purgationem ex hiera transgredieris. Inde picram ex aloë factam exhibes drachmæ pondere cum tribus aquæ mulſæ cyathis, diebus continuatis, vel interpoſitis menſura duarum drachmarum, cum ſenis aquę mulſæ cyathis. Iam dropaciſmos, cucurbitulas, & ſinapiſmos vtiliter applicas, nec non acopa ex euphorbio. Poſteà exercitiis vti, frictione & vocis exercitio prodeſt, denique & aquis naturalibus.

CORNARII.

h *aſpectus triſtis. Græcè eſt, βλέμμα περιλίπαρον. Sed ego περιλύπηρον legendum eſſe arbitror, id eſt triſtis aſpectus. Neque enim video quid pingui aſpectu accipiendum ſit.*

i *καὶ τὸ πρόσωπον ὑποπίμπλασθαι. Suſpicor autem legendum eſſe ὑποπίμπρασθαι, id eſt facies aliquantulùm ardeſcit.*

k *& murmur quoddam inteſtinorum præcedit. Legito Græcè, καὶ βορβορυγμὸς προσέλευσίς τις τῶν ἐντέρων. Aetius enim ſimpliciter habet lib. 16. cap. 68 καὶ τὰ ἔντερα βορβορύζουσι. Verùm quod legitur in impreßis, murmur fieri ſignificat, & progredi aliquod inteſtinum: quam ſententiam quum & rei ratio, & experientia neget, neque Paulus prodidiſſe credi debet, vt ſic ſcripſerit, καὶ βορβορυγμὸς, καὶ προσέλευσί τι τῶν ἐντέρων.*

l *& inordinatè ſubtremiſcentibus, ſubaudi pulſibus. ὑποσπαιρόντων.*

m *& velut eos qui in animi deliquium inciderunt reuocare.*

n *velut collyria in anum ſubdita. Falsò legitur, διὰ τὰ κωλικὰ δακτυλίῳ προστιθέμενα, pro κολλύρια. Sic enim ſuprà cap. 42. appellauit ὑπόθετα κολλύρια.*

De vuluæ procidentia. Cap. LXXII.

VVlua procidit rarò quidem, ſed multis occaſionibus: vel enim ab alto delapſa, & in coxas firmata, membranis, quæ interaneum id continent, ruptis, aut extractione ſecundarum ſimul ipſam extrahentium, vt quæ eidem adhæreſcant quemadmodum in partu difficili: vel indiligentiùs, imperitiusq; extracto fœtu, vel ex vulnere, vel aliqua animi perturb *Cauſæ vteri procidentiæ.*

perturbatione, ſcilicet nuntiato filiorum interitu, aut hoſtium inſultu, aut periculoſa nauigatione, aut eiuſmodi quadam cauſa: vt cum tota corporis mole ſoluta, vulua ſimul ſit deuoluta, vel ob reſolutionẽ, imbecillitatémq; particularũ, vt in declinantibus ætate potiſſimùm accidit. Procidit autem iuxta os ipſius. Quidam verò & totam vuluam prolabi memoriæ produnt, quod à vero longè abeſt. Qua enim ratione ſurſum redacta queat affirmari? Conuenit igitur fæcibus clyſtere priùs euacuatis, vrinaq; excreta, quò vulua vndiquaque ſit libera, laborantem figurare ſupinam, vt coxas habeat ſublimiores, poplitéſque flexos cruribus diuaricatis. Deinde hapſum capere ex lana, figura & craſſitudine ſinui muliebri proportionalem, tenuique linteo circundare, & in ſuccum acaciæ, vel hypociſthidis vino dilutum demergere, tum vuluæ inſerere, & citra violentiam totum quod procidit ſurſum agere, °quoad tota moles in ſinu factus ſubſederit. inferna ab vmbilico regio ſpongia in poſca expreſſa extrinſecus contegenda eſt. Mulier iacebit extenſis adaptatíſque inuicem cruribus, vt alterum alteri incumbat. Inde cucurbitulæ agglutinabuntur cum flamma copioſiore vmbilico, & vtriſque iliis: naribus odorata admouebuntur olfactanda. Tertio die lana ſinui iniecta, mulier inſideat in vino nigro auſtero modicè tepido, vel in decocto myrti lentiſci & malicorij. his probè peractis, lana ingeſta tollitur. Altera in vicem prioris eodem humecta medicamento inſeritur. Cataplaſmata à foris imo ventri ſuperiniiciuntur ex palmulis, polenta, vel lenticula & malicorio cum oxymelite, ac tribus diebus interpoſitis rurſus hæc fient, quoad perfectè curationem abſolueris. At ſi proceſſu temporis id quod prolapſum eſt, putredinem fuerit expertum, idipſum auferetur, nullius metu periculi. Etenim vulua vniuerſum ablata, vbi computruerat, mulierem ſuperuixiſſe commemorant.

Curatio.

Vterus totus ablatus.

ANNOTAT. ANDERNACI.

σπλάγχνον Interaneũ.

Quæ interaneum id. *In Græco codice eſt, οἱ κατέχουσι τὸ σπλάγχνον, quod eſt, quæ continent viſcus. Appellat vterum, viſcus. Ego dixi interaneum, nam cor iecur, cerebrum, pulmo, lien propriè viſcera appellantur.*

Vulua procidit.

Quidam verò & totam vuluam. *Paulus negat totam vuluam poſſe procidere. At noſtris temporibus in vna & altera totam procidere extra ſinum vidimus, ex cornibus tantùm & quibuſdam*

adhuc

adhuc ligamentis ſuſpenſam, cuius rei etiam hodie teſtimonium adferre poſſumus.

Vaporibus & ſuffimentis vaporum. *Verba Græca ita habent, ὑπαλμισμοῖς, καὶ θυμιάμασι, quaſi dicas ſubuaporationibus & ſuffimentis.* ὑπαλμισμὸς θυμίαμα.

CORNARII.

o *donec tota moles ad ſinum redigatur.*

De muliebrium locorum clauſura, quam Phimon appellant. *Cap.* LXXIII.

LOci muliebres circa ipſorum os clauduntur, vel ex præcedente exulceratione, vel in ſcirrhum durata inflammatione. Curabuntur inſeſſibus qui emolliant, ex hydrelæo & fœnugræci decocto, conſimilibúſq; cataplaſmatis & peſſulis. Porrò ſi malum inueterauerit, ſuffimentis vaporibúſq; iis qui ex aromatibus conſiunt vtendum erit. Iam verò ſoluit etiam hoc vitij cùm nihil aliud ſit quàm vuluæ oſtioli aſtrictio, peſſulus ex œſypo, nitro, reſina, & terebinthina. *Cauſæ phimi.* *Curatio.*

Vt ſterilis mulier concipiat. *Cap.* LXXIIII.

COmmuniter itaq; ambobus congruit, & viro & mulieri vniuerſum corpus conſeruare probè temperatum, laboris, cibi, balnei, & reliquorum omnium mediocritate, & quod inter ea maximum eſt, curare ne habitu ſint obeſiore. Neque enim pingues liberis procreandis ſunt idonei, eò quòd genitalibus mutuò ſe contingere haud poſſint commodè, tum quòd momentum ſeminis emittant. Neque tamen nimis extenuati liberis operam dare feliciter queunt. Iuuabunt autem ipſos omnia calefacientia, & leniter inflantia: vinum itaque calidum modicè ſumptum. Et ex oleribus, eruca, horminum, eryſimum, & conſimilia: ruta verò & calamintha omnino vitanda ſunt. At ſi humorum quodam vitio fœmina non concipiat, hos expurgare, aut proba victus ratione emendare expedit: Propriè verò mulieribus conueniet, curam locorũ genitalium quàm fieri poteſt maximam habere, & menſes ſine vllo impedimento emanare. Cùm igitur propinqua eſt purgatio, cibi potúſque quàm maximè licet mediocritatem curæ habebunt, & ex iis quæ purgationi irritandæ ſunt, aliquid aſſument, cuiuſmodi ſunt odorata olera, & acria, vtpotè ſcandicem, crithmon, fœniculum, apium, ſmyrnium. Porrò vuluæ intemperiem corrigere oportet: frigidiores itaque notat menſtruorum retentio, victus *Conceptionem iuuantia, & impedientia.* *Intẽperies vteri frigida.*

frigidior

frigidior,& craſſi ſucci,ſtupidum quid in ventris parte inferna lumbis,& cruribus oboriens. Quæ verò penitus refrixerunt, ne venerem quidem appetunt. Quare conuenit cum aliis remediis,tum fomentis omnibus & iis quę conſtat ſuffitibus,calorem reuocare.Nec abs re fuerit,caſtoreum bibere,& ex ſeminibus odoratis, cuminum, aniſum, pulegij comam,iuniperi fructum, pipere ſingulis adiecto. at fomenta ipſarum vuluarũ, partim vapores erunt qui inferius per ſellam aſſumentur,partim aqua calida ad collutionem iniecta, in qua decocta ſit ſaluia,artemiſia,ruta,iuncus odoratus anguloſus,pulegium,acorum, ſeminaq; odorifera. hæc ſingulatim etiam inferiori ventris regioni ab vmbilico applicantur.Præſidio eſt,& polyarchi epithema.Item inferioris ventris coxarúmq; fricationes nihilominus conducunt. Inſuper in peſſis ſubiiciuntur ex myrrha, ruta, galbano & caſtoreo, vbi priùs aqua mulſa, aut marina vuluam foueris. proficit etiam ad hæc peſſulus Gone appellatus. Calidiores locos facit tetur corpus totũ calidius,menſes pauci & laborioſi,genitaliaq; mulieris exulcerantes.corriguntur modicè humectis & frigidis, cuiuſmodi ſunt olera quidem lactucæ, maluæ, blitum,cucurbita,cucumis,pepon,atriplex,portulaca, aliiq; cibi conſimiles.veſicæ, abdomini,& lumbis frigida applicantur cataplaſmata, ſicciq; illinuntur. At humiditatis vitio fœcunditatem fruſtrari indicat, in coitu vulua humeſcens, tenuius & copioſum menſtruum. His victus vtilis eſt ſiccior, labores,ſuperiorũ perfricationes, vomitus, cibi ſicci & mediocres. Profuerit & vuluam acerbis medicaminibus continere,quale eſt lentiſci decoctum,myrtorum,roſarum,rhus: item mali granati floris, rubi ramuſculorum teneriorum, & gallæ. Sicciorem verò vterum contrariis curare oportet, balineis dico,inunctione,& alimento humido,oleroſoque, mediocri vino, & non nimis veteri. Quòd ſi à craſſioribus ſuccis concipere impediantur,ſiquidem rodens aliquis fuerit, mulierem probè purgare conuenit medicamento quod cuilibet humori proprium eſt.maximè autem picra ex aloë, mox ſero lactis aluum ducere,& victum probiorem deligere.Pituitoſos autem humores laboribus vacuare,ſudoribus, & vomitu:vel per inferiora.Cæterùm ex medicamentis epithymum quoque,euphorbium,piper,dauci ſemen, petroſelini ſemen, omnia contrita drachmarum duarum pondere potui

Calida.

Humida.

Sicca.

Intẽperies vteri cum humore.

potui rectè dantur. Hoc & ventem probè ducit, ac vuluam calefacit, [r] quemadmodũ ſæpe iam menſes eruperunt etiam iis quæ purgationem non ſunt expertæ. Poſtquam verò vterum emendatum eſſe conſtiterit, menſtruis bene reſpondentibus, tunc venus eſt ineunda, purgatione deſinente. Iam verò, quoniam ſpiritus ſimiliter in vulua incluſi conceptionem impediunt, notas ipſorum ex capite de vuluæ inflatione ſumemus. Medemur autem parciore primùm victu, mox cuminum, anethum, apij ſemen, rutæ, aniſi, & pleraq; aromata præſtamus, partim potanda, partim ſubiicienda. Conniuentes locos aperiemus iniectis clyſteriis odoriferis, fomentíſque ex malua, ſemine lini, fœnugræco & oleo. Nõnunquam etiam melle, validioribúſque, artemiſia, cunila, calamintha, pulegio, & anthemide. [s] Præter hæc conuenit vti terebinthina, nitro, cucumere agreſti, elaterio, caſia, picis ſero. Quibus autem os hiat, victus, fomenta, medicamina ſicciora aſtringentiáque, grana mali punici, lentiſcus, rubi radices, myrta, & quæ humidiori vuluæ congrua ſunt adaptantur. Peruerſiones autem fomentis inſtaurare ac dirigere oportet, [t] item iis quæ molliunt inſertis. venus autem à tergo exercita, ad concipiendum videtur conducere.

À flatu impedita conceptio.

CORNARII.

p καὶ βάτου τῶν ἁπαλῶν ἀκρεμόνων, καὶ κνίκος. *Deeſt in Græcis codicibus* ἀκρεμόνων.

q *Oportet purgare mulierem, quemadmodam quiſque humor peculiariter id exigit. Hìc* καλῶς *ſuppoſitum eſt pro* καθὼς. *Neque legendum* καλῶς ὡς.

r *quemadmodum ſæpe etiam menſes his quæ non purgantur prodire fecit.*

s *In peſſis verò vtantur terebinthina, &c. pro* πρὸ δὲ τούτοις, *lege* προσθέτοις. *ſunt enim* πρόσθετα, *quæ in peſſos ac ſimiles figuras efformata ad vterum ſubduntur.*

t *& mollientibus peſſis ſubditis,* καὶ τοῖς μαλακτικοῖς προσθέτοις *legendum, non* καθέτοις.

De Vuluæ ſciſſuris, Condylomatis, & hæmorrhoidibus.

Cap. LXXV.

IN vuluæ oſtio rimæ, quas Græci Rhagadas vocant, ex enixu violento fiunt. Primùm ſanè latent cum recentes adhuc ex partu ſunt dolores, poſteà verò paulatim percipiuntur, aliàs manus tactu, aliàs in coitu, quando & propter affricationem

cationem cruorem reddunt. deprehenduntur autem ſinu adaperto: etenim diruptiones ſciſſuręque in oſtioli circuitu oculis patent. In quibus manuum operationem rodentiaq́; medicamina vitantes, ſimplicioribus inſeſſibus, peſſuliſque vtemur. prodeſt etiam tetrapharmacum dilutum. At ſi callum contraxerit, medicamento quod charta conſtat, ex roſaceo vtendum. Sin autem ipſius vim non tulerint, iridem illyricam terebinthina exceptam imponito. Vlceribus iam cicatrice obductis, conueniet ex cadmia præparatum, aut aliquod ex iis quæ ſedi conſecrata ſunt: veluti quod dia lythargyru, hoc eſt argenti ſpuma inſcribitur. Cùm verò ſciſſuras veteres in condylomata degenerare contigerit, ſimilibus excindi, adq́; cicatricem duci debent. Cæterùm hæmorrhoides vuluæ os, & ceruicem infeſtant, quæ in partibus inſtrumento ad perſpiciendam vuluam accommodato exploratis, deprehendentur,[u] inde quòd excreſcentia in acceſſionibus appareat dolorifica, cruenta & ſubrubra. At vbi remiſerint, fluxio citatur citra dolorem ſubliuida & fæculenta. In his igitur cùm morbus remittit, volſella modò fieri queat, præhenſas amputare oportet: ſin minus, certè medicamentis ipſas deſtringere, partim attingẽtes ſicco malicorio cum galla, aut huiuſmodi aliquo, partim iis quæ in vulua ſanguinem fundente expoſita ſunt vtentes: † quæ etiam profluuiis, & hæmorrhoidibus conducent, eò potiſſimùm diſtinctis, quòd vulua continuo cruore manet per remiſſionem, non ſolùm in menſtrualis purgationis tempore.

Condylomata.

Hæmorrhoides vuluæ.

† quæ ob imbecillitatem ſanguinem fundẽtibus. ἃ καὶ ταῖς διὰ ἀῤῥωστίαν αἱμοῤῥαγούσαις. *Goup.* ῥάγαδες.

ANNOTAT. ANDERNACI.

In vuluæ oſtio. *Rimæ, aut fiſſa vocantur Latinis, quæ apud Græcos* ῥαγάδες, *etſi nonnulli* τολίδας *ita nominent. Celſus libro ſexto rhagadia appellat.*

Subliuida & fæculenta. *Codex Græcus impreſſus, aliíque nonnulli ſcripti manu habent:* ὑποπέλιον, καὶ τρυγώδη *pro* ὑποπέλιδνον καὶ φρυγώδη, *ita etiam legendum putat Oroſcius: Gemuſæus autem non aduertit.*

Volſella præhenſas. *Græcè ſonat* μυδίῳ διακρατήσαντας. *Eſt autem* μύδιον, *ferramentum quo aliquid prehendimus, quod Celſus Volſellam nominat: Neque quicquam, inquiens, commodius eſt quàm volſella prehendere, ſub eáque quod volumus excidere. Græcus quidam author anonymus ait: ait* τὰς δὲ ἐκχαλασμένας ταφυλὰς ἀμέφως

μύδιον: Volſella.

φας ἐκτέμνομεν μυδίῳ λαβόμενοι, hoc eſt: Vuas autem immodicè relaxatas volſella prehenſas excindimus.

CORNARII.

u Eminentia apparet circa exacerbationes doloroſa, cruenta, ac rubicunda. In interuallis autem rugoſa, doloris exors, ſubliuida, ac ſtillans. Hæc rectè in Græco ſic legantur ὑπεροχὴν φαίνεσθαι κατὰ μὲν τοὺς παροξυσμοὺς ἐναλγῆ, διαιμόντι καὶ ἐνερευθῆ. ἐν δὲ διαλείμμασι ῥυσὴν καὶ ἀναλγῆ, καὶ ὑποπέλιον, καὶ, σταγγώδη. Opponitur *enim ῥυσὴ ὑπεροχὴ ei quæ prætumida eſt, & ἀναλγὴς ἐναλγεῖ, & ὑποπέλιος τῇ διαίμῳ, & σταγγώδης τῇ ἐνερευθεῖ: ſtillat enim guttatim σταγγώδης, quum ἐνερευθὴς rubicunda manens nihil ſanguinis effundat.*

De partu difficili. Cap. LXXVI.

DIfficilis partus accidit, aut vitio parientis, aut fœtus, aut ſecundarum, aut foris aduenientium. Parturientis quidem ſi craſſa obeſáque ſit, aut vulua tota exigua, aut dolorum imperita, aut timidiuſcula, aut inflammationem [in locis genitalibus aliáve particula experta] aut alio quodã modo laborans, aut natura imbecillis, vt fœtum nequeat propellere, aut ſi ante tempus pariat. At fœtus vitio, ſi vel inuſitatæ magnitudinis exiſtat, vel exiguus & modicæ grauitatis, vel magni capitis, vel monſtroſus, vt biceps, vel mortuus, vel viuus quidem, ſed imbecillis, vt forâs non poſſit procedere, vel ſi plures fœtus ſint. Nam Herophilus, quinque ædidiſſe mulierem, memoriæ prodidit. Vel ſi figuram naturæ contrariam obtineat. Naturalis ſiquidem figura eſt fœtui: prima quidẽ, qua manus femoribus porrectæ ſunt, & caput nuſquã inclinans ad os vuluæ rectà dirigitur. Proxima huic vbi in pedes conuerſus eſt. Aliæ omnes præter has à natura abhorrent. Ob ſecundas, quod velamentum [intus] eſt, partus redditur difficilis, ſi aut non auellatur ob craſſitiem, aut priuſquàm opus eſt propter ſubtilitatem abrumpatur, humore ſiquidem euacuato, infans præ ſiccitate ægrè deuoluitur. Ab externis difficultas oritur, aut frigore, quod vuluam denſauerit, aut calore immodico, qui vires diſſoluerit, aut ex quodam fortuito accidente. x Si igitur ex aſtrictione, aut veluti fœtu adfirmata pariendi oriatur difficultas, laxatione prius opitulandum, infundendo largiter oleum dulce, & calidum, cum decocto fœnugræci, aut maluæ, aut ſeminis lini, aut etiam oua, quòd leniẽdi facultate prædita ſint. Deinde &

Cauſæ difficilis partus.

[In vtero, aut aliquo alio genitalium & naturaliũ partium loco]

Quinque fœtus vno partu editi.

[interius]

pubem cum abdomine & lumbis cataplaſmate obducere, quod ſemine lini conſtat, aut aqua mulſa, aut hydrelæo, inſeſſibúſq; ſimilibus prodeſt. Inſuper laxationes balineis moliri, niſi febris, aut alia quędam occaſio impedierit, mouerèque parientẽ ſella in aëre calido mediocriter. Nonnulli etiã conquaſſationes validas, ſternutamẽtíſq; ciendis idonea adhibuerunt. Timidæ, mentis robur admouendum: imperita dolorum docebitur, vt validiſſimè ſpiritum comprimat, & ad inguina depellat. Animo deficiens iis quæ deliquio abigẽdo ſunt, naribus admotis recreabitur. Alleuiata mediocriter, cibo modico refocillabitur. Obeſam mulierem in lectulo reſupinam figurare oportet, vt ad femina genua ſucclinet, inflectátq;, quò vulua ad abdomen tendens, è directo oſtioli habeatur, quod ceratis, aut pinguitudine delinire digito oportet, & ſenſim aperire. Atq; ſi morbus aliquis particulas malè habeat, etiam huic proſpicere. Ad hæc ſtercus detentum molli clyſtere emoliri, & [ſecundas] clauſas diuidere, aut digitis, aut ferramento quod [πολύκοπον] vocant, in ipſis occultato, ſiniſtra manu pręcedente. ac humorem quendam oleoſum in vuluæ ſpatium interius clyſterio indere. Verùm vbi fœtus præter naturã figuratus fuerit, naturalem reddere figuram decet, partim pellendo, partim adducendo, partim flectendo, partim in rectum agendo. Et ſi quidem manum pedémve præmiſerit, non attrahere mẽbro prehenſum oportet. magis enim affirmatur, vel luxatur, vel etiã abrumpitur: verùm digitis humero infantis, vel coxæ affixis rurſus in cõuenientem locum id quod præmiſſum eſt, diducere. Porrò ſi cum firma adhæſione, totius infantis indecora fuerit figura, ſurſum prius ipſum ab vteri ore ſublimen detrudere conſilium eſt, deinde prehenſum rurſus ad os dirigere. Poſtremò ſi plures vno infantes deferantur, iterum à ſuperiore, infernáque parte referes, ſic vt omnia ſenſim & citra cõtuſionem fiant, oleo locis perunctis. Tempus quo in ſellam collocabitur parturiens, eſt cum vuluæ os dehiſcens, digito occurrit, & quod præruptum eſt, procumbit. Verùm ſi non procedat, quòd infans mortuus ſit, aut alia de cauſa ad extractionem quam Græci ἐμβρυουλκίαν appellant, veniendum eſt.

Ad ilia.

[cum eæ tã ſolidæ ſunt, vt eas fœtus nõ poſſit perrumpere]

[polypicum gladiolum vt lib. 6. cap. 74.]

ANNOTAT. CORNARII.

a *Si igitur ob coarctationem aut velut obturationem fœtus pariendi difficultas fiat.*

De

De coxarum morbis. *Cap.* LXXVII.

COxarum dolor ab articulari morbo nihil differt, niſi quòd ipſius cauſa, nempe craſſus pituitoſúſque humor in ſola coxarum compage, articulóque concretus inſideat. Dolor ipſis à gibba natium regione inguinibúſque ad genua vſque, in plurimis autem ad ſummum vſque pedem pertinet. Per initia igitur ægro nobis oblato, fæcibus clyſtere vacuatis, vena in cubito ſecanda, cum ſanguinis detractione: ſi autem vetuſtas vitium occupauerit, ex talo partis affectæ imminutionem ſanguinis moliemur. In acceſſionibus fotu hoc vtendum, Cyprini cyathis octo, aceti cyathis quatuor, nitri cyathis duobus, cachryos cyatho vno, ſuccidis lanis calida admouentur. Deinde applicabitur ipſis farina lupinorũ amarorum cum oxymelite, aut farina lolij cum reſina, cucumeris Syluestris radice, nitro, calamintha, cachry, baccis lauri. Iam calamintha ſola vtiliter ex oxymelite, aut aqua mulſa admouetur. Emplaſtro verò hoc quod leniẽdi facultatem obtinet, vtendum eſt. Ceræ drachmæ centum, terebinthinæ drachmæ vigintiquinque, æruginis drachmæ ſex, myrrhæ, galbani, iridis, ſingulorum drachmæ ſex, cedriæ drachmæ quinque. Propinabitur ipſis liquoris cyrenaici quantum eruus implet, aut caſtorij drachma cum opopanacis tribus obolis. Porrò radicis capparis cortex potui datus, & cataplaſmatis admiſtus eſt remedio. Cùm autem dolor multus excruciat, etiã medicamenta à dolore leniendo *ἀνώδυνα* dicta locum habent, vtpotè quod ad Philonem refertur, & quod duplici pipere conſtat. Hoc autem enema inſeretur, Mellis cyathus vnus & ſemis, olei tantundẽ: aquæ cyathi duo, nitri drachmæ octo, terebinthinę drachmę quatuor. His calidis iniectis, anus debet foueri, vt longiori tempore ea retineãtur: muccoſa vacuat nonnunquàm & ſanguinem, quandò etiam magis opitulatur. At ſi malum perſeueret, quod rarum eſt, iterum frequentius eo vtendum eſt, in vicem aquæ, centaurij decoctum admiſcendo. Sanguinem verò trahit & thlaſpis ſemen per inferiora inditum, ſuccus elaterij, & medicamentum ex ipſo factum, vel quod ipſius radicibus conſtat. Item oleum ſicyonium, ſalſorum piſcium muria, & oliuarum colymbadum probè per anum ingeretur. Cucurbitulæ coxendici multa cum flamma, cute prius inciſa defigendæ, interim quoque hirudines. Quod ſi his malum

Coxendicis morbi ab articulari differentia, & eius cauſa.

Curatio.

non finitur, ad purgationem eũdum eſt, aut ex hiera, aut colocynthidos partis internæ probè contritæ drachma offeretur in aquæ mulſæ cyathis duobus, aut paulò amplius, aut minus, pro laborantis virtute, & alui facilitate dabitur. In aqua verò mulſa ruta decoquatur. Plus etiã ex cucurbita Syluestri confecta rectè hos expurgat. In quibuſdam verò & vomitus à radiculis citatus per initia profuit. Cùm morbus ſe remiſerit, dropaces ipſis applicantur, acopáque ex euphorbio ſunt vtilia, præſertim quòd à varietate vocatur Pœcilon. item balineæ naturales his accommodæ. Si deſiderantur, in aliis lauabunt balneis, commemoratíſque vtendum eſt acopis, & compoſitis nitris, medicamento Aſclepio, & eo quod ex euphorbio, adarce, nigro veratro, caſtoreo, pyrethro, pipere, pedicularia, quam ſtaphida agriam vocant, ſimili pondere conſit. Secundùm balineas inſpergentur picis aridæ vnciæ tres, ſulfuris ignem nõ experti vnciæ duæ, cuti adhuc calidæ: quæ charta etiam contegetur. At ſi ne hæc quidem profecerint, vel reliquiis morbi remanẽtibus, congruum erit & ſinapi cum caricis, vel etiam per ſe illitum. In totum verò hos reſtituit ſanitati, Iberidis herbæ vſus, quam Lepidion quoque, alij Agrio cardamon hoc eſt, Syluestre naſturcium appellant. Quæ verò apud nos fruticoſa naſcitur ſimilibus lauri foliis & multò amplioribus, reſpondere, multa experimenta teſtantur, non ſolum in coxarum, ſed in aliis quoque diuturnis affectibus. per æſtatem verò longè ſunt efficaciora. Atqui ſi folia tunc non produxerit, cortex ipſius radicis cõtunditur cum adipe ſuillo, vt emplaſtri ſpeciem repræſentet, inde linteolo denſiori illitum locis maximè dolentibus imponitur, nempe toti in natibus gibbo & femoribus, ſinéſque tam diu quoad cuticula ſuperior nigreſcat, aut ex toto liueat. Poſteà ipſum auferes, lotóq; ægrotanti ceratum impones, opopanacis drachmas quatuor, quæ aceti cyathis duobus diſſoluuntur, excipiuntúrque cerato cyprino. Quòd ſi talium adurentium vſus abominentur, emplaſtris vti reſectoriis oportet, è quorum numero hoc quoq; eſt, ceræ, reſinæ pityine ſingulorum drachmæ duodecim, terebinthinæ, columbarum Syluestriũ ſtercoris, feculæ vini combuſtæ recentis, ſingulorum drachmæ ſex, galbani ſeſquidrachma. Atque ex reficientibus eſt quod leæna appellatur. vtilia verò ſunt quæ ex lixiuio & nitro præparantur. Iam nonnulli iis vſi

Iberidis vſus.

ſunt

ſunt potionibus quæ ad annum continuantur, in quorum grege habetur medicamentum diateſſaron vocatum: chamædryos pondo, gentianæ deunx, ariſtolochiæ rotundæ deunx, rutæ ſeminis ſicci ſextarius. hæc tuſa cretáque dantur quotidiè cochlearij menſura ieiuno, & probè concoctione obita, ex duobus aquæ frigidæ cyathis ad annũ, donec morbus finiatur. Eadem promittit medicamentum dia hepta, id eſt ex ſeptem confectum, & quod ad Proclum authorem refertur. Exercitia abſoluuntur, inambulatione, continuis flexionibus, ſaltatu, & curſu. Cibus mediocriter tenuis & concoctu facilis conuenit. porrò ſi malum nulli ex commemoratis cedit, aliàs in ſuppurationem conuertitur, aliàs neruis qui artus conuinciũt, laxatis, membrum luxatur. Quarè cum vitium lõgius ſe prorogat, articulum tribus quatuórve locis vrere oportet, vt in chirurgica dicetur, ac compluſculis diebus vlcera adaperta, ſine cicatrice ſeruare.

ANNOTAT. CORNARII.

A gibba natium regione. *Græcè legitur* ὁ δὲ πόνος αὐτοῖς ἀπὸ τῶν κατὰ σφαίρωμα καὶ τὸν βουβῶνα τόπων. *Ad verbum ſonat: Dolor autem ipſis ex locis iuxta ſphæroma, & bubonem, &c. Quæ iam pars ſit* σφαίρωμα, *audi. Autor quidem Græcus anonymus ita ſcriptum reliquit:* λήγει δὲ ἡ ὀσφὺς εἰς τὸ ἱερὸν ὀστοῦν. παρ᾽ ἑκάτερα δὲ τούτου τὰ ἰσχία ἐστί, ἐφ᾽ οἷς οἱ γλουτοὶ διὰ τὸ ὀστᾶ εἶναι ὑποκείμενα μέγιστα ἔνθεν ὑπεστρῶσθαι αὐτοῖς σώματα σαρκώδη, ὧν τὰ κυρτώματα ἐκ τοῦ περιφερῆ εἶναι, σφαιρώματα προσαγορεύεται. *Hoc eſt ad verbum: Deſinunt autem lumbi in os ſacrum. Vtraque huius parte coxæ ſunt ſuper quas nates eò quòd oſſa ſubiecta ſint maxima. Hinc carnoſa corpora ipſis ſubſtrata ſunt, quorum gibba, inde quòd rotunda ſint,* σφαιρώματα, *quaſi orbiculata appellantur.* σφαίρωμα.

In quibuſdam & vomitus à radiculis. *Ita ferè ſemper Celſus interpretatur,* ἔμετος ἀπὸ ῥαφανίδων *intelligit autem raphanum. Vide ſeptimum librum, vbi de vomendi modis præcipit.*

Lixiuio. *Sic Græcis* κονία, *aut* κονία στακτὴ *vertimus. Malè Oroſcius hìc* κονίαν πρωτοστάκτην *lixiuium vertit cinerem, qui primus deſtillauerit, cum* πρωτοστάκτη *ſit lixiuium quod cinere & calce adiecta fit, apud Paulum in ſeptimo.*

CORNARII.

y *Et compoſitis his. Græcè legitur,* τοῖς τε λελεγμένοις ἀκόποις χρηστέον, καὶ τοῖς συνθέτοις νίτροις. *Videtur itaque* νίτροις *corruptè legi pro* τούτοις. *Sequuntur enim compoſita quæ adhibenda cenſet.*

De Podagra & articularijs morbis. Cap. LXXVIII.

Arthritidis cauſa duplex.

NOn ſola particularũ corporis imbecillitas, podagricos articulariόſque cruciatus excitat, quoniam acceſſiones, ſine vllo temporis interuallo vrgerent, quatenus infirmitas imbecillibus articulis ſemper incumbit. item ne humor quidem ſolus hos dolores creat, quandoquidem non ſolis vitium articulis inſidet: ſed vtrunque & humor à natura alienus, & particularum imbecillitas morbum adfert articularium. quoties enim altrix particularum facultas imbecillior, ciborum grauatur copia, ex qua cruditates enaſcuntur, humor ſuperans, in quodcunque articulamentum, quod anteà imbecillius euaſerit, ſe confert, & artubus ſeſe inſinuans, colligantes neruos diſtendit, dolorem excitat: neque enim neruos, per quos motus diſpenſatur arbitrarius, affectu primario, inflammatio infeſtat, quoniam oporteret etiam medios internodiorum locos, ipſam occupare, vtpotè tibias medias aut femora aut cubitos, aut brachia. attamen afficiũtur iidem nerui lege conſortij, quod cum articulis ineunt. Quouſque igitur & ſolus humor pedum articulamenta moleſtat, podagra vitium nuncupatur. Vbi verò cauſa in omnes corporis articulos compulſa fuerit, ἀρθρῖτιν Græci nos articularios morbos appellare conſueuimus. Quo vitij nomine, vertebras, humeros & maxillas comprehendimus, omnémque articulum, quicunque morbo implicatur. Nonnulli verò aures, dentes, guttur, & nonnunquàm iecur, lienémque articulariis doloribus conflictari pronuntiant. A quibus niſi de ſubito vitium in artus ſeſe recipiat eructétque, periculum breui tempore laborantes occupauerit. Sed humor ſuperans qui iuncturis ſeſe inſerit, nunc bilioſus eſt, nunc ſanguineus, aliàs atra bile vitioſus, plerunque etiam pituitoſus crudúſque, copia alimenti, aut cruditate, aut otio congeſtus, verùm vetuſtate in articulis craſſeſcit, & glutinoſior euadit: ſic vt in duritiem contumaciſſimam, quam Latini tophum, Græci poron appellant, occalleſcat. Interim verò diuerſa humorum colluuie, vitium contrahitur, ob quod ægrè dignoſci, & difficulter medicamentis elidi poteſt, vel etiam penè nullo remedio ſaneſcit. Cæterùm hoc mali frequenter antecedit improbus labor, vehemens ambulatio, equitatus creber, vſus veneris intempeſtiuus, inſueta frigidæ potio, frigidorúmque,

Podagra.

Arthritis.

hu dol. art. lege Hipp. in lib. de locis in homine et lege in fernelio, de partiu morbis et simpt. lib. 6. cap. 18. fol. 311.

rúmque, vel multorum noxiorúmve ciborum eſus, multus vini vſus. Iam aliqui prolapſu, vel deturbatione, vel propulſu, vel diſtorſione, vel id genus aliis, prima morbi fundamenta iecerunt, † materia quidem præcedente in corpore, quæ anteà conquieſcebat, nunc autem à cauſa primaria eſt commota. Mœrores autem, curæ, peruigilia, & reliqui animi affectus, non modò mouent, ſed ipſi quoque noxios ſuccos, ſiue primario, ſiue ex accidenti procrearunt. Variæ igitur, vt à me dictum eſt, affectus cauſæ habentur. Sed deprehendi tamen facilè humorum noxam inferentium diſcrimina poſſunt, tum ſuis coloribus, tum iis quæ ſuperueniunt denotata. Siquidem bilioſa defluxio præter colorem pallidum & rubidum, caloris ſenſum dolorémque acriorem efficit, & protinus in cutem ſine magno tumore erumpit, incandeſcítque calidis impoſitis, ſicut è contrario iis que refrigerant remittitur. Hoc ſanè cum aliis omnibus magna ex parte, tum maximè iis qui à bilioſo humore originem habent euenire conſueuit. Subinde febris in ipſo acceſſionum ſtatu accedit, quando & ſitis conficit. Pari modo in melancholicis, color partis nigrior reddetur, in pituitoſis exalbidus & aquæ ſubter cutem ſimilis apparebit, vbi dolor altiùs deliteſcit, & tardius in tumorem ſeſe attollit. quemadmodùm ſi ſanguineus humor redundet, cruentus color emergit. Verùm vt ſingula exactius dignoſcas, ſuperior victus ratio reliquáque conſulenda tibi veniunt.

† materia antè coaceruata in corpore. Goup.

Humorum notæ.

Curatio bilioſæ defluxionis articulis conceptæ.

INITIVM curationis ſi flaua bilis articulos exerceat, magíſq; ipſius qualitas, vacuatione noxij humoris tentabitur per medicamenta purgantia. quale eſt maximè quod ex rhodomelite temperatur, tum quod malis cotoneis conſtat, item antidotum ex hiera picra, & aloë catapotia. Per acceſſiones verò à foris vtendum roſaceo cum oui luteo, & vini momento, particulam ſenſim infricando, herbæ autem admouentur quæ refrigerant, vt ſolanum, portulaca, altercum, ſemperuiuũ, paluſtris lenticula, ſeris, papauer, polygonium, roſarum folia, & conſimilia: Ea nunc per ſe illinuntur, nunc cũ micis panis poſca imbutis adhibẽtur, vel hordeacea farina cum roſaceo inſtar cataplaſmatis ſuperaccõmodatur. At inEryſipelacea inflammatione articulorũ manifeſtò lenietur cucurbitæ recentis cortice impoſito, aut peponis, aut cucu-

meris carne,& per ſe,& cum pane,item perdicij foliis & hederæ cum pane vel tenuiore parte polentæ. Ad hæc pſyllium farinæ hordeaceæ incoctum, ardentes inflammationes mirandum in modum ſolatur. ſimili modo & roſaceum ceratũ cum quibuſdam refrigerantibus ſuccis illitum,& quod ex fabarum lomento componitur. habet autem hoc pacto: ceræ vnciæ quinque, chamemælini, roſacei, ſingulorum vnciæ duæ & S. fabacei lomenti ſemuncia, ouorum lutea quinque.

† deinde albo ouorum admixto, quæ lectio magis cõuenit. Goup.

Aʟɪᴠᴅ cataplaſma. Virentes maluæ coctæ teruntur, pſyllium priuatim in viſcũ redactũ, admiſcetur: † deinde ouorũ luteis admixtis, oleóque chamæmelino applicantur. Si verò tantus vrgeat dolor, vt laborãs par eſſe ferẽdo nequeat, medicamẽto ex croco, glaucio & opio vti conueniet, quæ in poſca trita ve ſublinentur, vel cũ micis forma cataplaſmatis obducuntur. Galenus autẽ, huius meminit, lacrymæ papaueris drachmas quatuor, croci drachmã cum bubulo lacte, vel caprillo trita, vel panis micã iniicito, & emolliens roſaceo excipito, ac vtitor cataplaſmate, aut opium crocúmq; pariter trita in lacte, cerato roſaceo excipito. Contulerit etiam eadẽ parte in acceſſionibus ceratum ex turpena piſce confectũ, item oleum ex eodẽ expreſſum. Perſimilis eſt hoc efficaciæ, micarum panis aqua, vel poſca maceratarũ & ſemperuiui, vel portulacæ, vel ſolani vel palmularum carnis & papaueris capitũ ſeminis, pari portione, ouorum toſtorũ luteorum & roſacei quod ſufficit, accõmodato in cataplaſmate. Verùm his quæ membris torporẽ inducunt, narcotica Græci vocant, diutius non erit inſiſtendum, quàm vt doloris vehementiam ſolum lenierint. ſiquidem largior ipſorũ vſus, ſic inſertum conſtringit humorem, vt in tophaceam duritiẽ quos Græci πώρους appellant occalleſcat, ac diuturnas motus difficultates pariat. Ab eorum igitur vſu quæ dolorem arcẽt vel medicamento è ſuccis herbarũ facto. Diachylon vocant, ex chamæmelino reſoluto vtendum erit, vel eo quod Dialthæas appellãt, vel huius generis alio. Poſteaquàm verò partem affectam quæ refrixerit recalfeceris, roboranda erit palmulato medicamine quod diaphænicinen dicũt, cum oxyrhodino, vel vino & roſaceo ſoluto. At ſi emplaſtra detrectent grauentúrque, acaciæ ſuccum ex poſca, vel lycium adiecto croco & glaucio, & ſucco perditij ex poſca, delinere conuenit. Victus autem ratio refrigerans humidáq; erit, vt hordei cremor, ex chondro ſorbi

Stupefaciẽtium vſus noxius.

ſorbitiones: ex oleribus, malua, lactuca, intybus: auium cohortalium maximè pulli, piſcium ſaxatiles, erinacius, pectines, & eius notæ reliqui. Vitanda omnia calfacientia, & quæ pallidam, aut flauam bilem generant, vinum vetus, fuluum, & nigellum, & cibi repletio. balineis [z] vtendum aqua potulenta factis, ſi nihil prohibet, etiam cùm defluxiones ipſæ infeſtant, & cùm abſunt quantùm ad cauſam pertinet. Temperandum ab iracundia, inedia, acrium eſu, tumulentia, immodico labore, & veneris vſu.

Curatio ſi ſanguis artus infeſtet.

IN quibus ſanguineus humor redũdat, protinus ſanguis mitti debet: ac nõ in his ſolùm, ſed etiam in pituitoſioribus, aut melancholicis. Siquidem in his quoq; ſuccus venis plurima parte continetur, qui copia ſua potiùs quàm qualitate offendit. ſtatim igitur cùm quis morbum experiri primùm cœperit, ſanguinis miſſio erit tentãda: nam quos iam fluxio frequenter infeſtarit, ij plus inde noxæ, quàm auxilij ſentiunt: præſertim quibus corpus eſt natura frigidius, aut etiam imbecillius. Poſt ſanguinem detractum, niſi ſolus ille ſuperauerit, momento temporis interpoſito, etiam purgationem ex hiera antidoto moliemur, aut Iuliani oxymelite: quippe hęc magna commoditate purgant. qui verò ab huiuſmodi medicamentis vacuantibus abhorrent, catapotia quæ ſequuntur deuorabunt: Aloës, colocynthidis, id eſt cucurbitæ ſylueſtris, veratri nigri, ſcammoniæ, ſingulorum vnciam, euphorbij, nitri, ſingulorum ſemunciam, ſucci braſſicæ, quod ad ea capienda ſatis ſit. Dantur ſingulis pro virium ratione. melius proficiet, ſi cotoneorum ſucco excipiantur. Aliud catapotium quod & in acceſſionibus, & remiſſionibus exhibetur podagricis, qualiſcunq; etiam humor articulos affligat. Recipit aloës ſelibram, agarici, croci, ſingulorum ſemunciam, coſti, ſpicæ nardi, iunci odorati rotundi floris, opobalſami, caſię, ſingulorum vnciam, ſcammoniæ ſextantem, epithymi quadrantem cum ſemiſſe. Modus mediocris inſtar duorum ſcrupulorum, ſummus quaterni ſcrupuli. Iam verò ex armeniaco lapide catapotia, mirificè purgant, ac propriè articulariis doloribus congruũt, tum inter fluxionum principia, tum in decremẽto, tum in remiſſionibus. ſed quoniam nonnulli ſcammoniam ceu ſtomacho noxiam fugiunt, dabuntur ipſis præſertim, cùm pituitoſa ſubluuies torquet, hęc

Catapotium varium.

Scãmonia ſtomacho noxia.

catapotia, colocynthis medullæ, veratri nigri, bdellij, gummi, aloës, ſingulorum vncia, nitri alexādrini, euphorbij, ſingulorum ſemuncia: dantur quaternis ſcrupulis. Ego in vicem gummi epithymum adiiciebam. Sunt qui in omnibus articulariorum viciorum acceſſionibus, purgatione ex hermodactylis ipſis aluum ſollicitauerint: ſed attendendū eſt, quoniam hermodactylus ſtomacho faceſſit negotium, anxietatem & cibi faſtidium mouet. Quapropter in his vti cōſilium eſt, qui obeundarum actionum neceſſitatem habent. etenim breui poſt duos plurimùm dies defluxionem ex toto finiūt, ſic vt conſuetis muniis obeundis ſint idonei. Notus mihi eſt qui non hermodactyli ſubſtantiam, neque aliquod ex ea compoſitum medicamentum, ſed herbæ ipſius decoctum cum aliquo conſueto medicamine, vtpotè aniſo, vel apio decoquens ipſum, potui exhibuerit. ac mirum eſt quàm reſoluta ſępe aluo defluxionem ſedaret. Verùm quia, vt nuper retuli, ſtomacho inimicum eſt, iis poſteà quæ ſtomachum confirmant, viréſque eius recolligunt, mediocri calfactione os ventriculi corrigere oportet. Iis autem quæ ex hermodactylis fiunt, multò laudatius eſſe medicamentum Alexander prodidit, quod ex coronopodio temperaretur, quòd & eandem vacuationem præſtet, & dolores ſopiat, præterquàm quòd ſtomacho noxam non inferat. Cæterùm loco inducentur cataplaſmatis modo in pituitoſis, ſi mediocris dolor afficiat, viridis braſſica, apium, cunyla, verbenaca recta: ſin acris dolor affligat, farinæ fœnugræci parteis treis, pollinis loliacei, farinæ cicerum, ſingulorum partem vnam ex aqua mulſa, aut vino tenui cum modico cyprino, vel nardino conuenit applicare, maximè per hyemem. item cinis crematæ radicis braſſicæ, eiúſque cauliculorum cum axungia inductus, multis fuit præſidio. Sed ſopiendis doloribus recens adhibenda axungia, diſcutiendo autem humori vetus ſalſa auxiliatur. Bubulum etiam ſtercus cum hordeacea farina in aqua mulſa coctum prodeſt: vel per ſe recens & liquidum, vel cum foliis braſſicæ. Similiter caprillus fimus per ſe, vel cum hordeacea farina coctus in poſca. Quoniam verò nonnulli ex iis quæ contraria eſſe videntur remedium ſenſerunt (etenim diuerſorum humorum miſtura dignotionem poſtulat) commemoranda iam harum materia eſt promiſcua. Itaque iuuat ſylueſtris atriplex & ſatiua

Hermodactylus ſtomacho noxius.

tiua

tiua cum pane applicata, aut verbaſci folia cum bulbis & pane trita, vel cum polenta, vel cataplaſmata ex hordeacea farina cruda. At in quibus obſcura morbi eſt origo, hæc ſemel experiri abundè fuerit, modò ad conſimilia tranſgrediundum eſt, modò contrariis pugnandum. Neque tamen eiſdem diutiùs immorari conſilium eſt, ſi nullum ex eis ſolatium perceperint. Hæc quotidie in artis operibus fieri videmus, vt idem medicamentum vni articulo profuerit, alteri in eodem ægrotante ſimiliter inflammato non modò non opituletur eodem tempore, ſed aliquando (quod maximè eſt mirum) offenderit. Quippè vnus idémque ſæpè articulus, ex eodem remedio nunc iuuabitur, paulò pòſt eiuſdem appoſitu inflammationem concipiet. [a] Nunquam igitur aliquis cùm glutinoſus craſsúſque humor ſuperat, calidioribus leuabitur auxiliis. Verùm cùm acris aut feruida humoris qualitas præcellit, tum refrigerantibus ſolatium inflammationis paratur. Nec miraculum eſt ſi materies natura frigidior inflammationis tempore, & feruore æſtuet & incandeſcat, vt bilis, ſi ita contingat, admiſtionem omittam. Porrò tophos in artubus impedit coaleſcere lupinorum farina cum oxymelite, vel poſca, [b] vel laſerpitio, aut bryoniæ radice cum pane. Iam hoc quod ſequitur citra noxam mitigat, & mediocriter diſcutit, lycij, ammoniaci thymiamatis, ſingulæ vnciæ cum vino veterrimo & oleo omphacino tritæ coquuntur, & è lomento fabarum, quod ſufficit, adiicitur, coctæ mediocriter modo cataplaſmatis applicantur. Poſt inflammationis ſtatum, tumore relicto applicandi bulbi per ſe, vel cum polline polentæ, ad ruborem vſque. hoc enim modo efficacem vſum exhibent. Quòd ſi nihil hiſce cataplaſmatis leniuntur, fotibus & ſuperfuſionibus erit certandum, maximè ſi tumor extrema occupet, chamemæli & meliloti, aut centaurei decoctis. Nonnullis etiam capparis decoctum abundè fuit auxilij: hoc tamen quod infrà ſcribitur, omnibus præſtat efficacia. Thymus, origanum, ſatureia, & calamintha, in aceto quàm acerrimo cocta: eiuſdem aceti imbre affectæ partes non ſemel, aut iterum, ſed frequenter in die fouentur cum fiducia. Hoc pręſidio permulti priſtinam valetudinem recuperarunt, quibus non pituita ſolùm, ſed flaua etiam bilis fuit infeſta. Non deſunt qui & ſubſequens medicamẽtum ſalutare ſint experti, Ilicis glandes

Cauſa obſcura quid faciendum.

Tophos cõcreſcere prohibentia.

des in farinam redigunt, ac diu coquunt, hoc decocto extremos artus per fluxionum initia longo tempore aſpergunt. At quæ interius partes habentur, ſpongiis fouent, & per hæc materiæ impetum repellunt. Idem & bile vitioſis artubus conuenit, quemadmodum ex calida aqua ſine aliquo decocto ſuperfuſio. Porrò doloribus qui intenſo frigore, aut humoribus inter articulorum oſſa impactis contrahuntur, valens hoc eſt remedium. Olei veteris ſeſquilibra, nitri alexandrini, reſinæ terebinthinæ, ſingulorum libra, euphorbij vncia, iris, ſextans, fœnugræci farinæ ſextarius vnus & dimidius. his autem ea quoque quæ aduerſus coxendicum cruciatus ſcripta ſunt, pulchrè nimirùm opitulantur. multi ſiquidem aduerſus huiuſcemodi perfrictiones cùm morbus declinauerit, ſinapi cum ſiccatis ficis vſi ſunt, tum aliis quæ extrinſecus ruborem excitant. Alij verò medicamentum ex cantharidibus admouent, verùm hęc in poſterum officiunt, niſi aliquo etiam moliente vtantur, vt, diaſtruthion & pyxide, & baſilio, aut diaelates, aut dia ægiru, aut bromio, aut lyſiponio, aut valentioribus acopis, in quibus etiam nerui cõſenſus, potiſſimùm & infarctus humorum eueniunt. [c] At ex mulæ lotio, in morbi ſtatu præſertim, & in frigidis defluxionibus fouere commodum eſt. Pariter conuenit etiam ex vtroque veratro paſtillus cum mollis & fungoſus tumor articulos implicat, & fomentum ex ſale torrido, aut etiam aliter è marina calida per ſpongias artus perfudiſſe vincit. item emplaſtra ex ſale præparata, vel ex lixiuia, & nitro, híſque conſimilia cataplaſmata, poſt vigorem morbi auxilio ſunt. victus ratio ſiccior, minimęq; excrementitia competit: item inedia, vel parciores cibi: frequentibus balneis abſtinendum. At ſi lauent, nitro aliíſque pulueribus vtentur deterſoriis. Vbi dolor declinauerit, exercitiis ſe credent, & frictionibus maximè articulorum: in naturales balineas deſcendent, aut etiam arena contecti incaleſcent. Vomitus à radicula cibíſque aſſumptis mouebitur. Qui ad hoc commodè habent, etiam veratro nigro vacuentur per vomitum, vel etiam per aluum inferiorem purgentur.

Tumores laxi.

[d] *Quomodo ſanguine infeſtati artus curentur.*

QVI ex ſanguine dolorem articulariũ conceperunt, poſt ſanguinis initio morbi detractionem, remedia cõmemorata loco dolenti ſunt inducenda, ſi bilioſior quidem acriórq; ſanguis

ſanguis redundet, eiſdem quæ in flaua bile diximus, certandum, ſi frigidior, pituitoſiórque, aut melancholicus humor coaluerit, † iis quæ poſt illa ſubdidimus præter nimis acria, curationem tentabimus: at ſi vitium in vetuſtatem incidit, his quoque locus erit. iam hoc cataplaſma in principio proficiet. Malicoria, & rhus cum polenta ex vino detrita obducuntur.

† iis quæ in illis dicta ſunt τοῖς ἐπ' ἐκείνων Goup.

Alivd. Braſſicæ folia cocta accuratè conteruntur, aceti floces cum duobus coctorum ouorum luteis, & roſacei momento, adiiciuntur, leuigataque ſimul loco iniiciuntur, ſubinde ea mutando. Cibi aſſumentur qui extenuant, & parum nutriunt: carne igitur & leguminibus & vino copioſiore nigro abſtinendum. ſi autem fieri poſſit, etiam ex toto vinum circuncidendum. Plurimos ſiquidem noui, qui prorſus abſtemij omnes ſanitatem conſecuti ſint. Alij ſiquidem per morbi initia omninò liberati ſunt. alij in poſterum rarius & minori dolore acceſſiones perceperunt. Quapropter niſi contrariũ hinc accidat, aut futurum inde aliquid metuant, perpetuò vitam agent abſtemiam. At qui per imbecillitatem, aut perfrictionem † aliquid ſubſecuturum opinentur, ad biennium vſque abſtemij, inde ad priſtinam conſuetudinem reuerſi, modicum dilutúmque continenter bibent. Oportet autem abſtemios in vicẽ vini, decocto aniſi, aut alicuius cõſimilis ſeminis vti: fructibus pomaceis, reliquíſque refrigeratoriis abſtinere, tum veneris vſu. Qui verò per medicamenta, quæ per annum bibuntur, morbum prorſus tollere voluerunt, multis ſanè quibus pituitoſus & excrementitius humor articulis incubuerit, opitulati ſunt. verùm qui calidioribus ſiccioribúſque conſtarent naturis, hos in ſubitam mortem præcipitarunt, quòd materia ad inteſtinum, aut renes, aut coſtas, aut pulmonem, aut principem quandam partem ſe contulerit. Satius itaque eſt bilioſiore prędítis habitu, aut copioſo ſanguine refertis, vini vſu interdicere: quod nullus ex eius abſtinentia, in cõmemorata vitæ pericula inciderit: frigidiores autem & recrementis pleni, ex viperis theriaca vti debent, hyeme frequentius, concoctione bene obita, per ęſtatem rarius. vel enim morbo liberabit, vel certè leuiorem reddet, nulli ex prædictis particulis officiens. Quoniam verò nonnulli nos etiam commemoratis vti antidotis cogunt, non te lateat id quod ex damaſonio conſtat

Abſtinentia à vino.

† expuere aliquid videntur. Goup.

conſtat & quod ad Agapetum refertur. item quod atacton & octoidon dicitur, & quod Proclo inſcribitur: item quod ex ſcordio, aut corallio cōponi ſolitum eſt, alia pleraq; nō mediocriter proficere. omnium verò ſecuriſſimum eſt, longóq; vſu probatiſſimū, diacorallij: ſiquidem concretas iam in tophum duritias diſcutit. Horum omnium vires & modū vſus, & quid in his caueri debeat, volumine, quod compoſitis medicaminibus dicatum eſt, reperies: ſimiliter aduerſus articularios dolores, medicaminum quæ pſilothra vocant, miſturam vſumq; in eodem habitu, nempe pituitoſiore. Alij verò qui à toto ſe morbo vindicare volunt, integras vulpes oleo incoquunt, quo articulariis morbis medentur. Non deſunt qui viuas lebetibus magnis iniiciunt. alij tantùm emortuas. Pari modo etiam hyænas percoquunt, oleum hinc cōficientes, quod diſcutiendi vim habeat. deinde eo balnei ſolia cōplent: in quæ poſtquam deſcenderūt, immorari ibidem diutius præcipiunt, vnde ſæpe factum, vt non modò artuum tumores, ſed etiam vniuerſum corpus euacuaretur.

Vulpes in oleo cocta.

De Tophis, quos Græci Poros vocant.

QVONIAM & Tophi ſubinde in articulis creantur, modò ob humoris qui ad eos decubuit craſſiciem, terreſtrémq; duritiam, modò propter immoderatos diſcutientium reſiccatiúmque medicinarum vſus, ſine earum miſtura, quæ emolliendi virtute pollent, ſciendum venit ea eſſe cōuenientiora, quæ mollientem ſimul & diſcutientem naturam ſortiuntur. itaque emolliunt adipes vetuſti, medullę, ammoniacum, bdellium, oleum bene vetuſtum & ſtyrax. Diſcutiunt autem & reſiccant, nitrum, ſal, lixiuium, adarce, euphorbium, & conſimilia. verùm ad concretos in articulis tophos propriè facit vetuſtiſſimus acerrimúſque caſeus cum ſuillæ carnis præpinguis ac veteris decocto contritus & ſuperimpoſitus. ſiquidem ſua ſponte Topho dehiſcente quotidie humor qui intus coierat, eructatur. Valet etiam medicamentum diapernes, vſu probatum, quod duplici modo præparatur: item quæ dia ſtactes dicuntur. iam hoc peculiariter facit, quod recipit ſpumæ nitri, reſinæ terebinthinæ, lixiuij quod calcem adiectam habet, propolis, ſingulorum triens, ceræ bes, colophoniæ libra, olei ſeſcuncia: mixtis vtitor, tum in Tophis, tum in abſceſſibus. Iam quod ex cynabari temperatur, mirificum eſt ad Tophaceos tumores, aliaq; complura: ſed

Caſeus vetuſtiſſimus.

Cinnabaris raritas.

ra: ſed ægrè paratur. Quod verò dia leptocaryon dicitur, præterquam quod probatum, etiam facilè conquiritur, non ſolùm valentioribus, ſed teneris quoq; corporibus accommodatum, ſi aſſumat medicamenti ex melle, vel ex anemone confecti partes duas ad illius partem vnam: quæ ſi deſiderentur, etiam eius quod ceruſa conſtat, ſubinde æqualis modus ipſi miſcetur.

ALIVD. Ad Trophos, ſandaracham contritam querneo viſco excipito, & vtitor.

ALIVD. Proficit etiam ad fiſtulas, & ægilopas, olei ſextarius, ſpumæ argenti vnciæ octo & ſemis, auripigmenti vncia. Argenti ſpuma, oleúmque tantiſper incoquitur dum manus non inquinet, poſteà tritum auripigmentum aſpergitur, & priuſquam vſtionem ſenſerit medicamentum ab igne tollito, ac vtitor. Ex Aſij lapidis flore confecta, vbi morbus intermiſerit imponuntur, quæ ad omnium articulorum nodos concretos accommodata toto morbo liberare, nonnulli veterum teſtatum nobis reliquerunt. Et ex ſalis flore præparatum medicamen ſi in morbi declinatione ſimiliter imponatur, tumorum reliquias diſcutere experimenta fidem fecerunt.

Quomodo quis à podagra ſe tueatur aſſerátque.

PODAGRAM quæ iam conſtiterit, articulariúmue dolorē, ſine prædicta medendi ratione aboleri longè difficillimum eſt. At eam quæ nondum creata eſt præcauere, facilius, ſi quis cibis demat, & eis vtatur quæ promptè in membra digeruntur, excrementiſque vacant. item vino moderatiore & exercitationibus ſatis ſe committant. Quod ad præſidij partem attinet, ſal minutim in oleo tritus, & articulis affrictus, omnes qui ſe ab hoc vitio vindicare volunt, magnificè iuuat, niſi præter modum ſicca intemperie ſint præditi, eóque illitu, & mane, & veſperi per totum vitæ curriculum, & vbi inflammationes inclinauerint, vtendum eſt.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Non ſola particularum. *Vide Galenum libro decimo de compoſitione medicamētorum ſecundum locos, Oribaſij nonum, & duodecimum Aetij.*

Et cùm abſunt. *Deeſt in Græco codice particula καὶ, vt ſit καὶ χωρὶς. Vult itaque Paulus, vt lauent & cùm defluxiones adſunt, & cùm non adſunt.*

Statim

Statim igitur cùm quis morbum primùm experiri cœperit, ſanguinis miſſio erit tentanda. Nam quas iam fluxio frequenter infeſtarit, ij plus. *Pauli ſententia eſt, vt quàm primùm quis fluxione cœperit infeſtari, mittendum ſanguinem curet. Vbi autem iam ſæpe eadem fuerit conflictatus, præcipuè in frigidioribus natura, & imbecillibus. Paulus de iis mentionem facit, qui iam ex ſanguineo temperamento, ad pituitoſum inclinant temporis proceſſu, naturáque frigidiores, ac imbecilli ſunt, quæ duo ſanguinis miſſionem recuſant.*

Anxietatem & cibi faſtidium. *ἀσώδεις καὶ ἀνορέκτους, hoc eſt, anxios & inappetentes. ἄση quid ſit, antea ſum interpretatus. Aliqui nauſeabundos hîc exponunt.*

Nec miraculum eſt ſi materies. *Hoc eſt humor pituitoſus per ſe frigidus, vbi accenſus, inflammatúſque fuerit temporis ſpacio, vt viridia ligna, æſtuat, incandeſcitque, & ſi bilem habuerit admiſtam, tantò facilius accenditur. Eóque dicit, vt bilis admiſtionem omittam.*

CORNARII.

z *Vtantur balneis potabilium aquarum, & circa ipſas fluxiones, quantum ad cauſam attinet, & abſque illa, ſi non aliud quid prohibeat.*

a *Non igitur aliquando fortaßis, vbi quidem materia viſcoſa, & craſſa obtinet, frigefacientibus mitigatur.*

b *Aut ſilphij, aut bryoniæ radix cum pane.*

c *Emplaſtrum verò ex mulæ vrina, etiam in vigoribus impoſitum, frigidioribus præſertim fluxionibus commodum eſt. Similiter ex duobus veratri generibus paſtillus. Porrò ad laxos tumores, &c.*

d *Curatio eorum qui ex mixti humoris fluxione laborant. Græca falsò habẽt, περὶ τῶν ἐπὶ αἱματικῷ χυμῷ ῥευματιζομένων. Nam de his in præcedentibus egit, ſicuti de his qui bilioſi humoris fluxione laborant. Iam verò de mixti humoris fluxione conſequenter agit, vbi videlicet vel pituitoſior, vel billioſior, vel magis atrabiliarius eſt ſanguis. Lege igitur, περὶ τῶν ἐπὶ μικτῷ χυμῷ ῥευματιζομένων. Et mox, οἱ δὲ ἐπὶ μικτῷ χυμῷ πάσχοντες, id eſt, qui ex mixto humore affecti ſunt.*

Ad Perniones qui tum pedum plantas, tum calces infeſtant. Cap. LXXIX.

PErniones vlcera ſunt, quæ ex frigore hyberno in digitis manuum pedúmq; contrahũtur. Græci Chimethla nuncupant. Itaque tepidam aquam marinam ſuperfundere oportet,

radix aſphodeli decocta in ol. ſanat
perniones ex fern. in 6 mag. med. cap. 20.

portet, vel betæ decoctum, vel lenticulæ, vel erui, vel haſtulæ regiæ radicis. A ſuperfuſione, lenticulæ coctæ vinóque detritæ admouentur, vel ficus ex oleo læuigata imponitur, vel alumen & farina pari modo, in vino pertrita applicantur, aut floces vini ſubaridæ, aut bulbus recens vino tritus adglutinatur, aut allia in oleo fricta, proiectáque, & cera oleo mediocri liquefacta imponitur, aut malicorium incoctum vino, & in tenuem redactum puluerem, cerato roſaceo exceptum inducito, prius locum decocto lupinorum irrorans, aut mannam, ſulphúrque ignem non expertum, cum melle cocto imponitur: at alterci ſuccus continenter illitus, ab inflammatione & doloribus vindicat.

Marcellium ad perniones.

RAPAE ſatiuæ radice excauata, coniicitur in capacitatem ipſius ceræ ſextans, olei lentiſcini quantum ſufficit: cocta in duplice vaſe ex marina aqua, aut muria, aut lupinorum decocto, hoc quidem ſuperfundito, ceratum verò in rapa liquefactum frigidum imponito. At in exulceratis pernionibus, thuris, aluminis ſciſſi, minij, reſinæ terebinthinæ ſingulorum par modus: adipe ſuillo diluta inducuntur. Verùm ſi inflammatio exulceratos perniones malè habeat, medicamento vtendum hexapharmaco, quod recipit, olei vncias nouem, taurini adipis & fellis, ſingulorum libram, argenti ſpumæ vncias ſex, colophoniæ, vncias quatuor, mellis vncias ſex.

Ad digitorum rimas totorúmque pedum, quæ Rhagades dicuntur.

PICE liquida delinuntur, aut cancro fluuiatili, aut marino ſuper carbones cremato, teſta abraditur, & cum oleo trita vt mellis ſpiſſitudo ſit, abſterſis priùs ſciſſuris inſtillatur. Proficit etiam ſcillæ medulla oleo feruefacta, item cum terebinthina læuigata, necnon cornu caprillum vſtum, exceptúmque adipe caprillo, ſed callos circumpurgare oportet, & ſic medicamentis vti.

Ad ſciſſuras calcaneorum & plantæ pedum, Anthera.

CALCIS viuidæ drachmæ decem, ceruſæ drachmæ viginti, ceræ tantundem, aut triginta, porcinæ pinguedinis recentis vnciæ ſeptem, colophoniæ vnciæ nouem, ſucci lini ſeminis cyathus, olei dulcis vnciæ quadraginta: teneram plantam efficit vt aliud nullum.

ALIVD. Adipis caprilli, ceræ, olei ſingulorum pari menſura vtitor.

ALIVD. Malicorium aceto incoctum diebus quinque applicatur, deinde loco vndiquaque purgato calx viua cum oleo, aut ſordibus imponitur.

ALIVD. Scilla cocta oleo, ipſa quidem fricta proiicitur, oleo verò in quo tamen terebinthina liquefacta ſit vtitor.

Ad attritus calcanei ex longo decubitu.

CERAE, olei, argenti ſpumæ, mellis, pares modi, proficiunt in omni exulceratione plantæ pedum, calcanei, ſupernæ partis, & internæ digitorum, magíſque ſi vlcus vngui ſit propinquum.

Ad ſordida plantæ vlcera Emmoton, facit etiam genitali exulcerato.

AMVRCAE cyathus, aceti cyathus, cocta vaſe æreo donec melleam ſpiſſitudinem habeant, & trita ſeparatim proſunt. Item ſquamæ æris drachmas duas, mannæ tantundem, lanarum ſuccidarum mollium, quantùm manu comprehendi poteſt. inuolutarum tedæ, vſtarúmque cinerem totum excipito, & vtitor, in vulneribus quidem vino diluens: in naturalibus autem & pedum plantis paſſo.

ALIVD. Amurcæ, mellis deſpumati, paria pondera, [f] hoc etiam cicatrices tollit.

Ad intertrigines, ex calceamentis.

PVLMO agninus, ſuillus, & caprillus benefacit, verùm coria ex veteribus calceamentis combuſta, ſi inflammatio vrget, nihil quidem adferunt præſidij, ſed illa finita, multum: vel cepa cum gallinæ adipe copioſior adiicitur, vel galla combuſta inſpergitur, vel acacia aceto diluta illinitur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Olei lentiſcini. *Deeſt in codice impreſſo τὸ ἄυταρκης.*

Minij. *Sic verti μίλτυ, Celſum imitatus qui μίλτον σινωπικὴν reddit minium Synopicum. Manardus reprehendit Barbarum, quod μίλτον expoſuerit minium, & non potius rubricam.*

Calcis viuidæ. *Hoc eſt, calcis non extinctæ, Verba duo græca idem ſignificant. ἄσβεστος, & ξώση. Sed primum calcem viuam per ſe poſitum ſignat, cum dictione ξώση, calcem tantùm.*

Emmoton. *Hoc eſt, medicamentum, quod linamentis filatim* μοτοὶ. *concerptis excipitur. Nam μοτοὶ linamenta græcis appellantur, qui-* Emmoton. *bus oræ vulnerum obturari ſolent.*

COR

CORNARII.

e *Ac tritum.*

f *Hoc etiam gingiuas purgat. Hoc medicamentum etiam Aetius habet lib. 14. cap. 83. ſed aluminis phorini drach. 1. adiicit. Et fieri poteſt vt alumen ex paulo exciderit, aut ab Aetio adiectum ſit, vt hoc præſtare poßit quod de ipſo teſtatur, gingiuas, inquiens, purgat ac firmat. Vocem autem firmat, id eſt ligατύνει Paulus non habet, quia nec alumen, quod id præſtet.*

Ad clauos calloſq;. Cap. LXXX.

CLauis prius vndiquaque purgatis, inducitur medicamentum quoddam ex edentibus, quæ ſeptica Græci vocant, aut ærugo raſilis, aut ſandaracha, aut ſyringiacus puluis, aut collyrium ſyringiacum loco gummi, ammoniaco exceptum. Eſt autem clauus teres figura callus, candidus, *Clauus quid.* clauorum capiti ſimilis, qui in omnibus corporis partibus, ſed pedum plantis, digitíſque præcipuè naſcitur. Tollitur autem longiori tempore, etiam ſi quis excedentem claui partem continuè abradat ſcalpello, aut pumice affricet, ſimiliter etiam callos. *Callus.* Proficit lupinorum crudorum concrematorum cinis cum melle, aut miſy liquida pice exceptum, melanthion cum vrina pueri venerem non experti, vel oui luteum, fabarum lomento cum aceto incoctum. At hoc ſubinde expertum eſt, cantharidum, atramenti ſutorij, caſtorei, par modus ſingulorum, excipitur terebinthina, vt emplaſtri fiat ſpiſſitudo, clauóque prius circunciſo, imponitur.

ALIVD. Fæculæ, calcis viuæ, viſci, ſingulorum pares portiones, cum ſtillaticia lixiua, vel vrina pueri venerem non experti.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Clauis. *Celſus inquit: Clauus autem nonnunquàm quidem etiam alibi ſed in pedibus tamen maximè naſcitur: præcipuè tamen ex contuſo, quamuis interdum aliter, dolorémque etiam ſi non alias tamen ingredienti mouet.*

Syringiacus puluis. *Hoc eſt, puluis qui fiſtularum callis extenendis conuenit: Dixit Græcè Paulus συριγγιακὸν ξηρὸν quaſi ſyringiacum aridum.*

Ad vnguium vitia, & primùm de reduuiis. Cap. LXXXI.

REduuiæ, Græci paronychiam appellant, abſceſſus eſt qui ad radices vnguium coit, cùm parua adhuc eſt, &

prima habet rudimenta, galla cum melle eam reprimit, & confirmari prohibet, vel Muſæ paſtillus,[g] vel Heræ, ex aqua. At vbi caro iam præter naturam excreuerit, eo curatio dirigenda eſt, vt per rodentia medicamenta abſumatur, rumpatúrque: valet autem ad reduuias, tum aurium ſordes, tum lycium. ſuppuratas autẽ reduuias, acu adacta humorem emittere, ſpongiámq; aqua imbutam imponere oportet, vel lenticulam applicare ex aqua tritam, aut palmularum cum vino, vel roſas virides, vel ſiccas, aqua maceratas, tritáſque, vel polentam cum aqua: efficax eſt reduuiis etiam lupinorum farina melle, vel mulſo macerata. Exulceratis reduuiis opitulatur hoc medicamentum. Aeruginis, argenti ſpumæ ſingulorum drachmæ quatuor, ſarcocollæ tantundem,[h] ſuper linamentum ex vino & ſpongia imponitur. Conuenit autem carnem vndiquaque ab vngue diducere.

De Pterygiis.

PTERYGION carnis incrementum eſt, aliquam vnguis partem operiens, ex reduuia, aut alia huiuſmodi cauſa proueniens, aduerſus quam auripigmentum & manna pari pondere inſpargitur, ſuper autem linamentum ex vino & ſpongia imponitur.

ALIVD.[i] Chalcitidis ſquamæ, malicorij æquales partes. Excipiuntur fico toſta & melle, parte affecta, lupinorum decocto priùs aſperſa. Quod autem ſiccum eſt in vngue circuncidito.

Ad digitorum pterygia putrida, item ad pudendorum vlcera.

LACRYMAE thuris drachma, ſquamæ æris drachma, æruginis raſæ drachmæ quatuor, mellis cyathus, teruntur in ſole donec ſubflaueſcant, & loco vino priùs irrorato per ſplenium inducuntur.

Medicamentum quod ſubito pterygia deſiccat perſanátq;.

SORYOS combuſti drachmæ duæ, thuris tantundem, æruginis raſæ drachma, cum melle contrita, ipſi pterygio inducuntur. Valet etiam ad reliqua maligna horum locorum vlcera, nigritias & putredines.

ALIVD. Squama æris, palmularum carne excepta, aut ficorum vtitor.

ALIVD. Columbæ ſtercus cum polentæ polline ex paſſo coctum pertritúmq; calens imponitur, item æris ſquama per ſe inſperſa, pterygia deſiccat. Oportet autem crebrò angulum

gulum vnguis pterygion pungentem, ne increſcat, ſcalpello ſuperimmiſſo, adimere.

Ad vngues contuſos.

MYRTI, & mali punici foliis teneris vngues obducito.

Ad cruentos vngues.

FARINA pice miſta imponitur.

Vt vngues qui laborauerint abſcedant.

SVLFVR tritum adipe ſuillo exceptum iniicitur.

Vt ſcabri vngues abſcedant.

VISCI quercini, ſandarachæ, fœnugræci ſingulorum pondo ſextans, cantharidum, thapſiæ ſingulorum vncia, aceti quod ſatis eſt.

ALIVD. Propolis atticæ, ceræ, bituminis, ſingulorum drachmæ duæ, ſulfuris ignem nō experti drachma, oleo non inquinet, in vſu calefactum vnguibus applicatur.

ALIVD. Picis liquidæ, ceræ, colophoniæ, terebinthinæ, guttæ ammoniaci, ſulfuris viui, aphronitri pares portiones, ne manus inquinent.

ALIVD. quod ſeparat ſcabros vngues ſine exulceratione. Bituminis, auripigmenti, ſandarachæ, ſulfuris viui ſingulorum drachmas quatuor, reſina excipito & vtitor, diſſoluens per dies ſeptenos.

ALIVD. Erui farina, felle ouillo, vel vrina ouilla imbuta vtitor, vel calce viua cum oleo, vel chia cum opobalſamo, vel viſco, atramentum ſutorium, ſulfúrque viuum quod ſatis eſt, exceptum, pelli illitum ſuperinducito, vel herba pedicularia, cum aceto trita vtitor, vel reſinæ terebinthinæ drachma, ſandarachæ duplicata portio ſimul radici vnguis imponitur, diligentíque faſcia illigatur. Cùm autem vnguis exciderit, ceratum myrteum cui medicamenti ex reſina paululum adiectum ſit, ſuperaccommodatur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

In *Græco codice habetur* γυμμάτων, *quaſi dicas ſpiſſamentorum Oroſcius* γύμμιως *legendum ex veteri exemplari putat. Mihi autem videtur* θέρμων, *quod eſt, lupinorum, vt ſuperius etiam habetur. Nam decoctione metallorum, præſertim ſtimmeos in hac re nihil apud bonos autores habetur.*

Ne manus inquinent. *Hoc eſt tam ſpiſſa duráque fiant, vt digitos iniectos non inquinent, ea enim eſt emplaſtrorum craßities.*

Græci eam ἀμόλυντον appellant, vt ſuperius annotaui. Hic diſiuncto verbo dixit Paulus, μὴ μολυνέσθω.

CORNARII.

g *Aut Muſæ paſtillus, aut Nere cum aqua. Græcè habetur, ἢ ὁ μυσᾶ τροχίσκος, ἢ ἤρειν δι' ὕδατος. Corrupta itaque eſt vox ἤρειν pro νήρη. Quod etiam ſuprà lib. 3. cap. 23. annotatum eſt. Quòd autem Nere paſtillus appelletur, conſtat ex Paul. lib. 7. cap. 12. Nolo tamen præterire Aetium, qui lib. 14. cap. 75. eandem paſtilli huius deſcriptionem recenſens, paſtillum ipſum ἶριν, id eſt iridem appellat, vt dubium ſit Iriſne, an Nere paſtillus hic dicendus ſit. Si itaque Iris vera eſt huius appellatio, hoc loco Pauli ἶρις δι' ὕδατος legendum erit, & ſuprà lib. 3. & infrà lib. 7. Si verò Nere recta appellatio eſt, apud Aetium Neren pro Iridem legemus.*

h *Quantum ſatis, eſt inſperge, & supernè linamentum, &c. In Græcis deeſt vox ἐπίπαττε, & καὶ. Legendum enim ex Aetij loco paulo antè citato, πρὸς δὲ τὰς ἠλκωμένας παρωνυχίας, ἰὸ, λιθαργύρου ἀνὰ ∠. α. σαρκοκόλλης ∠. α. ἐπίπαττε ἱκανὸν, καὶ ἐπιτίθει. Aetius tamen habet σαρκοκόλλης ∠. α. & veriſimile eſt ita eſſe legendum. Alioqui Paul. ἀνὰ de tribus coniunctim vſurpaſſet.*

i *Chalcitidis, ſquamæ æris, malicorij, ſingulorum æquales partes. Excipe ficu aſſata & melle, & loco priùs ex ſpiſſamentorum decocto rigato impone. Græcè legitur προκαταιονῶν στυμμάτων ἀφεψήματι. Quidam στίμμεως ἀφεψήματι, quidam θέρμων ἀφεψήματι legendum cenſuerunt. Sed στυμμάτων genuina lectio huius loci eſt. Habet enim idem medicamentum Aetius iiſdem penitus verbis lib. 14. cap. 74. Sunt autem στύμματα odoramenta quibus in oleum iniectis ac maceratis præparabatur id, ad vnguentum, quod poſtea aliis additis aromatis condiretur, & odore imbueretur, & vnguentum ex oleo fiebat. Sic Dioſcor. in Amaracino vnguento στύμματα habet, xylobalſamum, iuncum rotundum, &c. aromata verò ad odorem conciliandum, ἡδύσματα appellata, amaracum, coſtum, &c. στυμμάτων igitur ab expreſſo oleo reſtantium decoctum Paul. & Aetius ad pterygia præſcribunt, vel illorum etiam per ſe, non prius in oleo maceratorum, decoctum. Meminit & Gal. lib. 2. κατὰ γένη. Sed στιγμάτων corruptè pro στυμμάτων legitur.*

PAVLI

PAVLI AEGINETAE LIBER IIII. IOANNE GVINTERIO ANDERNACO INTERPRETE.

*

De elephantia. *Caput I.*

RECTE mea ſententia † Cappadox Aetius memoriæ prodidit, auxiliorum vim morbis fortiorem eſſe oportere, eóq; elephantiam nunquàm curari, vt qua nulla potentior medicina reperiatur. Si enim cancer veluti elephantiaſis quædam vni obortus particulæ, inter morbos inſanabiles vel ab ipſo Hippocrate relatus eſt, quantò magis elephantia, ſeu totius corporis cancer aliquis, ab omni abhorrebit remedio? Cùm enim atra bilis, ex qua huic affectui origo eſt, duplici modo generetur, (vel enim ex melancholico ſanguine, fæculentioréq;, & veluti eius limo, vel bile flaua, vtriſque nimiùm vſtis, naſcitur) ſubrubicundam quidem elephantiaſim mitiorẽ, quodammodò, vt autem veriùs dixeris, minùs malignam, prima ipſius differentia procreat: reliquam verò, & maligniorem in qua totum corpus fœdatur vlceribus, & extrema decidunt, altera flauæ bilis ſupra naturæ modum aduſtæ ſoboles producit. Quapropter morbo iam victis manus admouenda non eſt. At ſi recens adhuc malum eſt, vt nihil ex ſummis deciderit, nulla autem infeſtarit exulceratio, neque tamen eminentiæ tuberoſæ plurimùm exurgant, ſola autem facies aſpectu ingratior, deformiórque ſit quodammodò, eáque non admodùm indecora appareat, curationem experiemur. Nonnulli ſiquidem haud pauci, ſola capitis aduſtione multos qui hoc inceperant vitio corripi, ne vincerentur, inhibuerunt. Protinus ergò inter initia ſanguis mitti debet, & magis vere, in quo potiſſimùm hæc lues, & naſcitur, & in-

† Cappadox Aretæus. quæ lectio magis probatur λεοντιάδι- κλῶ ὀφε- τᾶιορ. Goup.

Elephatiæ cauſæ.

Quæ elephantia curari poſſit, & quomodo.

tenditur. paucis diebus interpoſitis, nouem decémve, pulte diacolocynthidos ipſos purgabimus, non ſemel, verùm ſubinde, ex ratione virium quantitatem medicaminis adaucturi. Item ex hiera purgatio his eſt idonea. Rurſus interpoſitis circiter decem diebus, lactis fiſſilis ſerum dabitur, neque minus tribus heminis, neque amplius quinq;. Inſequenti tẽpore non fiſſo, aut recens multo lacte nutrientur. Ob quæ ſi morbus remittat, eodem vti cibo debent: ſi remanet, lacte abſtinebunt: acribus autem aſſumptis vomitus cietur, à radicula, aut cibis. Proficit & ex albo veratro poſt hæc purgatio: bis quidem, ſi fieri poteſt, vere, ſemel per autumnũ adhibita. Malo victis neq; ſanguis mitti, neque veratrum exhiberi debet, cùm materia neque ex cute in altum deriuari, neq; hinc etiamnum minui poſſit. ſed ea quidem ad ventrem, & inteſtina deducenda eſt. Medicamentis autem noxia euocãtibus vtendum, metaſyncritica dicunt, & ſummam cutem deſiccare, & aſtringere oportet. Leues igitur cucurbitulæ ventriculi ori & præcordiis agglutinabuntur, eadem membra etiam dropace delinentur. Modico temporis proceſſu rurſus ad ſuperiora reuertendum eſt, à purgatione quá præſtat hiera, incipiendo, prætermiſſa ſanguinis detractione, vt quæ plus noxæ, quàm præſidij eſſet allatura. Atque hoc circuitu ad ternas vices quaternáſve per annum vti expedit, vere potiſſimùm & autumno. potare his prodeſt aceti cyathũ, cum cedrini liquoris cyatho, & braſſicæ crudæ ſucci cyathis duobus. miſta dantur manè & veſperi. Vel ſyderitidis herbæ folia torrida denarij pondere in vini cyatho, vel cornu ceruini drachma, & ſcillitici aceti quantũ cyathus implet, quotidiè poſt matutinã obambulationem potui exhibetur. Reliqua verò pro ratione temporis his offeruntur, [k] vel ſcillæ lotæ drachmæ quinque in mulſa, vel melle, eclegmatis modo: vel liquoris cyrenaici ad erui magnitudinem, melle & butyro ſubacti, vel eboris ramenti drachma ſemiſſis, cum vini cyathis duobus, vel cumini æthiopici drachmæ tres cum melle, inſtar eclegmatis. His amplius iuuat theriacorum paſtillorum drachma in vini primæ notæ cyatho læuigata epotaq;. Similiter etiam ſcilliticorum paſtillorum drachma bibitur. Et calaminthæ ſuccum ceu efficaciſſimum potu auxilium commendant. incipiendum dicunt à cyathis ternis aduſque ſenos. Cæterùm omnibus his efficacior eſt theriace

ex

ex viperis, tum potui data, tum extrinſecus illita. Cùm autem viperarum copia datur, nihil æquè proficit, ac viperarũ carnes comeſtæ albo iure ex copioſiore aqua, ſale, porro, & anetho decoctæ, vſque dum ſpinæ diſſoluantur, ſed capitibus ipſorum, caudíſque digitos quatuor priùs amputatis, interaneíſque ipſorum ablatis & cute. Item theriaci ſales eadem per ſe promittunt, cũ obſoniis aſſumpti. Tali enim ipſorum vſu accidit, nõnunquam ſquamas, † vel ceu [l] vulpis pellem quandam ex cute elephanticorum decidere.

Viperarum carnes.

† veluti cepæ tunicam & tenuem illam pellẽ. ἢ ὅιον τινὰ λεπὸν. *Eſt autẽ* λεπὸν τ κρομύου λέπυρον, *id eſt cepæ tunica. Goup.*

Victus ratio talis erit.

A' SOMNO manu molliter permulceatur, aluóq; deiecta geſtetur, vocem exerceat: deinde perfricetur, & vario exercitationum genere vtatur, nunc ſaltu, nunc magis alteribus, & folle. Poſtea ſudore, quem illinc contraxit, abſterſo delinetur adipe vrſina, aut vulpina, aut hircina, aut auis alicuius, aut butyro recenti. pauxillo temporis interpoſito in lauacro perungetur ſucco fœnugræci, aut ptiſanæ cremore, aut ammoniaci momento, quod aceto ſubegeris. A' balneo deterſus perungetur oleo lentiſcino, aut œnanthino, aut myrteo, vinóque modico cum alumine, vel ammoniaco, vt ſordium ſit ſpiſſitudo. Rurſus teneris panniculis abſterſus dimidia hora conquieſcat. Inde potu aquæ ad vomitum ſollicitetur, digitis in os, aut pinnis demiſſis. poſt vomitũ detur potui vinum abſinthites, aut origanites. Cibus erit panis hordeaceus, vel maza ex polentis. Inter olera, beta, lactuca, raphanus, porra, braſſica aquis binis edulcata, & capparis. Ex marinis oſtrea ſumuntur, pelorides, erinacei, pectines, tellinæ ſimul cum betis incoctæ: ſalſamentum vetus ceu in medicamenti vicem adhibetur. Vino autem per totum morbi curriculum & venere ſimiliter abſtinendum. At cùm vires ex purgationibus laceſſitæ recreantur, pauxillum duntaxat vini tenuis & aquoſi aſſumitur. quando & acria circuncidi debent, exceptis condimentis. Rectéque ipſis datur ptiſana, oua, chondrus elotus, lac, mel cum pane, malua, rumex & ſiſarum: piſcis molli præditus carne. Ex iis quæ volatu fidunt, probis donata ſuccis. Inter fructus, ficus, vua, & vuæ paſſæ: ex dulciariis mellitis conferunt, quæ pini nucleis, aut amygdalis frictis, & cnico, conſtant. [m] Iis qui bis quotidie cibum capere ſolent: graue autem his eſt moleſtúmque, ſemel duntaxat cum aſſumere. Interiorum cura habita, ſmegmatis in

balneo vtendū ex decocto betæ, aut fœnugræci cū aphronitro, aut ſapone, aut myrobalano: interim & pſilothris. Abſtergit itidem portulaca cum aceto detrita, tenue ſemperuiuum, rumicis radices aceto incoctæ, alumen cum ſale: item ſandarachæ par modus ex vino, & oleo lentiſci. [n] Huc ſpectat medicamentum, ad vitiliginis ſpeciem quæ Alphos dicitur, accommodatū, ex alcyonio, nitro, myrto, ſulfure, fici agreſtis foliis ſiccis, cum aceto tritum, illitúmque: idem præſtat quod ex ſepiæ teſta concremata fit, pumice, nitro, terra cimolia extorrefacta, gummi, galla omphacitide pari pondere ſiccum inſperſum, aut ex aceto infricatum. Hoc autem mirabiles habet effectus: rumicis radicum faſciculus, qui manu comprehendi poſſit, nitri drachmæ quadraginta, thuris vigintiquinq;, ſulfuris tantundē, ex aceto Aegyptio illinitur. Similiter hoc efficax eſt, quod recipit auripigmēti drachmas decem, ſulfuris ignem non experti drachmas octo, coſti drachmas duodecim, calcis viuæ drachmas quatuor, ceræ totidem, baccarum lauri aridarum drachmas duodecim. Hæc macerantur populi albæ foliorum ſucco, aut craſſo decocto. Vbi mellis ſpiſſitudo eſt facta, illinuntur.

Aliud. Radicum rumicis faſciculi duo, aceto incoquuntur, & in pilam coniecti conteruntur læuigantúrque. Deinde alcyonij libra, aphronitri vnciæ octo, ſulfuris ignem non experti libra, cochleæ teſtarum combuſtarum triens, †chamæleontis cum radice triens. Omnia ſimul læuigantur, donec ſordium fiat craſſitudo. Deinde illinuntur per æſtatem in ſole frequenter, hyeme in balneo vſque ad deſudationem. Item Aeſculapij aridum ſmegma pulchrè his conueniet, ac omnia quæ communiter dicentur ſmegmata, imò etiam ea quæ Alphis dicata ſunt propriè huc pertinent: quemadmodum & quæ nunc aduerſus illa prodidimus. At tumidas eminentias ſi inflammatione tententur, aut exulceratæ ſint, delinentur lycio indico, vel glaucio, vel aloē, vel Andronij paſtillo, aut polyidæ ſphragide. Cataplaſma ipſis aptabitur ex chondro cum ſucco polygonij, vel plantaginis, vel parietaria trita. [o] Inſuper meliſiæ herbæ viridis folia cum axungia tuſa, applicatáque mirabiliter proficiunt. Etenim rubor in partibus excitatur, ſed ex facili remittitur pane applicato, aut cerato ex amygdalino, atque color naturalis redit. Exulceratis rectè accommodantur emplaſtra, tum ex diphryge

† chamæleōtis nigri radicis vnciæ tres. χαμαιλέοντος μέλανος ◌ ῥίζης. Goup.

phryge pręparatum, tum ex vino melinum. Adde Coracion, quódque conſtat ex oxymelite, & paſtillum Andronij, pompholygem, & cadmiam. indicium verò eſt totum morbum miteſcere, ſi prima vlcera cicatricem recipiant. Ad ſpirandi verò difficultatem eorum qui elephantia laborant, aſelli ſub aquariis degentes, quinque aut ſex, ex aquæ mulſæ cyathis tribus potantur. Iam verò quædam ex iis quæ ad ægrè ſpirantes inſcribuntur, ipſis quoque communiter competunt. Aquarum naturalium vſus adhiberi debet, ceu maximè neceſſarius, præſertim aluminoſarum, ferrúmque reſipientium, & ſi fieri poteſt, frigidarum: conferunt ipſis ſi etiam bibantur, necnon marinæ arenæ vſus. Eandem habent efficaciam omnia quæ deſudationes mouent. Quoniam verò affectus hic, non minùs ac peſtilentia contagioſus eſt, quàm longiſſimè ab vrbibus remoti ægri, in locis mediterraneis, frigidis, & vbi ſit hominum ſi fieri poſſit infrequentia, habitabunt: inde verò ad confinia migrabunt, tum ipſorum cauſa, tum illorum potiùs, qui vt vero ſimile eſt, ipſis † incident. Quippe & aëre fruentur commodiore, & alios hac lue non inficient.

Cōtagio ex elephātiaſi.

† frequentius. Goup.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Elephātia.

Elephantia. *Morbus hic Græca tantùm habet nomina, vocatúrque ἔλεφας, ἐλεφαντίασις, ἐλεφαντία. À quibuſdam λεοντίασις, aut σατυρίασις. primam ab elephanto, aliam à leone, & ſatyris nomenclaturam accepit. Eſt autem is nimirùm, qui vulgò dicitur lepra. Græcorum enim lepra cutis tantùm aſperitudo eſt. Iam barbari elephantiaſim vocant pedum tumorem quendam, qui febribus ſuperuenire ſolet, ne te fallat interim nominum diuerſitas.*

Extrema decidunt. *Hoc eſt digiti pedum manuúmque, auricularum ſumma, pili, naſus, ſed hæc poſterius. Iſtam ſpeciem efficit atra bilis ex flaua ſupra modum naturæ aduſta, quæ ideo pernicioſa eſſe videtur Galeno, quòd vehementer erodat, & terram fermentet.*

Neque tamen eminentiæ tuberoſæ. *Sic reddidi, μήτε μὴν ὄχθους. Sunt enim ὄχθοι tumores verrucoſi, tuberoſiq; in elephanticis apparentes. Vnde ὀχθώδη ἕλκη vlcera dicuntur prætumidis labris.*

ὄχθοι.

Sola capitis aduſtione. *Vnde lib. 6. vbi habes expoſitum, quomodo ferramento quinque excitant cruſtas in elephanticis. Eſt autem cap. 2.*

Nunc ſaltu, nunc magis alteribus. *Habetur in Græco, τὰ μὲν ἀφαλλόμενον, τὰ δὲ πλείων ἀλκτῆρσι, ſed legendum eſt, τὰ μὲν*

ἀφαλλό

ἀφαλλόμενος, τὰ δὲ πλεῖον ἁλτῆρσι. *quod etiam anteà in meis annotationibus monueram. Quia igitur Paulus valide exerceri vult elephanticos, præcipit illis ſaltum, halteres & follis vſum. Sunt autem*

Halteres: *halteres maſſæ quædam graues, vel ex lapidibus, vel metallis, quales hodie in librandis rebus adhibentur. Galenus lib 2. de ſanitate tuenda, cap. 9. declarat, exercitij modum præſcribens. Ex quibus ſatis liquet, quid halteres apud Martialem, & alios veteres ſcriptores fuerint. At litera vna addita* ἀλτῆρες, *dicti, non ſunt maſſæ quædam, ſed adminicula, quibus in ſaltu innitimur: quales ſunt cuſpides, haſtæ, arundines. Galenus horum quoque mentionem facit libro iam citato, in hanc ſententiam:* περὶ μὲν δὴ περὶ διὰ τῶν χειρῶν ἔνεστιν ὀξὺ γυμνάσιον ὁμοιότροπον γυμνάσασθαι χωρὶς τοῦ κατέχειν ἀλτῆρας, *&c. Hæc exercitia ſupernis partibus valent, lumbis & obliquis ſpinæ regionibus.*

Inſuper meliſiæ herbæ. *Quæ herba ita vocetur nondum apud idoneos authores comperi. Aetius eam vocat Mileſiam herbam Sermone tertiodecimo.*

Conferunt etiam ſi bibantur. *Quia meatus viſcerum vi quadam peculiari adaperiunt, & aluum etiam mouent comprimendo ea quæ inteſtinis inhærent.*

Eandem habet efficaciam. *Interpretatus ſum* ἀφιδρωτήρια, *quæ deſudationes mouent. Sudor autem Celſo authore duobus modis elicitur aut ſicco calore, aut balneo. Siccus calor eſt & harenæ calidæ, & Laconici, & Clibani, & quarundam naturalium ſudationes, vbi è terra profuſus calidus vapor, ædificio includitur, ſicut ſuper Baias in Murtetis habemus.*

CORNARII.

k *Aut ſcillæ aſſatæ drach. v. &c. In Aldino cod. legitur,* ἢ σκίλλης περὶ ∠. ε. *Nec dubium vocem* περὶ *hîc corruptè legi. Itaque in Baſilieſi editione legitur* πεπλυμένης *pro* περὶ. *Sed et id falsò, quùm non ſoleat lauari vt metallica, ipſa ſcilla, ſed aſſatur & coquitur, vt Dioſcor. docet lib. 2. Proinde* ὀπτῆς *pro* περὶ *legendum cenſeo. Poßit etiam rectè* σπέρματος *pro* περὶ *legi, niſi pondus quinque drachmarum nimium videretur. Aetius enim lib. 15. cap. 122. Elephanticis ſcillæ ſemen trium obolorum pondere in cyatho mellis ſemicocti delingendum dat.*

l *aut veluti quendam corticem de cute ipſorum diſcedere. Græcè falsò habetur,* τινὰ ἀλώπεκα, *id eſt quandam vulpinam pellem. Nam* λεπὸν *legendum pro cortice.*

m *Bis autem in die alantur, graue enim his eſt.*

n *Hoc*

n *Hoc medicamentum habetur infrà hoc lib. cap. 6. Ex quo patet non σμύρνης ſed μυρσίνης legendum eſſe. Sed & Aetius lib. 13 cap. 123. μυρσίνης φύλλων clarè habet.*

o *Sed et Meliſiæ herbæ. Hoc auxilium ex Mileſia herba habet Aetius lib. 13. cap. 124. Neque alia eſſe videtur quàm ea quam ſupra Iberidē appellauit lib. 3. cap. 77. Eſt enim idem vſus facultáſque.*

De lepra, & ſcabie, quæ Pſora dicitur. *Cap.* 11.

VTerq; affectus, cutis aſpritudo eſt cum pruritu, in qua corpus abſumitur colliquatúrque originem ex melancholico humore trahens: ſed Lepra altam cutem orbiculatim depaſcitur, & piſcium modo ſquamulas ex ſe remittit, Scabies verò ſumma infeſtat potius variè figurata, furfuraceáque remittit: in quibus ſanguinis dimiſſio adhibenda eſt, ſi corpus magis plethoricum videatur: ſin minus, purgatio certè ex iis quæ atræ bili vacuandæ ſunt. Extrinſecus autem vtere communiter vtroque veratro, calcémque habe elotam & ſiccam: in ipſo autem vſu, aqua diluens, ad ſordium ſpiſſitudinem illinito.

Cauſa lepræ & pſoræ, & differentiæ.

Curatio.

ALIVD. Saluiæ, oleæ, æthiopicæ lacrymæ, ſingulorum drachmę octo, capparis radicis corticis, gummi, ſingulorum drachmæ quindecim: inunguntur ex aceto ad ſolem. propriè verò lepras diſiiciunt anemone applicatæ: item vitis albæ radix. Compoſita verò hæc, lolij farinæ chœnix, cardamomi albi drachmæ quatuor, nitri ſpumæ drachma, atramenti ſutorij drachmæ octo, haſtulæ regiæ radicis mediæ drachmæ quatuor, aceto pertrita, & in cerati ſpiſſitudinem coacta illinūtur, parti priùs nitro deterſæ. vbi ſolueris (ſolues autem tertia die) & frigida aqua elueris, rurſus inungentur.

ALIVD. Haſtulæ regiæ radicis ſucci vnciæ ſex, ſulfuris ignem non experti, mannæ, ſingulorum drachmæ decem, nitri drachmæ octo, aceto ſubacta illinuntur. Ad ſcabiem peculiariter facit, ex ſimplicibus herba pedicularia, ſtaphis agria dicitur, lupini amari, cardamomum cum aceto, lilij radix cum melle, reſina terebinthina, ſulfur, cicer, caprillum ſtercus. Inter compoſita, miſy & chalcitis pari modo ex vino humidiores ſcabies delinuntur.

ALIVD. Rhododaphnæ tenera folia in olei ſextario ſimul incoquito, donec areſcant, ac vbi proieceris, oleo adiunge ceræ dealbatæ vncias tres, poſtquam ſoluta refrigeratáque fuerint, ſulfuris viui vnciam inſpergito. ad ſolem, vel

in balneo perungito. nonnulli ſimul cum rhododaphne etiam ſcillam coquunt.

ALIVD. Medicamenti διὰ χυλῶν, hoc eſt ex ſuccis herbarum confecti vnciæ duæ, ceræ tantumdem, roſacei vncia, argenti ſpumæ vnciæ tres, ceruſæ totidem, liquidæ picis vnciæ ſex, ſtercoris argenti vnciæ duæ, ſyrici tantundem, aceti quod ſiccis læuigandis ſufficit.

ALIVD. Ceruſæ ſemuncia, amyli tantundem, plumbi vncia, lotariorum rubrorum vel anchuſæ, vnciæ duæ, ceræ vnciæ ſex, roſacei vnciæ nouem. Anchuſa probè cum roſaceo coquitur, deinde reliqua adiiciuntur.

ALIVD. Oua decem, vel quot ad vſum opus eſt, aceto quamacerrimo macerantur, quouſque putamen ipſorum tenereſcat, lutea in eodem aceto coquuntur, læuigantúrque roſaceo, & reliquo aceto etiam argenti ſpumæ modicum ad ſordium ſpiſſitudinem coactum illinitur.

ALIVD. Ouorum quæ in aceto cõmaduerint, lutea tria, roſacei vnciæ ſex, ſulfuris viui vnciæ tres, læuigatis prius cũ aceto luteis & ſulfure, ceratum adiicito. Argenti ſpuma verò oxyrodino detrita, vt emplaſtri craſſitudo fiat, acriores ſcabies exterit. Iam verò ex lapatho ſmegmata, & ex iis quæ elephanticis faciunt, plura communiter tum ad lepras, tum ad pſoras conueniunt.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Vterque affectus. *Non de lepra vulgari hîc agit, ſed de extraneo cutis affectu, vt anteà monui. Vide Oribaſij librum ſeptimum.*

In qua corpus conſumitur. *Græcè eſt, μετὰ ἀποτήξεως σώματος.* ἀπότηξις. *Eſt autem ἀπότηξις, qua ſemper aliquid à corpore abſcedit, eliquatúrque. Sic in externis, lib. 2. de internis vſurpatur. Nam pſora & lepra melancolici cutis tantùm affectus ſunt. Nam ſi in venis & carne proueniant, cancri vocabulum ſortiuntur.*

ἑλκυσμα. Stercoris argenti. *Vno verbo Græcè dictum ἑλκύσματος. quanquam etiam σκωρία ἀργύρου & ἔγκαυμα apud Dioſcoridem appelletur.*

Lotariorum rubrorum. *Græcè eſt, λωτάρια ἐρυθρά: fortè legendum λωταρίων ἐρυθρῶν. Hermolaus Barbarus Lotarium rubens quaſi diminutiuum loti interpretatur, niſi quis non de ſylueſtri potius dictum accipiat. alij de Aegyptiaca intelligunt. Citatur apud Paulum libro ſeptimo, Paſtillus dia Lotarion ad pudendorum, ſediſque vicia.*

De Impetiginibus. *Cap.* III.

IMpetigines ex ſeroſis tenuibus, acribúſque humoribus, craſſioribus aliis miſtis contrahuntur, celerrimè in ſcabiem, & lepram tranſeuntes: quapropter remedia validè ſiccantia requirunt. Corpore igitur toto, ſi opus fuerit, euacuato ſimplicia quidem ipſis conferent, cicer, veratrum, erinaceus ſaxatilis, pix cerato, reſinæq; miſta, crocodili terreſtris ſtercus, atq; ſturnorum, cum oryzam ſolam ederint. Pleriq; hoc ſolo impetigines mentum infeſtantes, aliámve particulam, aboleuerunt. Tritici multum capitur, incudiq; ignitæ cuipiam imponitur, & quicquid indè humoris defluit, calẽs adhuc impetiginibus illinitur. Puerorum impetigines, hominis ſaliua continuè defricantur. His opitulatur pruni gummi illitum. In vetuſtatem incidentibus viticis folia cum aceto detrita applicantur, vel capparis folia ſimiliter. Compoſita verò hæc, ſulfur cum thuris lacryma, aut cum ammoniaco, ſubactum aceto illinitur.

Paſtillus ad impetigines.

GLVTINIS fabrilis drachmæ quatuor, thuris drachmæ tres, aceti cyathi dimidium, aceto ſoluta illinuntur.

ALIVD. Chalcitidis, gummi, ſingulorum drachmæ octo, ſulfuris ignem non experti, miſyos, ſingulorũ drachmæ ſex, ſquamæ æris, acaciæ, ſingulorum drachmæ duæ, aceto delinuntur.

ALIVD. Sulfuris viui, nitri ſpumæ, ſingulorum drachmæ quatuor, cachryos grana ſexaginta, læuigãtur ex aceto. Sola verò pars vitiata inungitur, ſed ita, vt quæ integra eſt, non coinquinetur: exarefacta, aqua frigida eluitur.

ALIVD. Veratri albi drachmæ octo, farinæ lupini, buccinorum combuſtorum, nitri, ſingulorum chœnix, arido medicamine defricentur. Porrò impetigines, quas ἀγρίας, id eſt, feras appellant, mediocriter ſiccantibus remediis non diſcutiuntur, acrioribus autem irritantur. Adhibere igitur oportet medicamenta abundè quidẽ efficacia, ſed quæ non valenter erodunt, quale eſt iſtud, Glaucij, thuris, alcionij, bituminis, ſulfuris, gummi, ſingulorum vncia, aceto inungitur. *Impetigines feræ.*

ALIVD. Picem aphricanam cum aceto coctam liquatámque illinito.

ALIVD ad impetigines & pruritum. Atramenti ſutorij, ſulfuris

ſulfuris viui, nitri, thuris pari modo, in impetiginibus quidem, aceto adiecto, in pruritu autem, vino vtitor p.

ALIVD Leichenicon, ab impetigin ibus curandis nuncupatum, guttæ ammoniaci, erui farinæ, lupini farinæ, æquales portiones aceto illinuntur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Plerique hoc ſolo impetigines. *Has Galenus lib. 5. de cõpoſitione medicamẽtorũ ſecundũ locos nominat μεντάγρας, voce nimirũ ex Latina & Græca dictione cõpoſita, quod cõtra rationẽ Grãmaticæ fieri videtur. Plinius etiã libro ſextodecimo huius meminit, aitq́; ſub Claudij Tiberij Cæſaris principatu potiſsimũ hãc mẽti impetiginem inualuiſſe: quidam hanc morbum quem hodiè Gallicum, aut Hiſpanicum vocant, eſſe opinantur.*

CORNARII.

p. *Aliud ad impetigines. Ammoniaci thymiamatis.*

De Pruritu. CAP. IIII.

PRuritus qui ſenibus accidit, ex toto nunquã conſaneſcit, verũ lenitur infrà poſitis remediis. In reliquis ætatibus, ſi ex prauo humore contrahitur, qui nimirùm bilioſus, aut *Pruritus causa.* pituitoſus, putris vel etiam ſalſus eſt, per ipſius vacuationem tollitur. Porrò cognoſcitur ab ætate, temperamento, victus ratione, anni tempore, regione, & reliquis his conſi- *Curatio.* milibus. Si igitur in venis ſimul cum ſanguine redundare videatur, à ſanguinis dimiſsione auſpicandum eſt. Sin autem qualitate magis peccet, congruis eo medicamentis vacuato, ad externam curationem diuertemur. Lauandum itaque prorſus ieiuno eſt, nonnunquàm & modico cibo ſumpto, iterum lauandũ: quippè vitium vix inhumeſcit, detergitur autem fœnugræci decocto, aut betarum, aut furfurum, aut maluæ agreſtis & ſatiuæ, aut ptiſanæ. Præter hæc, farinæ etiam fabaceæ, vel lupini, vel myrobalani, ver ſmegmatis ex pepone præparati, quod πεπόνατον appellant. Si inueterauerit, lauatio ſimiliter quidẽ conuenit: fotus autẽ ex ſaluiæ decocto, myricæ, mercurialis, origani, pulegij, baccarũ lauri, cucumis ſylueſtris radicis, capparis, lixiuio, & oxalme, deinde reſpergũtur arido nitro, vel cum fæcula aceti, vel quod recipit nitri ſpumæ ſextariũ, thuris, ſulfuris viui ſingulorum librã, cimoliæ libram ſemiſſem. Vel hoc, Aphronitri, ſulfuris viui, alcyonij combuſti, pari modo, ſiccis vtitor, vel cũ quodam ex ſuprà dictis decocto. Si autem placet, etiam veratrũ

ſic

ſiccum inſpergito, ſine pingui addito. Illinitur autem cum oxelæo, herba pedicularia cōtrita, vel ſulfur, vel ſandaracha, vel omnia, vel ſinapi cum myrobalani expreſſo, & oxelæo, vel vtere cochleis combuſtis lęuigatíſque melle, vel rumicis radicibus, vel ſmegmatis inde confectis, vt in capite de elephantia comprehenſum eſt, aut quibuſdam ad ſcabiem efficacibus. Si autem exulceratio partes exercuerit, parygro, vel diapompholygos appellato medicamine vtendum, vel ceræ vncia liquefacta in cyprini cyatho, cui ſulfuris adiecta ſit vncia.

ALIVD ad pruritus. Nucum magnarum rancidarum vncia, ſulfuris tantundem, apij ſucco læuigatis vtitor in balneo, membra affatim defricans. Hoc ſolum multis tum ſcabioſis, tum alio pruritu detentis, abundè fuit. Item apium per ſe viride tuſum infricatúmq; in balneo vehementer auxiliatur. q Similis effectus eſt perdicion, & acerna reſina cum roſaceo ſoluta, illitáque.

ALIVD. Oryzæ puræ & nimis candidæ, vnciæ tres, tuſæ cretæque aceto quàm acerrimo læuigantur, donec ſordium fiat ſpiſſitudo, adiiciatúrque priuatim ſulfuris viui detriti vncia. mixtis perbellè in balneo vtitor diutius defricans. At in iis qui ſuperfluitatibus magis redundant, pari portione illorum temperata, præſtantius remedium reddetur.

ANNOTAT. CORNARII.

q *Hæc Græcè ſic legantur.* ὁμοίως δὲ καὶ τὸ περδίκιον, καὶ ζυγίας μετὰ ῥοδίνου λυθεῖσα, καὶ καταχριομένη. *Reſina itaque aceris Græcis eſt* ζυγίας. *Eadem enim infra lib. 7. cap. 8. in malagma Baium recipitur. Aliàs* ζυγίας *ipſa arbor eſt, quam tertium aceris genus Plin. lib. 16. cap. 15. facit.*

De Leuca. Cap. V.

Leuce, cutis quædam ad albidius mutatio eſt, quæ viſcoſa, glutinoſáq; pituita contrahitur. Quoniam verò non quælibet leuce curationem recipit, notas ipſius tales habeto. Acu per ſumma leucem pungito, ſed cute non penitius: & ſiquidem ſanguis emanauerit, ſanabilis eſt: ſin lactea humiditas, deſperata eſt. Vel panniculo laneo aſperiore infricata cutis, ſi quidem rubicundior euaſerit, medicinæ locus eſt: ſin idem color remanet, non conſaneſcit. Et quæ plura corporis loca obſidet leuce, difficilius tollitur, quā quæ pauca deturparit, item vetuſtior, quàm recens minus in medicina ſpei

Quæ leuce, curabilis, quæ non.

Curatio varia. habere cenſenda eſt. Nonnulli igitur aduſtionem quæ ferramento candente adminiſtratur, in leuca probarunt, ſed ita, vt hæc vel ſola valetudini ſufficeret. Alij verò dolorem inde cicatricémque ſecuturam veriti, vt quæ non minus ac leuce indecora ſit, medicamentis cruſtam inducentibus, qualia & cicatricem aiunt concolorem efficere, vſi ſunt. Alij, & horum inefficaciam repudiantes, tincturis vti maluerunt, impoſturæ potius quàm auxilij rationem habentes, quæ ſanè omnium maximè vitari debent, quòd affectus celeriter renaſcatur. Itaque ſubiectis vti medicinis conſilium eſt. adarcæ, ſeminis roris marini, ſulfuris viui ſingulorum paria pondera, tuſa & in cerniculo priuatim creta, deinde ſimul cum aceto in puluerem ſat multis diebus detrita, in ſole illinuntur, non cumulatè, ne cutis exulceretur. Procedente autem tempore † veratri & gallæ ſimiliter momentum adiicitur.

† Veratri albi λόγου ἐλλεβόρου. Goup.

ALIVD. Fici nigræ ſurculis aceto maceratis contritíſque miſceto, aphronitri, ſulfuris ignem non experti, myricæ fructus, parem ſingulorum modum, vbi nitro cutem defricueris, perungito: ſolíque exponito, animum attendens eo ne exulceretur. Archigenes autem fici foliis, calcis viuæ eo quod ſatis eſt, mixto, ſimiliter vſus eſt, vel infricatas (inquit) leucas, albo veratro, donec ſudore diffluentes reliquo corpori concolores fiant, illinito ſynopide, [r] vel mediade, vel acu transfixa punctas quoad cruor emanet, illinito ſynopide, cum aceto, vel prius abſterſis, vt eſt comprehenſum, perungito, fici liquore recenti, & folio eiuſdem affatim infricato.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Leuce. Leuce, cutis. *Leuce vitiligenis ſpecies eſt albida, & altius deſcendens: in eáque albi pili ſunt, & lanugini ſimiles. Duæ verò aliæ reſtant, alphus & melas appellatæ Celſo, Paulo autem alphus albus & niger. In prima color albus eſt, ferè ſubaſper, & non continuus: vt quædam quaſi guttæ diſperſæ eſſe videantur. Interdum etiam latius, & cum quibuſdam intermiſſionibus ſerpit. Altera colore ab hac differt, quia niger eſt, & vmbræ ſimilis. Leuce quem occupauit, non facilè dimittit.*

Experimentum. Acu per ſumma leucen pungito. *Celſus libro quinto eadem ferè habet. Vtrum autem, inquiens, horum aliquod ſanabile ſit, an non ſit, experimento facili colligitur. Incidi enim cutis debet aut acu pungi.*

gi. ſi ſanguis exit, quod ferè fit in duobus prioribus, remedio locus eſt: ſi humor albidus, ſanari non poteſt.

CORNARII.

r *Aut meliade terra. Aut acubus ſimul innitentibus perpunctione facta donec cruorem fundant. Græcè legendum* σινωπίδι ἢ μηλιάδι, ἢ βελόναις συνεπηρεισμέναις καταχεντήσας, *non* μηλιάδι, *nec* συνεπειραμέναις, *velut codices habent. Quæ autem ſit terra Melias, apud Dioſcor. lib. 5. habetur.*

De Alpho albo & nigro. *Cap.* VI.

ALphi cognato leucis modo generantur, ſed illæ quidem altius cutem mutant vt pilos quoque ſibi ſimiles procreent: Alphi autem ſummam cutem infeſtant, quanquàm & ipſi cum vetuſtatem ſentiunt, penitius recedunt: vt etiam albos pilos producant, idq́ue humoris qui ſubeſt ratione. Etenim ex pituitoſo humore albi ducunt originem, nigri autem ex melancholico. vtriſque igitur commune prodeſt auxilium, Elota calx aqua ſoluta, aut dracunculi radix, cum aceto applicata, ſimili modo vtrunque veratrum eiſdem efficax eſt, item lupinorum amarorum decoctio ſuperfuſa, eorúmque farina ex aceto, vel oxymelite inducta. iam capparis radicis cortex cum aceto, liliique radix cum melle, cepa ex aceto in ſole illita, crocodili terreſtris fimus idem præſtat. pari efficacia & ſturni excrementum, cum oryzam duntaxat ederit, ſepiæq́ue teſta concrementa. Compoſitum verò hoc præſtans eſt, Alcyonij, nitri, ſingulorum ſextans, veratri albi, ſulfuris viui, ſingulorum vncia.[s] Nonnulli verò & floces vini combuſtas adiiciunt. *Alphi à leucis quid differant.* *Alphorum cauſa.*

ALIVD. Sulfuris ignem non experti, nitri ſpumæ, ſingulorũ drachmæ quatuor, ſeminis roris marini[t] grana ſeptem, teruntur cum aceto. ſolùm verò alphum perungito, ſed ita vt integram partem non attingas. ſiccatum medicamen aqua frigida eluitur.

ALIVD. Farinæ lupini,[u] buccinorum, & nitri ſingulorum chœnix, veratri albi drachmæ octo. Arido pars defricatur.

ALIVD. Erui farinæ libræ duæ, erucæ ſeminis, amygdalarum amararum, cucumis Syluestris radicis, ſingulorum libra: mulſo ſimul læuigata delinuntur, & hora interpoſita per ſpongiam abluuntur. facit etiam ad ephelidas, varos, & cutis ſordes.

Ad Alphos albos experta.

Svlfvris ignem non experti ſextarij duo, calcis viuæ candidæ vnciæ quatuor, albumina ouorum quinque, olei nardini & aceti momentum. ſulfur primùm in puluerem cogitur, mox oleum nardinum ei ſuperinfunditur, rurſúsque læuigatur, deinde acetum inſtillatur, & iterum teritur, calcem vero priuatim lotam ſemel, bis térve ſulfuri adiicimus, vnà cum ouorum aquato, & denuò conterimus. collectus humor effunditur, pauxillum verò relinquentes, vt vnguentum queat illini, in hunc modum vtimur.

Alivd probatum. Sulfure viuo, fici foliis aridis, aphronitro, alcyonio, terra cimolia, myrto, ex aceto vtitor.

Alivd Archigenis. Fici foliorum quæ in vmbra exaruerint, ſulfuris, aluminis ſingulorum æqua portio, cum aceto inungitur, aut foliorũ fici, drachmæ quatuor, nitri drachmæ duæ, alcyonij combuſti tantundem, aceto in balneis illinuntur. Priuatim nigros exterit efficaciter ſandaracha, cum ſulfuris dimidio, ſed cute nitro priùs defricata, in ſole perungitur, albos verò tollit atramenti ſutorij, æruginis, æqualis modus, nitri duplicatus, ſine pingui infricatur, illinitúrque. vel cachryos, ſulfuris viui, adarcæ æquæ portiones, ex aceto pertritæ infricantur, illinuntúrq; : cum inaruerint abluito, locum perfricans. Idem facit & leucis.

ANNOTAT. CORNARII.

Quidam etiam fæcis vini vſtæ vnciam vnam addunt. Exem-
s plaria Græca hîc corrupta ſunt. Aldinum habet, ἔνιοι δὲ καὶ σφέ-
κλησιν. Baſilienſe, ἔνιοι δὲ καὶ σφέκλης κεκαυμένης. Non eſſe au-
tem ſic legendum ex eo conſtat, quod σφέκλης vox per ſe fæcem
vini vſtam ſignificat. Sic enim Paul. libro 7. cap. II. exponit.
σφέκλης, inquit, ἡ ἐστι τρυξ οἴνου κεκαυμένη. Legendum igitur,
ἔνιοι δὲ καὶ σφέκλης γο α. poſſit addi verbum προστιθέασι, ſed non
eſt neceſſe.
t *Grana. lx.* κόκκους ξ. Græcè legendum. Idem enim ſuprà habetur
eodem pondere huius lib 4 cap. 3 ad impetiginem.
u *buccinorum vſtorum, nitri, &c.* In Græcis falsò legitur κη-
ρύκων καὶ νίτρου, pro κηρύκων κεκαυμένων, νίτρου. Non enim
opus eſt καὶ coniunctione, quæ ſuppoſita eſt pro abbreuiato κς.
quod ſignificat κεκαυμένων, vt ſuprà eodem cap. 3. ad impetiginem.

Ad

Ad Stigmata, ex commentariis Archigenis.

CAPVT VII.

STigmata curabis, ſi quod matulæ adhæreſcit, cum aceto quàm acerrimo illinas, vel calcis viuæ partem vnam nitri toſti fului dimidiam, cum aqua in ſole illinito. At vbi exulcerationem fuerint experta, cicatricem tanquàm vlceri inducito. Crito verò iubet confricatæ nitro priùs cuti terebinthinam illini reſinam, linamentiſque ligatam ſex diebus relinqui, ſeptima deinde ſolui, & acu pungi ſtigmata, & ſanguinem qui flueret ſpongia detergi, interiectóque breui temporis ſpatio, tenui ſale confricare locum. Tum imponi, ad dies quinque medicamentum quod recipit, thuris, nitri, calcis viuæ, ceræ ſingularum drachmas quatuor, mellis octo. Quùm enim à parte medicamentum depoſueris, nigrum in eo offendes.

ALIVD vnguentum. Piperis drachmæ duæ, rutæ drachmæ quatuor, ſandarachæ drachmæ quatuor, auripigmenti drachma, mellis quod ſatis eſt, cuti priùs nitro infricatæ illinitur, item aliis priori conſimiliter peractis, per triduum ſoluitur, & nigritie abſterſa rurſus inungitur. Exterit enim (inquit) diebus viginti, tam integrè, vt nec exulcerationem, nec cicatricem relinquat.

ALIVD [x] quod Criticon dicitur. Thuris drachmæ quatuor, nitri drachmæ duæ, attramenti ſutorij drachmæ quatuor, ceræ drachmæ ſex, piperis drachmæ tres, calcis drachmæ tres, thapſiæ totidem, auripigmenti drachma vna & ſemis, ſandarachæ drachmæ tres, mellis quod ſufficit, vtere quemadmodùm ſuperiore. Oribaſius tradit ranunculum applicatum, vel capparis folia ſtigmata exterere. At ſi altius fixa non diſcutiantur, modicam verò cutem attingant, cruſta ferramento frigido excitata tolluntur. *Ranunculus.* *Cauter frigidus.*

ANNOTAT. ANDERNACI.

Stigmata curabis. *Stigmata in vetere medicina dicta ſunt, non puncta, ſed maculis punctorum quantitate & forma decolorata hominis cutis. Porrò latinis etiam in vſu eſt ea dictio. Plinius enim & Largus aliquoties vſurpant.* *Stigmata.*

Quod matulæ adhæreſcit. *Hoc eſt, quod in vrina ſubſidet, hoc namque matulæ ſolet adhæreſcere. Dioſcorides oculorum cicatrices expurgare commemorat.*

CORNARII.

x *Aliud Cretitum appellatum.*

De Exanthematis. Cap. VIII.

Puſtularũ cauſæ. EXanthemata generantur, ex craſſis in cute impactis humoribus, magíſque adhuc in ſuperiore pellicula cum denſa eſt. In quibus igitur, ſi etiam in alto humorum copia ſubſtiterit, primùm purgatio tentanda eſt. Nam ſi hoc neglecto, priùs diſcutere aggrediaris, obſtrues ipſos potiùs quàm per cutem euacuabis. Curatio. Sin autem nullæ in alto deliteāt humorum colluuies, per cutē vacuare oportet, y nec procul attrahere, ſi aluo, aut vomitu vacuationem moliri velis, ſed humorum qui cuti impacti ſunt, curationem medicamentis experiere, quæ exurunt, calfaciúntque, maximè quum lata ſunt exanthemata, ſiquidem ex frigido admodùm, craſſoque humore, talia ſunt procreata. Lauri igitur tenerorum foliorum, rutæ & mannæ æqualem ſingulorum portionem detritam, & lacrymam thuris oleo ſubactam delinito, vel betam teneram incoctam, tritámque inducito, aut ceræ drachmas octo, ſulfuris tantundem, ſalis drachmas ſex. arida in pollinem coacta, & olei cyatho dimidio ſuperfuſa, omnia ſimul incoquito, factóque emplaſtro vtitor. Sed coctioni ſedulò aſſiſtendum eſt, vehementer bonum remedium exiſtit.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Exanthemata. Exanthemata. *Puſtulæ ſunt exiguæ Celſo, quales ex vrtica, vel ſudore fiunt. Interim pituitæ eruptiones, ita Plinio appellantur, de quibus hic agitur. Græci etiam* ἐξανθήσεις, *quaſi dicas efflorescentias nominant, a verbo* ἐξανθεῖσθαι.

Cuticula. In ſuperiore pellicula. *Græcè eſt* ἐπιδερμίδα, *quàm Latinè poſsis interpretari cuticulam. Nam ſumma pars, & veluti ipſa cutis efflorescentia exiſtit.*

CORNARII.

y *Nec procul diſtrahere, quod contingat ſi per ventrem, aut per vomitum euacuare velis. Cæterùm curationem humorum cuti infartorum per fomenta & calfactoria facere oportet.*

Ad Epinyctidas. Cap. IX.

EPinyctides vlcuſcula ſunt, ſua ſponte erumpentia, puſtularum ſpecie, & ſubrubra, quibus diruptis, cruenta ſanies defluit, per diémque non magnopere excruciant; per noctem verò, graui magis quàm pro ratione vlceris, dolore torquent. Itaque liquor laſeris aqua ſolutus imponitur. nam citra

citra roſionem deſiccat, aut cicuta in læuorem detrita inducitur, aut braſſica cruda cum aqua, aut apium cum polenta trita applicatur, aut alterci folia cum melle pertrita admouentur, aut ſolanum per ſe, & cum coriandro viridi, aut oliuæ foliis vtitor cum aqua coctis: aut vuas acinis exemptis, læues, ſplenio illitas imponito, vel adiantum ex melle tritum. Vitari debet acrium, acidorum, & ſalſorum eſus, fomenta, balneum & inſolatus.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Splenio illitas. *Hoc eſt, panniculo lienis modo oblongo. Plinius, ſuperimponi oportet ſplenium è melle decocto.*

Salſorum eſus. *Malè in codice Græco eſt* προφορὰν, *tu fac* προσφορὰν.

De puſtulis, quæ Græcè Phlyctænæ dicuntur. *Cap. X.* Bullæ

PVſtulæ quæ non ſua ſponte rumpuntur, ſed graui dolore excruciant, acuta perforari acu debent, vt humoris colluuies habeat emiſſarium. Deinde humore leuiter expreſſo cutis præpoſita ſinitur, donec impleatur. At ſi vulnus conniueat, denuò puſtula perforanda eſt, ſimiliter & exprimenda, tum cutis aſtricta ſeruanda quandiu id quod ſub ea exulceratum eſt, ad cicatricem peruenerit. Priuſquàm igitur puſtulæ aperiantur, cocta lenticula cum aqua læuigata inducitur, vel mali granati virgulta, cinere calido tepefacta imponuntur, & loci attinguntur. Quod ſi ruptæ fuerint, & vlcus excitatum, adeps ſuillus liquefactus & argenti ſpumæ detritæ miſtus, in linteúmque illitus admouetur, vel lilij radix in aqua cocta tritáque cum cerato imponitur.

Ad Epinyctidas, & Phlyctænas.

* ARGENTI ſpuma & ſulfur ignem non expertum pari portione cum aceto applicantur, item myrtus in læuorem redacta, ſordium illitione cum oleo & vino benefacit, tum his tum calidis eruptionibus, & papulis feruentibus, gliſcentibus capitis vlceribus, furunculis incipientibus & aduſtis medicamentum, & quod Molybdæna, & quod ouis præparatur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Vt humoris colluuies habeat emiſſarium. *Græcè eſt* κατὰ ὑπόρρυσιν, *quaſi dicas, ex confluxu. Quidam Grecus autor habet* ὑπόρρυσις. κατὰ ὑπόχυσιν *in eodem ſignificatu.* ἐκβράσμα-

Calidis eruptionibus. *Sic verti* ἐκβράσματα *feruentibus pa-* τα.

περιξίματα *pulis*, περιξίματα. *Gliſcentibus ſeu manantibus capitis vlceribus*, ἀχῶρας. *Atque hæc autoritate veterum.*

CORNARII.

℞ Spumam argenti & ſulſur viuum æquis portionibus cum aceto, & oleo myrteo ad ſtrigmentitiam ſpiſsitudinem trita illine cum oleo & vino. Græca ſic legenda. λιθάργυρον καὶ θεῖον ἄπυρον ἴσα μετ' ὄξους καὶ μυρσίνου λεῖα, γλοιώδη, ἐπιχρίσει μετ' ἐλαίου καὶ οἴνου.

Ad Ambuſta. Cap. XI.

AMbuſta medicamentis indigent quæ modicè abſtergant, non euidenter calefaciant aut refrigerent. Itaque terra chia, cimolia, cretica, omníſque leuis terra illita cum aceto non admodùm acri, vel aqua, præclarè facit, prohibétque puſtulas excitari. [a] item oui albumen crudum ſtatim impoſitum, lana molli exceptum. etenim refrigerat leuiter & citra roſionem deſiccat. idem efficit atramētum ſcriptorium illitum, vel lacryma thuris aqua diluta, vel lenticula cocta tritáque, vel eruus applicatur. At ex aqua calente vſtiones priuſquàm puſtulæ oriantur, oliuarum ſalſarum aqua continuè ſuperfunduntur, ipſæque oliuæ ſalſæ cum polenta contritæ inducuntur, aut alumen ſciſſile, pertritum cum aceto illinitur, aut fel taurinum cum aqua copioſiore liquatum inungitur, aut lixiuium ſuperfunditur, garo, aut muria fouetur, aut bulbi liliorum, aut hyacinthi, aut narciſſi cum roſaceo triti, & in ſordium ſpiſſitudinem coacti delinuntur. Marcellus autem hoc compoſitum tradit. Panniculi melle imbuti & hordei farina inuoluti, combuſtique cineris mittuntur drachmæ octo, ceruſæ drachmæ quatuor, butyri drachmæ octo, ceræ, ſeui caprilli, roſacei, ſingulorum drachmæ ſedecim. At puſtulis iam excitatis, rhus cum polenta tritum aceto applicatur, aut calcem viuam cerato mixtam, illitámque linteolo imponitur. iam quod Spherion dicitur medicamentum, ambuſtis vtile eſt. partes exulceratæ porris contritis obducuntur, aut portulaca contrita cum polentis, aut colombæ fimi linteolo inuoluti combuſtíque; [b] & oleo diluti cinere vtitor. Mirificè proficit pini aut piceæ cortex, aut adiantum aridum, læuigatúmque aut myrti folia combuſta, pertritáque inſparguntur, efficax autem vnumquodque horum eſt, & ſi cum cerato componitur, item quod rubræ anchuſæ radicis ſiccæ, & in læuorem contuſæ trientem recipit, ceræ albæ dodrantem, roſacei vncias

tias duodeuiginti. iam quod ceruſa conſtat cum modica cerui medulla, laudatum eſt remedium.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Ambuſta. *Latini, πυρίκαυτα ambuſta, vel cõbuſta, vel exuſta, citra ignis vocabulum additum exponunt. Propriè verò ſignat vſta igne, eoq; Paulus primum πυρίκαυτα dixit. Combuſtionem verò ex aqua calente κατακαύματα ἀφ᾽ ὕδατος. Quanquàm & aliæ materiæ ſæpè adurant.*

Oui albumen. *Malè in codice noſtro legitur ὠὸν ὅλον pro ὠὸν λευκόν. Ita etiam Auicenna habet, & Dioſcorides.*

Hordei farina. *Simpliciter in Græco codice eſt κριθαῖς, quod eſt hordeis. At ſignificãtius ex Auicenna & Serapione hordei farina poſitum eſt.*

Illitumq; lintheolo. *Malè Græcè habetur ἐμπάσσων, pro ἐμπλάσσων.*

CORNARII.

a *Item ouum totum crudum, eueſtigio impoſitum, &c. Rectè legitur, καὶ ὠὸν ὅλον ὠμὸν παραχρῆμα ἐπιτιθέμενον. Nam ita etiam Aetius habet lib. 14. cap. 64. Nec opus eſt Dioſco. citare, qui de ouo candido prodit, quod ambuſtis illitum eueſtigio, bullas excitari prohibet, quum totum ouum omnibus ſuis partib. huc faciat, perfrigerans nimirum & reſiccans citra mordacitatem. Non ergo ὠοῦ τὸ λευκὸν, ſed ὠὸν ὅλον ὠμὸν legendum.*

b *Et cinere eius oleo diluto vtere, admirandum eſt medicamentũ. Pinus quoque &c.*

Ad eos qui flagris cæſi ſunt. CAP. XII.

CEruſæ, argenti ſpumæ æqualis portio, ceræ quadrupla cum ſuſino, aut roſaceo, emplaſtri modo inducitur, primo die priuatim ſuſino ſolo vtitor. vel croci drachma, tragacanthi tantundem, c ouum integrum ſine putamine, vnita cæſis imponuntur, item pellis ouis recens excoriatæ calens adhuc circnudata, quolibet efficacius die vno, & nocte perſanat.

ANNOTAT. ANDERNACI.

c Ouum integrum. *Græca ſonant ὠὸν ὁλόκληρον χωρὶς τῶν ὀρόβων, hoc eſt: Ouum integrum ſine eruis. Quid ſibi velit, eruis, non video, cum nulla ſit antè mentio eruorum facta. Puto igitur legendum, χωρὶς τῶν ἐρέγμων, hoc eſt, ſine putaminibus. Quamuis etiam eruum cæſis conueniat.*

CORNARII.

e *Ouum integrum abſque teſtis.* ὠὸν ὁλόκληρον χωρὶς τῶν ὀρόβων, *ſed corruptè* ὄροβον *pro* ὀρόφων. *Significat enim hîc* ὄροφος *ouorum teſtam, quæ eſt veluti tectum & fornix, ac quaſi concameratio quædam oui.*

Quomodo pili aduſtis renaſcantur. CAP. XIII.

PIli ambuſtis naſcuntur, ſi fici folia in fictili toſta, cum cerato in emplaſtri modum imponas, aut [d] caricæ drachmis octo, ſampſuchi drachma, tritis cum oleo donec cerati fiat ſpiſsitudo, vtitor. vel detrimenti lapidis drachmas centum, æris ſquamæ drachmas decem cum aqua ſubactas in paſtillos cogito, in vſu partem vnam cerati partibus octo diluito.

ANNOTAT. CORNARII.

d *Græcè eſt,* ἢ καρίνης ∠.η. *Nec videtur aliud eſſe* καρίνη *quam carica, id eſt ficus arida, quæ* ἰσχὰς *quoque Græcis appellatur. In vitarum venditione Luciani, de Epicuro quærit emptor, quibus eduliis delectetur, reſpondet Mercurius, dulcibus veſcitur & mellitis,* καὶ μάλιστα τὰς ἰσχάδας. *ſubiicit emptor,* χαλεπὸν μὲν οὐδὲν, ὠνήσομαι γὰρ αὐτῷ παλάθας τῶν καρινῶν. *Siue itaque à loco, ſiue aliunde nomen habet carica, Græcis pariter ac Latinis vſurpatur. Porrò caricum medicamentum duplex, aridum & liquidum habet Hipp. lib. de Vlceribus, ſed neutrum caricas recipit, neque ex caricis nomen habet, ſed è Carum gente, quibus in multo vſu fuit, appellatum eſſe videtur.*

Ad abraſa, quæ Apoſyrmata Græci dicunt. CAP. XIIII.

ABraſa & ſuperficiem infeſtantia vlcera, primùm aut vino, aut aceto, aut muria aceto mixta quæ oxalmæ dicitur, aſtringes. Deinde medicamentis, ad cicatricem ducendam vtêre, tum liparis, tum ex albis emplaſtris trypheris. Summè autem facit quod ceruſæ partem vnam recipit, ammoniaci dimidiã, myrtei quod ſatis eſt. Ammoniaco ex aqua in læuorẽ trito ceruſa miſcetur, myrteumq; ſuper funditur: vtitor lipara. Vel lapidis detrimento, ſquamã æris admiſceto, & myrteo in læuorem coactis vtitor, aut cimolia, & argenti ſpuma ex vino recininoq; & myrteo tritis vtitor.

Ad abraſa, intertrigines, inueterata vlcera, ſenilem tenerámque cutem.

ARGENTI ſpumæ chryſitidis drachmæ quinquaginta.

ceræ drachmæ viginti, reſinæ ſiccæ ex picea drachmæ duodecim, olei ſeſquicyathus. Argenti ſpumæ oleo incoctæ reliqua adiiciuntur. rudicula agitatis, vel etiam in pila emollitis vtitor. ſed cutem abraſam ab vlceribus non oportet amputare, ſed medicamentum ei inducere, ſic enim glutinabitur, vel nigreſcens. At vlceri, quod eroditur, ſordidumque eſt, ſi carne nudum hiat, vix cicatrix obducitur. Cæterùm abraſa tuetur ab inflammatione, rhu rubrum, ſi illinatur læuigatum, cum melle, aut lentiſci coma cremata, & cum melle impoſita.

Ad abraſa flagris cæſa, & articulorum contuſiones medicamentum, quod dolorem leuet Anodynum appellatum.

ARGENTI ſpumæ, ceruſæ ſingulorum vnciæ decem, ceræ vnciæ ſex, olei puri aut roſacei ſeſquilibra, amyli vnciæ duæ. Ad eadem valet Pelarion quoque ex helcyſmate, id eſt, recremento argenti paratur. item medicamentum quod ouis conſtet.

De formica & verruca. CAP. XV.

VTrunque vitium, cutis excreſcentia eſt exigua, calloſa, & plerunque figura teres: ſed formica, quę Gręcè Myrmecion dicitur, latiore baſi, † ſimilem ſi quis non tractet mordentis formicæ ſenſum inducit. Verruca autem, quæ Græcis vocatur Acrochordon, anguſtiore, vt chordæ ſummo aſſimilata, pendere videatur. Hos igitur tumores, elaterium cum ſale infricatum tollit, thuris lachryma cum aceto, groſſi cum aceto, farina, & nitro, liquor fici illius ſimiliter facit: tithymalli, ſmaridis caput ſalſum concrematum, ærugo cum ſulfure ignem non experto combuſta, ocymi folia cum atramento ſutorio, ſarmentorum adhuc viridium vſtorum quod diſtillat, fimus ouillus cum aceto, hircinum fel illitum, heliotropij magni ſemen, cum vino applicatum, ruta cum nitro & pipere, nitrum cum vrina pueri venerem non experti, ſtercus bouis gregarij in aceto.

† Duplex lectio. vna. Siquis detrahat, altera. Siquis constringat. Goup.

De Ganglio. CAP. XVI.

GAnglium neruorum concretio eſt, ex ictu, aut laſſitudine oboriens, in pluribus quidem corporis partibus, pręcipuè verò motui dicatis, nempè manu ſumma, & pedibus. Quo in vitio Archigenes calcem viuam vnà cum adipe anſerino, & terebinthina, imponendam cēſet [f] [Doles] verò medicamento, quod lapidem achatem recipit, vtitur. At Oribaſius,

[Diocles]

ſius, eò quòd ſubſequitur, ceruſæ, reſinæ è pinu, olei veteris, ſingularum vncia, ammoniaci ſuffiminis, galbani, ſingulorum tantundem, ceræ vnciæ quatuor aut [pilam] plumbeam (inquit) craſſiorem, vertebræ modo, ganglio [ampliorem] impoſito, deligatoq;: pondere ſiquidem longiori temporis ſpatio ipſum diſſoluit, atque hoc nos vtimur. g

[*laminam AEtius*] [*æqualem AEtius*]

ANNOTAT. CORNARII.

e *Ganglion nerui contortio eſt.*

f *Polles.*

g *Facit etiam oxerum & maſticherum emplaſtrum. In Aldino codice corruptè legitur, ἢ ξηρὰ καὶ μαστιχηρὰ. legendum autem ποιεῖ δὲ καὶ ἡ ὀξηρὰ καὶ μαστιχηρά: ſunt enim emplaſtra ita appellata, deſcripta li. 7. cap. 12. Horum emplaſtrorum mentionem facit rurſus ſequẽti cap. 18. Sed in Baſilienſi exemplari vtriſque locis ea verba deſunt, velut nihil ſignificantia, vt arbitror omiſſa.*

De inflammatione. CAP. XVII.

OMnes ex æquo tumores calidos, quibus dolor, feruorque adeſt, noſtri inflammationes, Græci Phlegmonas appellare conſueuerunt. Verùm pro diuerſa quæ ipſos facit, materia, hi quoque euariant. Cùm enim ſanguis probus, & craſſitie mediocris, in particulam aliquam ſubitò confluxerit, ac propter copiam impactus inhæſerit, inflammatio propriè appellata naſcitur. Cùm verò flaua bilis in parte aliqua ſubſtiterit, Herpetem: vbi & ſanguis, & bilis flaua ſimul incubuerint, Eryſipelas excitatur. At cùm ſanguis, qui influit, calidus impenſè, & craſſus fuerit, carbunculos mouere ſolet. Itaque ab inflammatione quæ peculiariter Phlegmone dicitur, & multis ſemper accidit, incipiendum eſſe iudico. Tumor rubens, dolorificus, tangenti renitens, & calidus ex ſanguine, vt à me dictum eſt, probo originem trahit: qui, ſanguinem dico, nunc ex toto fertur corpore, nunc in aliquam particulam copioſus incumbit, ſic vt à vaſis nequeat contineri, excidítque, aliquid roris modo in ampla partium quæ intercedunt, ſpatia. Sæpè verò vitium hoc vulneribus, fracturis, vlceribus, aliiſq; pluribus externis cauſis ſuperuenit. Cùm itaque inflammatio repentè eueſtigio particulam quampiã ſine manifeſta cauſa præcedente obſederit, totum vero corpus parti contagium tranſmittat, vniuerſum quidem id, ſanguinis dimiſſione,

Phlegmone. *Herpes.* *Eryſipelas.* *Carbunculus.* *Phlegmões notæ, & cauſæ.*

ne, vacuari oportet. quod autem inflammationem experitur, ſuperfundere ac obducere medicamentis, quæ non calefaciant, humectentq́; , ſed illuuiem humoris repellere ſint idonea[h]. At quod iam in affectam partem ſe receperit, euacuatur. Itaque illinitur cataplaſma quod conſtat ſemperuiuo, mali punici corticibus, vino incoctis, rhu & polenta. hoc & ſimilibus cùm dolor vehemens non vrget vtendum eſt. Vbi verò particula fluxionem cum dolore ampliore ſenſerit, ne ſic quidem calens aqua oleúmve adhiberi debet, aut ex farinis cataplaſmata: vt quæ fluxionum vitiis omnia ſint inimica. doloris tamen vehementia leniri eo quod conſtat paſſo, roſaceo, ceraq́; modica, & lanis ſordidis quæ œſypi multum contineant. Per æſtatem quidem frigida, hyeme tepida excipiuntur, applicanturq́;, ſed ita vt ſuperiores quoque affectis partibus loci, ſpongia vino auſtero imbuta, aut poſca frigida comprehendantur: cæterùm miſcentur cum cataplaſmatis vtiliter etiam herbæ. *Herbæ inflammationibus commodæ.* Parietaria igitur ad omnem inflammationem accommoda eſt, tũ per initia, tum in augmento, conſimiliter glaucium, atriplex, malua, lactuca, cucurbita, calidis illitæ. benefaciunt & tribuli vtrique inflammationibus ex influxu concitatis. braſſica vero dureſcentibus valet. At vbi immutatio his oboritur, nec pus ſubſidet, curationem tentabis emplaſtro, quod ex chalcitide conficitur, aut quodam perſimili fluxionibus dicato, lanam verò puram vino auſtero imbutam extrinſecus medicamento ſuper accommodabis. Atque hac ratione inflammationibus ex humoris defluxu contractis medeberis. Eas autem quæ occaſioni cuidam feruntur acceptæ, ſi calefacias, humectesque, non offenderis: ac ſi vſus quandòque poſtulauerit, ſcarificare ipſas, conueniens erit. At ſi ob defluxionem ortas inflammationes ſcarificatione diuiſeris, præſertim per initia, malum quoddam haud mediocre ægrotanti accerſes.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Mali punici corticibus vino incoctis, rhu & polenta. *Galenus eadem ferè libro ſecundo ad Glauconem habet. Vnde lectionem Pauli corrigendam puto, vt legatur,* ῥοῦ τε καὶ ἀλφίτων, *pro* κηροῦ τε καὶ ἀλφίτων. *Nam cera hic nihil proficit, ſed ſumac, vt barbarorum more loquar, aſtringendi vi præditum.*

CORNARII.

h *& id quod in affecta parte continetur euacuare.*

De exterioribus corporis abſceſſibus. CAP. XVIII.

Suppurantia, & diſcutientia.

QVòd ſi fieri non poſſe tibi videatur, vt ſuppurationem impedias, panem hydrelæo incoctum delines, aut farinam hordeaceam cõſimili præparatam modo, particulam iure radicis althææ incoctæ fouebis. At ſi tumor ad ſuppurationem contumax eſt, aut ægrè diſcutitur, cataplaſmate ex ficis ſiccatis vtere: oportet autem ficus dulces pinguéſq; incoctas aqua eliqueſcere, ac ius ipſarum in tenuis mellis ſpeciem cogi, farinámq; hordeaceam adiici, & ſi quidẽ tumor diſcutitur, minus autem ac conuenit, cum ficis ſiccatis incoques hyſſopum, origanúm ve: ſi voles magis intẽdere, ſalem decocto iniicies, diligenter animum aduertens, ne ſiccando nimiùm pars in ſcirrhum occaleſcat. Tale ſi quando videris, cucumis ſylueſtris radicem, aut althææ, aut bryoniæ aqua ſimul decoques. valentior autem & diſcutiendo promptior, dracunculi radix eſt, ipſumq; medicamentum, quod dracũculo conſtat, validè huiuſmodi vitia diſiicit. Nonnunquàm igitur ſolum hunc decoques, nõnunquàm & ficus ſiccatas admiſcebis, farinámque ſimul cum adipe. Iam anethinum oleum crudos humores, incoctóſque tumores & cõcoquit, & diſcutit. Item pix duros ac crudos tumores vniuerſos cataplaſmatis indita concoquit, magíſque liquida. MEDICAMENTVM compoſitum, quod abſceſſus iam coctos † expellit, vt ſubinde pus in ſplenio reperiatur: nõdùm verò coctos in totum diſcutit. Lapidis pyritis drachmæ duodecim, ammoniaci triti tantundem, lomenti drachmæ ſex, exceptum pice liquida, pellíque illitum imponitur. Splenium verò non prius aufertur quàm ſua ſponte deciderit, ſed medicamentum non multò antè p ęparari debet, vt quod confeſtim ſicceſcat. In his autem ſi tumor non diſſipatus fuerit, & pus ſub eo deliteſcat, parte ſcalpello diuiſa, idipſum vacuabitur, cura déinceps adhibita ne oleum, aut aqua admoueatur, verùm ſi vulnus abluere interim oporteat, aqua mulſa, poſca, vino & mulſo vtendum eſt. Si verò inflammatione conflictetur, ex lenticula cataplaſma inducitur. vbi inflammatio abeſt alio quodã emplaſtro medicamento in huiuſmodi ſectionibus vtemur, quinetiam eo quod conſtat chalcitide.

† nullo negotio. ἀπόνως. Goup.

Cæterùm

Cæterùm ſuper ipſis iniicitur ſpongia lanáve vino auſtero imbuta, vulneri autem nullum pingue medicamentum accommodatur, quale eſt tetrapharmacum. nam vehementer poſtulat ſicceſcere.

Quæ abſceſſus rumpant.

QVONIAM nonnulli abſceſſus ferramento diuidi non ſuſtinent, tentanda ſunt & medicamenta, quæ ab extrahendo dicta ſunt Epiſpaſtica: narciſſi radix in pollinem detrita, ex mulſa cum irino cocta applicatur, vel tenera arundinis radix, minutim detrita cum melle. quòd ſi dura fuerit, mulſæ prius incoquetur: vel ariſtolochiā cum melle applicato. rumpit autem picis aridæ & propolis creticæ par modus, cicatricémque inducit.

Dionyſia ad abſceſſus mirabilis, item ad mammas & inguina, epiſpaſtice, quæ per latentes meatus diſcutit.

OLEI veteris aquæ ſingulorum libra, hydrelæum incoquitur paulatim, mox aphronitri vnciæ ſex adiiciuntur, miſyos vncia vna vel duæ, incoquuntur donec manus non inquinent. Déinde miſcentur mannæ thuris, ceræ, terebinthinæ, ſingulorum vnciæ ſex. *Dionyſia emplaſtrū.*

Ad neruicos abſceſſus.

CERAE, colophoniæ, butyri ſingulorum libra, picis aridæ, mellis, ſingulorum libræ duæ, vnciæ ſex, æruginis vnciæ tres, viſci quod ſatis eſt. ALIVD epiſpaſticum. Suffiminis ammoniaci ſelibra, ceræ, terebinthinæ, ſingulorum triens, ſulphuris viui quadrans: nitri quadrans. Smilion autem medicamen appellatum, & quod porris conſtat, validè tumores iam mutatos rumpit. Quod lini ſeminis ſuccum recipit, per commodè diſcutit, mutat, rumpitque. At mitioribus abſceſſibus medicamenta congruent etiam ad parotidas inſcripta. Atque hæc de abſceſſu, qui ab inflammatione emanat. Galenus autem memoriæ tradidit abſceſſum nulla præcedente inflammatione conſtitui, quæ ex probo ſanguine habet originem. Statim ſiquidē ab initio (inquit) humor aliquis aliàs ſpecie alius, in parte quadam collectus, vicina illi corpora excoriat tempore, & à ſubiectis dirimit. Sanè inueniuntur in huiuſmodi abſceſſibus cùm ſcalpello ſunt diuiſi, omnigenæ, tum humorum, tum ſolidorum quorundam corporum ſpecies. Et enim [ſtercori] vrinæ, grumo, humori mel referenti, mucoſoque: ad hæc oſſibus, vnguibus & pilis, conſimilia *Abſceſſus abſque inflammatione præcedēte.* *[luto. βοg- βόgω.]*

corpora

corpora reperiuntur, imò & animalcula ſubinde inuenta omnibus propè quæ ex putredine ſubnaſcuntur ſimillima. Prætereà in abſceſſibus potiſſimùm inueteratis, qui humorum ex loco in locum decubitu prouenerint, colligi tradit, quæ lapides, arenas, teſtas, ligna, carbones, lutum, ſordes, amurcam & fæcem repræſentent. Quare abſolutior exteriorum maximè corporis abſceſſuum ſignificatio compēdioſè tradenda eſt, tum eorum qui medicamentis diſcuti non poſſunt. Abſceſſus itaque eſt carnium ſeu partium carnoſarum, nempe muſculorum, venarum, arteriarum corruptio, [mutatioque.] In genere abſceſſuum nonnulli tunica comprehenduntur, vt atheromata, ſteatomata, melicerides. Alij ſine tunica conſtituuntur, quæ generis vocabulum vſurpant, vndè ſermo hic noſter procedit. Porrò abſceſſuum generationem plurima parte inflammatio præcedit, de qua diſceptatum eſt. Interim protinus ab initio, quemadmodū nuper dicebamus enaſcuntur. Comites abſceſſuum ſunt, igneus loci feruor, tumor eminens rubérque magis ac anteà, durúſque cum dolore punctorio, pulſu & grauitate, vt aliquid ex particula ſuſpenſum eſſe videatur. Quòd ſi verò locus inſignis extiterit, febris accedit & rigor inordinatus, noctu potiſſimùm dolor fatigat, & febricula. [k] Eſt cum inguinis inflammatio, proximis in glandulis excitetur. Vbi verò abſceſſus in totum fuerit abſolutus [magna parte decreſcit,] punctus obueniunt pruriginoſi, & leuiter ſtupidi, tumor in mucronem acutum magis faſtigiatur, tactu [lenis,] cedenſque, ſuperficies in vertice auellitur. Dico autem hæc de his qui foras rumpuntur. Si igitur vel medicamentis, vel ſua ſponte rupti fuerint emmoto medicamine curationem tentabis, parte iam purè vacuata: ſin aliter accidat, aperire ipſum in eum modum oportet, quem in chirurgica explicabimus.

Abſceſſus quid.

[in pus]

Abſceſſus cum tunica & ſine tunica.

Abſceſſus ſigna.

[horū ſymptomatum plurima minuuntur.]

[mollis]

ANNOTAT. ANDERNACI.

Cataplaſmate ex ficis ſiccatis. *Vide librum Galeni iam citatum. Voco autem ficus ſiccatas ἰσχάδας: quas etiam Caricas nominare licet. Galenus autem habet. Non autem oportet ipſas caricas aſſumere, ſed aquam, in qua illæ decoctæ intabuerint.*

ἰσχάδας.

Si voles magis intendere. *Hoc eſt, ſi vehementius voles ſiccare. Nam Galenus pro ἐπιτείνειν habet σφοδρότερον ξηρᾶναι.*

Galenus autem memoriæ. *Libro quartodecimo methodi medendi meminit, vndè etiam Paulus hæc quaſi mutuatus eſt. Eadem ferè*

ferè tradit etiam lib. 2. ad Glauconem, & commentario de Tumoribus præter naturam, vbi ad verbum iſta habentur.

Qui humorum ex loco in locum decubitu. *Græca lectio nonnihil eſt viciata, habet enim* τοῖς ἀπὸ σκήμματος μάλιστα χρονίσασιν ἀποστήμασιν, *pro* τοῖς ἐξ ἀποσκήμματος μάλιστα χρονίσασιν ἀποστήμασιν. *Nam vna dicti o eſt* ἀπόσκημμα. *Quam Galenus in hunc modum exponit:* ὀνομάζουσι δ' οὕτω τὰς διαθέσεις ἐκείνας, ὅταν χυμοί τινες ἐνοχλοῦντες ἑτέρῳ μορίῳ, καταλιπόντες ἐκεῖνο, εἰς ἕτερον μεταστῶσιν. *Atque hic alter modus eſt generationis abſceſſuum. Sit itaque* ἐξ ἀποσκήμματος *quod* ῥόπῳ ἀποσκήμματος, *vt ait Galenus. Differunt igitur inter ſe* ἀπόστημα, *&* ἀπόσκημμα, *vt apud idoneos autores licet condiſcere.*

Porrò abſceſſuum generationem. *Græcus codex vitiatus nonnihil eſt, vbi habet* διὰ τῶν ἀποστημάτων γενέσεως, *pro* τῆς δὲ τῶν ἀποστημάτων γενέσεως, *dictio* δὲ *omiſſa ſententiam poterat confundere.*

CORNARII.

i *Singulorum lib. II æruginis quadrantem, viſci quod ſatis eſt. Facit item oxerum & maſticherum emplaſtrum.*

k *Quandoque etiam inflammatio ipſis excitatur in glandulis vicinis.*

De Gangræna, & Sphacelo. Cap. XIX.

CVm inflammatio, neq; diſcutitur, neq; in pus mutatur, ſæpè in gangrænam, & ſiderationem, quæ Græcis dicitur ſphacelos, incidit, de quibus iam ſermonem inſtituimus. Gangrænas enim appellant, cum membrum aliquod ob inflammationis, qua conflictatur, magnitudinem emoritur: neque iam confirmatas ſic dicunt, ſed quæ etiamnum fiunt. *Gãgræna.* Eius mali vis eſt, vt niſi celerrimè ſuccurras, facilè affecta pars, quatenus vicina comprehendit, mortis habitum repræſentet, & hominem iugulet. Vbi verò membra ſic vitiata in totum ſenſu fuerint deſtituta, affectum non amplius Gangrænam, ſed iam Sphacelum nuncupant. *Spacelus ſeu caries.* Quin & oſſibus hoc mali accidit, cùm caro ipſis circundata, praua ſcatẽs ſanie, ipſa hac imbuerit, ac putredine conſumpſerit. Cùm itaque membrum ex toto vita, ſenſu, motúque priuatum eſt, confeſtim præcidi oportet quàm proximè ſanæ parti. Gangrænam verò curamus, ſanguine ex parte vitiata affatim emiſſo, vel enim vena inciſa ſanguis corruptus, cùm vena amplior in ipſo membro appareat, detrahendus: vel cute

totius corporis diuiſa, multis altisque plagis. vbi verò ſanguinem emanare permiſerimus, medicamentum aliquod putridis conſecratum induci debet, quale eſt, farina erui, aut lolij, aut lomentum, ex oxymelite. Quòd ſi valentius imponere cogites, ſalem adiicito, aut paſtillum Andronis, aut eius generis aliquem. Faciunt ad Gangrænas, & vetuſtæ nuces: [m] cortex autem ipſas expurgat: item liquor tithymalli tempeſtiuè & mediocriter adhibitus. Opitulatur ipſis & lupinorum amarorum decocti ius ſuperfuſum. Nonnulli verò vbi putridam partem præciderint, quò ſecurius mali radicem euellant, candens ferramentum adigunt: in [n] quibus ſale cum porro vtendum eſt. Vt autem cruſtæ citius decidant, cataplaſma deinde accommodatur ex pane, vel hordeacea farina, vel triticea ex hydrelæo incocta. Item medicamenti cephalici puluis ex melle, tetrapharmacum, & Macedonicum vt appellant, vtiliter imponitur. Iam panis cum apio tritus, aut ocymo, ſic iris vel panax, vel ariſtolochia, vel acorum cum melle, vel thus, cruſtas probè ſeparat. Idem præſtat Machærionis medicamentum, & Iſis linamento illita ex melle. In teneris autem corporibus abundè eſt etiam erui farina ex melle.

Ex Oribaſij commentariis ad Gangrænas.

AERVGINIS raſæ, minij, aluminis ſciſſilis, ſingulorum par modus, aqua detritus Gangrænis illinitur, [o] ſcalpello vndiq; exaſperatis. Item lolij farina cum raphano & ſale, nonnunquàm etiam aceto: vua paſſa acinis vacuata, cum cortice ex ſale & oxymelite. Ad hæc nucum iuglandium medulla, myrti folia vino incocta, tritáq; ex melle raphanus cum aceto. cruſtas etiam ad oſſa vſque rumpit.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Cum inflammatio neque. *Inuenies penè eadem in ſecundo ad Glauconem libro. Verti autem νεκροῦται membrum emoritur: quod alij barbarè exponunt, mortificatur.* νεκροῦται.

CORNARII.

l *Græca hîc ſic reſtituenda ex lib. 2. ad Glauc.* περὶ ἐάσαντας ἀπορρυῆναι τὸ αἷμα, τῶν φαρμάκων ἐπιτιθέναι τι, τῶν πρὸς τὰ σηπόμενα χρησίμων. ἔστι δὲ ταῦτα.

m *Repurgat autem ipſas vrtica, & tithymali ſuccus, &c.*

n *In quibus ſale cum porri ſucco vtendum eſt. Legito Græcè,* ἐφ᾽ οἷς ἁλσὶ μετὰ πράσου χυλοῦ χρηστέον. *Ex ſuprà citato Gal. loco.*

tamen

tamen in impreſsis Gal. codicibus vox χυλοῦ deeſt.

o *Gangrænas circumſcarificabit impoſita farina loliacea cum raphano & ſale, quandoque etiam cum aceto. Vua paſſa, &c. Græcè habetur γαγγραίνας καταπλασσομένας περιχαράξει ἀίρινον ἄλευρον. Sed legendum καταπλασσόμενα, & rectè ſequentur res quæ id faciunt.*

De Herpete. *Cap.* XX.

CVm bilis flaua nullo miſta humori excreta in particulam quampiam decumbit, malum Herpes nuncupatur. Si quidem ſubſtátia craſſior ſit acriórq;, totam cutem aduſq; carnem ſubiectam exulcerat, vocatúrque Herpes exedens. Si verò tenuior & minus acris calidáque, puſtulas exiguas per ſummam cutem milio ſimiles excitat, ob quam ſimilitudinem, Herpes miliaris dicitur. At Oribaſio authore, pituita cum flaua bile miſta, miliarem Herpetem creat. Corpore igitur toto medicamine quod ducendæ bili eſt, euacuato, loco affecto refrigerantia ſiccantiáque inducuntur, principio capreoli vitis, rubi, & plantaginis applicantur. poſteà verò lenticula his miſcetur, interim & mel & polenta. Item cataplaſma, quod ad inflammationes ex confluxu inſcriptum eſt exempto ſemperuiuo. Verùm exulcerata paſtillis inunguntur, paſſo, aut vino tenui & auſtero non veteri, aut poſca aquoſa ſolutis. inducitur & glaucium, eíque conſimilia ex aqua. Cùm autem nihil proficit acetum admiſcetur. ſucco p autem plantaginis, aut ſolani, † aut vino diluta magnificè auxiliantur: aut lini ſemen torridum oleo vinóque incoctum, inque læuorem redactum imponitur: aut terra cimolia, ſolani ſubacta ſucco perungitur, & argenti ſpumæ vnciæ quatuor, q porri ſucci cyathi dimidium, betæ ſucci tantundem, læuigata illinuntur. at inueteratis iam huiuſmodi vlceribus, Muſæ paſtillus & Andronius efficax eſt.

Herpes.

Herpes exedens.

Herpes miliaris.

Curatio.

† Vbi ex vino coxeris multum iuuabis. καὶ ἑψήσας οἴνῳ, μεγάλως ὀνήσεις Goup.

ALIVD ad Herpetem puſtuloſum. Recrementum plumbi ex vino auſtero læuigatum illinitur, ſuperiiciuntur betæ folia vino incocta. r vel ceræ triens, myrtei vnciæ ſex, ſtercoris plumbi triens, vino diluta illinuntur. at vbi id quod ſerpit repreſſum fuerit, cerato ex [recremento] vtitor, aut lente cocta cum melle partem obducito. Ad Herpetem verò qui ſub cute affligit, retrimentum plumbi s rutæ læuigatæ ſucco excipitur, aut ceratum myrteum in vicem rutæ.

[*plumbi*]

ALIVD. [t] Lanæ veteris illotæ, circà tedam combuſtæ drachmæ duodecim & ſemiſſis, ceræ drachmæ vigintiquinque, recrementi [plumbi] vncia vna. S. ſeui caprilli curati lotique ex aqua drachmæ vigintiquinque, myrtei vnciæ quinque.

[*in aceto macerati* ὀξυβαφοῦς]

ALIVD ad Herpetas acutè depaſcentes, Corij mali punici dulcis drachmæ ſex, argenti ſpumæ tantundem, lanæ illotæ circa tedam combuſtæ drachmæ tres, ceræ drachmæ duodecim, ceruſæ drachmæ octo, thuris, aluminis ſciſſi, ſingulorum drachma. vino aut myrteo excipiuntur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Cùm bilis flaua nulli mixta humori. *Hoc eſt, cum ſyncera bilis, nullum alium humorem vel pituitam, vel bilem atram, vel ſanguinem coniunctum habens. Oribaſius libro quartodecimo ſimilia habet.*

Porri ſucci cyathi dimidium. *Viciatus eſt codex Græcus impreſſus. Nam pro* ℞ υ. ζ. *legendum eſt* ℞ υ. ἥμισυ. *quod valet Cyathi dimidium: Paulò poſt, myrtei vnciæ ſex, in Græco erat* Γο. ις. *pro.* ς. *hoc eſt ſedecim, pro ſex poſitum. Statim in eadem linea, Vino diluta, Græcus codex habet* οἴνῳ ἥμισυ, *pro* οἴνῳ διεὶς. *Non multò poſt, recrementi plumbi vncia vna. S. Græcè erat* σκωρίας μολίβδου ὀξυβάφου ∠. S. *pro* σκωρίας μολίβδου Γο. ι. S.

Circa tedam. *Hoc eſt circa lignum ad tedam aptatum, cui lana cum alia quadam pinguedine circumuoluitur, ad flammam alendam: cuiuſmodi hodiè etiam lucernarum loco vtuntur.*

Thuris, aluminis ſciſſi. *Lectio vetus habet* λίβανου σχιστῆς ∠. α. *quod ad verbum ſonat, thuris ſciſsilis drachma nullo ſenſu, cum legendum ſit* λιβάνου, σχιστῆς, ἀνὰ. ∠. α. *quod ſignat thuris, aluminis ſciſsilis, ſingulorum drachma. diſtinctione poſt thuris addita, deinde poſt* σχιστῆς ἀνά.

CORNARII.

p *Sed & plantaginis ſucco aut ſolani dilutum magnopere prodeſt. In Græcis vox* οἴνῳ *redũdat, & facit totam ſententiam alienam: non enim vult plantaginis ſuccum aut ſolani vino dilui, ſed glaucium ſi etiam plãtaginis aut ſolani ſucco diluatur magnopere prodeſſe ſcribit. Legendum igitur,* καὶ χυλῷ δὲ ἀρνογλώσσου ἢ στρύχνου διεὶς μεγάλως ὀνίνησι. *Hanc autem rectam eſſe lectionem declarat Gal. lib. 2. ad Glauco.* εἰ δὲ στρύχνου, *inquit,* διεύσειας χυλῷ ἢ ἀρνογλώσσου μείζονος ὠφελήσεις. *Præmiſit autem de glaucij vſu eadem ferè quæ hîc Paul.*

q *Succi*

q *Succi porri cyath. VII. Habent exemplaria* πράσου χυλοῦ κυ. ζ. *Sed Oribaſius* κυ. *S. habet. Quod mirum non eſt, potuit enim fieri vt vel hîc vel iſtic error à ſcriptore commiteretur. Non errabit tamen vſurus, ſi neque ad nimiam neque ad imminutam menſuram reſpiciens, ſpumæ argenti trientem terat, de vtriſque ſuccis quantum ſatis eſt affundat, quò medicamentum commodè illini poßit.*

r *Aut ceræ trientem, myrtei ſexuncem, recrementi plumbi trientem, vino tritum recrementum reliquis liquatis cerato excipe, ac illine. Sic igitur legendum ex Aetio lib. 14. cap. 60.* ἢ κηροῦ Γο. δ. μυρσίνου Γο. ς. σκωρίας μολίβδου Γο. δ. οἴνῳ λειάνας σκωρίαν, καὶ τ᾽ ἄλλα τήξας κηρωτῇ ἀναλαβὼν κατάχρεις.

s *Rutæ tritæ ſucco. Græcè eſt* πηγάνου χυλῷ. *Sed Aetius habet pro* πηγάνου, πολυγόνου.

t *Lanæ mollis non lotæ, circa tedam obuolutæ ac vſtæ drach. XII. S. ceræ drach. XXV. recrementi plumbi acetabuli dimidium. Græcè legendum,* ἐρίου ἁπαλοῦ, *non vt exemplaria habent* παλαιοῦ, *ex eodem Aetij loco. Rectè etiam recrementi plumbi* ὀξυβάφου γο. *S. etiam ſi Aetius ſeſquiunciam habeat: nam ſi acetabuli menſura vnciarum trium plus minus ſtatuatur, acetabuli dimidium ſeſquianciæ reſpondebit.*

De Eryſipelate. Cap. XXI.

GAlenus tumorem ex feruente & tenui ſanguine conflatum priuatim quidem & propriè Eryſipelas, appellauit: cum verò ex ambobus, ſanguine & bile conſtat, vtique ab eo quod in miſtura ſuperat nomen vitio indidit. Etenim vbi ſanguis excellebat, inflammationem Eryſipelaceam, vbi bilis flaua præpollet, Eryſipelas inflammatorium dixit. Verùm communis tumorem ex ſanguine & bile calidioribus factis conflatum, Eryſipelas appellauit. Vtro autem modo dicas, nihil adeò ad præſidiorum vſum intereſt. id verò ſcire oportet Eryſipelata quæ capiti potiſſimùm oboriũtur, plus faceſſere negotij, adeóque eſſe periculoſa, vt niſi efficax conſequantur auxilium, interim quoq; affectos ſtrãgulent. Quod ſimul ac fuerit deprehenſum, protinus ab initio vena in cubito præſertim humeraria debet incidi: ſin autem hæc non appareat, eam quæ ſe conſpectui obiicit. At ſi quid ſanguinis dimiſſionem impediat, purgatione vtendum ex medicamento quod bili ducendæ eſt. Hac ſanè & in aliarum partiũ Eryſipelatis vti, vel clyſteriis efficacioribus oportet, tum ipſis illinere quæ influentem materiam refrigerantium virtute repellunt: collectam verò, calefacientium mediocriter & hu-

Eryſipelas propriè quid

Inflammatio eryſipel.

Eryſipelas inflammatorium.

mectantium diſcutiant: priuſquàm particula liueat, aut nigreſcat, adhibita ſemper cura vt per liquida inungantur, ita vt frequentius immutentur, primis per ſpongias molles ablutis, ſiquidem multus particulæ feruor celeriter in vaporem erumpens, hæc deſiccat. Cæterùm requirunt Eryſipelata per initia, vt dixi, quæ refrigerent cum humiditate, non aſtringant: quale eſt ſemperuiuum, portulaca, pſyllion, lenticula paluſtris, ſeris, cucurbita, ſolanum, altercum, lactuca, glaucium, item apium, & rhamni folia per ſe vel cum pane inducta, item ceratum ex aqua admodùm frigida. His miſcetur etiam opij aliquid, lacrymæ papaueris, cicutæ & [u] mandragorę. Iam compoſita medicamenta inducuntur, fiétq; ceratũ cera dealbata, roſacei quadruplo admixto, ex oleo omphacino ſine ſale cõfecto: his in pila emollitis, aquæ frigidę ſuperfunditur quantùm poteſt recipi. Si verò aceti tenuis & pellucidi momentum temperes, præſtantius medicamentum habiturus es. Item polenta cum herba quadam frigidiore ex iis quas enumerauimus, affatim membrum refrigerato. Idem efficiunt palmulæ pingues cum horum aliquo mixtæ. Ad hæc pars etiam delinitur ceruſa, vel terra cimolia, aut figulari cum ſolano, aut argenti ſpuma cum roſaceo, aut chalcitide cum oleo, paſſóque, aut ceruſa cum aceto & lycio, vel acacia cum aceto. Cùm feruor remittit vtendum ſimplicibus quidem, ſulfure viuo & menta cum oxyrhodino, aut ruta cum abſinthio aceto & oleo, aut argenti ſpuma cum porri & betæ ſucco, compoſitis autem, priuatim in capite hoc paſtillo, Argenti ſpuma, ceruſa, croco, ſulfure ignem non experto, opióque cum paſſo. Communiter autem omnibus, minio ſinopico, chalcitide, miſy toſto, ęrugine raſa, attramento ſutorio, alumine ſciſſili pari pondere ex aceto vtitor.

ALIVD. Sulfuris viui, ceruſæ, opij, acaciæ paribus ſingulorum portionibus ex aceto. Cataplaſma ad Eryſipelata, Herpetas, Abſceſſus, Parotidas & Ambuſta. Althææ nouellæ foliorum tenerorum libra: cocta in hydrelæo perbellè terũtur, adiectóque roſacei triente, argenti ſpumæ, ceruſæ ſingulorum vnciis duabus & ſemiſſe, iterũ lęuigantur cum ſucco coriandri, aut ſemperuiui, aut ſolani: deinde micis panis adiunctis vt emplaſtri formam induat, illinitur. Hoc autem emplaſtro vtitor, quod recipit, ricinini pondo, myrtei pondo, [x]

vngue

vnguenti quincuncem, argenti ſpumæ trientem, æruginis raſæ ſextantem, Aerugo & argenti ſpuma aceto læuigantur. Ceratum ad Eryſipelata & Ambuſta. Ceræ albæ triens, roſacei quadrans, oua ſex, perdicij herbæ triens. Vbi verò inflammatio membri conquieuerit, aut vetuſtatem experiatur, cataplaſma illi, priuſquam liueat, ex cruda farina hordei eſt imponendum. Quòd ſi liuor iam occuparit, cute ſcarificatu inciſa, cataplaſma induci, locúſque perſundi ex aqua calida dulci debet, ſed & marina & muria interim conducet, quinetiam ipſi cataplaſmati talis aqua, vel acetum, vel muria cum aceto miſceatur. Deinde commemoratis medicamentis compoſitis cura adhibita vti licet. Nam ſi inflammatio remaneat, aut in pus, aut in putredinem conuertitur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Eryſipelas. *Multi inter latinos ſcriptores interpretantur Eryſypelas ſacrum ignem. Celſus autem hunc ab illo ſeparat, eóque malui Græca vti dictione quàm expoſitione eſſe obſcurus. Vide Galenum ſecundo ad Glauconem: Aetium libro quartodecimo, & Oribaſij ſeptimum.*

CORNARII.

u Et mandragoræ, & fiunt compoſita medicamenta. Fieri quoque poteſt ceratum ex cera alba, roſacei, &c. Cera alba hîc & ſæpe à Medicis Græcis κηρὸς τράκτος dicitur, quia tractu ac tractatione eò deuenit, vt alba euaſerit, quod quomodo fiat docet Dioſco. lib. 2. Videtur itaque vox τράκτος à Latinis ſumpta eſſe, ac Græcis vſurpata. Sicut etiam τρακτάζω verbum exponunt dictionarij Græci τὸ λυμαίνω καὶ καταπονάζω.

x Ceræ quincuncem.

De Phymate, Bubone, & Phygethlo. Cap. XXII.

AVtore Galeno, Bubo, Phyma, & phygethlon, glandularum affectus ſunt: Bubo quidẽ inflammatio, † y phyma autem glandulæ inflammatio ad ſuppurationem ſpectans. Aliorum verò quorundam ſententia communiter omnes, qui à natura abhorrent [ceu abſceſſorij] tumores quamcunque corporis partem obſideant, Phymata appellantur. Siquidem Hippocrates in hunc modum ſcribit, Quibus Phymata vrinarium meatum exercent, hi abſceſſu in vomicam erumpente liberantur. At Bubones qui prolapſu, aut aliis vlceribus, aut doloribus contrahuntur periculo vacant: fe-

† Phygethlum autem eſt eryſipelas phlegmonodes, vel eryſipelatodes phlegmone glandulæ. Hæc deerant. Goup.

[qui in abſceſſum facilè vertuntur, ἀποστηματώδεις]

Qui Bubones cum periculo, et ſine periculo.

bribus autem ſuperuenientes, qui plurima parte ex peſtilentiali lue ſolent incidere, deterrimi ſunt ſiue femora, ſiue alas, aut ceruicem inuaſerint. Verùm priores initiò, quemadmodùm inflammatio quælibet, auxiliis repelluntur, quæ refrigerant aſtringúntque, vel ſpongiis ex poſca impoſitis, vel lanis oleo crudo vinóque imbutis, vel roſaceo, vel melino, vel lentiſcino, vel myrtheo: deinde iis quæ digerunt vtendum. At ſi corpus vniuerſum ſuccis æquabiliter redundet, priùs ipſum vacuari conuenit: vbi iam inanitum eſt, vlceris, in quo id prouenerit, cura haberi debet, ſicuti in capite de vlceribus explicabitur. Glandula ſi inflammatione tentetur, lanis oleo quodam laxante irriguis rectè lenitur, totúmque ipſis membrum inuoluitur. Cùm tumor ad ſuppurationem ſpectauerit, non promptè diuidere, ſed medicamentis quæ cerati ſpeciem referunt, diſcutere nitemur, cuiuſmodi potiſſimùm eſt ex [z] perano confectum. Item quod ab herbis dicitur Botanicon, ſi per hæc non diſcutitur, rumpere adgrediemur, aliorum abſceſſuum modo, ſimiliterq; illis mederi. In iis autem qui ob febres aut omnino humorum abundantiam procreantur, caueri debent repellentia, ne materies penitius detruſa curſum repetat, ſed ab iis quæ diſcutiũt ſtatim curationem incipere conſilium eſt. Si autem nihil prohibet, nempe aut ætas aut virtus, ſanguis priùs è cubito dimittetur, deinde loco fomenta inducentur ex decocto chamæmeli aut anethi, aut eius generis alicuius. Reliqua medicamentorum ſylua, maximè ex iis quæ tertio volumine ad Parotidas dicta ſunt, transferenda eſt. Item ex illis quę nuper contra inflammationes prodidimus, quemadmodùm etiam Phygethli curatio tum hinc, tum ex remediis Eryſipelati accommodatis petetur. *Aſter atticus.* Aſter atticus herba quam & bubonion, quaſi dicas inguinariam, ea ipſa de cauſa vocant, non ſolum illitus, ſed etiam contactus, bubonibus auxiliari creditur. Phymata autem priuatim diſcutit adiantum ſi illinatur, atriplex, parietaria, althææ radix vino incocta, ammoniacum cum melle emollitum inductúmq; [a] viſcus cum reſina, ceratóq;. Rumpit autem abſceſſum propolis, lupini amari ex aceto illiti, cucumis Syluestris radix terebinthina excepta, capparis radix ſimiliter, nitrum cum fermento aut ficis.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Abſceſſorij tumores. *Hoc eſt qui abſceſſum repræſentant. Sic*

verti

verti ἀποστηματώδεις ὄγκοι *quaſi dicas apoſtematici tumores.*

Phyma & Phygetlon. *Tubercula ſunt tumida. Celſus Græcis nominibus quoque appellat Bubo à loco nempè inguine, cui ſolet magna ex parte accidere, appellationem accepit: quanquàm etiam alas, & ceruicem interim infeſtet.*

CORNARII.

y *Tuberculum verò ad ſuppurationem citò tendens glandulæ inflammatio pro* ἐπιγινομένη *lege* ἐπειγομένη *ex Gal. lib. 2. ad Glauc.*

z *ex apyrano.*

a *Viſcum cum reſina ac cera. Græcè habetur,* ἰξὸς σὺν ῥητίνῃ κηρωτῇ. *Sed pro* κηρωτῇ *legendum* καὶ κηρῷ. *Ita enim Dioſco. de viſco,* δύναται, *inquit,* διαφορεῖν φύματα μιγεὶς ῥητίνῃ καὶ κηρῷ ἴσῳ.

De furunculo, qui Dothien appellatur. CAP. XXIII.

FVrunculus, tumor eſt abſceſſum præ ſe ferens, qui ex craſſis humoribus in carnoſis plerunque partibus concipitur, mitis quidem, cum in ſola cute coiit: peruicax autem, malignuſque vbi ſubter actis radicibus in ſuperficiem erũpit. Diſſipat autem furunculum, triticum manſum & impoſitum: maſtiche ægyptia, vuę paſſæ quibus acini ſint exempti, cum ſale tritæ ac admotæ hunc aut diſiiciunt, aut rumpunt: vel ſiccæ fici hydromelite incoctæ imponuntur, vel reſina ficis miſta inducitur, vel ipſæ ficus ſiccatæ cum fuerint pingues diſſectæ, vel fermentum cum nitro, vel lini ſemen cum melle, vel alterci folia, trita cum butyro. Compoſita verò hæc proficiunt, quod ex fermento, quod polline farinaceo conſtat, & quod priuatim à furunculo Græcè dicitur Dothienicon, fomenta autem adhibentur ex ſpongiis mollibus continuè calenti aquæ intinctis, déinde ſic medicamenta iniiciuntur.

De Terebintho. CAP. XXIIII.

ORibaſius Terebinthum ſanè Phymatis ſpeciem eſſe affirmat, in cuius [extima] parte puſtula [nigra] incumbit: hac rupta id quod ſubiacet [abraſo] ſimile apparet. vbi ſcalpello diuiſeris, pus inuenitur. Dioſcorides autem Alexandræus literis mandauit terebinthos cutis eſſe excreſcentias rotundas, nigrouirides, terebinthi fructum referentes, atque has aliis phymatum tumoribus ſimiliter curari cenſet: auxilia ex ſuprà comprehenſis huc transferenda.

[ſuperna] [inferna nigra] [diuulſo ac dilacerato] Dioſcorides Alexandrinus.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Oribaſius. *Libro ſeptimo huius tuberculi meminit. Pauli autem lectio nonnihil eſt viciata: habet enim,* ὠδινεῖσθαι δὲ αὐτῆς ἀνωκάτω *pro* ἀνωτάτω. *Paulo poſt,* τὸ ὑπὸ κάτω *pro* ὑποκάτω *vt ſit vna dictio.*

De Carbunculo. CAP. XXV.

Carbunculi cauſa & notæ.

CVm ſanguis magis melancholicus effectus inferueſcēſque aliqua ſe parte receperit, carbunculus fieri ſolet, quod vlcus eſt cruſtaceum plerunque à puſtula ambuſtis ſimili, interim verò & ſine hac incipiens. Cæterùm inter initia, quibus hoc malum inſtat, in particula omnino pruritum ſentiunt, déinde puſtula, nunc vna, nunc plures tenues exoriuntur, [miliorum quorundam] inſtar: quibus perruptis, ſimiliter cruſtaceum vlcus prouenit, quale ferramenta cādentia excitant, modò cruſta ipſa cinereum colorem, modò nigrum præferente, [ſic vt inferiori carni continua adhæreſcat,] & quodam modo affixa [ſit depaſcaturque.] Reliqua autem caro circompoſita, feruidam refert inflammationem, quam Græci Phlogoſim appellant, & colore nigreſcit, ſplendetque bituminis & picis modo. talis autem eſt bilis exactè atra. Verùm carbunculi, qui carnem inuaſerint, confeſtim circūſcribuntur qui membranas, neruoſque occupant, diutius remanet, [luemque] ſubiectis corporibus impartiunt: vt etiam inflammationes quæ eryſipelatis naturam recipiant, in ipſis excitentur. pleriſque itidem in ſuppurationem [conuerſi] ſunt, multis febres ſimul accedunt. Iam verò carbunculi ex cauſis populatim graſſantibus excitantur.

[milij ſeminum]

[quæ inferiori ſui parte, baſi ac radice adhæreſcit]

[vicina depaſcitur]

[conſenſum ac ſympathiam]

[conuerſa, ſub. corpora ſubiecta]

Curatio.

Curatio ipſorum, niſi admodum fuerint exigui, à vacuatione ſanguinis è vena ad animæ defectionem vſque dimiſſi, tentanda eſt: mox ſcarificatus rectè accommodatur, plagis ob ſucci craſſitiem altioribus: particulæ laboranti inducuntur, quæ modicè reprimunt diſſipantque. tale eſt cataplaſma, quod ex plantagine & cocta lente cōſtat, [b] quod recipit panis furnacei micam. Eſt autem panis, nec omnino à furfure purus, nec nimium eius habens. ſuper ipſum verò vlcus valens aliquod medicamentum imponitur, cuiuſmodi eſt Andronis, Paſionis, & Polyidæ, diluíque id vino aliquo dulci, ad ſordium ſpiſſitudinem debebit. Item maſſalioticum aridum, vel & ipſum ſimiliter dilutum. Item radix dracunculi, vel ariſtolochiæ, vel liquor ſilphij, vel cyrenaici, ſingula ex aceto probè

to probè delinentur. At quæ Eryſipelatis naturam referunt, ſuprà comprehenſis ad id vitij remediis perungentur. Quæ verò partes conſortij lege affici putantur, ſuccidis ſanis ex œnelæo madefaciendæ ſunt. Vbi iam ordor acquieuerit, carbunculis iniiciuntur cerata cephalica, diluta, illitaque in linteolis. generoſiſſimum eſt quod herbis, tum illud quod nitro conſtat, item arida vlceribus depaſcentibus dicata, per ſe, & cum roſaceo. Cùm autem durities remanet, vtemur Melino Serapionis, operam adhibentes, vt quàm celerrimè carbunculi ſuppurent. Quod quidem fiet, ſi die bis, noctu ſemel, tum cataplaſmata tum medicamenta mutes. At quò radicitus carbunculos diuellas, dirimáſque ab adiacentium commercio, malum punicum acidum, minutatim conciſum in aceto coques: vbi intabuerit, in læuorem deteres, linteóque illitum induces: cum ſiccescit, acero humectabis. Item nucis auellanæ veteris vel etiam non veteris medulla carbunculos maturat rumpítque. Hoc præſtant & cupreſſi folia tum germina, nouelli & molles galbuli cum polenta, vua acinis vacua, ficus ſiccatæ vino incoctæ, papaueris ceratidis flores, liquor ſilphij, cum ruta & mellis momento, pix liquida cum vuis paſſis, & ſuillo adipe.

Ad Carbunculos vehementer efficax.

ARGENTI ſpumæ libra, olei veteris libra & ſemiſſis, auripigmenti vncia. Oleo cum argenti ſpuma dum manus non inquinet incocto, ſublatoque ab igne, auripigmentum adiicitur, rurſusque medicamentum coquitur donec nigreſcat, tritis in pila vtitor in linamenta filatim carpta illitis.

Ad Gangrænas, vlcera vetera, chironia, ſtrumas, podagram: priuatim verò ad carbunculos, præſertim eos qui palpebras infeſtant.

OPII, acaciæ, miſyos toſti, ſquamæ æris, ſingulorum drachmæ duæ, atramenti ſutorij drachma, alterci ſeminis drachma, tritis ex aqua vtitor. probè facit & tetrapharmacum quod quintam thuris partem contineat. Aduerſus naturalium carbunculos, chalcitidis, attramenti ſutorij, ſingulorum drachmis octo, aphronitri drachmis duabus, ex aqua tritis vtitor. Valet ſtercus quoque ouillum, torridum cum melle. In Alexandria Serapiade quæ orchis & triorchis dicitur viridi, cum micis panis, cataplaſmatis modo vtuntur ad carbunculos, omniaque cruſtoſa. Vbi verò cruſta exciderit, *Serapias.*

rit, communis vlceris modo curabis.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Carbunculus. *Sic verti Græcam dictionem ἄνθρακες id eſt ad verbum, Carbones. Celſus autem, quem libenter in dictionibus latinis imitor, Carbunculum nominat.*

Quod vlcus eſt cruſtaceum. *Habetur in Græco εἴπερ εἰσὶν ἐσχαρώδη ἕλκη, quod eſt, ſiquidem ſunt cruſtacea vlcera. Ego autem legendum puto pro εἴπερ, οἵπερ vt referatur ad ἄνθρακες.*

Depaſcaturque. *Sic expoſui, μετὰ νομῆς quod eſt cum depaſtione. Senſus eſt, ita carni ſubiectæ affixa eſt, vt eam quoque depaſcatur Volui itaque verſionis meæ rationem reddere, ne quis ſeuerior cenſor nos à verbis ipſis diſceſiſſe clamet.*

περιγράφεσθαι, Circumſcribuntur. *Ad verbum expoſui περιγράφονται. Signat autem hoc loco circumſcribi, tolli, aboleri. Nam qui carbunculi carnem obſident, facilè tolluntur. qui partes ſolidas, pertinacius hærẽt.*

Vel & ipſum ſimiliter dilutũ. *In Græco codice pro εἰ tu fac ἢ, quod et ſi exiguum, ſenſum tamen poterat confundere.*

CORNARII.

b *Cui panis clibanitæ neque valde puri, neque ſordidi micæ teneræ ſint adiectæ.*

c *Nucis regiæ veteris nucleus.*

De Cancro. CAP. XXVI.

CAncer in qualibet corporis parte oriri conſueuit, ſiquidem in oculis, & vulua, quemadmodùm in ipſorum capitibus expoſitum eſt, aliiſque pluribus particulis, ſed præcipuè in fœminarum mammis accidit, quoniam natura fūgoſæ & inanes. craſſiſſimã atræ bilis, vndè hoc vitium contrahitur, materiam promptè poſſunt excipere. ex eo enim humore cum referbuit, cancri proueniunt: atque ſi acrior illa fuerit, cum exulceratione. Quapropter colore magis quàm inflammationes nigricant, ſed ita vt tantam caliditatem nõ experiantur. Venæ autem quæ circa ſunt, intumeſcunt, intenduntúrque, cancri animantis pedum modo, vndè & appellationem hanc vitium eſt ſortitum. Nonnulli verò inde ſic nuncuparunt, quod difficillimè ab his partibus quas obſederit, euellatur, quemadmodũ cancer aquaticus animans. Hoc malum planèpropter ſucci craſſitiem non conſaneſcit, vt potè quod nec repelli, nec diſcuti queat, nec totius corporis purgationi cedat, vel quod etiam mitiora negligat remedia, vehementioribus autem irritetur, excandeſcatq;. Prima

ſanè

ſanè cancri initia prohibere, ne augeſcant, licet: ſi melancholicus humor priùs vacuetur, quàm in affecta particula radices ſubter egerit, impactúſque ſit. vacuatio quidem primùm tentanda eſt, ſanguinis dimiſſione, ſi nihil prohibet, mox purgatione: per initia quidem ex ſimplicioribus petita, quale eſt epithymon, quatuor drachmis & S, in ſero lactis, aut mulſa exhibitum: deinde ex hiera, quæ nigrum veratrum recipit. Loco autem dolenti inductũ ſubſequens remedium ſine dolore facit exulceratis, Solani ſuccus linteo molli duplici in eum tincto imponitur, extrinſecus autem lana molliuſcula, & ipſa ſucco imbuta circundatur, cura adhibita, ne hæc ſicceſcant ſucco continentius ſuperfuſo. Iam vti diutius poteris in cancris exulceratis medicamento quod pompholyge conſtat. Nec inepta ſunt, quæ tertio volumine de vuluæ cancris prodidimus.

Ad Carcinode, malignáque tum ad ſedis tuberoſa vlcera, item ad naturalium vel teſticulorum, vel mammarum inflammationes.

In plumbea pila piſtillo plumbeo lemniam ſphragidem ex poſca, & mulſa, vel lacte conterito, vt nigreſcat: vel roſaceo, vel immaturo oleo, ſuccóve ſemperuiui, vel cotyledonis, vel lactucæ, vel pſyllij, vel vuæ acerbæ tritam ſimiliter inungito. Crebrior victus ægro dabitur, ptiſanæ cremor, lactiſque ſerum: ex oleribus malua, atriplex, bletum, cucurbita: piſcium ſaxatiles: omnis generis aues præterquam paluſtres.

Archigenis ad Carcinode, & maligna vlcera.

CANCRORVM fluuiatilium crematorum & cadmiæ par modus in pollinem coactus inſpergitur, aut cancrorum cinis vnà cum cerato inducitur, item eryſimi ſemen detritum cum melle accommodatur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Cancer in qualibet. *Hoc caput quaſi ad verbum habet Aetius libro quartodecimo. Oribaſius ſeptimo. Galenus ſecundo ad Glauconem. Habet autem lectionem deprauatam in exemplari Græco,* οἷον ἐστὶ τὸ ἐπίθυμον πλῆθος, ,ιγο. *Α. S. quæ ſonat ad verbum, quale eſt epithymum pondere vnciarum quatuor. At nemo non medicinæ peritus intelligit nunquam epithymum dari tanto pondere. Legendum itaque venit in hunc modum,* οἷον ἐστὶ τὸ ἐπίθυμον πλῆθος. *Α. S. id eſt quale eſt epithymum pondere drachmarum quatuor & S. Nam Dioſcorides, aliique eiuſmodi ferè pondus admittunt.*

De

De molli & laxo tumore, qui œdema Græcis dicitur.

CAP. XXVII.

CVm de tumoribus qui ſuccis calidioribus contrahuntur, diſputatum ſit, iterum de contrariis agemus, ab eo quod Græcis œdema dicitur, exorſi. Quemadmodùm enim ex biliosa fluxione eryſipelas, ita ex pituitoſa, œdema laxus quidam atque indolens tumor excitatur. Equidem ſcimus aliter quoque œdemata prouenire: nempe in pedibus, in aquæ ſubter cutem affectibus, habitu corporis contabeſcente, qui Phthoë Græcè dicitur, & malo, qui Cachexia. Atq; in illis quidem tumor hîc affectus qui hominem premit accidens eſt: nullam ſeorſum curationem propriam poſtulans. Satis enim eſt, ſi quidem curatione egebit, ipſa tum crura perfricare[d] oleo cum ſale, aut etiam oxyrhodino ſal habente. At ſi ex pituitoſo humore in particulam influente œdema conſtitit, abundè quandoque eſt ſpongia poſca imbuta, cum ligamento leuiter ſtringente impoſita, quæ ab inferiori parte incipiens, ſuprà finiat. Eſto autem ſpongia, modò conductura ſit: recens, ſi huius copia non eſt, eam, cuius erit facultas, detergebis, expurgabiſque nitro, magiſque aphronitro, & lixiuio. Quòd ſi per hæc tumor non ſubſideat, paululum aluminis iniicies, cõmodùm autem eſt tenerrimum ellychnion, poſca madens impoſitum: bonum eſt & glaucium. Quòd ſi in vetuſtatem œdema inciderit, parti oleo priùs inunctæ ſpongia ex lixiuio imponitur, eiuſque violentiore conſtrictione curatur. diſcutit autem ac comprimit tumores laxos cedenteſque quælibet terra illita, magiſque Aegyptia, tum iſatis domeſtica.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Oedema laxus quidam. *Omnia ex Galeno ad Glauconem, ſeptimo Oribaſij, quartodecimo Aetij tranſcripta ſunt. dixi autem indolens tumor, hoc eſt doloris expers tumor. Vide etiam Galenum libro quartodecimo Methodi.*

Affectus qui hominem premit. *Lectio Galeni libro iam citato corrupta eſt: habet enim* τὸ κατέχοντος πλῆθος, *quod Linacer exponit multitudinis quæ hominem præmit, cùm legendum ſit* τὸ κατέχοντος πάθος. *hoc eſt affectus, qui hominem premit.*

Tenerrimum ellychnion. *Ellychnion eſt quod ex papyro, ſparto, canabe, aut ſtupa tortum in lucernis vritur. dixi tenerrimum, hoc eſt molliſsimum Græci* ἁπαλότατον.

Ellychniũ.

CORNARII.

d *aliquando cum aceto & roſaceo, aliquando etiam cum oleo & ſale, aut etiam ad ipſum acetum & roſaceum ſale iniecto. Græca ſic, emendato,* τρίβειν τὰ σκέλη ποτὲ μὲν δι' ὀξυροδίνου ποτὲ δὲ δι' ἐλαίου καὶ ἁλῶν. ἢ καὶ αὐτῷ τῷ ὀξυροδίνῳ τῶν ἁλῶν ἐπεμβαλλόντα. *Ex Gal. lib. 14. meth. & 2. ad Glauc.*

De inflatione. *Cap.* XXVIII.

INflatio ex flatuoſo ſpiritu nunc ſub cute, nunc ſub membranis, quæ oſſibus circundantur & muſculis, collecto, enaſcitur. Porrò is colligitur aliquando in ventre & inteſtinis: itémq; in medio horum ſpatio & membranæ quæ Peritonæos dicitur, vt in aquæ ſubter cutem genere, cui nomen eſt Tympanias. Differt quoque hęc ab œdemate, quòd preſſa digitis, foſſulam non repræſentet, & ſonitum tympani modo ædat. Membrorum autem denſitas, tum ſpiritus ſimul craſſities efficit, vt idem ſpiritus non diſſipetur. Vnde curandi ratio huc dirigenda eſt, vt membra rarefacias, craſſiorémq; ſpiritum extenues, quod medicamenta tenuiſſima & poteſtate calida præſtant: atque in ventre quidem & viſceribus oleum tenuius quod rutam habet incoctam, aut aliquod ex calidis ſeminibus, qualia ſunt, cumini, apij. Interim verò & cucurbita iuſtæ magnitudinis citra cutis inciſionem vmbilico bis, térue defixa, inflationem diſcuſſit. Muſculis autem ex contuſione, quemadmodum propulſu inflatis particulas calidis nimiùm, & acribus excandeſcere contingit. Quare per initia medicamenta quæ magis leniant adhibenda. Vbi facta eſt inclinatio, ea quæ diſcutiāt. e Vtendum igitur ſapa, cum olei momento, ac ex lanis ſuccidis calida excipiantur, vel etiam ceratum ex œſypo admiſcetur, cura adhibita vt caliditas permaneat, frigus enim non conducit. Vbi iam æger lenitus ſopitúſque eſt, acetum admiſcetur, & nitrum, aut aphronitrum, deinde & lixiuium. Poſtremò emplaſtris vtendum quæ diſcutiendi vim habent, quò inflatio ſubſidat, quale eſt quod ſequitur, Sordes balneorum ſubferuefactæ percolantur primùm, vt puræ euadant, & rurſus lebeti iniiciuntur, tritaque calx reſtincta farinæ modo etiam inſpergitur, dum luti fiat ſpiſſitudo, ac vtitor. Hoc efficacius eſt medicamentum ex ſycomoro compoſitum.

Inflationis cauſa.

Inflationis ab œdemate diſtinctio

ANNOTAT. CORNARII.

e *In Græcis impreſsis pro* ἀφεψήματι *lege* ἑψήματι. *pro* τὴν δι' ὑσώ-

που κηρω

του κηρωτὴν lege τὴν δὶ οἰσύπου ex Aetij lib. 15. cap. 2.

De intortis & contuſis. Cap. XXIX.

ARticulis intortis, contuſiſque benefaciunt lanæ ſuccidæ, aut ſpongia oxelæo imbuta impoſitaq;. item bulborum elixorum pars tenerior cum melle, viticiſque folia, ſal nitrum toſtum, læuigata cum cerato inducuntur. Iam ſuperfuſio aquæ dulcis, aut marinæ calentis vtiliter adhibetur. Vbi verò inflammatio, & dolores conquierint, intortæ partes etiam rectè perfricantur.

De carne contuſa, & ſanguinis ſubter cutem coitu, quod Græcè Ecchymoma dicitur. Cap. XXX.

CArne à graui quodam corpore, quod extrinſecus ſuperinciderit contuſa, veniſque exiguis indidem diuortium expertis, ſanguis profunditur [per ſubſultum] quod Græci *κατὰ διαπήδησιν* appellant, vnde ſub cute collectus Ecchymoma dictum efficit. Cute, inquam non diuiſa, tanquam tumor tactu mollis & cedens, comitatur liuidus, & magna ex parte indolens. Eò igitur animum tendimus vt ſanguinem qui continetur diſſipemus, ídque confeſtim priuſquam nigruerit. Per initia ſanè nonnihil ex aſtringentibus, iis quæ diſcutiunt, admiſcere oportet, eò quòd tunicæ venularum contuſæ denſationem requirant: inde etiam ſolis diſcutientibus ſine aſtrictione vtemur, ac ſcarificatis initio Ecchymomatis, ita ſubſequentem curationem accommodabimus. Ad inueterata autem Ecchymomata, raphanus applicatus prodeſt. [f] Quippe diſcutit ea vbi erodere inceperit, aut raphani ſuccus, cum micis panis inductus. Cæterùm Ecchymomatis ſpecies ſunt, [g] ſuggillata, & liuores ex ictu, Hypoſphagmata dicuntur. Item ſanguinis inter vngues concurſus ex percuſſu proueniens, de quibus priuatim tertio volumine dictum eſt. Verùm de vnguium vitiis, in parte chirurgica diſſeremus.

[trancaſol-tus.]

ANNOTAT. ANDERNACI.

διαπήδησις

Per ſubſultum. *Græcè ſubſultus dicitur, διαπήδησις. Galenus libro quinto Methodi quomodo fiat, exponit in hunc modum, Diapedeſis ex tunica quidem ipſa rarefacta, ſanguine verò tenuato: interim etiam ex gracilium vaſorum adapertum naſcitur, &c. quando autem hoc fit, ſanguis veluti ſubſiliendo ex vaſis prodit.*

CORNARII.

f *Tollere autem ipſum oportet, quum mordere incipit. Dictio vna vitiata*

vitiata ſententiam corrumpit. Eſt enim διαφορεῖ, pro ἀφαίρει, id eſt, diſcutit pro tolle. Lege igitur ἀφαίρει, δὲ αὐτὴν ὅταν ἄρξηται δάκνειν, id eſt, tolle ipſum cum mordere cœperit.

g *Suffuſiones effuſi ſanguinis, ſub oculis contingentes, hypopia ac hypoſphagmata appellata.*

De ruptis & auulſis. *Cap.* XXXI.

RVptio cum Ecchymomate prorſus accidit: curatur autem medicamentis mediocriter calefacientibus, quale eſt ex nigris populis acopon, aliáque huic conſimilia. At altioribus rupturis magis acria, magíſque incidentia accommodantur. Talibus ſanè & cucurbitulæ vſus proficit. Ergò ſi euocatum celeriter per halitum Ecchymoma totum eſt, facilè dehiſcens ipſa caro coaleſcet. Sin longiore ſpatio ſordes copioſa ſuccreuerit, ruptum deinceps coire non poteſt, ſed tantùm propè ipſius labra admouentur: quò fit, vt leui momento ea facilè ſeparentur, & medius inter ipſa locus ſuperuacuo humore repleatur, nihílque aliud, quàm aſſiduè nouum quodammodò Ecchymoma creetur, primo perſimile, niſi quòd citius quàm illud diſſipetur, vtpotè ex tenui magis ſanie nunc conſtans, cum per initia è ſanguine Ecchymoma eſſet. Conuulſum autem fibris quibuſdam laceſſitis distractíſque leniri tantùm deſiderat, quoad dolor ſopiatur: quippe conglutinari nequeunt. Itaque Ariſtolochia rotunda ruptis conuulsíſque, ſi quid aliud, idonea eſt. ſimiliter centaurei maioris radix eiúſque ſuccus, rheum, coſtus bdellium cum oxymelite pota.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Ruptio. *Vnitatis ſolutio pro particularum natura, nomenclaturam ſortitur. In oſſe Græcis κάταγμα quaſi fractura dicitur, in carnoſis muſculorum partibus ex diſtentione perueniens, ῥῆγμα hoc eſt ruptura, de qua hic fit mentio. Cum autem filamenta ſimiliter tenſa rumpuntur, vulſum. In carne vulnus.* ῥῆγμα.

De Scirrhis. *Cap.* XXXII.

EXactus quidem ſcirrhus, tumor eſt præter naturam, ſenſus expers, & durus: non exactus autem, vix ſenſilis eſt. Ac qui ſenſu vacat ſanari non poteſt: qui ægrè ſentitur, vix ſaneſcit, ſi quidem humor vndè huiuſmodi vitium contrahitur glutinoſus craſſúſq; eſt, qui particulis quæ ſcirrho obducuntur impactus ſolui contumaciter repugnat. Eſt cum *Exquiſitus ſchirrhus, & nõ exquiſitus.*

Medici ſcirrhos inducentes.

ſtatim ab initio conſtituitur, augetúrque, plerunque verò à medicis qui eryſipelata & inflammationes vehementer refrigerauerint aſtrinxeríntque, originem ſortitur. Quòd ſi quis ea quæ valenter diſcutiunt medicamenta, partibus ſcirrho obductis admoueat, huic paucis primis diebus, manifeſtò ſcirrhus decreuiſſe videbitur. Cæterùm quod de affectu reſtat, id reddit inſanabile: ſiquidem toto quod in eo ſubtiliſſimum erat diſſipato, quod reliquum eſt deſiccatum, ceu lapidoſa concretio relinquetur. Quapropter conuenit diſcuſſorium aliquod medicamentum, & emolliens habere, quod non validè calefaciat atque deſiccet. Huius autem generis ſunt medullæ omnes, magíſque ceruina, & vitulina. Ex adipibus commendatur, leonina, pardalis, vrſina, deinde taurina. Inter aues anſerina, & gallinacea & phaſianica, ſicciórque caprilla, & hircina. Ad hæc ammoniacũ ſuffimen, bdellium maximè ſcythicum, ſtyrax qui humentior eſt & pinguis: ac Aegyptiaca maſtiche. In aliis ſanè particulis ſcirrhum expertis his ſeorſum vtendum eſt, tum iis quæ inde componuntur: verùm in tendonibus & ligamentis, lapis igni candens, aceto ecerrimo extinguitur, & ſiquidem haberi poteſt, pyrites: ſin eius copia non eſt, molaris, in quo pars affecta commoueri debet, vt vaporem aſcendentem recipiat, atque inde rurſus medicamen quod emolliat imponitur, oleo tamen tenui non aqua quotidiè ab initio per totum morbi curriculum pars affecta perfunditur: interim oleo in quo althææ radix ac Syluestris cucumeris ſit incocta. A balneo autem in totum ægri abſtinebunt, vel certè frequenti, ſed poſteaquàm ſcirrhus emollitus fuerit, ammoniacum pinguiſſimum aceto quàm acerrimo maceratũ particulæ ſat multis diebus inungitur. Deinde rurſus emollienti medicamine vtendum, quod receperit galbanum, & opopanacem, eáque pinguiſſima. eiuſmodi verò ſunt potiſſimùm, ex petaſone confectum, & quod ad Amythaonem refertur, & ſtrumis dicata medicamenta.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Exactus quidem ſcirrhus. *Vide ſecundum ad Glauconem, & quartumdecimum Methodi, vnde hæc omnia ferè ſunt tranſlata, quanquàm Oribaſius anteà & Aetius ea quoque tranſcripſerint.*

A balneo autem in totum. *Videtur Paulus præcipere vt in totum à lauacris abſtineant ſcirrho laborantes, aut ſi id non fiat, ſaltem*

tem à frequentibus. alioqui dictio συχνῦ ex ſuperfluo fuiſſet adiecta. Ego itaque lego ἢ γῦν duabus dictionibus, non ἤγουν vt habetur in exemplaribus. Aetius abſtinendum præcipit à balneis medicamentoſis quæ atramentum ſutorium, alumen, aut ſulphur reſipiant.

De Strumis. Cap. XXXIII.

STrumæ glandulæ ſunt ſcirrho induratæ, qui in ceruice, alis & inguinibus maximè naſcuntur. Curatio earum, cum illa quam in ſcirrhis tradidimus communis eſt. Priuatim verò lupinorum amarorum farina ex oxymelite cocta applicatur, ea quoque phymatis proficit: vel bouillum ſtercus aceto incoctum inducito, id etiam tumores ſcirrhoſos omnes diſſipat. probè autem diſcutit ſtrumas, calx viua, melle vel gymnaſiorum ſordibus excepta, vel oleo vel adipe ſuillo: aut calcis nitríque par modus, naſturtij, & fœnugræci quadruplum cum melle, malagmatis modo impoſita[h] duritias diſſipant. in pus conuerſas rumpit loliacea farina cum fimo columbæ & ſemine lini vino incocta, groſſi ſylueſtres, & ſatiui, aut naſturtium album detritum cum pice liquida malagmatis forma applicatur, aut cucumeris ſylueſtris radicis ſiccæ, lauri foliorum ſiccorum concrematorum cinis cum terebinthina inducitur, aut pediculariæ herbæ, & nitri æquale pondus, erucæ duplum cum reſina iniicitur, aut ſtercus caprillum bouillúmve aceto incoctum, aut erui farina in vrina pueri venerem non experti macerata exceptáque pice, cera, & oleo liquefactis, aut anguem mortuum in ollam coniectum, gypsóque oblitam in fornacem mittito, concremati cinerem æquali fœnugræci pondere miſceto, melle, excepto vtitor. Item quod aſpidibus conſtat medicamentum, mirificæ virtutis eſt, tum quod ex ſtruthio conficitur, tum quod cucumeri ſylueſtri, tum quod cedrio liquore conſit. ſtrumas ad ſuppurationem perducit, aut diffundit hoc, myrrhæ drachmæ decem, ammoniaci thymiamatis drachmæ ſeptem, viſci quercini drachmæ octo, galbani drachmæ quatuor, propolis drachma, in pila contunduntur. Ad ſtrumas mammarum duritiáſq; proficit ſubſcriptum medicamentum, viſci elaborati, reſinæ ſiccæ, ceræ, ſingulorum pondo, galbani quadrans.

Ad ſtrumas exulceratas, & ſine vlcere.

CERAE, reſinæ pityinæ, adipis ſuilli inſulſi, marrubij, æruginis raſæ, ſingulorum ſelibra.

Medicamentum ad ſtrumas, quod dicitur Cheradicum.

OLEI veteris pōdo duo, ceræ pondo, colophoniæ triēs, nitri tantundem, [i] allia duodecim membranis detractis in oleo per triduum macerantur, deinde cocta cum fricta fuerint, proiiciuntur, eliquatis oleo poſtquàm ab igne amoueris, nitrum tenuiſſimum inſpergitur: rumpit etiam abſceſſus.

ALIVD. Cineris è ficu vnciæ duæ, aluminis ſciſſi vncia, aphronitri tantundem, picis liquidæ vnciæ ſeptem.

Exedens Cheradicum.

ALVMINIS ſciſſilis, ſandarachæ, ſingulorum drachmæ quatuor, ſquamæ æris drachma, auripigmenti tantundem, arido ſtrumas conſpergito, at ſi cancri naturam induerint, roſaceo maceratis bis die vtitor.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Naſturcij. *Malè in codice Græco καρδαμώμου pro καρδάμου habetur, item σηλήρας pro σηληρίας. In fine ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος* ∠.β. *Vbi Gemuſæus ex codice Ruellij* ∠.ζ. *legit, à quo hic non diſſentio.*

CORNARII.

h *Hoc duras diſcutit, in pus tranſmutatas rumpit. Item loliacea farina, &c.*

i *Allij capita* XII. *Allij nucleos decorticatos in oleo ad triduum macerato, &c. Allij nucleos dixi partes capitum allij, in quas pelliculis detractis diffringuntur. Paulus hîc σκιλλίδας vocat, Galen. ſæpe πυρῆνας. Dioſcor. ῥάγας, Aetius ὄνυχας, Hipp. ἄγλιθας & λαιτίδας. Vide Galen. in gloßis Hippocra. Latini quidam ſpicas vocant.*

De ſteatomate, atheromate, & melicerid. *Cap.* XXXIIII.

CVm hęc quoque inter abſceſſus, quemadmodùm in illis dicebamus, habeātur, ſingula propriam appellationem à ſimilitudine rerum quæ in tumoribus continentur, ſortita ſunt. Alij ſi quidem ipſorum veluti pingue quiddā ſeu adeps ſubeſt, alij melli ſimile quippiam, alij quaſi tenuis pulticula. Conſilium igitur curationis eſt commune, vt quod tunica illa contineat, diſcutiatur, aut medicamentis totum exedatur, aut ſectione auferatur. Quidam enim ex iis tumoribus triplici hac ratione curātur, ij nimirum qui liquidiorem humorem continent, qualis eſt Meliceris: aliqui duplici tantum vt Atheroma, quod & ſectione aufertur, & medicamentis exeditur: Steatoma verò nec diſcuti, nec exedi poteſt, ſed manu

Steatoma. Meliceris. Atheroma.

manu duntaxat curatur. Quomodò autem vnumquodque horum agnoſcas, in parte chirurgica edocebere. At medicaminum, quæ diſſipandi vim habent, materiam, vbi actum eſt de ſtrumis, reperies. Priuatim verò Meliceridas hoc diſſipat, vuæ paſſæ acinis exemptis octo, ſquamæ æris drachmæ tres, parte fomentis priùs lenita imponitur.

ALIVD. Ladani, bdellij, galbani, ammoniaci thymiamatis, propolis, terebinthinæ, ſingulorum æqualis portio in pila contunditur: facit etiam ſtrumis, parotidibus, furunculis, phymatis. At Archigenes contra Meliceridas commendat aphronitrum & veratri partem duplam, cum cerato duriore impoſitam. exedentibus autem in cute circundata, vti non licet. Hac igitur prius Meliceridas, Atheromata, vel etiam ſtrumas medicamentis adurentibus detegere oportet, ſimplicius illorum eſt quod recipit calcem viuam, ſaponem & lixiuium. Varium autem magis, quódq; reconditum ſeruari poteſt, capit calcis viuæ drachmas quatuor, fæculæ quæ eſt fex vini combuſta, [k] nitri liquidi toſti ſingulorum drachmas duas, minij drachma, lixiuio teruntur: vbi mellis liquidioris craſſitudo facta eſt, ter feruefacito. vt mediocrem ſpiſſitudinem habeat, pixide plumbea reponito, lixiuiam ſuper diſtillans ne ſubitò exareſcat. valet quoque ad verrucas, myrmecias, pterygia, clauos, callos, cicatrices ſupercreſcentes, fæcula [l] bimeſtri non vetuſtiore cutem delinito: vbi areſcere inceperit, ſpongia elotam rurſum perungito: vbi nigruerit denuò ablues medicamentis cruſtam inducentibus: poſtquàm autem cruſta deciderit, exedentia adhibentur. Medicamentum exedens validè citra roſionem, ſquamæ æris drachmæ quatuor, ſandarachæ drachmæ duæ, veratri nigri tantundem, cum roſaceo vtitor.

ALIVD. Squamæ, ſandarachæ, vrticæ ſeminis torrefacti pari menſura cum roſaceo vtitor.

ALIVD. Erinaceorum combuſtorum, ſepiæ teſtæ, auripigmenti æquale pondus ex roſaceo. quæ ambiunt, partes orbiculatim omnes prius, delinito ceruſa cum oleo. Item efficax eſt compoſitio ex calcis viuæ partibus duabus, chalcitidis parte vna, auripigmenti parte vna.

ANNOTAT. CORNARII.

k *Nitri rubri toſti, &c. Græca exemplaria habent, νίτρου ὑγροῦ ὀπτοῦ, id eſt nitri liquidi toſti. Sed ea differentia nitri, vt quoddam*

liquidum ſit, nuſquam, quod ſciam, legitur. Nitrum autem rubrum ſæpe Gal. Aetius, Paul. habent. Quare pro ὑγροῦ legendum eſſe puto ἐρυθροῦ. Nam & Dioſcorid. lib. 5. ῥοδωπὲν νίτρον præfert aliis, quod roſeum ac rubicundum colorem habet.

l Fæx autem vini non ſit duobus menſibus antiquior. Ex hoc cutem illinito, & vbi ſiccari incœperit, ſpongiis abluito, ac rurſus illinito, & vbi cutis nigrefacta fuerit rurſus abluito, ac cruſtam inducentibus illinito.

De Fauis. Cap. XXXV.

FAuus qui Græcis Cerion dicitur, tumor eſt qui in cutè foramina habet, per quæ humor craſſitudinem mellis referens excernitur: rectè igitur ipſi imponuntur vuæ paſſæ cum ruta, aut fici folia molliſſima cum melle, aut naſturtium cum lini ſemine ex melle, aut cucumis domeſtici radix cum melle, aut ſulfur viuum cum cerato, vel terebinthina. Cæterùm variam magis fauorum curationem moliere, ſi quæ tertio volumine de manantibus capitis vlceribus dicta ſunt, in hunc locum transferas.

De ſimplici vlcere. Cap. XXXVI.

QVoniam ſimplex vlcus continui ſolum eſt diuiſio, ſi quis partes diductas faſcia orbiculatim circundata committat, vtique citra aliquam aliam molitionem coaleſcent. Cùm verò alterum vlceris os in obliquum ſpectauerit, inde deligaturam tentare & in contrarium ducere oportet: cum vtraque illius labra eò vergant, à duobus principiis incipiendum eſt, & ora ſic adducenda. Nam cùm nihil intra oras inciderit, nempe pilus aut arena, aut oleum, aut ſordes, aut id genus aliud, omnino vlcus concreſcet. quod ſi magnum ſit, adeò vt diductæ partes in totum prædicta deligatura committi nequeant, ſuturis ipſæ priùs adducentur, deinde ſic deligatæ, glutinatoriis, vt vocant, præſidiis vtemur, quæ collectam humorum ſubluuiem deſiccare & conſumere queant: aliam, ne influat, prohibere.

Quæ vlcera glutinare poßint. Cap. XXXVII.

QVercus folia applicata vlceribus glutinandis ſunt. Item ſalicis, braſſicæ, oleaginis fruticis quæ chamælea dicitur & fructus & folia & cortex, ſuccúſque auſterioris plantaginis, papyrus poſca aut vino imbuta & in orbem circundata. Recentia vlcera glutinant pini & piceæ folia, cortexque recens ligamenti modo circundatus cum aqua aut poſca,

aut

aut vino. caſeus recens læuigatus extrinſecus imponuntur folia rumicis aut vitis, aut betæ, aut lactucæ. At ex acido lacte caſeus qui oxygalactinus dicitur, vulnera quoq; amplioura committit, pira Syluestria quæ achrades dicuntur, fluxionem reprimunt. equiſetum ſi applicetur, etiamſi nerui fuerint præciſi. Iſatis ſatiua in duris corporibus vlcera etiam ſi muſculorum capita affligant, idem præſtat. cupreſſi folia, germináque & nouelli galbuli molléſque etiam duris corporibus proficiunt, [m] ſed miſcendus eſt pollen farinæ, qui à pariete propinquo molæ aſſumitur. myrrha cum aqua illita, vel lacryma thuris, terræque lumbrici etiam neruorum præciſiones glutinant, pentaphylli folia cum melle, allia combuſta applicata. Inueteratis vlceribus anagallis prodeſt cum cerato. hordeum combuſtum, & ceruſa cum myrtei cerati triplicato pondere. Ad capitis vlcera valet, myrrham aridam inſpergere non madefactam, quippe celeriter contrahit, vel aloën aridam, vel ariſtolochiam tritam & melli ex vino incoctam dum mediocris fuerit ſpiſſitudo, in linteum illinens applicato. Compoſita autem ad glutinandum ſunt Barbara, Chryſe, Nicolai. item dia iteon quod ſalicibus, diadictamni quod dictamno conſtat, atque alia his conſimilia quæ magnis potiſſimùm vulneribus glutinandis ſunt.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Quercus folia applicata vlceribus. *Vide Oribaſij librum ſeptimum, ex quo Oroſcius Græcam lectionem caſtigandam putat, legendúmque ἄχνην ἀλεύρου pro ἀράχνην vt ſit pollen farinæ, non aranei telum, quanquàm hoc etiam recentibus vulneribus conglutinandis conducat. Sed malo cum Oribaſio legi ἄχνην.* ἄχνη.

Anagallis. *Rurſus ex Oribaſio ponendum anagallis, pro ἀνάπαλιν ποιεῖ. Expunge periodum. Exemplaria Ruellij, & Laſcaris veterem lectionem retinent.*

CORNARII.

m *Græca hîc corrupta ſunt. μιγνῦναι δὲ χρὴ λελειωμένην ἀράχνην ἀλεύρου λαμβάνοντα πλησιάζοντος μύλης. Nam etiam ſi ἄχνην pro ἀράχνην legas, & tenuiſſimum farinæ puluillum accipias, tamen vox πλησιάζοντος non habet quò referatur. Si itaque Oribaſium ſequamur lib. 7. cap. 1. ſic legendum erit, μιγνῦναι δὲ χρὴ λελειωμένην ἄχνην ἀλεύρου λαμβάνοντα ἀπὸ τοίχου πλησιάζοντος μύλης. Atque hanc ſententiam expreſſimus donec meliorem aſſecuti fueri-*

rimus: nam ſuſpicio nobis eſt araneæ telam accipiendam eſſe, quæ vicino molæ parieti adhærens, aliquid de puluillo illo farinæ molendini in ſe ſuſcepit, maximè cum de ea tela Dioſcor. prodat, quod ſanguinem ſiſtat, & vlcera in ſuperficie ab inflammatione tueatur, vt fortaßis legendum ſit, μιγνῦναι δὲ χρὴ λελειωμένην ἀράχνην ἀλεύρου τι λαμβάνουσαν ἀπὸ τοίχου πλησιάζοντος μύλῃ. *Hac enim lectione geminum auxilium, & ex araneæ tela, & ex molendini puluillo indicatur.*

Si dolor & inflammatio vlcera exerceat.

CAPVT XXXVIII.

SI dolor & inflammatio vulnera obſideat, vſus eſt medicamentorum quæ deſiccant, atque inflammationem arcent. Ex liquidis igitur laudatiſſimum eſt vinum, deinde poſca. Si verò etiam cum ſordibus inflammatio infeſtet, mulſa aquoſa conuenit. Ex iis autem medicamentis quæ ſiccandi poteſtate prædita ſunt, communiter quidem conferent, inflammationibus dicata, ſi oleoſa acriáque excipias: priuatim hoc proficit, malum punicum dulce vino incoctum tritúmque applicatur, mirabile nimirum & multiplici vſu commendatum eſt remedium, facit enim tum ad capitis, tum naturalium vlcera, tum ea quæ toto corpore excruciant, oculorúmque inflammationes. At ſi Eryſipelas, aut eiuſmodi quippiam vlceri acceſſerit, iis vtendum præſidiis, quæ aduerſus illa inſcripta ſunt.

Si maturari, & ad ſuppurationem perduci nequeant.

CAPVT XXXIX.

Simplicia ſuppurantia.

REcentia quidem vlcera, & quòd inflammatione adhuc occupentur, non ſuppurantia, concoquit maturátque ex ſimplicibus, aqua temperata ſuperfuſa, farina triticea, vel chondrus, vel panis, vel glutinum librarium, cum terebinthina obducta. item cera, crocus, lacryma thuris, pix, roſaceum, adeps ſuillus, vitulinúſq;. Inter compoſita verò tetrapharmacum quod linteolis illinitur, roſaceo ſubactum. Vetera autem & calloſa maturant, ſimplicia quidem vua paſſa domeſtica, ſtyrax, galbanum, myrrha, ladanum, pix, reſina, butyrum, maſtiche ægyptiaca, & œſypum. Compoſita verò ex ricinino dictum Aceron, id eſt, abſque cera, quod ad Galenum authorem refertur, ſi linteolis illinitur, oleo veteri aut ricinino ſolutum. item quod à duplici colore Dichromō dicitur, pari modo & baſilicum, ſimiliáque.

Compoſita.

De

De cauis vlceribus. *Cap.* XL.

CAuum vlcus carnem quæ periit reſtitui poſtulat: cuius generandæ materies ſanguis moderatus eſt, & probus. Huius igitur mediocritatem ex alimento ſufficienti [n] conciliabimus: temperiem verò probam ex bonis ciborum ſuccis, & proba particulæ in quo vlcus eſt temperatura. [o] At in recremento quod euacuatur, tenue quidem, humidum vlcus reddit: craſſum verò, ſordes circum ipſum coaleſcentes, eóque medicamentis eget quæ modicè ſiccant purgántque. Eiuſmodi ſunt lacryma thuris, hordeacea farina, eruorúmque, fabarum lomentum, iris, ariſtolochia, cadmia, panax, & pompholyx. Quòd ſi nihil medicamentum ad creādam carnem inductum proficit, ad aliud ſic digrediendum eſt. [p] At ſi pluſculum ſordis ſit, humidiúſque vlcus, ſciendum venit medicamentum intra modum deſiccaſſe, intendendúmque eſſe ipſum mellis mixtura: ſin purum & abſque humore cernitur, vltrà ac conuenit deſiccauit, ac oleo pleniore dilutum ceratum inducere oportet. Accidit nonnunquam carnem à medicamēto valentiore colliquari, vt ſordidum humidúmque vlcus appareat, quemadmodum ab iis quæ minus ac par eſt, deſiccant. Verùm hoc vlcus dum cōſumitur, cauum magis euadet, labris prætumidum, rubens præterea & inflammationis particeps. ſæpe verò æger manifeſtam eroſionem percipit. Alterum illud quod à parum ſiccantibus remediis humeſcit, nihil horum ſuccidaneum habet. Putrilago igitur lignorum, & potiſſimùm eorum quæ moderata aſtringendi abſtergendíque virtute donata ſunt, quemadmodum & vlmus, purgant vlcera, puraque iam facta, carne replent, vel anemonæ appoſitæ. item piceæ cortex deraſus, tritúſq; cum cerato & linteolis illitus cauis vlceribus auxiliatur, & præſertim recentibus, vt quæ carne deſtituta reficiat, repleátque. Compoſita verò, vbi pura quidem ſunt vlcera, accommodantur, quod oſtreis conſtat, quod Manathoni adſcribitur ex vini fęcula, & quod ex aloë conficitur, quod Melitera appellatur aridum, & quod amyli, mannæ, thuris, halicæ, erui, pares portiones recipit. ſimiliter quod è thure conſit, & aphroditarium. Sin autem ſordibus magis ſcateant, cephalica appellata arida conueniunt, & quæ linteis illinuntur, vt Trophos dictum, Iſis, Athene, ex attractylide præparatum, Italicúmque, & quæ experientia comprobauit.

Carnē quid generet.

Siccātibus & detergētibus vlcera curātur.

ANNOT. CORNARII.

n *Legito κλησόμεθα pro χρησόμεθα.*

o *Quandoquidem verò ſuperfluitas, &c. Lege ἐπεὶ δὲ τοῦ κινουμένου, &c. pro ἐπὶ.*

p *Si enim copioſior ſordes, &c. Lege πλείων pro πλεῖον.*

Quæ ſordida vlcera purgent. Cap. XLI.

SOrdida vlcera ſiue caua, ſiue plana fuerint, probè purgat ariſtolochia cum melle, terebinthina cum pari roſaceo, & melle, vel loco roſacei butyro, iris illyrica ex melle, oliuæ colymbades applicatæ. Ad ea verò quæ neruoſis obueniunt, terebinthina cum butyro liquefacta: ſordidis nimium & depaſcentibus benefacit marrubium cum melle. hoc etiam cruſtas deiicit. Compoſita autem remedia hæc ſunt, amurcæ coctę, mellis deſpumati, aluminis phorimi, hoc eſt liquidi, paria pondera.

ALIVD. Serapiadis herbæ, quæ & triorchis dicitur, ſiccæ, iridis illyricæ, marrubij ſicci, ariſtolochiæ, ſingulorum drachmæ octo, erui farinæ drachmæ decem, arido vtitor & cum melle. Inſuper ad ſordida vlcera facit tum Aegyptia, tum ex ſale cerata liquefacta, tum Indice, tum Athene, tum viridia diluta. Ad hæc, quod pumice conſtat, & ex eruo, ſicca, paſtillúſque Melanchlorus, hoc eſt, nigro viridis, ſimiliter etiam Criogenes appellatus.

Ad vlcerum vermes. Cap. XLII.

AD vermes qui in vlceribus procreantur arcendos, primùm quidem eſt, vt humiditatem putredinémque eorum opificem tollas. Cæterùm necant vermes communiter quidem omnia quæ ad auriũ vermes inſcripta ſunt. Ad eos autem qui vlcera infeſtant, Archigenes commendat ceruſſam, poliúmque, pari modo cum pice liquida illitum.

Quomodo caro vlceribus ſupercreſcens excedatur.
Cap. XLIII.

SVpercreſcens vlceribus caro medicamentis quæ valenter exiccant tollitur, cuiuſmodi eſt diphryges inſperſum ſquama æris omniaque teſtacea combuſta, & erinacei concremati vtrique cum toto corpore. Verùm hęc modicè purgant, & ſupercreſcentia continent. Aſiæ verò petræ flos validior eſt, hoc magis ſori, chryſocolla, chalcitis, miſy: combuſta minus rodunt. item æris flos. ſimiliter ærugo omnibus eſt valentior. ſales autem concremati humentes & flaccidas

carnes

carnes conſumunt. ſic etiam linamenta carpta è panniculo, muria acriori imbuta & reſiccata, quæ ſi imponantur, mediocres carnium ſupercreſcentias exedunt. Aerugo cum æris ſquama inter ea refertur, quæ validè excreſcentia ſupprimunt. Compoſita Rhodia (vt dicitur) arida, pſaron, adhæc xanthon, ſine morſu retinent. At maximas carnium excreſcentias aduſque penitiora cruſtis obducunt, paſtilli Fauſtiani, triti inſperſique, & medicamentum quod à ſolis æſtu Heliocaes dicitur, aridū. Adde his quod recipit calcis viuæ, ſquamæ æris, & mannæ thuris, pares modos. Idem ea quæ nimium excreuerunt, fungiſque reſpondent, cum melle purgat, cum cerato, carne replet.

Arida compoſitio ad carnem compeſcendam.

ARGENTI ſpumæ, chalcitidis, æruginis, plumbaginis, ſingulorum æqualis portio.

ALIVD vehementer reprimens citra roſionem, valet quoque ad paſcentia vlcera, & præſertim gingiuarum vitia, quas Epulidas vocant, necnon ad dentium candorem. Calcis viuæ pondo, auripigmenti ſelibra, hoc auripigmentum ſiccum, inquam, ex aqua detritum calci viuæ, cadmiæ modo lotæ adiicitur: in puluerem redactis ſiccis vtitor. Ex paſtillis autem, tum qui Pantolmius dicitur, tum qui ad polypum inſcripti ſunt, pulchrè coercent. ſic emplaſtra viridia, & præcipuè id quod ex ſale Cappadocico pręparatur, ſimiliter & iſis ſummè carnem supercreſcentem in vlceribus continet.

De vlceribus ſerpentibus, & putridis, & phagedæna.
Cap. XLIIII.

SVperfuſiones vtiles ſunt vlceribus depaſtis, putridíſque ex aceto, poſca aut vino aſtringente, aut aqua frigida, aut marina, aut decocto lenticulæ, malicorij, balauſtij, lentiſci, myrti, ſpinæ ægyptiæ, aut aliquo ex iis quæ aſtringunt & ſiccant. Cataplaſma his ipſis exhibetur ex farina erui, alumine liquido, panis ſiliginei mica, gobio veteri, aut alio ſalſamento veteri carnis illotæ, terebinthina liquida pari pondere detritum, vel ariſtolochia, vel ricininorum foliorum ſuccus æqualis, æruginis pars dimidia, ex aqua vt mellis ſit ſpiſſitudo illinitur: ſi cruſta non deciderit, elaterij parem modum ærugini admiſceto. putridis efficax eſt ſori ſi tritum inſpergatur, & ſuper linamenta carpta arida, vel ariſtolochia

rotunda

rotunda, vel gallæ, æquo pondere cum oleo illinuntur, vel cucumis ſyluestris radix, vel braſſicæ, vel betæ, vel cucumeris folia illigata calidis cineribus reconduntur. Vbi verò emollita fuerint, cum ſale trita imponuntur, valentérque repurgant: vel oleæ ſummitates in vino decoctæ cum melle inducuntur: vel chalcitis applicatur, vel apij ſemen contritum, vel lini ſemen læuigatum, cum atramento ſutorio inducitur, vel thymum, vua paſſa, & ficus incoctæ applicantur, aut fici folia in læuorem trita cum melle, ꝗ aut nitrum, cuminum & farina ex melle, aut cucumeris ſyluestris radix, aut ſcilla cocta ex melle, aut ſoreos drachmæ duodecim, chalcitidis drachmæ decem, miſyos drachmæ quatuor, cum dimidia aceti acerrimi hemina, læuigantur donec areſcant: exceptis vteris, ſpecillum intingens, ac vlceri circumadigens, ſupérque duplex linteolum ex œnelæo imponis: ſin inflammatione ſint occupata, altercum cum polenta, aut braſſicam cum melle obducito.

Ad putredines quamlibet partem occupantes, & vlcera quæ depaſcunt.

Calcis viuæ, chalcitidis, ſingulorum drachmæ duæ, auripigmenti drachma: hoc quoque ad digitorum Pterygia & Phagedęnas efficax eſt. Item naturalium carbunculis cum melle vtiliter adhibetur. In reliquis vitiis arido vtitor, ſuper ſplenium ex reſina inducito.

Ad omnia quæ depaſcunt vlcera, quæq; os infeſtant: item ad ſanguinis profluuium, & carnem excreſcentem, aridum, compeſcens, longè vtiliſſimum.

Chalcitidis, miſyos, vtriuſque crudi drachmæ viginti, ſquamæ ferri drachmæ ſex, gallæ omphacitidis drachmæ octo.

Ad ſerpentia vlcera & putredines.

Salis drachmæ duodecim, aluminis qualiſcunq; combuſti drachma, ſquamæ æris, pumicis combuſti, ſingulorum par modus: valet & ærugo raſa cum miſy combuſto, pice liquida excepta, ſquamaque ferri cum oleo.

Ad vlcera pudendorum depaſcentia.

Haec, & meleterion dictum Nomis proficient. Item dia oxymyrſines, hoc eſt ex acuta myrto, item ex charta medicamen aridum omnibus Nomis efficax eſt. Accedit huc coracion ex oxymelite, paſtillus Andronis, & qui huic reſpondent.

dent. Eadem verò hæc medicamenta Phagedænis quoque congruũt, nam & ipſa vlcera ſunt quæ depaſcunt, exeduntq́;.

Ad flaccida humiditate vlcera fœtidáque.

LEMNIA ſphragis ex aceto, vel oxymelite, vel poſca, vel vino ſubacta, ad luti ſpiſſitudinem illita benefacit, aut cupreſſi folia, germina & galbuli teneri, aut cucurbitæ aridæ concrematæ cinis, aut platani corticis combuſti, aut anethi cremati ſimiliter, aut lanarum ſordidarum vſtarum, aut plantago, aut iſatis per ſe, vel cum polenta, vel peucedani radix arida.

ANNOTAT. CORNARII.

q *Græcè ſic:* ἢ νίτρον καὶ κύμινον καὶ ἄλευρον μετὰ μέλιτος. *Nolo nunc improbare hanc lectionem, ſed vehementer ſuſpicor pro* καὶ κύμινον καὶ ἄλευρον *legendum eſſe,* καὶ κυάμινον ἄλευρον. *Sic in lib. Gal. de Hirudinib. & reuulſ.* κύμινον ἢ ἄλευρον προσπαστέον *legitur, pro* κυάμινον ἄλευρον.

Quomodo cicatrix vlceri inducenda ſit. Cap. XLV.

SI carnem vlcerum quæ cicatrice indigent, ſiccemus, aſtringamúſque adeò, vt non modò id quod præter naturæ modum ſuperfluum eſt, diſcutiamus, ſed etiam illud quod naturale eſt, attingamus, ſuperficiem vlceris cuti ſimilem reddemus. Ad hoc autem ſunt idonea, galla acerba, & mali punici cortices modicè ſiccantes. Quæ verò præter aſtrictionem ſine morſu exiccant, ea quoque cicatricem inducunt, veluti myrrha, argenti ſpuma, oſtreaque concremata. Nam hæc quoque ſi inſpergantur arida, ſæpe cicatricem inducunt: pini cortex cum cerato myrteo, hederæ flos cum cerato, lilij radix cum roſaceo, reſina ex pinu arida, pumex toſtus, ſquama æris pari portione, ſiccis vtitor. idem etiam reprimit. vel pumici trito, mannæ thuris & diphrygis, ſingulorum miſcens paululum, vtitor. vel argenti ſpumæ partem vnam, diphrygis dimidiam cum cerato inſtar ſplenij impones. Vetera autem ad cicatricem ducit viſcus cum lacryma thuris, ærugo cum diphryge æquali, ceratoque myrteo: vel centaureum minus recens applicatum. At humidiora cyperi radice obducito: ſedis autem naturaliúmque vlcera, præſertim ſi inflammationem experiantur, aloë perſanat læuigata, arida, vel ex aqua, aut ſquama æris, aut chryſocolla in ſole cum cera emollita inducitur.

Cicatricem inducere quid ſit.

Aridum

Aridum ad cicatricem inducendam.

OSTREORVM drachmæ duodecim, pollinis thuris drachmæ ſex, cadmiæ drachmæ quatuor: facit & nomis.

ALIVD. Ariſtolochiæ drachmæ ſex, pini corticis drachmæ ſex, pollinis thuris tantundem, pumicis, colophoniæ, iridis, ſingulorum drachmæ quatuor.

ALIVD. [r] Cornu ceruini combuſti drachmæ quatuor, pini corticis vnciæ ſex, ceruſæ vnciæ quatuor, æruginis raſæ vnciæ nouem, cadmiæ drachmæ octodecim.

ALIVD. Cytinorum, atramenti ſutorij, ſingulorũ drachmæ ſedecim, ſquamæ æris, aluminis ſciſſi, ſingulorum drachmæ octo, gallæ drachma.

ALIVD. Ceruſæ, argenti ſpumæ, ſingulorum drachmæ octo, recrementi plumbi, gallæ, [s] myrrhæ aridæ, ſingulorum drachmæ quatuor.

Ad cicatricem inducendam.

ALVMINIS ſciſſilis vncia, trita in aquæ ſextario maceratur: vbi ſolueris, aqua linamenta imbuis, & ſiccatis vteris.

Emplaſtrum ad cicatricem inducendam ex ſimplicioribus.

CERAE drachmæ quadraginta, argenti ſpumæ drachmæ trigintaquinque, diphrygis drach. octo, myrtei heminæ dimidium: efficax eſt his quoque Palmulatu, quod phœnicine dicitur: item ex cadmia, tum myrſinatum, & conſimilia. Ad ea verò quæ cicatricem vix recipiunt, ceræ, myrtei, ſingulorum drachmæ ſex, cadmiæ drachmæ ſex, plumbi, thuris, ſingulorum drachmæ duę, aluminis ſciſſilis, æris combuſti, ſingulorum drachma, æruginis raſæ drachmæ duæ: die interpoſito ſoluitur.

Diu inueteratis & ægrè ad cicatricem venientibus.

CADMIAE, chryſocollæ, aluminis ſciſſilis, ſingulorum drachmæ octo, æruginis, ſquamæ æris, ſingulorum drachma, reſinæ pityinæ drachmæ quadraginta, ceræ drachmæ centum, myrtei quod ſatis eſt.

ALIVD. Ceræ, reſinæ pityinæ, ſingulorum vnciæ ſex, cadmiæ tantundem, chalcitidis crudæ vnciæ tres, myrtei quantum ſatis eſt: vino læuigatur cadmia cum chalcitide, quando caniculæ ſidus oritur: latiore vtere ſplenio, quod Platyſma dicitur: ſuper id linamentum carptum, & ſpongiam ex vino inducito.

ALIVD. Aeris combuſti, aluminis ſciſſilis, ſingulorum vnciæ

vnciæ duæ, ſalis ammoniaci drachmæ duæ, ceræ vnciæ ſex, colophoniæ tantundem, myrtei vnciæ duæ, arida in ſole diebus viginti ex aceto læuigantur, vbi mellis facta fuerit ſpiſſitudo, cera eliquata refrigerataque emolliendo miſcetur. Valet etiam ad hæc medicamentum ex pumice: item iſis, & id genus alia.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Myrrha. *Galenus tertio methodi fuſius hæc exponit. Aetius pro myrrha videtur legere, myrtus, non omnino malè. nam vlceribus conglutinandis, ſi Dioſcoridi credimus, efficax eſt. præterea aſtringit, & ſiccat citra roſionem: quod propoſito conducit. facilis erat lapſus σμύρνα ex σμυῤῥίνη, aut μυρτα.*

Oſtreorum. *Aetius habet, oſtreorum crematorum: item in fine habetur ſingulorum vnciæ octo, nimirum pro drachmæ octo. Nam antiquum laſcari exemplar non* ℥o. *quod eſt vncia. ſed* ∠. *habet. Rurſus in ſequenti emplaſtro, cadmiæ drachmæ ſex. In Græco malè habetur* ℥o. *pro* ∠. *mox ſequitur, æris combuſti, ſingulorum drachma, vbi codex Græcus* ℥o. *hoc eſt vnciam habet.*

CORNARII.

r *Cornu ceruini vſti drach.* VIII. *corticis pinus drach.* VI. *ceruſæ drach.* IIII. *æruginis raſæ drach.* II. *cadmiæ drach.* VIII. *Hîc Græca exemplaria falſa habent pondera, ſic vt conuertimus reſtituenda, ex Aetij lib.* 14. *cap.* 38.

s *myrti ſiccæ. Ex eodem Aetio lege, μυρσίνης ξηρᾶς, & non σμύρνης ξηρᾶς.*

De maleficis vlceribus doloſisq́; Cacoëthe Græci vocant, aliâs Chironia & Telephia. *Cap.* XLVI.

INueterata & quæ vix cicatricem recipiunt vlcera, alij Chironia appellarunt, ceu Chirone medicinæ peritiſſimo indigentia: alij Telephia, quòd in tali vlcere Telephus conſenuerit. Inſpiciendum igitur venit, num & totum corpus vitioſo redundans ſucco huiuſmodi fluorem vlceri tranſmittat, ac qui ſuperat humor, conuenientibus vacuari debet remediis. Si verò varix cruribus vlcere infeſtatis illum impertiat, etiam hic auferri debet, ſicut in parte chirurgica explicabitur: aut venæ ſectione ipſos vacuabimus, abundè ſanguinis detrahentes. deinde loco inducemus auxilia, [t] quæ ſine morſu [reficiendi] vim habent. ſimplicia igitur ex pumice, diphryge, ſquama æris, ærugine, calce mediocriter lota: alumen ſciſſile tritum inſpergitur, [u] hyſſopi drachmæ quatuor, [reſiccãdi.]

quatuor, vuæ paſſæ tantundem, nitri drachmæ duæ, loco priùs melle illito applicantur: ſquamæ æris drachmæ decem, aluminis drachmæ duæ, cum ceræ drachmis decem emollitis in ſole, imponuntur.

Compoſita hæc ſunt, emplaſtrum ad chironia.

CERVSAE vnciæ octo, aluminis ſciſſilis vnciæ duæ, ſquamæ æris drachmæ duæ, ſalis ammoniaci, thuris, æruginis raſæ, malicorij, ſingulorum vnciæ duæ, calcis viuæ vncia, ceræ libra, myrtei libra vna & ſemis, arida vino teruntur. hoc medicamenti protinus ab initio callum excindit, & reconditum ſeruatur: poſtremò autem in vſu emollitum myrteo, cicatricem inducit.

ALIVD. Argenti ſpumæ libra, olei libræ duæ, chamæleontis nigri radicis, ariſtolochiæ, gallæ omphacitidis, ſingulorum vncia, galbani, guttæ ammoniaci, lacrymæ thuris, ſingulorum vnciæ duæ, pręparato radicibus viridium arundinum agitans. Archigenis ad chironia, tum malefica vlcera quæ tibias mammáſque obſident, item ſtrumas & parotidas. Adipis bouilli libræ tres, terebinthinæ quincunx, pollinis thuris ſeptunx, terræ ſardæ dictæ, qua ſcriptores vtuntur quincunx, his quæ liquari poſſunt in arida coniectis vnitíſque vtitor.

ALIVD. Archigenis, ceræ triens, ᵡolei omphacini, pollinis thuris, vel eius lacrymæ, diphrygis, ſquamæ ſingulorum drachmæ quatuor, arida cum aceto lęuigas, vbi mellis ſpiſſitudo facta, cerato miſces, & vteris diluto quod linteolis poſſit illini.

ALIVD ad mulierum doloſa vlcera, & aliorum qui tenera carne præditi ſunt, Ceræ tyrrhenicæ drachmæ octo, adipis taurini, terebinthinæ, plumbi combuſti, lotíque, ſingulorum drachma: vtitor per linamenta ex roſaceo vel myrteo diluens.

ANNOTAT. CORNARII.

ϑ *quæ citra mordacitatem extirpandi mali vim habent.*

ν *Aut æſypi drach. IIII. &c.*

ϰ *olei omphacini ſexcunx.*

Ad cicatrices nigricantes. Cap. XLVII.

CIcatrices nigras tollit oleum in quo bryoniæ radix candidæ & nigræ incocta ſit, dum ſuccum reddat, impoſitum: calamintha ex vino cocta, argenti ſpuma cum roſaceo albo

albo lota: ex impetiginibus cicatrices, tum alias, & concolores efficit aſini adeps illitus: ærucæ ſemen ex felle caprillo, bubulo, & ouillo perunctum cum argenti ſpuma, ouillus talus combuſtus, ex vino auſtero tritus, gutta ammoniaci cum ſuillo felle illita. Compoſita verò, argenti ſpumæ, mentæ, lacrymæ thuris, pares portiones cum melle.

ALIVD. Nitri, ſuffiminis ammoniaci, ſulfuris viui, myrrhæ, paria pondera, ex aceto albo, aut vino, aut aqua, minutim detrita modicè illinuntur, ne exulcerationem excitent.

ALIVD. Cimoliæ cretæ columbarum fimi, ſaponis, thuris, æquales modi ex aceto.

SMEGMA ad cicatrices nigras. Cimoliæ cretæ drachmæ octo, aphronitri drachmæ quinque, veratri albi drachmæ quinque, glandis vnguentariæ expreſſi drachmæ quatuor: in balneo cicatrices abſtergito.

De Sinibus. *Cap.* XLVIII.

CVm adiacens vlceribus cutis, diutius ſubiectis corporibus non coaleſcit glutinatúrque, noſtri Sinum, Græci Colpon nominãt. Si igitur ad ſuperiorem partem porrectus ſit, facilè ſanies per os emanat, atque ideò promptè conglutinatur.[u] Si inferius ipſe ſpectet, ſanies vicinam aliquam partem intus erodit, ac niſi emiſſarium quoddam collectionis ſcalpello priùs feceris, nihil promouebis, neque carne ipſum replendo, neq; conglutinando. Quòd ſi artus aliquos nempe cubitum, aut femur ſinus occupet, poterit vtique decliuis figuratus citra diuiſionem ex aduerſo factam coaleſcere. Etenim in cubito cum oræ flexuræ ipſius vicinæ ſunt, ſummam manum elatius protendens, ſinum ad effluxum conuertis. At in femore ſi propter genu ſinus deſinat, decliui figura poſito, iuxta poplitem mollem puluinum ſubiicis, quò inguina genu humiliora ſint. Si igitur ſinus carne impleri non deſideret, ſtatim fiſtula quadam recto peruia foramine cui veſica illigata ſit, ad ſaniem quidem quæ ſinui inhæret abſtergendam aquoſa mulſa potabili, elui debet: verùm vt coaleſcat, vino aut mulſo: deinde ad glutinans medicamentum tranſeundum. Sin cauus ſinus carnem requirat, primùm medicamenti, quod charta conſtat aridi paululum cum multo roſaceo inſeri conuenit: deinde carpto linamento os obturari. Inde emplaſtrum Iſis aut Machærionis, aut ſimile quoddam vnà cum roſaceo cerato liquidiore ſo-

Sinus quomodo abſtergendus, & carne replendus.

lutũ iniicitur. Vbi verò carne mediocriter ſinus fuerit repletus, cõglutinans quoddam medicamentũ impones, quemadmodùm & recens cruentum vulnus curabis. Huius autem generis ſunt, Barbara, Dichroma, & ſcirrha, id eſt, fulua appellata. Maximè verò omnium quod ex ricinino, & metallicis ſine cera præparatur fuluum Galeni emplaſtrum conueniet. Poſt medicamentum, ſpongia recens ex mulſo, aut vino circumponitur, & quàm fieri poteſt molliſſimè, deligatura à ſinus fundo incipiẽs in ipſius os deſinet, linteorum verò circumductus fundum ſinus ſine dolore conſtringat, paulatim verò ſoluatur vſque ad ſinus oras, emplaſtro extrinſecus ſinui circundato, ſed ita iuxta oras deſciſſo, vt ſanies queat excerni: quod fiet paruo quodam alio emplaſtro ſuperimpoſito ex eodem medicamento ob effluxum laxo: ſines id aduſque ſolutionem, qua tertio quoq; die facta idipſum auferes mutabíſque: quod toti ſinui circundatum eſt relinquens. Nota verò erit an ſinus ima coaluerint, ſi ſanies probè emanet pauca, & concocta, aut ſi nequaquàm effluat: inſuper eodem in ſinu ſi neque dolor aliquis ſenſibilis, neque tumor, ſed tota regio contracta, ſicca, & doloris expers appareat. At ſi pus etiam maturum in ore modicum conſpicias, multò magis de ſinu conglutinando ſperandum eſt. At ſi primo alteróve die ſanies quædam tenuis è ſinu excernatur, nihil adeò de glutinatione deſpera, quippè medicamenti virtus humorem tenuem † ex ſubiectis partibus frequenter extundit, vndè partes ſiccæ mediocriter factæ coëunt, & glutinantur. Tertio verò die aut quarto ab initio ſi cruda per os ſanies euaſerit, ſcito ſinum non coiiſſe, eodémque medicamento non inſiſte, nam cùm propter humiditatem quampiam, vt veriſimile eſt, à parte decidat, non alienum fuerit etiam mutare.

† Superpoſitis. ἐκ τῶν ὑπερκειμένων habet antiquus codex. Goup.

De ſinibus laceris detritisq;.

VBI abſceſſus tardè ſectus fuerit, vel medici imperitia, vel eius qui curatur timore, & cutis ſinui obducta tenuis, diruptáque, quod Græci ab attritis veſtium laciniis, Rhacodes dicunt: ᶻnec fieri poteſt, vt prædictis collutionibus adidatur, glutinante vtendum medicamine, temperatura liquido, viribus autem ſicco. tale eſt palmulatum dictum ex chalcitide, veteri dilutum oleo, vt neque admodùm ſit durum, neq; manus intinctas inquinare deſierit, deinde vno medio-

criter

criter vetuſto maceratum, poſteà orbiculatim cum decenti deligatura impoſitum. Conuenit autem laceræ vt comprehenſum eſt, cuti, potiſſimùm mel, quoad emplaſtri ſpiſſitudinem habet coctum impoſitúmque. Præſtiterit autem poſt illitionem lacero [a] in ſinu factam, myrrham in pollinem coactam, cribro ſuſpenſo ei inſpergere, vel aloën, vel thus, vel ſimul omnia. Expertus autem ſum, tenue centaureum in hunc vſum mirabile eſſe medicamentum. ſuccedit huic ſymphytum, deinde iridis illyricæ radix, poſtremò erui farina. Nonnunquàm verò inter coquendum ea melli inſperguntur, cum cacabus ab igne tolletur. Melius autem fuerit, ſi lebete iam à flamma amoto hæc fiant, deinde diligenter agitemus: vbi medicamentum tepidum euaſerit, ſinui imponatur, illigetúrque ſicut expoſitum eſt.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Si inferius ſpectet. *Galenus ſecundo ad Glauconem hæc ferè ad verbum habet. vndè etiam textus codicis Pauli impreſſi corrigendus eſt, legendúmque,* καταῤῥόπου δὲ ὄντος αὐτοῦ, *vbi habet* ἀναῤῥόπου δὲ ὄντος αὐτοῦ, *contrario nimirum ſenſu. Galenus autem dicit* κατάντους δ᾽ ὄντος αὐτοῦ. *Idem nanque eſt* κατάῤῥοπον, *&* κάταντες.

Etenim in cubito. *Sic interpretatus ſum* ἐν πήχει, *quæ vox Græcis ſignificat eam brachij partem, quæ ad manum tendit interius, vlnam quidam recentiores nominant.* ἀγκὼν *flexura ipſa rectè dicitur. Veteres ſanguinem ex cubito detrahi præcipientes, hanc intellexerunt.* πῆχυς. ἀγκών.

De finibus diruptus. *In Græco codice eſt* περὶ ῥακωδῶν κόλπων. *Signat autem* ῥακώδης *idem quod* ῥωγαλέος, καὶ διεῤῥωγώς, *hoc eſt, fractus & ruptus. Venit autem à* ῥάκος, *quæ vox ſignificat pannum & veſtem laceratam. Sicut* ῥακῶν *apud Ariſtophanem veſtem vilem, detritam, & pertuſam. Hic itaque* ῥακώδης *abſciſſui accommodatur. in quo cutis pus congeſtum integens, eroſa extenuari deteríque inſtar pellium detritarum contingit.* ῥακώδης. ῥάκος.

CORNARII.

y *Si verò ex inferna (ſubaudi regione) ſurſum ſpectarit,* ἀναῤῥόπου δὲ ὄντος αὐτοῦ, *id eſt ſurſum tendente ipſo ſinu. Quia ante dixit de eo qui ad ſupernam regionem extentus eſt, hîc de eo loquitur qui deorſum tendit. Quare* καταῤῥόπου *quidam legunt, vel* κατάντους *ex Galen. lib. 2. ad Glauc. Verùm ſi* ἀναῤῥόπου *vocem accipias, & de oſculo ſinus dicat quod ſurſum tendit, etiam ſi ipſe ſinus deor-*

ſum vergat, nihil opus eſt mutare exemplarium lectionem.

z *Et fieri non poteſt, vt ipſa adimatur, poſt relatas infuſas elotiones, glutinatorio, &c.*

a *Melius autem eſt poſt impoſitionem ipſius linteo excepti, inſpargere, &c.*

De Fiſtula. *Cap.* XLIX.

FIſtula ſinus eſt calloſus, qui magna parte ex abſceſſibus naſcens, ab arundinearum fiſtularum tralatione appellatur. Si itaque in os deſinat, curari ſine manu haud poteſt, niſi temporis ſpatio ſquama vltrò vel os deciderit. Si verò in os non finiat, medicamentis quæ callos elidunt & conglutinant perſanabitur. Itaque callos excindunt hæc quæ ſubiungam. Spondylij radix circumraſa impoſitáque fiſtularum callos eximit, item veratrum nigrum duobus tribúſve diebus inſertum idem præſtat. Ad hæc amurca cocta & in collutionem adhibita. Iam ſori crudum vel concrematum cum vini diluti momento ad collutionem iniectum: item ſori & crocomagma cum hydromelite, vel elaterium terebinthina exceptum in penicilla cogito, imponitóque, vel laſerpitij radicis ſuccum inſundito. Id quod ſequitur callos conſumit. æruginis drachmæ duodecim, ammoniaci drach. duæ, excepta aceto in longum inducuntur.

Collyrium quo fiſtulis exterendis vtor.

GVTTAE ammoniaci, attramenti ſutorij, æruginis, miſyos, chalcitidis, gummi pari modo. excipiuntur aceto.

ALIVD ex his quę Heliodori chirurgica ſcribuntur. Cadmiæ, miſyos, atramenti ſutorij, æris combuſti, gummi, ſingulorum drach. quatuor, chalcitidis crudæ drachmæ tres, excipiuntur pueri veneris non experti vrina, & finguntur collyria, ex quibus vno fiſtulæ impoſito, panis mica aqua madens extrinſecus ſuperaccommodatur, mutatúrque ſæpius donec inflammatio conquierit & cruſta exciderit.

ALIVD quod in Alexandria accepi. Anchuſæ radicum, miſyos toſti, chalcitidis, æruginis, aluminis ſciſſi, atramenti ſutorij, aloës, ſingulæ vnciæ, cantharides quinque, aceto trita in collyria coguntur.

ALIVD. Atramenti ſutorij drachmæ duæ, chalcitidis, æruginis, ſingulæ drachmæ,[b] excipito ammoniaco & vtitor. Cùm autem callus fuerit extricatus, ęrugine cocta cum mulſa

ſa puriſſima octupla in collyrij formam redacta, repurgatur. Vbi verò callum eliſeris, iis quæ carnem procreant vti opportunum eſt.

Collyrium ad carnem generandam.

ALOES, myrrhæ, ammoniaci, ouorum putaminum combuſtorum cineris, æquale pondus, aqua detritis omnibus collyria formantur, imponuntúrque.

ALIVD. Myrrhæ, aloës, thuris, malicorij, æqualis modus aqua excipitur, quidam verò taurino felle, carnes etiam oleo quod immaturis vuis expreſſum eſt eluuntur. Notus mihi eſt, qui cedrino liquore fiſtulas collueret, ac mirùm quanta res felicitate ſucceſſerit. Poſtquàm verò carnes produxeris, glutinatorio vtendum medicamine, quomodò in aliis ſinibus præcipitur. At cum fiſtula arctior, longáque fuerit, Galenus ait, neque callum adhuc, ſed ſordiciem tantummodò contraxerit, primùm lixiuiam demiſi, deinde eandem tantiſper inibi permittens dum ſordes excidiſſe ſperaſſem, medicamentum applicaui. Eſt autem id quod ricinino oleo conſtet ſuperius commemoratum.

CORNARII.

b *Excipe gummi, ac vtere in collyria efformatis. Poſtquàm verò callus exciſus fuerit, ærugine cocta cum melle puriſſimo octuplo repurga. Hîc quædam tranſpoſita ſunt in Græcis, & μελικράτου pro μέλιτος legitur. Sic ergo lege, ex Aetij lib. 14. cap. 55.* χαλκάνθου ∠. β. χαλκίτεως, ἰοῦ, ἀνὰ ∠. α. ἀνάλαμβανε κόμμει, καὶ χρῶ ποιῶν κολλύρια. ὅταν δὲ ἐκτυλωθῇ, ἰῷ ἑφθῷ μετὰ μέλιτος καθαρωτάτου ὀκταπλασίου ἀνακάθαιρε.

De vlceribus diruptis. *Cap.* L.

NOnnulla vlcerum cicatrice obducta, frequenter haud magno temporis interuallo, iterum inflammatione tentantur rumpuntúrque ſiquidem oſſe quodam affecto, interdum caro circundata ex facili cicatricem recipit, ac ſana ex toto eſſe videtur: [c] verùm curſu humoris valido paulatim ex oſſe in alto contabeſcente, tum inflammatio, tum pus oboritur, quod cicatricem deradit. Curatio igitur eiuſmodi vlcerum[d] tantam requirit ſiccitatem, vt os affectum decidat. Huius autem ſinus concauos promptè replebunt papaueris ſylueſtris ficíque folia, cum polentæ ſubtiliore parte læuigata, atque ex vino applicabis, vel alterci ſemen, & atramentum

ſutorium pari pondere contrita imponentur, vel peucedani radix ſubitò ſquamas oſſium ſeparat.

ANNOTAT. CORNARII.

c *Verùm ſanioſo humore paulatim ex oſſe, &c. Græcè* ἰσχυρῶς *corruptè legitur pro* ἰχῶρος. *Legendum enim*, πάλιν δὲ ἰχῶρος ἐπιῤῥέοντος.

d *Reſiccatio tanta, vt os &c. pro* ξηραινεῖς *legito* ξηραίνειν.

De articulorum vlceribus. *Cap.* LI.

Sicciora articuli vlcerati requirunt.

CVm articuli carnoſis partibus ſicciores exiſtant, exulcerati ſicciora medicamenta requirunt. Probè igitur facit paſtillus Polyidæ ex vino ſubactus donec ſordium fiat ſpiſſitudo. Item quæ ſimiliter huic deſiccant medicamina: Item marina, muriáque frequenter irroratos, melius affici conſpeximus. Quarè in articulis iis vtendum eſt, quæ maiori etiam ſiccandi virtute pollent.

Quæ ſpicula, aculeos, ſpinas, & conſimilia educunt. *Cap.* LII.

ACuleos, arundines, inſuper ſpicula & ſpinas extrahit vtrunque anagallidis genus, ariſtolochia rotunda, ammoniacum cum melle, alterci ſemen læuigatum inſpergitur, arundinis radix contuſa mellíque miſta in linteolum largum illinitur, impoſita ſubitò educit.

Si ex vena, arteriáve, & naribus ſanguis profluat.

CAPVT LIII.

PArticulis ſanguinem fundentibus, figura ei quam in ſinibus expoſui contraria rectè adhibebitur, nempe quæ ſurſum vergat, neque id tamen immodicè, nam periculũ eſt, ne dolore oborto, vas rurſus ſanguinem profundat: cum nihil æquè ſanguinis profluuium excitet, inflammationéſque augeat, ac dolor. Cùm itaq; ſanguis erumpit, ſtatim digitum ori vlceris vaſculi iniicito, innitens leniter preménſque citra dolorem, nam ſimul & ſanguinem continebis, & grumum vulneri induces. Quinetiam ſi altiùs deliteat vas quod ſanguinem emittit, diligentius perdiſces, & ſitum ipſius, & magnitudinem, item vena ſit, an arteria: deinde ſi exiguum vas exiſtat, aliquo ex his quæ ſanguinem reprimunt, vtendum eſt. Optima verò eius generis ſunt, quæ obſtruendi vim obtinent, vndè Græcis Emplaſtica dicuntur, ex reſina fricta, farinæ triticeæ polline, gypſo compoſita, ſimiliáque, oui candido macerata, & cum leporinis pilis impoſita. At ſi amplum vas exiſtat, hamo ipſum attollere conaberis, & mediocriter

Sanguinẽ ſiſtentia.

circum

circumages,ſanguine repreſſo, ſiquidem vena extiterit ſine funiculo ſanguinem his ipſis medicaminibus ſiſtere tentabis: ſin arteria, alterũ è duobus facies, aut funiculo circumpoſito,aut toto vaſe præciſo, ſanguinem coërcebis. Eſt, cum magnis quoq; venis funiculos circumdare cogimur, quemadmodùm nonnunquàm eaſdem totas trãſuerſim nimirum amputare,in cuius rei neceſſitatem venitur, in venis quæ à penitiorib. rectè ſurſum ferũtur, præſertim per arctũ quoddam ſpatium,aut principes particulas,ſic enim vtraque pars vtrobique & reflectitur, & vulnus à vicinis corporibus premitur[e] contegitúrque: tutius autem fuerit vtrunque facere, funem quidem radici vaſis circũdare,quod autem inde procedit abſcindere. his ſic peractis, vulneri celerrimè carnem inducere,priuſquam funiculus à vaſe decidat[f] ſi enim ſubitò carnem contraxerit,& locus alibi inanis reperiatur, id quod Græcè vocatur Aneuryſma ſequitur. Dignoſces autem num vena an arteria ſanguinem profundat inde, quòd huius flauior tenuiórq; ſanguis exiſtat,& cum pulſu vacuetur,†illius autem nigrior,& ſine pulſu. Subſequens igitur eſt omnium optimum quæ nouimus ad carnem inducendã medicamentorum,quo etiam ad cerebri membranarum hæmorrhagias vti ſecuriſſimum eſt,item ad colli vulnera,ipſarúmque venarum iugularium quas Sphagitidas Græci vocant, etenim & harum ſanguinem citra vinculum cohibet. Recipit autem thuris lacrymæ pinguiſſimæ partem vnam, aloës in mollioribus quidem corporibus partem dimidiatam,in durioribus æqualem, ac in vicem lacrymæ thuris, tenuiſſimæ eiuſdem partis tantundem, cum oui albo ſubigitur, dum mellis fiat ſpiſſitudo. deinde leporis pilo molliſſimo excipitur, mox vaſi ipſi, tum vlceri vniuerſo copioſiſſimè imponitur. Deligandum verò extrinſecus eſt faſcia ex tenui linteo, cuius faſciæ primi quatuor aut quinque amplexus ſuper ipſum vas quòd profluit,iniicientur,hinc ad radicem ipſius diſtribuentur,poſteà vbi tertio ſolueris die, ſi tutò adhuc medicamentum vlceri adhęreat,aliud rurſus orbiculatim circũdabis,ac[g] veluti contegens,iterum deligabis quemadmodùm prius. at ſi ſponte ſua primum reiecerit linamentum, vaſis radicem digito leniter comprimens, ne videlicet quippiam confluat, hoc quidẽ ſenſim auferes,alterum verò impones, atque hoc modo quoad carnę obducatur vas, curabis: ita vt ſemper ac-

Arteriarũ & venarũ ſectio.

Aneuryſma.

† Vena autem nigrior & craſſior ſine pulſu. μελάντερον καὶ παχύτερον. Goup.

2

cliuis particulæ figura ſine dolore ſeruetur. At quæ cruſtas generant, quoties illæ decidunt, nudam magis partem quàm naturaliter eſſe debet, efficiũt, multíſq; iam ex iis quibus cruſta decidit, ſanguinis profluuiũ quod ægrè ſupprimi queat, ſuperuenit: quanquàm & his vtendum eſt cùm magna vrget neceſſitas. Maximam verò neceſſitatem vel cruſtam inducentibus medicaminibus, vel ignitis ferramentis vtendi puto, vbi ex eroſione putreſcentis alicuius profluuium ſanguinis concitatur. Quinetiam cùm in huiuſmodi affectibus totum quod putredinem expertum eſt exciderimus, tutius eſt, vel ipſius quaſi radicem adurere vel medicamentis quę cruſtam faciunt vti: hoc autem maximè tum in pudendis, tum in ſede fieri conſueuit. At ſcopus cruſtam generantium medicamentorum erit calor cum aſtrictione, quemadmodùm in chalcitide, miſy & atramento ſutorio habetur. Quæ autem ex calce viua conficiuntur, vehementiora quidem his ſunt, cæterùm quia calx non aſtringit, cruſtæ citius ab ipſis decidunt, hærere autem ipſas longè eſt vtilius, quippe ad baſim earum caro ſupernaſcitur, efficitúrque vaſis profluentibus veluti operculum. At huiuſmodi ſanguinis profluuium iſatis ſatiua ſi inſpergatur probè coërcet, vel gallæ combuſtæ.[h] Porrò ipſa ferramenta ignita ex aceto aut vino reſtringere oportet. In vniuerſum ſanguinis profluuionem ſiſtunt, ſimplicia quidem, aloë, thus, eiúſque pars ſubtilior, terra ſamia, ærugo ferri, lanarum crematarum cinis tenuiſſimus ſimiliter, ſtercus aſini & equi, bitumen modicum, malicorium, diphryges, galla, myrtus arida, alumen omne, tum crudum tum combuſtum, reſina fricta, vitis cortex, aut folia arida, platanorum galbulorum pollen tenuiſſimus, maximè cum humorem concretum depoſuerit. Priuatim autem ex naribus profluuium impoſita reprimunt iunci acuti ſemen, vrticæ foliorum ſuccus, chalcitis, anthyllis concremata, pili leporis, ferulæ medium vſtum cum aceto, † ſtercus aſininum ſiccum vel humidũ, ſuccus porri cum thure, ellychnio exceptus. Compoſita verò ad quodlibet ſanguinis profluuium hæc quoque faciunt, ſpongia recens in liquida pice merſa & bitumine circumlita, olla recenti concrematur, cineris partibus duabus, miſcentur plumbi & ſtimmeos, ſingulorum pars vna.

Cruſtam inducentibus & cauteriis quando vtendum.

Sanguinem ſiſtẽtia ſimplicia.

† Omnis ſicca vel humida ὀνώνις ξηρὰ ἢ ὑγρά. Goup.

Alivd. Thuris lacrymæ, eiúſque partis tenuioris, ſulfuris ignem non experti, æqualem modum inſpergito.

Alivd.

Alivd. Chalcitidis [k] drachmæ viginti, lacrymæ thuris vel tenuioris eius partis drachmæ ſedecim, reſinæ frictæ, gypſi combuſti, ſingulorum drachmæ octo.

Alivd cruſtas inducens, ſanguinémque reprimens. Chalcitidis, æris combuſti, atramenti ſutorij, miſyos toſti paria pondera. item Rhodia dicta, & Xanthe probè ſanguinem cohibent.

ANNOTAT. ANDERNACI.

At ſcopus cruſtam generantium. *Hoc eſt, eò conſilium in cruſtam generantibus dirigitur, vt calefaciant ſimul & aſtringant. Calx autem calefacit tantùm, eóque non ita commodè adhibetur. Hæc ſunt ex Ruſo, petita.*

CORNARII.

e *occultatur ac tegitur.* θρύπτεται *pro* κρύπτεται *falsò legitur.*

f *ſi enim non citò incarnetur, ſed locus, &c. Legendum enim,* εἰ μὴ γὰρ ταχέως σαρκωθῇ, *non autem* εἰ μὲν γάρ.

g *& velut inſuper humectans.*

h *Oportet autem ipſas (ſubaudi gallas) igne candefactas aceto aut vino extinguere.* αὐτὰς διαπύρους, τὰς κηκίδας *ſcilicet,*

i *pilularum platani lanugo, maximè vbi cruſtam abiecerint.* τῶν πλατάνων τῶν σφαιρίων ὁ χνοῦς, μάλιστα ὅτε τὸν ἐπίπαγον ἀποβάλλῃ. *Quibus verbis non ſignificatur lanuginem pilularum platani tum maximè ſiſtere ſanguinem, vbi neſcio quem concretum humorem abiecerint, ſed vbi vaſa cruſtam inuſtam abiecerint. Nam antè dixit quòd cruſta dilapſa pleriſque ſanguinis eruptio conſequatur, quæ ſiſti non poßit. Igitur* ὅτε τὸν ἐπίπαγον ἀποβάλλῃ, *ſcilicet* αὐτὰ τὰ ἐσχαρωθέντα ἀγγεῖα, *id eſt vaſa quibus cruſta inducta eſt. Eſt autem hîc* ἐπίπαγος *cruſta, id eſt* ἐσχάρα, *medicamento aut cauterio inducta, id eſt* ἐπιπηγνύμενον. *Nam & ſuprà Paulus dixit,* τὰ δὲ τὰς ἐσχάρας ἐπιπηγνῦντα, *id eſt, quæ cruſtas inducunt, & velut affigunt ac compingunt.*

k *chalcitidis drach.* VIII.

De neruis conuulneratis. Cap. LIIII.

Neruis vulneratis aut punctis, ex ſentiendi quod obtinent, acumine, inflammatio & dolor immodicus accidit. Quare & febres & conuulſiones his oboriuntur, quibuſdam & delirium ob commercium quod nerui cum cerebro obtinent. Interim verò in aliis quoque ambientibus particulam vulneratam locis, inflammationes & abſceſſus ex ipſo neruo vulnerato ob cohærentiam ſolent accidere. Ratio igi-

tur eſt, cutis vulnus apertum inglutinatúmque relinquere, quò per id ſanies effluat. At ſi punctus in conſpectum non veniant, etiam duabus lineis ſibi continuis incidere prætereà oportet. Remedio autem eſt, ſi corpus Plethoricum ſit & magna vrit inflammatio, primùm à ſanguinis demiſſione auſpicari: ſi verò vitioſis repletum ſit humoribus, etiam purgatione vtendum eſt. Medicamenta verò vulneri applicentur quæ dolorem leniant, & effluxum ſaniei patefaciant, non facta præſertim diuiſione. Itaque aqua calida, quanquam reliquis inflammationibus ſit accommodatiſſima, vulneratis tamen neruis eſt inimica, ac præſtiterit eos oleo ſubtili, quod aſtrictionis ſit expers, ad ſenſum calido irrorare: neque enim frigida, neque tepida admodùm tutò adhibetur. Verùm ex medicamentis idonea eſt terebinthina reſina, per ſe quidem, in pueris & mulieribus, & iis qui molli ſunt carne, cum euphorbio autem emollita, in duris corporibus: & [l] ſi nonnunquam duriora contigerint, cum oleo quodam ſubtiliore. Cataplaſmata verò in neruis, qui inflammatione tentantur & putreſiunt, adhibebis hordeaceam farinam, aut fabaceam, aut eruinam, in lixiuio cum oxymelite coctam. [m] Si putredine careant puncturæ neruorum, rectè cerato vteris, quod recipit ceræ quadrantem, euphorbij vnciam, aut columbini fimi in duriuſculis corporibus, olei ſextantem: interdum etiam terebinthinæ vnciam: vt autem emplaſtri figuram induat medicamentum, vnciæ vni euphorbij, ſex vncias ſingulorum ſequentium, ceræ, reſinæ frictæ, olei, picis liquidæ iniicies. At ſi in vicem reſinæ propolim pinguiſſimam indideris, multò id reddes præſtantius: atque hoc ad neruos punctos laudatum eſt remedium: idem & à rabioſo cane morſis efficax eſt. Aceti ſextarius, picis pinguis libra, opopanacis quadrans: opopanax aceto ſolutus magis læuigatur, pix liquefacta mixtaque coquitur: medicamētum compunctis neruis idoneum eſt, vt quod os puncturæ non ſinat conniuere, quemadmodum nec in his qui à rabido cane morſi ſunt, vlcus in cicatricem coaleſcere: ſed efficax ſolis duris corporibus: ſin autem in pueris, aut molli carne præditis, punctura affectis vti cogites, licet ipſum ex digerente quodam amaracino, aut opobalſamo, aut oleo veteri liquefacere. Conuenit etiam medicamentum baſilicum quod nitrum recipit, aut calcem viuam, aut euphorbium

Nerui punctus.

bium, aut ſulfur viuum, aut ſylueſtris columbæ fimum, aut opopanacem, aut ſagapenum, aut liquorem cyrenaicum, aut caſtoreum, ac in medicamenti libram, dictorum alicuius vncia debet iniici. Facit autem bene neruorum vulneribus, & præſertim puncturis: quin & in agro vbi nullius copia datur, propolim recentem pinguémque vulneri poteris inducere, aut fermentum maximè vetuſtum per ſe, aut cum propoli mixtum, vel cum liquore tithymalli. cataplaſmatis vtendum ex oxymelite factis, aut lixiuio cum lomento fabarum, aut eruorum farina, aut cicerum, aut lupinorum amarorum, aut hordeacea, aut ſubtiliore polenta, ídque non ſolùm dum inflammatione tentati ſunt, ſed iam inde ab initio protinus. Cæterùm quæ relaxant cataplaſmata in neruorum vulneribus ſemper vitare oportet. At ſi neruus non punctim, ſed planè cæſim vulneratus fuerit, cute etiam quæ interueniebat diuiſa, vt nudus appareat rectúſque, non tranſuerſim diſſectus, commemoratis ex euphorbio & tam acribus nullis vtere, quippe nudus cùm ſit neruus, vehemẽtem ipſorum vim ferre nequit. Quare calcem quæ ſępius æſtiuo tempore lota ſit, & oleo liberaliore intincta, aſſumes. Proficiunt hîc & quę ex pompholige confecta ſunt: item quod melle conſtat, roſaceo largiore liquefactum. Sed ea adhibenda cura eſt, ne quid ex iis vulnus contingat, quandoquidem neruus ipſe & ſenſilis maximè eſt, & temperamento ſuo frigidus, & principum corporis partium primati continuus, imò ne oleo quidem eiuſmodi vlcus irrorare conuenit, hinc enim ſordidum redditur. Abluenda igitur à vulnere ſanies eſt molli lana ſpecillo ſubunctorio circunuoluta. Quòd ſi omnia ex animi ſententia proceſſerint, etiam vino dulci madefacere citra periculum licebit: ſed in robuſtioribus Polyidæ paſtillo in linamentum illito cum ſapa calida vti. poſtquã neruum denudatum contexeris, linamenta extrinſecus circunducere oportet ex medicamento quod anguſtis vulneribus faciat, nempe eo quod euphorbio præparatur, aut fimo columbarum: ſed ita vt etiam ſanas partes ampliter comprehendat. Cùm verò tranſuerſum nerui vulnus eſt, maior cõuulſionis metus impendet, ac quæ ad curationem vulneris ſpectant, hîc quoque ſunt eadem, quanquam nonnulli in vulnere adhuc recenti ſuturis vſi ſunt, ac medicamento aliquo conglutinatorio: verùm ſuturas nõ ſummæ nimium cuti, ſed altius

Nerui vulnus.

moliri

moliri conuenit, ne quæ in imo ſunt inconglutinata dehiſcant: rurſus cura adhibenda eſt, ne ab acu neruus compungatur. Cæterùm in ſumma ſciendum erit, in neruorum vulneribus medicamentum natura calidius quod puncturis medetur, diuiſionem nerui nõ poſſe curare, vt qui roſionem ipſorum feruorémque ſuſtinere nequeat: neque quod diuiſionibus medetur, puncturis conuenire: non enim virtus ipſius altè quum anguſta eſt cutis diuiſio, penetrat. Victus itaque adhibebitur tenuior, lectus mollis, oleúmque calidum alis, capiti & ceruici ſuperfunditur: at ſi in crure neruus vulneratus ſit, inguinibus, inferioribus ventris partibus, & locis vicinis: balneo in totum donec inflammatio inclinauerit, abſtinendum eſt, quum aquæ contactus nequaquam, vt dixi, ipſis conueniat. Quoniam verò nõnulli citra id manere conſuetudinis gratia non ſuſtinent, ſiquidem læſa particula in manu fuerit, conandum eſt quatenus fieri poteſt, ipſam aqua ſeu calida, ſeu multò magis frigida non madefacere. Si pes vulnus acceperit, quoniam fieri nequit, vt non madeſcat, vbi lauacrum ingreſſuri ſunt, emplaſticũ aliquod medicamentum vulneratæ parti ſuperaccomodabis, iterum extrinſecus linteolos multiplicatos plures oleo imbutos iniicies, iterum faſciam ex linteo à foris deligabis: deinde rurſus in ipſo balneo faſciam oleo prius ſuperfundes, cùm æger in ſolium deſcendet: vbi lauerit, omnia quæ impoſita ſunt abiicies, ac prædicta totius curationis ratione vteris. Contuſi verò nerui vbi ſimul cum his cutis contuſa exulceratáque fuerit, cataplaſma ex fabarum lomento & oxymelite poſtulant, nonnunquam adiicitur erui farina & iris. At ſi dolor contuſioni adeſt, picem liquidam admiſce: ſin autem citra cutis contuſionem euenerit, magis diſcutiens adhibebitur, nempe oleum calens, anethinum dico, ſuperfuſum cõtinuè, aut rutaceum, aut irinum, aut amaracinum. Quòd ſi totus neruus præciſus ſit, periculum quidem nullum ſequetur, verùm particula debilis manebit. Curatio autem eius communis eſt cum ea quæ aliis vlceribus accommodatur, hæc quidem ex ſimplicioribus remediis in neruis conuulneratis curatio abundè eſt: quidam verò compoſitis vti conſueuerũt, cuiuſmodi ſunt, ex metallicis confecta, Barbara appellata, Ciſſinum, ex ſenecione prȩparatum, Melanchloron, Indice, Harmonia, & Athene, quorum & compoſitionem, & vtendi modum

Nerui contuſio.

modum ſeptimo libro reperies. Sed quia nonnulli præpotentium etiam ſumptuoſis ad neruorum vulnera remediis vti volunt, Galenus literis prodidit, ad puncturas neruorum, hæc, cinnamomi, dictamni, [n] fœniculi, ſingulorum vncia, amaraci ſextans, ceræ bes, opobalſami dextans, terebinthinæ vncia.

ALIVD. Liquoris cyrenaici vncia, ceræ quadrans, opobalſami libra. Ad denudatos neruos hoc valet. Ceræ vnguẽtariæ quadrãs, vnguenti ſpicati aut foliati, aut nardini libra, pompholygis, ſpicæ nardi, amomi, phylli, ſingulorum vncia: atque hæc ſupra ſpem reſpondere Galenus pronuntiauit.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Neruis vulneratis. *Paulus hæc ferè ex Galeni tertio ſecundum genera mutuatus eſt, mutato tantùm docendi ordine. Aetius libro quartodecimo, Oribaſius ſeptimo habet eadem. Cæterùm vocat in neruis vulneratos, νευροτρώτους in tendonibus, τενοντοτρώτους. Curatio autem communis eſt.* νευρότρωτος.

Specillo ſubunctorio. *Sic reddidi ὑπαλειπτρῳ, nimirum à verbo ὑπαλείφω, quod ſubungo ſignificat, deriuato.*

Maior conuulſionis metus. *Malè in codice Græco habetur,* ὁ μὲν κίνδυνος τοῦ σκεπασθῆναι, *pro* ὁ μὲν κίνδυνος τοῦ σπασθῆναι.

CORNARII.

l Et ſi quandoque durior ſit reſina (ſubaudi terebinthina) cum aliquo oleo tenuiore.

m Verùm citra cocturam ad punctiones etiam cerato, &c.

n dictamni vnc. I. mari vnc. I. amaraci drach. II. μαράθρου *vox pro* μάρου *falsò ſuppoſita eſt. & pro* ἀμαράκου γο. β. *legendum* ἀμαράκου ∠. β.

o pompholygis lotæ. legendum enim, πομφόλυγος πεπλυμένης γο. α. *Porrò cera vnguentaria videtur fuiſſe appellata, quòd ad vnguentorum vſum parata haberetur: nam Gal. pro ipſa Thyrrenicam accipi poſſe dicit.*

De articulorum contractione, ſeu ligatione, quæ Ancyloſis dicitur. Cap. LV.

ARticulos ex humoribus infarctis, ac neruea quadam tenſione contractos, detentóſque, Ancylas & Ancyloſes appellare conſueuerunt. In quibus remedio opus erit quod emolliat relaxétque. Communiora igitur his remedia conueniunt, quæ in particulis ſcirrho induratis, ac adeò quæ in reſolutis commemorata ſunt: propria verò magis, irroratio

tio ex hydrelæo, in quo decoctum ſit lini ſemen, fœnugræcum, althæa, laurus, cucumeris agreſtis radix, ipſumq; oleum ſicyonium. Vbi his artus irrorati fuerint, accommodantur primùm acopa ſimpliciora, cuiuſmodi ex nigra populo, ex abiete, Bromium, quod ad Baſileum refertur, Pyxis, deinde Ariſtophaneum, & quod Aſanito attribuitur. Validiſſima, Liſoponium appellatum, & Pœcilum: emplaſtra, quod Amythaoni adſcribitur & Anicetum. Laudatiſſimum verò quod recipit, bdellij, adipis vitulini, ſuffiminis ammoniaci, iris illyricæ, ſingulorum drachmas ſedecim, opopanacis, galbani, cachryos, ſtyracis, thuris, ſingulorum drachmas octo, piperis grana centum ſexaginta, ceræ libram ſemiſſem, reſinæ terebinthinæ tantundem, irini ſedimenti quod ſatis eſt, & vini quantum ſufficit: tunditur hoc medicamentum. Eſt & Acopon nõ inefficax diſſolutum irino, aut cyprino, aut laurino. Inter acopa verò & emplaſtra, medicamẽtum medium eſt diapternes variis confectum miſturis. Verùm Acoporum vſus molli adhibebitur & continua frictione, ita vt ſimul affectum articulum experiare, an flecti poſſit, & extendi.

ANNOTAT. ANDERNACI.

ἀγκύλαι. Ancylas. *Celſus & Scribonius eius diſcipulus, Contractionem, ligationémque articulorum interpretantur Græcorum dictiones ἀγκύλας, & ἀγκυλώσεις.*

De articulis relaxatis. *Cap.* LVI.

LAxantur ſubinde articuli ob longos febrium morbos, colicos & reſolutorios, præſertim vbi calidior ipſos humidiórque intemperies occupauerit: atque motus inde impeditur. Succurrit his acaciæ ſuccus aqua ſolutus, & parti ſuperfuſus: aut rubi, aut myrti, aut lentiſci, vel vlmi radicum corticis decoctum congruet, aut malicorium applicatum, aut myrti folia, cum cerato myrteo impoſita. Nam colligantes nerui firmari deſiderant facultate quæ aſtringat deſiccétque. Huiuſmodi igitur medicamenta articulis imponi debẽt, cuiuſmodi ex ſalicibus eſt, & oxerum, & palmulatum quod vinum aſtringens, aut acetum aſſumpſerit. Multi verò eiuſmodi impotentiam à frigore fieri putantes, deinde calidioribus vſi præſidiis, maiorem noxam intulerunt.

ANNOTAT. ANDERNACI.

νεῦρα συνδετικά. Nam colligantes nerui. *Hoc loco intelligit per συνδετικὰ νεῦρα, ipſa ligamenta, quæ oſſa colligant: vocat autem neruos quod*

eos

eos imitentur. Nam alibi tres ſpecies enumerant, alios qui ſenſum motúmque præbent, alios qui motui tantùm ſeruiunt, vt tendines, alios qui oſſeam compagem ligant, vinciúntque.

De lumbricis. *Cap.* LVII.

TRes ſunt vniuerſæ lumbricorum differentiæ: prima Teretum ſecundum craſſitiem, altera Latorum, tertia eorum quos Aſcaridas nuncupant. Origo omnium generum ex cruda, craſſa, pituitoſaque materia, & putredini accommoda, qualis in pueris aliíſque voracibus colligitur: non autem ex calida, acri, aut melancholica ſubſtantia. Hæ ſiquidem alimenti naturam ingreſſæ, lumbricis procreandis ineptæ redduntur: econtrario autem, bilioſa potiſſimùm recrementa etiam hos perimunt. At ſi quando flaua bilis vnà cum lumbricis infrà, aut etiam vomitu eruperit, ipſos quidem inteſtina obſidere: humorem verò bilioſum ventriculi os, aut aliam quampiam particulam occupare ſcito. Cuiuſq; igitur ipſorum differentiæ ſpeciem, generationem, locum, notas, curationémque exequemur, à rotundis exorſi.

De rotundis lumbricis.

TERETES igitur lumbrici ſpeciem habent omnibus perſpicuam, quòd ſanè aliis frequentiores ſint, in gracilibus plerunque inteſtinis conſiſtunt, & ſuperiorem ventriculum ſubeunt, ideoque frequenter per os reiiciuntur. quibuſdam & è naribus redditi ſunt: atque hoc genus infantibus peculiare & plurima parte cum febricula. ſed per febrium initia orti, ſubſtantiam ex ſubiecta corruptione retinent: in ſtatu, ex malitia morbi: in declinatione, toto ad melius mutato. Etenim Hippocrates memoriæ mãdauit bonum eſſe indicium teretes lumbricos prodire cùm morbus ad iudicationem tendit, qui ſubitò etiam intereunt. Sequitur autem eos qui rotundos lumbricos continent, roſio inteſtinorum & ventris, tuſſes exiguæ cum ſiccitate irritantes: nonnullos comitatur ſingultus quoque, & ſomnus cum palpitatione, iiq; ſine ratione expergiſcuntur. nonnulli & cum clamore expergeſiunt, & iterum ſopiuntur, pulſus inæquales & febres augeſcunt inordinatè, quæ cum extremorum perfrictione, tertiam, interim quartam, die vel nocte acceſſionem ſine ratione habent. Infantes autem etiam mandent lingua inaniter exerta, & dentibus ſtrident, oculis conniuent, voluntque conquieſcere, excitantibus ipſos indignantur, † oculi

† *oculi caui apparent.* ὀφθαλμοὶ κοῖλοι φαίνονται. *Goup.*

apparent

apparent, genæque rubeſcunt, ac rurſus liuent: atque hæc paulatim & ex interuallo. Quibuſdam nauſeæ & roſionis cauſæ ſtomacho peculiares creantur, atque ægri cibum reſpuunt: compulſi autem ad cibum nauſeabundi vix quod aſſumitur deglutiunt, vel etiam aſſumptum reuomunt: pleriſq; verò aluus deſcendit corruptos cibos egerens, & tympani modo inflatur. Reliquum corpus ſine ratione contabeſcit, neque eſurie, neque euacuatione modica ſuborta. Atqui non in omnibus omnia quæ iam commemorauimus ſigna inquirere oportet, ſed nonnulla ex eo quod præpollet, interim & plurima. Hæc autem eueniunt, dum animalia per inteſtina ſerpunt rodúntque: febris autem calor vapores ſurſum cerebro tranſmittit prauos, ex putrida in ventriculo collecta humiditate exhalantes, in quibus amborum partim ſimiliter curam habere conuenit & febris & lumbricorum, partim de febre parum ſolliciti, lumbricos de corpore eximere connitemur. Multi ſiquidem nulla lumbricorum cura habita, exeſi ab ipſis ſunt, & conuulſi interierunt. Alij produnt ſe lumbricos vidiſſe, qui ex inguinibus ægri erupe-rint. Cæterùm occiſos hos omnes priùs educes: occides autem, amaris potiſſimùm vſus remediis. Cùm igitur febris & lumbricorum communis ſit curatio, conuenient auxilia ſimpliciora. potui igitur dabitur chamæmelorum decoctum, vel myxariorum, vt appellant, vel ipſa myxaria decocta eſui dantur. item ſereos ſuccus, aut coriandri ſemen cum aqua calida, vel cum poſca, vel myoſotidos herbæ decoctum, vel cornu ceruini ramentum, vel minium ſynopicum tenuiſſimum, ac olei immaturi amariſſimi paulatim cochlearia duo abſorbeant, quà enim amarum eſt, lumbricos occidit: quà lubricum, detrahens ipſos cum ſtercore reddit. At ſi inflammationem diſtentionémque viſcera experiantur, cataplaſmate vtendum eſt, quod lini ſemine, [r] farina loleacea, abſinthio & bryoniæ radice conſtat, ex hydromelite, vel etiam humido fotu ex oleo chamæmelino, vino, abſinthij ſemine, & aloë, præcordiis accommodato. Vbi verò non vehementer febres moleſtant, miſcenda eſt myxariis mentha & exhibenda eſt. Cùm ad integritatem ventum eſt, efficaciora quoque vſurpantur, quale eſt decoctum ſeriphij, vel calaminthæ, vel filicis, vel cardamomi ſemen, vel mali punici acidi radicis ius ad tertias redactũ, vel fricti cumini, vel ni-

tri fului, ſingulorum ſcrupula tria, vel ſantonicum, vel abrotonum, vel etiam ambo ſimul, cum melle in catapotia coacta, vel lupinorum amarorum ſcrupuli terni, vel braſſicæ, vel erucæ ſemen læuigatum, vel abſinthium, quod etiam ſolum frequenter abundè fuit. Dantur autem & terna lotæ aloës ſcrupula: quod remedium eſt laudatiſſimum: in validioribus illota quoq; aloë vtimur.[s] quia verò infantes aloën cochleari non admittunt, ſupinis faſciola ipſis detentis, ore adaperto per clyſterium quoddam valido munitū canali, inuitis aloën quàm penitiſſimè tranſmiſſam iniicimus. Atque hæc mirifica medendi ratio in pueris eſt, qui difficulter poſſunt tractari: quibus etiam cibos ſubinde ſorbiles, quemadmodùm iis qui cibum auerſantur, infundimus. Cęterùm & cyphi & maſuaphium rectè dabitur, item cornu ceruinum combuſtum cum pipere & melle vel oxymelite, reliquáque ex oxymelite ipſis dare conabimur: præſtiterit autem ſi acetum ſcillinum fuerit, præſertim ætate prouectioribus [t], aut ſinapi cum oleo & aceto ad cochlearis magnitudinem. At qui lumbricis, cum alui profluuio infeſtantur, præbibent plantaginis ſuccum, ipſamq; plantaginem aridam aſſumēt, ex ęquo enim vtriq;, & fluori & lumbricis efficax eſt. Cataplaſma his accommodabitur ex farina hordei cruda, filice, abſinthio, farina lupini, ſantonico & abrotono. Iam verò & malicorium, acacia, galla, vel balauſtium admiſcebitur. Quoniam verò nonnulli ſubinde amaras potiones ceu ingratas reſpuunt, ex iis quæ modò comprehenſa ſunt, dabuntur non manifeſtò amara. His accedent inſuper chamæpitys, marrubium, heleniū, baccæ lauri, acacia, thymus, pulegium, carpeſium, iuncus odoratus anguloſus, polypodium, iris, cnicon, erythrodanon[u], ſpina ægyptia cum pipere, ſingula ſex ſcrupulorum inſtar: item decoctum menthæ, mori radicis ſuccus decoctúmve, petroſelinum reliquáque odorata ſemina. extrinſecus autem inducitur aloë cum melino & vino. hoc & appetentiam excitat, quæ vix magno negotio recipitur: miſcetur autem ſæpius aloë abſinthium, aut felle taurino, cum amaris quibuſdam prædictis vmbilicum impleto, aut oleum ex rhododaphne factum ſæpè delinetur, aut liquor cedrinus & ſolus & cum cerato toti vētri imponitur, aut pix arida trita inſpergitur, vel mentha, vel melanthium cum roſaceo, vel etiam ſeriphij decoctum ipſis admiſcebitur,[x] vel fraxini perſicę fo-

lia in pollinem detrita applicabimus. Vtendum verò eſt & medulla cerui, vnguinis modo, in vmbilico, inferiore ventre & lumbis: ceratúmque adiungetur, ſi res poſtulet, hoc. Aloës, abſinthij, farinæ lupini, ſeriphij, melanthij, ſingulorum ſcrupula ſex, ceræ vncia & ſemiſſis, chamæmelini quod ſatis eſt, felle taurino arida læuigantur. Porrò ab inferioribus partibus mulſam iniicere ſæpius expedit, quò lumbrici mellis dulcedine illecti deorſum deſcendant: ſi autem putrefacti in alto corporis non excernantur, ſed potius vapores ſurſum mittant, educendi ſunt, aut aloës, aut medicamenti amari ex ea confecti potione: quandoquidem etiam in aliis mediocris alui vacuatio, non expers eſt præſidij.

De latis lumbricis.

LATVS lumbricus mutatio eſt (vt ita dicam) adnatæ in interiori inteſtino membranæ in materiam animalis modo mobilem, quæ ſæpè tota redditur longitudine incredibili, vel pars ipſius excernitur: diſſolutus verò, non coaleſcit: & nunc in iis etiam qui febricarent, abundat: nunc febricitantibus accidit, ex longo morbo continuas ſtomachi roſiones inferens, ac impotentem ciborum appetentiam. Nam quod animatum euaſit, in inteſtinis obiectum rapit alimentum, vt alio ſtatim opus ſit, & niſi aſſumpſerit, inteſtina rodantur. His occupatos comitatur corporis gracilitas [y] & pulſus inæqualitas, cum inæqualitate: at quod certiſſimum eſt indicium, cum recrementis nonnulla ſemini cucurbitæ ſimilia excernuntur. Curatio concordat, potio enim ex acribus petita, & alliorum eſus, tum filicis vel centaurei decoctum potum, & ab inferioribus partibus inditum, vel calaminthæ vel dictamni, vel pulegij: dabitur autem in aluum & muria. Præbibere verò hoc medicamentum quod ſequitur, neque iis qui aliis lumbricis infeſtãtur, inutile eſt, ſi febre potiſſimùm vacauerint. Nitri rubri, piperis, cardamomi pares portiones: dantur terni ſcrupuli cum vino aut aqua calente.

ALIVD eclegma. Piperis, baccarũ lauri purarum, cumini æthiopici, maſtiches, pares modi, mellis quod ſatis eſt: datur cochleare vnũ mane, & dormituro. At ſi efficacius id fieri deſideres, nitri quoque rubri parem portionem adiicies.

ALIVD helenij, ſuffiminis ammoniaci, piperis, [z] in alio filicis, ſingulorum drachmæ quinque, cum oxymelite calido: tempore interpoſito dabitur euphorbij drachma, vel duæ

proue

prouectioribus potui. ALIVD. Filicis acetabulum, nitri drachmæ duæ, datur vnũ cochleare aquæ euacuatione priùs facta: ſatius autem erit ſi etiam ſcammonij momentum aſſumat.

ALIVD. Mali punici acidi radicum corticis in ſummo decorticati drachmæ quatuor, piperis tantundem cardamomi drachmę ſex, marrubij drachmæ duę: melle dantur, [a] porro priùs aſſumpto. Verum vt ex toto affectus diſcutiatur, theriacem quoque exhibebis, ſi valida febris non prohibet.

De Aſcaridibus.

ASCARIDES, vt modò etiam diximus, ſpecie lumbricorum continentur, vermibus ſimiles quæ in extremo longanone & muſculi anum ſtringentis σφίγκτηρ Græcis dicitur, initio reperiuntur, vehementem locorum horum pruritum excitantes: generant ſpeciem hanc praua alimenta, perfrictio, & ciborum corruptio. Vacuari, igitur debent in infantibus, glandibus ex melle, cum ſalis momento, vel nitri: in prouectioribus, acri muria, aut decocto centaurei, cum nitro & melle, aut cucurbitæ ſylueſtris, aut abſinthij, aut chamæleontis, aut anchuſæ, aut cnici, aut hyſſopi, aut pulegij, aut calaminthæ, aut lupinorum: ſecundùm clyſteres ſublinetur longanon, ſimplicibus quidem, acacia, aut hypocyſtide cum nitro, aut rhu ſyriaco cum alumine liquido. at quibus aluus aſtricta eſt, lemnia ſphragide, cum vino: compoſitis autem Andronis paſtillo, ſimilibúſque. Cedrinus autem liquor ipſis iniicietur per clyſterem multis peruium foraminibus, quales ab vtero Metrenchytæ appellantur: aut carnem ſalſam commodè impoſitam deligamus, quamdiu ſuſtineri poſſit, eámq; frequenter mutare oportet. Cæterùm communiter omnes quos lumbrici male habent, pili ichneumonis iuuant, ſuffiti. Cibi præſcribentur ipſis probi ſucci, & qui facilè in membra digeruntur, nec lumbricorum effectricem cauſam adaugent, nec vires ſuperari permittunt, propter quas & vinum aquoſum exhibebimus: frequentius autem nutrire ipſos ob hoc ipſum oportet, ne alimenti expertes lumbrici roſiones pariant. dabitur autem cibus, tum præcipuè quùm potiſſimùm nutriti magis fuerint. At ſi alui profluuium fuerit, ſciendum eſt lumbricos magis abundare, cibo nõ diſtributo: ac iam ſorbiles ægris cibi dantur, admixtis quibuſdam etiam aſtringentibus, verbi gratia,

pyris, aut malo cotoneo, aut malis punicis, præcipuè acidis, à foris autem ventri remedia continentia inducuntur, de quibus ſuprà dictum eſt.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Tres ſunt vniuerſæ. *Aetius libro nono eundem ferè docendi ordinem ſeruat. Celſus duorum generum meminit, Latorum, quos etiam peiores dicit, et Teretum, Græci addunt etiam Aſcarides. Habetur in Græco codice ἄρθρων pro ἄκρων, hoc eſt extremorum perfrictione potius quàm articulorum. anteà notaueram.*

ζωμήρυσις. Cochleari. *Sic expoſui ζωμήρυσιν. quod Grammatici Græci dicunt inſtrumentum eſſe, quo ſpuma ab ollis tollitur. Quia igitur nullum commodius vaſculum ad hanc rem inueni, cochleari interpretatus ſum.*

Recentiorum opinio. Carnem ſalſam. *Recentiores medici carnem ſuillam pinguem, ſalſámque volunt ſubiici. Aetius pinguedine adempta ſubdi præcipit. Tu vide quos imitari malis, vtrobique bona eſt ratio.*

CORNARII.

p *Hipp. lib. prognoſt. parte prima.*

q *Oculi ſubcruenti apparent.* ὀφθαλμοὶ ὕφαιμοι φαίνονται.

r *Farina lupini.*

s *Quia verò pueri aloën non admittunt, ſupinis ipſis detentis, & ore per cochlearium diſparato, per clyſterem, &c.*

t ἢ τὸ νάπυ μετ' ἐλαίου καὶ ὄξους, κοχλιαρίου μέγεθος. *Redundant duæ voces* κοχλιαρίου μέγεθος. *Nam & cochlearij magnitudo dici non ſolet, ſed menſura, neque de ſinapi, neque de aceto & oleo accipi poteſt. Verum videtur hîc in libero iudicio vſuri reliquiſſe, vt quantum vellet exhiberet, ſicut pleraque alia ſine pondere & menſura præſcripſit.*

u *Spina ægyptia cum pipere pari ſex ſcrupulorum pondere, in decocto menthæ, aut mori radicis ſucco, aut decocto petroſelini, ac reliquorum odoratorum ſeminum. Græca ſic diſtingue ac emenda.* ἄκανθαν αἰγυπτίαν μετὰ πεπέρεως ἴσου γράμματα ϛ. εἰς ἀπόζεμα ἡδυόσμου, ἢ μορέας χυλὸν, ἢ τὸ ἀφέψημα πετροσελίνου, καὶ τῶν παραπλησίων τῶν εὐωδῶν σπερμάτων.

x *Aut mali perſicæ folia contrita imponimus. pro* μηλαίας περσικῆς τὰ φύλλα, *lege* μηλέας περσικῆς τὰ φύλλα. *Qui enim fraxinũ perſicæ folia accipiunt, toto cœlo aberrant. Non enim fraxini vllius regionis, nedum Perſiæ huc faciunt folia, ſed eius mali arboris vulgò omnibus notæ perſicæ appellatæ folia, de quibus lib. 7. ex Gal. dicto*

quòd

quòd eius germina ac folia amara ſunt. Lumbricos, itaque occidunt trita vmbilico impoſita.

y *Et impotentia cum inæqualite.* παρέπεται δὲ αὐτοῖς καὶ ἰσχνότης τοῦ σώματος, καὶ ἀδυναμία μετ' ἀνωμαλίας. *Et habet Aetius eadem verba lib. 9. cap. 40. niſi quòd pro* μετ' ἀνωμαλίας *legit* μετὰ βραδύτητος, *id eſt, cum tarditate. Quæ de pulſu dicta non accipias, quaſi legendum eſſet,* καὶ σφυγμοῦ ἀδυναμία μετ' ἀνωμαλίας: *non enim de pulſu, ſed de totius corporis imbecillitate loquuntur.*

z *In alio exemplari filicis.*

a *A præegreſſo allij eſu.*

De dracunculis. Cap. LVIII.

IN India & ſuperioribus [Aegypto] locis dracunculi generantur, ceu animalia quædam lumbricos imitantia, in partibus muſculoſis, puta brachio, femore, tibia: in pueris etiam latera ſub cute perreptant & palam mouentur, [deinde cùm diu extremum aliquod dracunculi remanſerit] locus ſuppurat, & cute ipſius adaperta, initium ipſius progreditur: cùm trahitur, dolores mouet, præcipuè abruptus. Quapropter nonnulli dicunt plumbeam molam ex dracunculo ſuſpendendam ne vniuerſim, ſed particulatim molis pondere decidat. Alij verò hos damnant quòd nihilo magis pondere molis plumbeæ dracunculus abrumpatur, & dolores [varios] concitet. iubent partem in aquam dimitti calidam, quò dracunculus tepefactus foràs prorepat, deinde digitis ipſum [membratim] extrahere. At Soranus neq; animal prorſus, ſed [neruoſi cuiuſdam] ſubſtantiam eſſe putat, quòd opinionem motus ſolum præbeat, ſiue autem hoc ſit, ſiue quod prius dictum eſt, Sorano & Leonidę, aliiſque viſum eſt, calida ſuperfuſione & cataplaſmatis concoquentibus in his vti ex mulſa, farina triticea, aut hordeacea. Eſt cũ emplaſtri vſum eiuſdem potentiæ probant. Conuenit autem & quod ex baccis lauri & quod ex melle conſtat: emortui ſi quidem horum vſu dracunculi, nimirùm quod continetur corpuſculum excidit. Suppuratione autem facta, niſi exciderit, cutis diuidenda eſt: vbi denudaueris, quod continetur auferes, & [cutem linamento penetrabis,] ac deinceps eam curandi rationem adhibebis quæ puri ſit maturando.

[vt Arabia, et Aethiopia]

[deinde cũ extremus dracunculi finis aliqua in parte diu remanſerit]

[validos]

[ſenſim & paulatim]

[neruoſam quandam]

[cutem diuiſam linamẽto implebis]

De dracunculis vide Aetiũ lib. 14. cap. 83. et Gal. lib. 6. de locis affectis.

PAVLI AEGINETAE LIBER V. IOANNE GVINTERIO ANDERNACO INTERPRETE.

*

Quomodo quis ab omnibus communiter virulentis beſtiis ſe tueatur.

CAPVT I.

DE virulẽtis beſtiis pręcipientes, [b] ab iis quæ in omnibus huiuſmodi communiter proficiunt, exordiemur, ità, vt quomodò quis ab illarum iniuria ſe tueatur, prius expediamus. Si igitur aliquis neceſſitate quapiam coactus, loco feris frequenti obdormiat, vbi potiſſimùm ſalamandræ aut phalangia, aut ſerpentes aliqui abundent [c], horum cauas latebras allio in aqua detrito, aut aliqua ex herbis quas exponemus, obturare conuenit. Suffitus autem rectè excitantur ex cornu ceruino, caprarum vngulis piliſve, lapide gagate, bitumine, bdellio, galbano, cupreſſi aut cedri raſura, melanthio, peucedano, viticis foliis, nepita, ſagapeno, caſtorio, cachryos radice, cunila, aut ex reliquis grauiter olentibus aliquo. Culices autem propriè perſequitur ſuffitus ex atramenti ſutorij, melanthij ſylueſtris, ſeminis cumini, paribus modis. item fimus bubulus eoſdem fugat. Ad hæc etiam ignes incendere crebriores vincit, fugiunt enim magna parte feræ eorum ſplendorem. Cæterùm torum ſubſternere ex haſtula regia, nepita, vitice, pulegio, polio, [d] cunila bubula, abrotono, expedit. At ſi toto huiuſmodi toro vti non datur, † ſtratis ſaltem imponenda ſunt. Iam verò animum adhibere oportet iis quæ coquuntur, aquæ & vinorũ cadis, vt exactè ſint operculati. Focus autem non ſub arboribus quibuſdam excitabitur,

† *circum lectũ ſaltem ipſa ponere oportet.* περὶξ τοῦ στρώματος αὐτὰ τιθέναι. *Goup.*

bitur, præſertim pinu aut picea. in his enim ſalamandræ, & erucæ lethales crebræ verſantur, quæ ab ignis tepore calefactæ, decidunt in obſonia aut alia vaſa, ſi non fuerint operta. Qui verò tutiores eſſe volunt, iis conuenit etiam ceratum corpori oblinere liquidius, ex cera, roſaceo, galbano modico, ſcobe ceruini cornu exigua, vel etiam æthiopico cumino peculiariter autem maluæ folia cum oleo detrita ſi illinantur, ab apum & veſparum morſu præſeruant. *Apes & veſpæ ne feriant.*

ANNOTAT. ANDERNACI.

De virulentis beſtiis. *Hoc libro in multis Dioſcoridem Paulus imitatur: quanquàm Galenus etiam librum de Antidotis conſcripſerit, poſt eum Oribaſius, Aetiúſque.*

CORNARII.

b *Legito Græcè*, ἀπὸ τῶν κοινῶς ἐπὶ πάντων τῶν τοιούτων ὠφελούντων ἀρξόμεθα.

c *Horum quidē ſubterraneas latebras. Lege* τοὺς ὑπογείους φωλεοὺς.

d *Conyza, abrotono.*

Communis omnium qui à virulento quopiam morſi vel icti ſunt, curatio. Cap. II.

QVòd ſi feriri aliquem aut morderi à venenato animali contigerit, homo adhibendus eſt qui vulnus exugat. non tamen eum ieiunum eſſe oportet, verum etiam vino os colluiſſe, & oleum in eo continere. Deinde particulæ commorſæ, ſi admittit, cucurbitulam cum multa flamma adhibere oportet, ſic vt vicinæ etiam partes ſcarificentur. Nam virus vnà cum ſanguine, & ſpiritu rurſus ita extrahitur. Item exulcerata adurere ac cruſta obducere, [e] adeóque præcidere conueniet, ſi fera quæ momordit, lethalis fuerit, quales aſpis, ceraſtes, vipera, ſimiléſq; alię ſunt: quemadmodùm Galenus memoriæ prodit, vinitorem quendam à vipera morſum, vbi feram cognoſceret, falce læſum digitum ſtatim abſcidiſſe, atque in totum periculo liberatum. At ſi venenum per corpus fuerit diſperſum, ſanguis ſtatim demittendus eſt, præcipuè ſi is qui percuſſus eſt, plethoricus exiſtat. exhibere cum cibis edendum piper aut allium conducit: potui, vinum validum: [f] recentibus vaporibus, & conuenienti naturæ caliditate, corporis temperamentum replere, deinde iis oblinere, quæ commorſam partem poſſunt calefacere, & vellicare. Imponetur itaque cinis braſſicæ aut fici aceto miſtus, aut lixiuia, aut garum, & cæpe cum polen- *Præſectio partium.*

ta aut pane: item porra abunde cum ſale, aut pix liquida cum ſale calida: aut cedrus, aut fimus caprillus. Conuenit autem ipſis acetum calidum quoque ſuperfundere, in quo nepita ſit incocta: aut acetum & aquam marinam aut acetum cũ muria. Cæterùm locis affectis gallinæ, & magis galli gallinacei, aliáve animãtia per medium diſſecta, calida imponi debent. Nam virus tranſſumunt euocántque, & dolores mitigant. Emplaſtra quoque vtiliter applicantur, tum hoc quod ſale, tum illud quod cachry & adarce conſtant: in totum, quę acrioris ſunt potentiæ. Omnes verò communiter & morſi, & icti à quocunque tandem virulento animali, præterquàm ſi interiora omnino offenſa non ſint, [g] potabunt ſerin, aut ericen, aut aſtragalon herbam cum aceto, aut bitumen, aut paliurum ſimiliter, aut veteris rhu decoctum, aut muſtelæ inueteratæ drachmæ duæ ex vino ſumptæ, præſenti ſunt remedio: vel marinæ teſtudinis ſanguis, aut caſtorei drachma cum diluta vini potione, aut roris marini tantundem, aut ſicyoniæ radicis aut porri ſuccus, aut chamæpitys, aut ſmyrnium, aut cinamomum, aut ariſtolochia, aut viticis ſemen, aut cupreſſi pilulæ, aut ſeſeli, aut piper, aut trifolij ſemen, aut baccæ lauri, aut cancer fluuiatilis toſtus aut elixus: item compoſita hæc Theriace vtilis eſt.

Theriace aduerſus virulenta & lethalia venena, viperæ morſus, & ſcorpionis ictus.

BRYONIAE, opopanacis, iridis illyricæ, roris marini radicis, [h] zingiberis, ſingulorum drachmæ quatuor, ariſtolochiæ drachmæ quinque, lacrymæ thuris, rutæ ſylueſtris, ſingulorum drachmæ tres, farinæ erui drachmæ duæ: finguntur paſtilli vino, dantúrque ſinguli qui treis obolos pendeant, ex eodem vino. Cæterùm purgatio omnibus conueniet, deſudationes, & theriace ex viperis aſſumpta.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Homo adhibendus eſt qui vulnus exugat. *Celſus libro quinto idem præcipit. Si cucurbitula inquiens non eſt, quod tamen vix incidere poteſt, tum quodlibet ſimile vas, quod idem poßit: Si ne id quidem eſt, homo adhibendus eſt, qui vulnus exugat. Græcè erat* ἐκμυζησμῷ κεχρῆσθαι, *hoc eſt exuctione vti.* ἐκμυζησμός.

Galenus memoriæ prodit. *De vipera multis in locis meminit, tum in commentario ſimplicium medicamentorum, tum vbi antidota, confectionémque Theriacæ comprehendit.*

Aut

Aut paliurum. *Codex Græcus deprauatus particulam ἢ deſiderat. Legique debet, ἢ παλίουρον, quod etiam Oribaſius libro octauo habet.*

Deſudationes. *Græcè erat, ὑδρωτήρια, hoc eſt, quæ ſudores mouent, vt laconicum, aliiq; id genus modi, vt ſcilicet venenum ab internis foràs euocent.* *ὑδρωτήρια.*

CORNARII.

e *Sed & extremarum partium præſectiones adhibere commodum fuerit. Legendum Græcè, καὶ ἀκρωτηριασμὸς δὲ παραλαμβάνεσθαι καίριον.*

f *vt ex eo recentibus vaporibus & familiari caliditate corporis miſcella repleatur.*

g *In potu detur ſeris, aut erica, aut aſtragalitis cum aceto, aut bitumen, aut paliurus eodem modo, aut paliuri decoctum. Græca exemplaria corrupta ſic reſtitue: προποτίζειν δὲ σέριν, ἢ ἐρείκην, ἢ ἀστραγαλίτιν μετ᾽ ὄξους, ἢ ἄσφαλτον, παλίουρον ὡσαύτως, ἢ παλιούρου ἀφέψημα.*

h *myrrhæ. Græcè eſt, ζιγγιβέρεως pro σμύρνης. Atque hic error valde frequens eſt in Græcis medicis omnibus, cuius occaſio inde eſt, quòd Græcis σμύρνη etiam ζμύρνη ſcribatur. Vide Lucianum in Vocalium iudicio. Et cùm ita ζμύρνα pro σμύρνα ſcriberetur, factum eſt vt cōpendij gratia per duo ζζ. denotaretur ζμύρνα. Quod compendium ignorantes, ad id diſpendij deuenerunt, vt myrrham per duo ζζ. notatam pro ζιγγιβέρεως voce agnouerint, atque ita zingiberi pro myrrha ſuppoſuerint.*

De rabioſi canis morſu, & metu aquæ, quæ Hydrophobia dicitur. Cap. III.

Exordium ſermonis à rabioſi canis morſu capere, quàm ab aliis maluimus, quòd animal & fœcundum prouentu, & contubernale homini exiſtat, rabieq; ſæpius corripiatur, & ægrè caueri poſſit, ac periculum ab eo ſit ineuitabile, niſi multis aliquis & conuenientibus vſus fuerit præſidiis. Rabiunt canes plerunque in æſtu vehementiore: vt autem Lycus memoriæ mandat, interim etiam per frigora maxima: rabidi autem & potum & cibum auerſantur, ſiti premuntur, neque tamen bibunt; anhelant præterea non parum, aures inclinãt, ſaliuam & copioſam & ſpumantem ædunt, muti in totum ſunt, & veluti inſani, vt ne domeſticos quidem agnoſcant. inſiliunt itaque ſine latratu omnibus pariter & beſtiis, & hominibus, mordéntque. vbi momorderint, ſtatim quidem nihil moleſtiæ adferũt, præterquam ex vulnere *Signa canis rabioſi.*

Hydrophobiæ ſigna.

dolorem: poſteà verò aquæ metum, Hydrophobiam Græci appellant, faciunt, qui cum conuulſione, totius corporis rubore, præſertim faciei, ſudore & anxietate accidit, aquam fugiunt, & dum vident, & dum admouentur: nonnulli etiam omnem humorem: alij canum ritu delatrant, & obuium quemque dentibus appetunt, morſuque ſuo in alios eandem affectionem transferunt. Porrò accidentium, aliorum quidem cauſa manifeſta eſt, occupatis ſcilicet veneno partibus vniuerſis: metum verò aquæ nonnulli ex immodica fieri ſiccitate dixerunt, quaſi humida ipſorum ſubſtantia in contrarium penitus habitum mutata. verùm Rufus talem melancholiæ ſpeciem ipſis oboriri pronuntiauit, veneno humorem illum imitato: quemadmodum alios melancholicos nouimus alia timere, quæ cauſa ſuperuenit etiam iis qui dicunt, canis qui momorderit imaginem in aquis opinari ſe videre. At ex iis qui hoc vitio ſunt occupati, nullum, præterquam vnum aut alterum, ſuperuixiſſe, ex hiſtoria didicimus, eóſque non à rabioſo cane morſos, ſed ab homine quodam morſo vitium adeptos. At ante affectus huius occupationem multi etiam quos canis momordit, ſeruati ſunt. hinc igitur curatio auſpicanda eſt.

Curatio morſus canis rabioſi.

Quoniam verò ſubinde, eò quòd tunc aquæ metus non inuadat, (magna enim ex parte circa quadrageſimũ ferè à morſu diem ſolet ingruere, quibuſdam & poſt ſex menſeis, [1] proditum eſt nonnullis poſt ſeptem quoque obueniſſe) nonnulli canem qui momorderat non rabire arbitrati ſunt, properarunt vulneri cicatricem inducere: vnde ipſi cauſam huic affectioni dederunt. hac autem probatione vſus deprehendes, morſus rabioſi'ne canis fuerit, an non.

Canis rabidi morſus cognitio.

Iuglandibus nucibus conciſis vulnus diligenter obſtruitur, ſequenti die ablatæ, gallinaceo, aut gallinæ in cibo apponentur: ac primùm ſanè non attingent, fame autem vrgente ſi edant, rem conſiderato. Nam canis qui momordit ſi non fuerit rabioſus, viuent: ſi rabidus, ſequenti die peribũt. atque tunc ad vulneris dilatationem properandum eſt, iterúmq; poſt paucos dies eadem probatione vtendum, & ſi non perierint gallinacei, tunc vlcus ad cicatricem perduces, nullum veritus periculum. Hanc itaque probationem Oribaſius tradit. Quòd ſi ex commemoratis indiciis accuratè canem rabire cognouerimus, ſtatim iis medicamentis quæ aperiundi vim habent, vtemur. Primùm igitur ex ape-

riuntibus

riuntibus eſt, quod pice, aceto quam acerrimo, & opopanace conſtat, in capite de neruorum vulneribus explicatum: at ſi qui morſum accepit, delicatiorem cutem habeat, dilui ipſum irino debet, aut balſamo, aut eiuſmodi aliquo: vel vlcera priùs fomentis adiuta, allio obduces. hoc quod ſequitur etiam cruſtam facit.

Aridum ad cruſtam in canis rabioſi morſu excitandam.

Salis foſſitij drachmæ octo, chalcitidis drachmæ ſedecim, ſcillæ tantundem, rutæ viridis drachmæ quatuor, æruginis raſæ totidem, marrubij ſeminis drachma: vtitor primùm arido vt cruſtam inducat: deinde cum roſaceo, vt cruſtæ excidant. Cæterùm partes affectæ ad dies quadraginta duos, vt minimum, ſine cicatrice ſeruentur.

Cataplaſma quod oras vulneris latas in rabidi canis morſu ſeruat.

Cepae cum ſale & ruta inducuntur, aut laſerpitium cum ſale, aut ſalſamentum vetus, aut cinis ſarmentaceus cum oleo, aut allia, aut ſambuci folia, aut mentha, aut apiaſtrum, ſingulatim, aut cum ſale: aut iuglandes nuces, cum allio, ſale & melle, aut cinis fici, cerato exceptus. vulnus autem aqua abluetur, in qua decoctum ſit chamæmelum, & ſylueſtris lapathi radix. Nonnulli & ferro candenti vlcus adurunt. Cæterùm potui aſſument commorſi, ſimplicia quidem, lycium, abſinthium, liquorem ſilphij, chamædryn, ſcordium & polium: compoſita autem hæc, cancrorũ fluuiatilium, ſarmentorum vitis albæ, in cyprio vaſe aut æreo combuſtorum, cochlearia duo, gentianę radicis lęuigatæ cochlear vnum, cum vini meri veteris cyathis duobus, [k] ad dies quatuor potui dato. aliqui verò & perdicis ſanguinis duo cochlearia addunt. Capies autem cancros dum lana increſcit, priuſquam ſol exoriatur. iis autem qui eodem die non biberunt, duplicem portionem exhibeto, interim & triplicem. Iam theriaca ex viperis rectè datur. Purgare expedit medicamento ex cucurbita ſylueſtri, ita vt quotidie id exhibeas, [l] cum decocto eleliſphaci, aut ſideritidis heracliæ, quam & dialyſon appellant: nonnulli verò & iecur canis qui momordit, edendum dederunt. Cæterùm victus ratio talis adhibenda eſt, quæ ſimul veneni vires hebetet extinguátque, ſimul & deſcenſum ad interiora prohibeat: quæ duo præſtare poteſt, vini dulcioris vetuſti & meraci, lactiſque potio. idem efficiunt allia, porra, & cepæ in cibo ſumpta. At ſi per initia ob impedimen

dimentum aliquod non præſumpta quæ retulimus remedia fuerint, carnis præſciſio, vel cucurbitulæ, vel vſtio non adhibenda eſt, vt cùm iam venenum penitius ſeceſſerit: medicamentis autem quæ euocent, Græci Metaſyncritica vocãt, vti conſilium eſt, aquæ metu videlicet non oborto. purgatio ex hiera & ſciſſili lacte petetur. item ſudoris euocatio, dropaciſmus & ſinapiſmus, toto corpore particulatim adhibebitur. omnium tamen efficaciſſima deprehenſa eſt purgatio quæ ſit per veratrum.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Aquæ timor.

Hydrophobiam. *Celſus hoc morbi genus miſerrimum, aquæ timorem appellat. Largus aquæ, hoc eſt, liquoris metum interpretatur* ὑδροφοβίαν.

ὑδροφοβία. ἀπορία.

Sudore & anxietate. *Verti* ἀπορίαν *anxietatem. Eſt autem propriè* ἀπορία *conſilij, aut propoſiti inopia, incertitudo, ex qua quis neſcit, quid potiſsimùm acturus ſit. Ruellius vertit* ἀπορίαν, *languorem.*

περισαρκίζειν.

Carnis præſciſio. *Græcè erat,* τὸ μὲν περισαρκίζειν. *quaſi dicas circa carnem ſectio, vel circunſcriptio: nam interim carnem amputare ſcalpello conuenit.*

CORNARII.

i *narratur quibuſdam etiam poſt ſeptimum annum accidiſſe.* μετὰ ἑπταετίαν *ex Dioſcoride.*

k *ad dies quadraginta bibenda præbe. Lege ex eodem Dioſcor.* πότιζε ἡμέρας. μ. *non vt exemplaria habent,* δ.

l *cum decocto ſaluiæ, aut ſideritidis Heracleæ, quam ſanè etiam Alyſſon vocant. Græca falsò habent,* ἣν καὶ διάλυσσον καλοῦσι. *Nam* ἄλυσσον *vocari ſideritidem Heracleam, ab inſigni aduerſus rabiem virtute teſtatur etiam Aetius lib. 6. cap. 24. vbi eadem quæ hîc Paulus tradit his verbis:* μετὰ ἀφεψήματος ἐλελισφάκου, ἢ τῆς σιδηρίτιδος πόας, τῆς ἡρακλείας καλουμένης. Χρῶνται δὲ αὐτῇ τινὲς καὶ μόνῃ, καὶ φασὶν ἱκανῶς βοηθεῖν. διὰ τοῦτο καὶ ἄλυσσον ταύτην ὀνομάζουσι. *Eſt & alia herba Alyſſon priuatim appellata, vt Galen. & Paul. infrà libro 7. dicit, ab eo quòd à cane rabido morſis auxiliatur.*

Ad morſus canis non rabioſi. Cap. IIII.

Canis non rabioſi morſus, cùm & ipſi virulentæ cuiuſdam ſubſtantiæ ſint Participes, ſtatim aceto irrorans, lata manu morſum ferito, inſuper nitrum cum aceto tritum ex alto in partem fundito, deinde ſpongiam recentem aceto, aut

to, aut ipſo nitroſo aceto madidam imponito, triduo idipſum ſuperfundens, tandem enim conſaneſcet. vel erui farinam oleo maceratam imponito: aut ſpongiam recentem, aut lanam ſuccidam aceto & oleo imbutam acommodato, aut rubi folia cum aceto tuſa inducito, aut cepam tritam cum melle, vt origani comæ, ſalis, cepæ, pares ſingulorum modos cum melle: vel marrubiũ nigrum, quod & balloten dicunt, cum ſale. m ad feruidos autem iam morſus, erui farina melle macerata admouetur, peculiariter enim his efficax eſt. inflammatione conflictantes, argenti ſpuma trita ex aqua oblinito.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Lata manu morſum ferito. *Hac locutione Celſus etiam vtitur. Si manus, inquiens, vulneri imponitur, ſupérque id duobus digitis verberatur.*

Ad feruidos autem iam morſus. *Græca ſonant, πρὸς δὲ ἤδη πεπυρωμένα τῶν δηγμάτων, hoc eſt, ad morſus quos inflammatio iam feruida inuaſit.*

πεπυρωμένα δήγματα.

CORNARII.

m *Ceterùm ad morſus iam ſuppuratos. Græcè legendum, πρὸς δὲ τὰ ἤδη πεπυωμένα τῶν δηγμάτων. Exemplaria falsò habent, πεπυρωμένα. Sed repugnat huic voci medicamentum quod ſequitur: itémque τὰ φλεγμαίνοντα deinceps ſequentia.*

De veſpis & apibus. Cap. v.

APum ictu dolor ſentitur, locus rubeſcit, propinquæ partes tument increſcúntque, aculeus in vulnere relinquitur. In veſpis autem ſimilia quidem, ſed intenſiora omnia ſunt, nec aculeus relinquitur. Remedio ſunt aduersus vtraque lutum, & bubulus fimus illita: & lac ficulneum, aut læuigata mori arboris folia, aut maluæ: aut farina hordeacea ex aceto imponitur. quinetiam muria aut marina aqua fouere conducit.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Et lac ficulneum. *Hoc eſt, liquor ficulneus, ſic lac papaueris, lac laſeris, aliorúmque conſimilium pro liquore aut lacryma.*

Lac ficulneum.

De phalangiis. Cap. VI.

PHalangiorum morſu locus ipſe quidem rubeſcit, & veluti punctus per ambitum apparet, non autem tumet, neque incaleſcit, ſed leniter rubidus frigore & pruritu vexatur. Comites notæ percuſſorum ſunt, perfrictio, tremor, corporis

Signa morſus phalangiorum.

poris grauitas, ſudor frigidus, dolor validus, pallor, continua vrinæ excernendæ incitatio: quibuſdam & vrinæ difficultas, colis intenſio, oculi hument, inguina & poplites intenduntur rigéntque conuulſorio modo, valida ſtomachi roſio vrget, lingua ſermonem manifeſtò non explicat, vomitus aquæ vel aranearum textis ſimilium erumpit. ſunt etiam quibus per vrinas, & aluum eadem deſcendunt. demiſſi igitur in aquam calidam dolore liberantur, ac rurſus validè indolent. Auxilio eſt, ſi extrinſecus cinerem ficulneum cum ſale ſequi ex vino maceratum, imponas: aut radicem ſylueſtris punicæ tritam, aut ariſtolochiam, cum farina hordeacea aceto madefactam. Iam & vlcera fouere marina aqua calidiore, aut apiaſtri decocto, conducit, eiuſdémque folia imponere. adhæc balneum frequentius vtile eſt, atque his potionibus medicis vti: abrotoni ſemine,[n] anetho, ariſtolochia, agreſti cicere, cumino æthiopico, cedri baccis læuigatis, platani cortice, trifolij herbæ ſemine, myricæ ſemine, ſingulorum drachmis duabus [o] cum vini ciatho, [p] & viridium cupreſſi foliorum aut pilularum decocto, vino temperato. Ferunt nõnulli & cancrorum fluuiatilium ſuccum cum lacte & apij ſemine datum, periculo ſubtrahere.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Sed leniter rubidus. *Græcè habetur ἀλλὰ μετρίως μὲν ὑπέρυθρος, quod eſt, ſed mediocriter quidem ſubrubens. Dioſcorides impreſſus habet pro ὑπέρυθρος, ὑπέρυγρος, hoc eſt humidus. atque ita vertit Ruellius. Marcellus autem ὑπέρυθρος. quanquam ſuprà Paulus dixerat, ἰνδοειδής. vide vtra placeat lectio.*

Et viridium cupreſſi foliorum. *Mutilus eſt codex Græcus. Nam deſideratur dictio φύλλων, legendúmque venit χλωρῶν κυπαρίσσου φύλλων ἢ σφαιρίων.*

CORNARII.

n *aniſo. Ex Dioſcor. lege ἄνισον, pro ἄνηθον*

o *cum vini hemina vna. Lege ex eodem Dioſcor. πότιζε μετ' οἴνου κοτύλης. α. & non κυ. α. vt habent exemplaria.*

p *facit & viridium cupreſſi pilularum aut foliorum decoctum. Græca ſic habent, καὶ χλωρῶν κυπαρίσσου ἢ σφαιρίων ἀφέψημα. Aut igitur vox φύλλων deeſt, aut particula ἢ redundat. Si vocem φύλλων recipis, habes authorem Aetium lib. 15. cap. 18. Si ἢ redundans reiicis, Dioſcoridem, qui de cupreſſi pilulis ſolùm dicit.*

De aranea ictu. Cap. VII.

EST quoddam etiam aranearum genus, quod percuſſu validos dolores circa media præcordia excitet: item ruborem, & vrinæ difficultatem, nonnunquam & ſuffocationem. Leuantur autem ictu hiſce remediis: Cumini ſylueſtris thebaici, aut viticis ſeminis, aut albæ populi foliorum potu, vel aliis ſolis aſſumptis & vino meraciore ſuperbibito iuuantur.

De ſcorpionis ictu. Cap. VIII.

A Scorpione ictis locus quamplurimùm inflammari incipit, duratur, rubet, & cum dolore circumtenditur, nunc feruor, nunc frigus viciſſim inuadit, accedítque dolor qui itidem modò decreſcit, modò intenditur. comitatur ipſos ſudor, horroris ſenſus, tremor, extremorum perfrictio, inguina his attolluntur, particula intenditur, ſæpè etiam flatus cum ſonitu per ſedem erumpunt, pili rigent, cutis fit diſcolor, dolórque tota cute affligit, ceu acus ſpiculo excitatus. His auxiliantur protinus, lac ficulneum inſtillatum vulneribus, ipſeque ſcorpio qui percuſſit minutim contritus, vulnerique impoſitus ſibi remedium eſt. poſt hæc ſal tritus cum lini ſemine ſalutariter imponitur: item althææ herbæ ſemen: ſuccurrit & ſulfur viuum reſina terebinthina exceptum: ſimiliter etiam galbanum ſplenij modo dilatatum impoſitúmque, nepitaque læuigata & applicata, & hordeacea farina in vino parata, & in rutæ decocto exhibita. auxiliatur his etiam trifolij herbæ ſemen læuigatum iniectúmque. Ad hæc, potiones hæ conueniunt: ariſtolochiæ drachmæ duæ, præſertim corticis cum vino, gentiana tuſa, pulegiúmque abundè decoctum: item baccæ lauri numero decem læuigatæ, nepita cum poſca largiter incocta, cyperis cum vino, ruta ſimiliter, lac ficulneum & laſerpitium, ſi adſit, ſi deſideretur, parthico liquore vtendum erit. benefacit etiam trifolij ocymique ſemen epotum. idem q̃ præſtat argenti ſpuma ſubito ictui pręter opinionem impoſita. omnium autem horum vicem præſtat balnei continuus cum multo ſudore vſus, vini potio plenius diluta. Porrò compoſita hæc potari debẽt: ſulfuris viui fabæ Aegyptiæ inſtar cum piperis granis octo, in dimidia vini hemina: vel liquor laſerpitij cum cancro detrito in vino: aut melanthij, cumini æthiopici, viticis ſeminis, pares portiones cum vino.

Symptomata conſequẽtia ſcorpionis ictum.

Ad ſcorpionum periculoſorum & phalangiorum ictus.

Fæcis drachmæ ſedecim, pyrethri drachmæ quatuor, rutæ ſylueſtris ſeminis drachmæ tres, caſtorij, erucæ ſeminis, ſingulorum drachmæ duæ: excipiuntur [r] ſanguine hirudinis marinæ. dantur quaterni oboli cum vini meraci vel aceti cyathis tribus.

ALIVD. Pyrethri, ariſtolochiæ, ſinguli trientes, piperis drachmæ duæ, liquoris laſerpitij drachmæ: exhibetur ad fabæ Aegyptiæ magnitudinem.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Particula intenditur. *Hîc intelligo particulam panem ipſum. Sic etiam apud Græcos τὸ μόριον accipitur. Dioſcorides ὀρθοτριχίαν huius loco habet, quod eſt pilorum erectionem.*

CORNARII.

q *præter opinionem quoq; facit argentum ſtatim plagæ appoſitum.*

r *teſtudinis marinæ ſanguine.*

De ſcolopendra terreſtri & marina. Cap. IX.

Scolopẽdræ morſum ſequẽtia ſymptomata.

AT ſi ſcolopendra momordit, communiter quidem locus affectus in orbem liueſcit attollitúrque, aliquando fæci ſimilis, rariùs autem ruber apparet, exulceratúrque ſtatim ab ipſo morſu adeò vt vix magno labore curari queat. præter hæc etiam toto corpore pruriginis ſenſus percipitur, peculiariter autem iis qui à marina ſcolopendra impetiti ſunt, aquoſus pellucidúſque tumor interim efficitur: à terreſtri, rubens. Plagæ igitur imponi debet ſal bene tritus, vel ruta læuigota, aut cinis aceto maceratus, aut ſcilla. Fouendus locus eſt muria cum aceto. Archigenes autem oleo calido liberaliore fieri id iubet, & prædicta ſic imponi. Potui dabitur ariſtolochia cum vino, aut ſerpillum, aut calamintha, aut ſylueſtris ruta, aut trifolium, aut ſuccus radicis haſtulæ regiæ dimidiæ heminæ menſura cum vino.

Curatio.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Attollitúrque. *Pauli codex Græcus habet ἐπαίρεται, hoc eſt, attollitur, Dioſcorides vnde hæc tranſcripſit, πελιοῦται, hoc eſt cõputreſcit, legit. Itẽ Paulus λυσινθῆ ponit pro δυσίατον, hoc eſt δύσφορον.*

[s] *Ad ſtellionis tranſmarini morſum.* Cap. X.

SEſamo trito cataplaſmatis modo obducito.

De fele. Cap. XI.

QVi à fele mordentur, validè quidem dolent, & locum affectum liuidum habent, ſed ſtatim cepæ & allia

ictui

ictui applicata, auxiliantur. inſuper eorundem eſus, vino meraco ſuper aſſumpto, remedio eſt.

CORNARII.

s *Qui à ſtellione morſi ſunt, intentè dolent, & morſum liuidum habent. Opem autem ſentiunt, ſi plaga cepis & alliis integatur. Quin & ſi eadem edant, inſupérque vinum meracum abſorbeant, curantur. Seſamum etiam tritum ipſis imponitur. Hoc loco Græca Pauli exẽplaria vitiata ſunt, vt cõuerti emendãda. De quo vt ne quis dubitet, habet omnia hæc hoc modo, velut dixi Aetius lib. 13. cap. 12.*

De mure araneo. *Cap.* XII.

VBi verò mus araneus nocuit, ſequuntur dolores pulſatiles, & in ſingulis dentium eius animalis ictibus, rubores: puſtula inſurgit ſanioſo humore plena, propinquæ partes omnes liuẽt: cute puſtulæ dirupta, [t] album vlcus apparet: nam ad membranas neruoſas deraditur. ad hæc excidunt etiam partes exeſæ depaſtione oborta, his quæ ſerpunt ſimili: prætereà etiam inteſtinorum tormina comitantur, vrinæ difficultas, & frigidi madoris vndique eruptio. Auxiliatur ipſis galbani ſplenium per ſe impoſitum, vel tritum cum aceto, vel hordeacea farina, cum oxymelite applicata, ipſéque mus araneus qui momordit diſſectus admotúſque ſibi eſt remedio. Aduerſatur etiam pyrethrum illitum, vel mali punici dulcis corium incoctum, vel malua ſylueſtris, vel allia contrita, vel ſinapi læuigatum cum aceto: item ex calida muria fotus cõducit, deinde hordeum vſtum ex aceto applicatum. Potui propinabitur abrotonum ex vino coctum, aut ſiſymbrium, aut ſerpillum, aut eruca, aut galbanum, aut eleliſphacum, aut teneræ cupreſſi pilulæ cum oxymelite, aut pyrethrum cum vino, aut chamæleontis radix, aut hœdi agníve coagulum, aut gentianæ radix, aut verbenaca, quæ etiam imponitur cataplaſmatis modo: ipſúmque murem qui momorderit, exactè detritum cum vino bibunt. Efficax hoc etiam quod ſequitur. Myrrhæ drachmæ ſex, ariſtolochiæ corticis drachmæ quatuor. porrò ad muris aranei & ſcolopendræ morſum, ſal cum liquida pice rectè applicatur, aut cedria cum melle, aut allium cum fici foliis & cumino, aut calaminthæ folia, vel hordeum etiam cum aceto.

Sequentia muris aranei morſum.

Curatio.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Album vlcus apparet. *hoc eſt vlcus depaſcens, quod νομὴ Græcis appellatur.*

νομή.

Frigidi maioris. *Hoc eſt corpus frigido ſudore perfunditur, ma-*
νοτίς. *dor initium ſudoris eſt. νοτὶς Græcè dicitur.*

CORNARII.

t *Album apparet vlcus, dilaniatis membranis neruoſis. Ex Ae-tio colligo legendum eſſe ἀναξαινομένων τῶν ὑμένων νευρώδων. Græca enim impreſſa nullam hîc ſententiam exhibent.*

De vipera tum mare tum fœmina. Cap. XIII.

Comitãtia viperæ morſum accidẽtia. IN viperæ tum maris tum fœminæ morſu ſimiliúmve animalium virus iaculantium, dolor loci ſtatim ab initio ſequitur, mox totius corporis: apparent etiam in morſu duo foramina paruo inuicem ſpatio diſcreta, fluítque ex his ſanguis humórque ſanioſus, deinde oleoſus, poſtremò etiam æruginoſus, quem nonnulli virus viperarum eſſe dicũt. præter hæc tumores iuxta morſum ſubrubri liuidíq; aſſurgunt, corporis color perit, vertigines oculorum, ſtomachi reſolutio, & animæ defectus oboritur, quibuſdam etiam vomitiones bilioſæ, vrinæ anguſtia, inſuper puſtulæ in commorſa parte erumpunt, veluti in ambuſtis. item depaſtio ipſam inuadit, ad viciniam procedens, gingiuę his cruentantur, accedit etiam tremor, ſopor, & frigidi ſudores. [u] minori autem cum periculo liberari, quos vipera mas, quàm quos fœmina momordit, videntur: ex his ipſis minus periclitantur qui cibum præſumpſerunt.

Curatio. In curatione autem præſtantiſſimum remedium eſt, allij eſus, & vini meraci potio, adeò, vt ſi aliquis vti ſuſtineat, nullum prætereà remediũ deſideret. cdunquis tur etiam vtiliter & porra & cepæ & ſalſamentum quàm acerrimum. Sunt qui & ranas in cibo elixas dederunt. benefaciunt & hæc quæ ſequuntur cum vino ſingulatim pota: teſtudinis marinæ ſanguis reſiccatus cum cumino ſylueſtri, coagulum leporis, aut hinnuli tribus obolis, [x] ceruini genitalis ſicci, anchuſa tenuifolia tota, hanc autẽ nonnulli etiam collo ſuſpendunt, porri ſuccus dimidiæ heminæ menſura ex mulſa, apiaſtri foliorum ſuccus, ſylueſtris ruta, gallinarum cerebrũ, panacis radix cum vino incocta, agarici drachma, iuniperi baccæ, haſtulæ regiæ radix, piſtacia trita, viticis ſemen, muſtelæ inueteratæ ſiccatæque drachmæ duæ: [y] echini radix ſuccúſque, cancri fluuiatiles aut marini per ſe, cúmque herba pedicularia, ſale & polio: ariſtolochiæ radix cum myrrha, gentiana, baccis lauri, æquali modo melle excepta. atque hoc quod ſubiungam mirificè efficax eſt.

Oriba

Oribaſij ad viperarum morſus.

Aniſi acetabulum, piperis drachmæ quatuor, ariſtolochiæ corticis, opij, caſtorij, myrrhæ, ſingulorum drachma: paſſo læuigata in paſtillos inſtar fabæ Græcæ cogito, & pro viribus cuiuſque exhibeto, cum ternis diluti vini cyathis

Aliud ex Lyci commentariis medicamentum viperæ morſibus præſentaneum. Myrrhæ, caſtorij, piperis, [z] ſandarachæ, ſingulorum drachma, anethi ſeminis acetabulum: læuigata ex paſſo dantur.

Aliud, Ex Archigenis commentariis. Cancros viginti cum farinæ triticeæ quod ſatis eſt, in pila diligenter contundito, admixtáque nepita & ſalis momento, paſtillos fingito & ſiccato: in vſu, cum lacte applicato, vinúmque cum mulſa potato. At ſi fluuiatiles cancros deſideres, marinis vtitor. extrinſecus autẽ plagæ inductus caprarum fimus ex vino ſtrenuè auxiliatur: aut lauri folia cum oleo incocta, aut baccæ lauri, aut nepita, erica, ruta, apium, abrotonum, galbanum in ſplenio adhibitum, origanum viride læuigatum, gallinacei pulli diſſecti, & protinus calidi impoſiti: † farina erui cum vino macerata crebro emplaſtri forma illita, raphani cortex læuigatus, ſcilla cocta, farina hordeacea ex oxymelite, cucumeris ſylueſtris folia cum tenuiſſimo farinæ hordeaceæ polline, fæx vini ſimiliter cum farinæ polline, ruta cum ſale & melle, furfures in aceto coctæ, cinis cum aceto, cedrinus liquor cum ſale, pix liquida cum ſale. Foueri debent trifolij decocto aut pulegij, aut muria aceto adiecto. Quùm autem ſubcruentæ puſtulæ euaſerint, ipſas ſcarificabis, ita ne excories. deinde multa aqua foueto, lenticulam coctam cum melle obducito, dum conſaneſcant. At ex viperis antidotum propriè his & potum & plagæ impoſitum efficax eſt.

† et frequẽter permutati. καὶ συχνῶς ἐπαλλαττόμενος. Goup.

ANNOTAT. CORNARII.

v *Minore verè periculo liberari videntur qui à vipera fæmina morſi ſunt, quàm qui à mare.*

x *Cernini pudendi ſicci drach. I.*

y *Echij radix.*

z *Portulacæ. Hoc medicamentum pernitioſè corruptum eſt in Pauli Græcis exemplaribus, vbi σανδαράχης pro ἀνδράχνης legitur.*

De Amphiſbæna & Scytale. *Cap.* XIIII.

CONſimilia ex horum morſibus eueniunt, eadémque ipſis auxiliantur, quare peculiarem aliquam deſcriptionem ſortita non ſunt.

ANNOTAT. ANDERNACI.

De amphiſbæna. *Hoc animal biceps eſt, autore Galeno, & vtraque parte ingreditur, vnde nomen illi eſt inditum.*

[a] *De Dryino. Galeni hæc præfatio.* *Cap.* XV.

Dryini venenum conſequentia.

DRyinus in quercuum radicibus vitam agens, tam maleſica paratáque ad nocendum vi eſt, vt calcatus ſolum, pedes hominis cute nudos relinquat: totíſque cruribus tumorem laxum quem œdema vocant, copioſum excitet. Ad hæc quod multò magis eſt mirabile, ferunt omnes eorum pariter manus excoriari qui curationem vitij adminiſtrauerint: & ſi quis vlciſcendi ſtudio interemerit, dicunt hũc prauè admodùm olere,[b] illóq; ſuo fœtore omnium aliorum odorum ſenſum auferre. Ictis ab hoc animali tumor circa locum vitiatum cum rubore excitatur, puſtulæ in circuitu aſſurgunt. aliquando aquoſa ſanies emanat, ſtomachi eroſio vexat, & torſiones. Congruit ipſis ariſtolochia vino pota. item trifolium herba, radíxque haſtulæ regiæ conſimiliter aſſumpta. prodeſt cuiuſcunque quercus fructus læuigatus, & epotus. Itidem ilicis radices tuſæ, & loco admotæ auxiliantur.

Curatio.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Dryinus.

Dryinus. *Vide Galenum de Theriaca dictus eſt à* δρῦς, *quòd in quercuum radicibus viuat.*

στρόφοι.

Torſiones. *Græca dictio eſt* στρόφοι *qui propriè tormina ſunt circa vmbilicum, omnéque id ſpacium quod in anteriore parte ab ore ſtomachi ad vmbilici partes deſcendit hominem torquens.*

CORNARII.

a *Hæc ſunt apud Gal. lib. de Theriaca ad Piſonem, ad verbum.*

b *Et nihil aliud olfacere. In Galeno hæc ſic leguntur,* λέγουσιν αὐτὸν νομίζειν μοχθηρὸν ἅπαν πᾶν τὸ εὐῶδες αὐτοῦ. *id eſt, dicũt ipſum omnem gratum odorem, prauum eſſe exiſtimare.*

De Hæmorrhoo, & Preſtere ſeu Dipſade. *Cap.* XVI.

Accidẽtia Hæmorrhoi morſum ſequentia.

QVi Hæmorrhoi ictum ſenſêre, validos experiuntur cruciatus,[c] admodùm exigua anguſtáque redduntur corpora ex dolore continuo, multus ex plaga ſanguis erumpit: & ſi cicatrix toto corpore inducta fuerit, rũpitur, fundítq; ſangui

ſanguinem. cruenta excernuntur recrementa, ſanguis qui defluit, in grumum concretus eſt: tuſſi ex pulmone ſanguinem reiiciunt, quem euomentes etiam ſine remedio intereunt. A Dipſade percuſſos ardor intolerabilis vrget, ſitis tanta excruciat, vt nec extingui nec intermitti poſſit: copioſè potum ægri hauriunt, eadem tamen ſiti conficiuntur, tanquàm nihil planè hauſiſſent, [d] ſimiléſque toto habitu ſunt iis, qui anteà potus nihil hauſerint. vndè propter continuam potus aſſumptionem Preſter ab vrendo, dipſas à ſitiendo ſerpens appellatur. Multi autem veterum ab Hæmorrhoo & dipſade commorſos ceu deſperatæ ſalutis & conclamatos eſſe putauerunt. Porrò ſi ſpecialia aduerſus feram præſidia deſideremus, communia tentare oportet, ac protinus ſcarificationem vſtionémq; adhibere: & ſi liceat partem vitiatam præcidere. deinceps autẽ acria cataplaſmata imponi debent. vtilia ſunt omnium ciborum acrium eſus, præſertim quæ ex ſalſamentis petuntur, vini meraci potio, & lauacrum. hæc autem continuè, & exiguis temporum interuallis ſubinde adhibenda, priuſquàm morbi corripuerint: nam vbi illi ſemel emerſerint, nulla medicorum ope iuuantur. Cæterùm remedia quæ loco inducuntur, contra morſus inſcripta reperimus, Dipſadis quidem, portulacæ folia contrita ex aceto, polentam, rubi folia cum melle læuigata, plantaginem, hyſſopum, allium album, porrum, rutam, vrticam. Hæmorrhoi præter iam dicta etiam hæc benefaciunt, vitis folia cocta cum melle læuigata. per os autem Hæmorrhoi ipſius caput crematum potui datur, aut allium cum irino oleo: eſui dantur etiam vuæ paſſæ.

Dipſadis.

Preſter & Cauſus.

Curatio.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Qui hæmorrhoi ictum. *Hæmorrhus & hæmorrhois ſuis ipſorum nominibus ſimilem hominibus perniciem adferunt: quippe percuſſi ab eis, ſanguine per os, nares, totóque corpore effuſo intereunt.*

Hæmorrhus.

Redduntur corpora. *Græcus codex habet* ἀραιώματα. *hoc eſt raritatis. Dioſcorides quem Paulus ſequitur,* σώματα, *eóque ſic vertendum duxi.*

Et ſi cicatrix toto corpore. *Sic quoq; legit Aetius, quanquàm Marcellus Virgilius aliter legendum in Dioſcoride ſentiat.*

Quem euomentes. *Pauli codex impreſſus* ἐξαυματοῦντες *pro* ἐξεμετοῦντας *habet. Dioſcoridem ſecutus ſum, vndè Paulus hæc tranſcripſit: licet ſententia non multum variet.*

CORNARII.

c *Qui breues penitus ac anguſtas reddunt corporis raritates, præ afflictionum continuitate,* βραχέα δὲ παντελῶς καὶ στενὰ παρέχουσι τὰ ἀραιώματα. *Appellat autem hîc Paul.* ἀραιώματα *corporis raritates, quæ eiuſdem cauis partibus opponuntur. Sic lib. 3. cap. 70. vſurpauit.* ποτὲ μὲν, *inquit,* ἐν τῇ κοιλότητι τοῦ κύτους ἀπολειφθέντων τῶν πνευμάτων, ποτὲ δὲ ἐν τοῖς ἀραιώμασι τοῦ τῆς μήτρας σώματος. *id eſt. quandoque in cauitate ſpatij ipſius flatibus concluſis, quandoque in raritatibus corporis ipſius vteri. Dioſcor.* τὰ σώματα *habet, pro* τὰ ἀραιώματα, *quem qui ſequuntur, & ſic quoque in Paulo legunt, ſententiam penitus obſcurant, quæ nunc ſi modò quis* ἀραιώματα *vocem aſſequatur, euidens eſt, nimirum raras corporis partes contrahi, & anguſtas reddi præ affliction um continuitate.*

d *Conſimiliſque totius corporis habitus conſequitur, velut in hydropicis propter aßiduam potus ingeſtionem. Vnde &* πρηστὴς, *&* καῦσος *ab ardore, aut dipſas à ſiti appellatur. Græcè legendum,* παραπλησία τε τοῦ ὅλου συγκρίματος ἕξις παρακολουθεῖ τῇ τῶν ὑδρωπικῶν. *Ex Aetij lib. 13. cap. 22.*

De Natrice quam Græci Hydron dicunt. Cap. XVII.

NAtricis morſu vlcus factum dilatatur, & liueſcens augetur, ſanies ex eo nigra, copioſa, & fœdi odoris, qualis ex depaſcente vlcere, excernitur. Curatio mali, tẽporis proceſſu, & vix procedit. imponetur itaque morſibus origanum læue, ex aqua maceratum. confert & cinis quercus, oleo temperatus, vel hordeacea farina cum melle deliquato bibitur. item ariſtolochia drachmis duabus diluta vini potione, vel in poſcæ duobus cyathis: deinde marrubij ſuccus aut decoctum cum vino, aut naſturtium ſylueſtre, aut ſemen haſtulæ regiæ ſeu flos, aut fœniculi ſemen cum vino: item recens fauus cum aceto comeditur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Natrix. Hydros. Natricis morſu vulnus factum. *Natrix primùm in terra viuit, & Cherſydros appellatur, deinde in aqua, vndè hydros dicitur. Similis eſt puſillæ aſpidi, præterquàm quòd ceruicem latam non habet vt aſpides.*

De Cenchro. Cap. XVIII.

Cenchry morſus ſymptomata. QVòd ſi cenchrus nocuit, morſus eius viperæ ſimilis eſt, putredo comitatur & carnes intumefactæ priùs, vt in

In aqua inter cutem, defluunt, lethargo veternóque pre-
muntur. Teſtatus Eraſiſtratus eſt, iecur ipſis, veſicam, &
colon affici: reſectis ſiquidem ipſis, partes quodammodò
corruptæ inueniuntur. His igitur lactucæ ſemen cum lini *Curatio.*
ſemine applicatum auxiliatur. ſuccurrit & ſatureia trita, ru-
ta ſylueſtris, ſerpillum cum haſtula regia læuigatum: potui
verò datæ protinus, centaurij radicis drachmæ duæ cum
ternis vini cyathis: aut ariſtolochiæ radix ſimiliter. naſtur-
tium itidem & gentiana, potu conducunt.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Naſturcium. *Dioſcorides legit καρδάμωμον hoc eſt cardamo-
mum non κάρδαμον quod eſt naſturcium, ſequere vtram malis le-
ctionem.*

De Ceraſte & Aſpide. *Cap.* XIX.

TRia aſpidis genera Galenus prodit, primum eius quam
Cherſæam quaſi terreſtrem vocant, mox eam quæ Che
lidonia dicta eſt, tertiam Ptyada appellarunt, quæ omnium
eſt pernicioſiſſima: ſiquidem erecto collo, extenſoq́; pro di-
ſtantia loci, ad quem dirigit, venenum in hominem iacula-
tur. hanc memoriæ tradit reginam Cleopatram, quum An- *Cleopatræ*
tonio deuicto Auguſtus eam capere vellet, ſiniſtræ mammæ *mors.*
admouiſſe, morſúmque ab ea interiiſſe, vt quæ longè celer-
rimam mortem inferat. Porrò Ceraſtis morſu locus cum du *Ceraſtis*
ritie & puſtulis intumeſcit, emanat ex vulnere ſanies, modò *morſus ac-*
nigra, modò ſubpallida & porraceo colore: totum corpus *cidentia.*
varicum modo attollitur, genitale arrigitur, mens aliena-
tur, oculi obſcureſcunt: poſtremò, conuulſione vt in Teta-
no pereunt. Verùm aſpidis morſus acus puncturæ ſimilis, *Aſpidis.*
omnino exiguus ſine tumore apparet, ſanguis nō copioſus,
ſed exiguus & niger deſtillat, ſubita oculorum hebetudo in-
uadit, dolor corporis multiplex admodùm, ſed mitis, nec ſi-
ne voluptate comitatur, Quapropter rectè Nicāder cecinit:

Et vir perit abſque dolore.

Mutatur color & vireſcit, ſtomachi roſio exigua infeſtat,
frons continuè reuellitur, palpebræ ſine ſenſu veluti in ſom-
no commouentur, atque inter hæc mors prehendit, ne ter-
tia quidem diei parte dilata. His itaque vtriſque membri af- *Curatio.*
fecti mutilatio mox à morſu facta, ſuccurrit: eóque ſine mo-
ra, ſi fieri poteſt, præcidēdum eſt: & in his & propinquis par-
tibus omnem carnem circum ſecare ſtatim, & radicitus vſq;

ad os excindere oportet. deinde reliquiæ ferro candenti exiccandæ ſunt. etenim horum virus, ſicut & baſiliſci, taurino ſanguine ſimiliter, celerrimè ſanguinem in arteriis & ſpiritum coagulat.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Reginam Cleopatram. *Vide Galeni commentarium de Theriaca, vbi hiſtoriam ampliter comprehendit, ſpecieſque aſpidum enumerat.*

De Baſiliſco. *Cap.* XX.

HAec beſtia raró quidem hominum oculis occurrit. Eraſiſtratus autem hæc inquit: quùm Baſiliſcus momorderit, plaga ſub aureo colore tingitur. conducunt ipſi, inquit, caſtorij drachmæ tres potæ, ſimiliter etiam papaueris liquor. Nos autem hæc experti non ſumus.

De Paſtinaca marina, & Muræna. *Cap.* XXI.

IN marinis nempe Paſtinacæ & Murænæ, agnitio manifeſta eſt: piſces enim hi ab omnibus cognoſcuntur. Auxiliantur ipſorum morſibus lactis ficulnei guttæ quatuor aut pauló plures, cum ramuſculis ſerpilli tribus aut quatuor, & quæ ad viperas commemorata ſunt.

De Dracone marino. *Cap.* XXII.

MArini draconis ictum plumbo infricato, aut ſerpillo trito obducito, aut lente elixa, aut ſulfure cum aceto, aut dracone ipſo euiſcerato. foueri locus vrina humana debet, abſinthium cum diluta vini potione bibi, aut eleliſphacus, aut ſurculi ficulnei, in dulci vino dilutum, aut piſcis ipſius cerebrum.

De Scorpione marino. *Cap.* XXIII.

SCorpij marini ictum ſanat mullus piſcis diſſectus impoſitúſque, ſulfur viuum cum aceto infricatum, baccæ lauri tres tritæ potæque.

Quomodo teſtudinis marinæ ſanguis præparetur.

CAPVT XXIIII.

TEſtudinis marinæ ſanguis in hunc modum præparatus, reponitur. In ligneo aut fictili vaſe reſupinata teſtudine, caput ipſius celeriter amputato. concretum autem ſanguinem in multas partes arundine diuidito, impoſitóque operculi inſtar vaſi cribro, in ſole reponito: ſiccatum excipiens vtitor aduerſus viperarum morſus, vt prædictum eſt, drachmis duabus cum vno aceti cyatho: ſequenti drachmis quatuor,

quatuor, cum duobus cyathis: tertio die, drachmis octo cum tribus aceti cyathis.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Drachmis duabus. *In Aldino exemplari erat Cyatho vno. Baſilienſis corrector fecit cyathis duobus. Aetius integram lectionem ita habet: Drachmis duabus ex cyatho vno acethi: Sequenti die drachmis quatuor ex cyathis duobus. Tertia die drachmis octo ex tribus cyathis. Lege igitur in Græco* < β. μετ' ὄξους κυ. α. τῇ δὲ ἑξῆς < δ. μετ' ὄξους κυ. β. τῇ δὲ τρίτῃ < η. μετ' ὄξους κυ. γ.

CORNARII.

e *Hîc exemplaria Græca mirè ſunt corrupta, quæ ſic ex Aetio lib. 13. cap. 24. repones.* χρῶ ἐπὶ τῶν ἐχεοδήκτων ὡς εἴρηται < β. μετ' ὄξους κυ. α. τῇ δὲ δευτέρᾳ. < δ. μετ' ὄξους κυ. β. τῇ δὲ τρίτῃ < η. μετ' ὄξους κυ. γ.

De Crocodili morſu. Cap. XXV.

AD Crocodili morſus nitrum cum melle tritum vſque dum vlcus repurgetur, imponito: deinde repleto melle, butyro, medulla ceruina, adipe anſerino. Galenus autem tradit ſe cognouiſſe qui à Crocodilis commorſi, adipe ipſorum impoſita vulneribus, exactè fuerint adiuti.

De hominis morſu. Cap. XXVI.

NOn extra inſtitutum fuerit, cum virulentis beſtiis, etiam hominis morſus conſcribere: ſiquidem maligniores multò aliis vlceribus apparent, præſertim ſi ieiunus momorderit, prius leguminibus vſus, & præſertim lenticula. Communiter itaque quæ in aliis virulentis commemorata ſunt, etiam in his extrinſecus per initia morſibus applicare conueniet, præter ea quæ nimiùm acria, adurentiaque ſunt. peculiariter autem oleo morſum priùs illitum, fœniculi radice cum melle obducito, aut lomento cum poſca & oxyrhodino, frequenter immutans. Emplaſtro autem hoc vtere, quod recipit ſquamæ æris, galbani, æruginis ſingulorum vnciam, ceræ libram, plumbaginis libras duas, olei ſextarium: plumbago cum oleo priùs incocta aſſumet æruginem, & ſquamam: vbi coierint, quæ liquari poſſunt adduntur. Finita autem inflammatione, communis vlceris modo etiam hæc curabis.

Curatio morſus hominis.

De Venenis. Cap. XXVII.

QVùm de virulentis beſtiis ſuccinctè tradiderimus, proximum fuerit, vt de venenis ſermonem aggrediamur,

ſimplicia quidem referentes, eorúmque notas & remedia, tum communia, tum ſpecialia: compoſita autem ex ſtudio omittemus. Etenim nonnulli variorum medicamentorum lethalium compoſitiones expoſuerunt, quæ nocere magis, quàm iuuare legentes poſſunt: neque enim exacta horum indicia ex his qui aſſumpſerunt, inueniuntur, vt etiam congruum ipſis remedium queas adaptare. Quum igitur hæc varia ex ſuperante in ipſis vi appareant: id etiam aliquis rectè quod exhibetur, varium adaptans, nonnunquam ex æquo, nonnunquam vt excellat, medebitur. Incipiemus itaque & hîc rurſus à præcautione.

De venenorum præcautione. *Cap.* XXVIII.

Præcauere à venenis difficile.

DE venenoſis medicamentis diſciplinæ ea pars quæ pręcauere illa, & declinare præcipit, longè difficillima eſt. proptereà quòd ij qui huiuſmodi inſidias homini clàm machinantur, tanto id aſtu faciunt, vt vel peritiſſimus quiſque decipi poſſit. ſiquidem amaritudines venenorum dulci aliquo admixto, obtundunt, grauémq; odorem odoramentis additis operiunt. interim ceu ad ſanitatem, ſalutiſque gratia in morbis hæc propinare crediti, quod genus eſt abſinthiũ, abrotonum, opopanax, caſtorium, venena ipſis admiſcent, tum in cibis, puta ſolidioribus, vel obſoniorum varietate adumbrantes, ipſa offerunt. vnde cui in ſuſpicione huius doli vita fuerit, vitare eam oportet condîta elaboratáq; cibaria, omnéſq; in guſtu qualitates intenſiores, exempli gratia, dulces, acidas, & ſalſas, potiſſimùm verò aquæ quod ſatis eſt præſumere oportet. [f] reſtincto enim hac appetitu, poſtea qualitates aliæ à ſtomacho non apprehenduntur. verumtamen alia quædam ratio aſſerendi hominem ab iniuriis venenorum, eſt efficacior. Conuenit enim cùm ſuſpicio mali medicamenti accepta fuerit, pręcomediſſe aliquid quod obtundere venena poſſit, & inefficacia reddere: cuiuſmodi ſunt caricæ cum nucibus iuglandibus, ruta, ſalis grumo, & quæ mala medica dicuntur: item naporum ſemen drachmæ pondere cum vino, aut nepitæ folia, aut terram quam lemniam ſphragidem vocant, aut rutæ folia viginti: nullúmque nocebit venenum. Iam verò antidota cum vino quotidie fabæ Aegyptiæ inſtar aſſumpta, tutò admodum præſeruant, quale eſt quod terreſtri crocodilo conſtat, dia ſcincu dicitur, & quod à variorum animalium ſanguine dia hæmaton vocatur,

tur, & Mithridatium. hoc aliquando etiam ipſe rex Mithridates vſus eſt, quotidie præſumens, vt à lethali medicamento ſe vindicaret, præſeruarétque. Quum igitur à Romanis captus, bis lethali medicamento epoto, mori non poſſet, gladio ſibiipſi vitam ademit. Quoniam verò etiam citra inſidias propter neceſſitatem aliquando locis deſertis nociuis verſantes, fortè ſub arboribus, vt picea aut pinu cibum aſſumunt, diligenter attendendum eſt, ne ex his aut ſuperioribus locis mortifera labantur animalia, & vaſa, tum quibus hauritur vinum, tum quibus aqua, tum quibus obſonia incoquuntur, exactè operculentur, quemadmodum in virulentorum animalium præcautione expoſitum eſt.

Mithridates contra venena munitus.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Rex Mithridates. *Galenus ea commemorat libro de Theriaca ad Piſonem, vnde Paulus tranſcripſit.*

CORNARII.

f *Expleta enim apppetentia, de cætero facilè deprehenduntur qualitates,* ἀποπληρωθείσης γὰρ τῆς ὀρέξεως, ἐυκατάληπτοι γίνονται τὸ λοιπὸν αἱ ποιότητες. *Nec video cur quis* ἀκατάληπτοι *legere malle debeat Docet enim Paulus ad præcauenda venena, vitanda eſſe edulia condîta, vitandas omnes qualitates intentas, dulcem videlicet, ſalſam & acidam. At ſi quis famelicus aut ſitibundus ad cibum aut potum accipiendum accedat, is præ nimia appetentia non facilè deprehenderit ipſorum qualitates. Si verò aquæ quod ſatis eſt præſumat, iam expleta inde nimia illa appetentia, de cætero facilè deprehendet ſingulorum qualitates, atque ſic ipſas vitabit.*

Communis venenorum quomodocunque aſſumptorum curatio. Cap. XXIX.

AT ſi nonnulli lethale venenum ſponte ſua, vt mortem ſibi conſciſcāt, aſſumpſerint, qualia multa in hominum vita ſolent accidere, aut etiam aliquorum inſidiis, ſiquidem nobis conſtet quod veneni genus potatum ſit, protinus ad conueniēs ei remedium deſcendemus, vt in horum enumeratione dicetur: at ſi medicamen exhibitum tunc nobis fuerit incertum incognitúmque, conuenit ſtatim ad ea quæ cōmuniter ad quæcunque venena ſumpta congruunt, diuertere. Nam indicia quæ comitantur ſi expectes, nihil planè in medicina ſpei eſt, ægris propter moram iam deploratis, deſperatíſque. Actutùm igitur nulla mora interpoſita, oleo calenti per ſe, aut etiam cum aqua exhibito, vomere cogendi ſunt.

ſunt. Si eius copia non eſt, butyrum cum aqua calida ingeri debet, aut maluæ, liníue ſeminis, aut tragi frugis, aut fœnugræci, aut vrticæ ſeminis decoctum. Non enim ſolùm vomitionibus euacuabunt, ſed aluum quoque ſubducent, & venenorum malignitati aduerſabuntur, acrimonias ipſorum hebetantia, præſertímque oleum: quod manifeſtò inde licet cognoſcere. Si nanque cutis exulcerandæ ſtudio, cantharide aut calce viua, aut eiuſmodi quodam acri vtaris, corpus oleo prius oblitum, non exulcerabitur: imò neque corpus aſtringere potueris, oleo præunctum. Præterea vomitus non modò quòd nociuum euacuat, vtilis eſt, ſed interim hauſtum venenum odore, concretis grumis, aut colore prodit. odore ſiquidem & amaritudine, [g] cicutam: colore ceruſſam, vel gypſum: concretis grumis, lac aut [h] recentem ſanguinem: halitus grauitate, virus qualitate & odore, leporem marinum, & rubetam ranam oſtendit, vt per hæc ad accommodata ſingulis remedia via non ſit difficilis. Admiſcebitur autem oleo maluæ decoctum, aut anſerinus adeps, aut ius ex carnibus pinguibus, vel gallinarum: aut ex lignorum cinere facta lixiuia. Facit etiam huc nitrum detritum cum hydromelite potum, vinum copioſum & vetus: & quæ adipe aut butyro conſtant. Verùm iis quæ in ventriculo hærent, per vomitum ablatis: quod inteſtinis illapſum eſt, clyſtere acriore euacuabimus. Poſt hæc lac potui dabimus. nam ab hoc quod afficit, & venenoſum eſt, facilè immutabitur. Iam verò medicamenta omnibus communiter conuenientia offeruntur, quale eſt, minium lemnium, abrotonum, agaricum, eryſimum, eringij radix, paſtinacæ erraticæ ſemen, vel nepitæ, nardum gallicum, caſtorium, medulla viridis ferulæ, [i] nerij, quod rhododendron eſt, aut rhododaphne flores, marrubij ſuccus, laſerpitium, aut liquor ipſius, ſagapenum, opopanax, peucedani liquor & radix, ariſtolochia longa, rutæ ſylueſtris ſemen, folia ceſtri, quæ betonica dicitur. dantúrq; ſingula drachmæ pondere cum vino. Efficax in id eſt, polij herbæ decoctum & picis liquidæ linctus. generoſiſſimè etiam opitulantur antidota ſuperius comprehenſa, magíſq; ex viperis theriaca. non autem eaſdem vireis habent, ſi poſt medicamenta lethalia, aſſumantur, quàm præſumpta: quæ enim ipſorum quantitas præſumpta ad affectum cauendum eſt ſufficiens, hæc ſi quadruplo auctior, aut quintuplo poſt præſtetur,

Oleum venenis aduerſatur.

Antidotorum quantitas.

prẹſtetur, adiuuat: idq; non ſemel die, ſed bis etiam. ſic enim & Galeno illi admirando viſum eſt.

ANNOTAT. CORNARII.

g *papaueris ſuccum. Græca habent, ἐκ μὲν γὰρ τῆς ὀσμῆς καὶ πικρίας, κώνειον, id eſt cicutam, pro μηκώνειον, ex Dioſcor. qui apertè habet μηκώνειον, id eſt papaueris ſuccum. Habere autem papaueris ſuccum inſignem amaritudinem, & odorem qui latè diffunditur, idem Dioſc. teſtatur, & Paulus infrà cap. 43.*

h *recens mactati tauri animantis ſanguinem.*

i *In Græcis falsò legitur hîc νηρίτου pro νηρίου. & πράσου χυλὸν, id eſt porri ſuccum, pro πρασίου χυλὸς, id eſt marrubij ſuccus. Sed & legendum, κέστρου τῆς βεττονικῆς, non ἰεττονικῆς.*

Enumeratio ſimplicium venenorum. *Cap.* XXX.

INter venena, animalia quidem ſunt vitæ noxia hæc, cantharis, bupreſtis, ſalamandra, piceæ eruca, lepus marinus, rana rubeta, & muteſcens paluſtris rana, hirudines deuoratę: ex ſeminibus, altercum, coriandrum, pſyllium, cicuta, melanthium: ex liquoribus, meconium, opocarpaſum, thapſiæ ſuccus, elaterium, mandragora: ex radicibus chamæleon, aconitum, thapſia, ixia, veratrum, agaricum nigrum, ephemeron, quod nonnulli colchicum dicunt, quòd in Colchide naſcatur: ex ramoſis & oleribus, ſmilax, quam nonnulli thymium vocant, Romani taxum, ſolanum furioſum, quod etiam dorycnion appellant, ſardoë herba, quæ ſpecies eſt ranunculi, papauer corniculare, pharicum, toxicum, ruta ſylueſtris, fungi: ab animalibus autem, ſanguis tauri recens, lac cui coagulum ſit admixtum, mel quod ad Heracliam naſcitur: metallica, gypſus, ceruſſa, calx, auripigmentum, ſandaracha, argenti ſpuma, adarce, plumbum, & quod vocatur argentum viuum: ex iis quæ domeſtica & in quotidiano vitæ vſu ſunt, vinum copioſum raptim à balneo potum, aut paſſum, aut frigida aqua ſimiliter.

De Cantharide. *Cap.* XXXI.

QVi Cantharidem aſſumpſerunt, eos notæ grauiſſimæ comitantur. ferè enim à ſtomacho vſque ad veſicam cuncta illis morderi ſentiuntur, guſtum ſimilem pici aut cedrino liquori habent, dextra præcordiorum parte inflammationem experiuntur, vrinam difficulter, ſæpe etiam ſanguinem per eam reddunt: item per aluum ipſis excernũtur, qualia in torminibus inteſtinorum egeri ſolent. prætereà animo

Canthari-dis ſumptæ ſymptomata.

animo linquuntur anguntúrque, & vertiginibus laborant: tandem verò mente alienantur. Succurrit ipſis vomitus ex hydrelæo petitus, & lactis potio, terræ cimoliæ drachmæ quatuor cum mulſa, nuclei pinei, cucumeris ſemen. Adiuuat bene & ius pingue ex bubula factum, aut anſerinum, aut ouillum: carnéſque gallinaceorum, aut agninæ, aut ouillę, aut porcellorum, omnéſque flacceſcentes coctura longiore, & pingues cum lini ſemine elixæ: vinum itidem dulce & copioſum, thuris corticis drachmæ quatuor. [k] Poſt cibum inîicietur per clyſterem cremor oryzæ aut chondri, aut tragi, aut ptiſanæ, aut maluæ, aut lini ſeminis, aut altheæ, aut fœnugræci. interim etiam mulſa cum nitro inteſtino abſterſo, conuenit hæc rurſus inſerere: poſteà verò inflammatione occupata medicamentis ex lini ſemine & hordeo lenire, per initia enim offendunt. deinde & lauacris aquæ dulcis vtendum eſt: item vnguentum irinum roſaceúmque potui dabitur.

Curatio.

ANNOT. CORNARII.

k *Poſt vomitiones autem infundere oportet, &c. In Græcis malè* μετὰ δὲ τὰ ἐλέσματα, *id eſt poſt cibos. Legendum enim,* μετὰ δὲ τὰ ἐμέσματα, *id eſt, poſt vomitiones, ex Dioſcoride.*

De Bupreſti. Cap. XXXII.

Bupreſtis hauſtũ quæ ſequantur.

[l] BVpreſti potione abſorpto, in guſtu viroſo ſimile quippiam percipitur, dolor ſtomachi ventríſque vehemens comitatur, eædémque partes in ſpeciem hydropici intumeſcunt, extima totius corporis cutis intenditur, vrináque cohibetur. Proſunt ipſis quæcunque aduerſus cantharides opitulantur. priuatim autem conducunt, poſt euacuationes & vomitu, & clyſtere factas, ficus aridæ: item earum decoctum ex vino. Vbi [m] verò periculum iam de ſuo acumine remiſerit, declinátque, Thebaicarum palmularum cibo, aut earundem tritarum in mulſo, aut lactis potu, iuuantur. pyrorum etiamnum omne genus eſſe, & lac muliebre bibere, conuenit.

Curatio.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Ficus aridæ, item. *Tranſpoſita & peruerſa videtur lectio in Pauli codice impreſſo. Nam Dioſcorides, vnde omnia hæc ſumpſit, aliter habet. Fac itaque in hunc modum,* συκὰ ξυρὰ λαμβάνοντες καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν σὺν οἴνῳ, παρακμάζοντος δὲ τοῦ κατ' ὀξύτητα κινδύνου ὠφελοῦνται θηβαϊκὰς βαλάνους ἐσθίοντες ἢ λελειασμένας σὺν

νας σὺν οἰνομέλιτι ἢ γάλακτι πίνοντες, ἢ καὶ ἀπίων ἅπαν τὸ γένος ἐσθίοντες καὶ γάλα γυναικεῖον πίνοντες. *Ita quoque nos reddimus. Pauli ſcriptura ad verbum habet vt ſequitur,* συκὰ ξηρὰ λαμβάνοντες, καὶ τὸ ἀφέψημα αὐτῶν σὺν οἴνῳ ἢ γάλακτι πίνοντες, ἢ οἰνομέλιτι. καὶ ἀπίων πᾶν γένος ἐσθίοντες, καὶ γάλα γυναικὸς λαμβάνοντες. παρακμάζοντος δὲ τοῦ κατὰ τὴν ὀξύτητα κινδύνου. ὠφελοῦνται θηβαϊκὰς βαλάνους ἐσθίοντες λελειασμένας σὺν οἴνῳ. *hoc eſt iuuantur, ſi ficus aridas ſumant, earúmque decoctum cum vino aut lacte bibant, aut mulſo, ac pyrorum omne genus comedant, & lac muliebre aſſumant: vbi periculum lenius fit & declinat, confert, ſi glandes thebaicas detritas cum vino edant.* Nota.

CORNARII.

l *Qui bupreſtim hauſerunt, viroſo nitro ſimile quid in guſtu percipiunt. In Græcis deeſt vox* νίτρῳ *ex Dioſcor. & Nicandro reſtituenda, & legendum,* τοῖς δὲ βούπρηστιν πεπωκόσι, δοκεῖ κατὰ τὴν γεῦσιν ὁμοιοῦντι βρωμώδει νίτρῳ συναισθάνεσθαι.

m *Declinante verò acuminis periculo, meliùs habent ex palmularum Thebaicarum eſu, aut earundem tritarum potu cum lacte, aut vino mulſo. Sic ergo Græca legito:* παρακμάζοντος δὲ τοῦ κατ᾽ ὀξύτητα κινδύνου, ὠφελοῦνται θηβαϊκὰς βαλάνους ἐσθίοντες, ἢ λελειασμένας σὺν γάλακτι πίνοντες, ἢ ὀξυμέλιτι. *Ex Dioſcoride.*

De Salamandra. *Cap.* XXXIII.

QVibus Salamandra data eſt, eis lingua inflammatur, mens impeditur, tremor cum torpore quodam & reſolutione vrget, partes quædam corporis in orbem liuoribus variantur, vt ſubinde permanente veneno, putrefactæ defluant. Ad quæ omnia faciemus quæ in cantharidibus dicta ſunt. propriè autem reſinam è picea, aut pinu, vel galbanum cum melle offeremus, aut nucleos pineos cum decocto chamæpityos, aut vrticæ folia cum liliis in oleo decocta, teſtudinis marinæ vel terreſtris oua elixa, ranunculorum ius eſculentum, incocta ſimul ipſi eryngij radice. *Salamãdræ ſūpta quid efficiat.* *Curatio.*

ANNOTAT. ANDERNACI.

Mens impeditur. *Græca habent,* λαλιᾶς ἐμποδισμὸς, *hoc eſt loquelæ impedimentum. At Dioſcorides vnde hæc ſumpta ſunt,* διανοίας ἐμποδισμὸς, *id eſt mentis ſeu intellectus impedimentum habet. Ita quoque Aetius libro tertiodecimo ſcribit. Quibus authoribus mutandam lectionem putaui, ſaluo aliorum iudicio.*

Et reſolutione vrget. *Hîc quoque vitium exemplaris Græci eſt, habet enim* καὶ ἐκλύσεως *pro* ἐκλύσιας.

De pino

De pinorum erucis. *Cap.* XXXIIII.

Symptomatæ ex pinorum eruca.

PInorum eruca pota, ſtatim ſequitur oris palatique dolor, valida linguæ inflammatio, ſtomachi, inteſtinorúmque cruciatus, quæ cum pruritu circumtendi ſentiantur: feruor itidem toto corpore affligit, & ſtomachi faſtidium vrget.

Curatio.

Succurri debet non aliter quàm iis qui cantharidas bibe-runt. priuatim autem in ipſis loco ſimplicis olei melinum adhibebimus.

De marino lepore. *Cap.* XXXV.

Quæ ſequãtur leporis marini potum.

LEporis marini potum guſtus ſequitur piſcibus viroſis non abſimilis, tempore procedente aluus indolet, vrina ſupprimitur: ſi quando autem eruperit, purpurei coloris cernitur. prætereà qui illum aſſumpſerunt, auerſantur o de-rúntque piſceis omneis: ſudor fœtidus erumpit, bilioſusque vomitus, nonnunquam ſanguine mixtus ſuperuenit.

Curatio.

Adiuuari autem debent hoc malo circumuenti, lacte aſinino aut paſſo continuè exhibito, aut maluæ radicis & foliorum decocto, aut cyclamini radice trita ex vino, aut veratri nigri, aut ſcammoniæ liquoris drachma ex mulſa, anſeríſque ſanguine recenti adhuc calido. [n] item cancros fluuialeis ſolos, ſi ſuſtinent, offerre oportet. Nota autem ſalutis eſt, quùm piſcem quoque poſſunt comedere.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Piſcibus viroſis. *Corrige lectionem Græcam, mutáque* ὅμοια ἰχθῦ, βρομώδεις, *in* ὅμοια ἰχθύσι βρωμώδεσιν. *Paulò pòſt,* ὑπάγουσι ἢ χολώδη αἵματι μεμιγμένα. *Mutila eſt lectio, quæ ſic inſtaurari debet:* ὑπάγουσι ἢ χολώδη, καὶ ἐμοῦσι χολώδη, ἐνίοτε ἢ αἵματι μεμιγμένα, *vt nos vertimus. Non multò pòſt* πολυκλάνου *malè habetur pro* κυκλαμίνου.

CORNARII.

n *Sed & cancros fluuiatiles ſolùm in cibo admittunt. Græcè legitur,* καὶ καρκίνους τε ποταμίους μόνους ἐὰν ἀνέχονται προσενέγκασθαι. *At legendum,* καὶ καρκίνους ἢ ποταμίους μόνον ἀνέχονται προσενέγκασθαι *ex Dioſcor. qui ſic ait: Quum nullum piſcem admittant, ſolos fluuiatiles cancros coctos edunt.*

De Rana rubeta & paluſtri. *Cap.* XXXVI.

Veneni Rubetæ effe-ctus.

RAna rubeta, aut paluſtris hauſta, corporis tumorem inducit, pallorémque intenſum, buxo ſimilem, ægrè ſpiritus trahitur, os fœtet, ſingultus infeſtat: aliquando etiam ſemen ſine volũtate prorumpit. Facilè autem poſt vomitum reficiun

reficiuntur, multa meraci vini potione aſſumpta, [o] arundinis radicis drachmis duabus, aut cyperi totidem. Cæterùm cogendi ſunt obambulare [p] celeriter & currere, ob torporem qui ex hoc malo contrahitur, adhæc quotidie lauare. *Curatio.*

ANNOTAT. CORNARII.

o *Item radicis arundinis. Legendum Græcè ex Dioſcoride & Aetio,* λαμβάνοντες ἄκρατον πολύ. καὶ καλάμου ῥίζης.

p *Contentè* συντόνως *pro* συντόμως.

De Hirudinibus. Cap. XXXVII.

Hirudinis deuoratæ ſigna.

Hirudines deuoratas, cum aqua & adhæreſcenteis faucibus, inde adeò dignoſces, quòd vẽtriculi os veluti exuctione vellicatur mordetúrque. atque hæc etiam nota eſt hirudinis deuoratæ, nonnũquàm & ſanguinem floridum, hoc eſt vinum excreant, hirudinibus gutturi affixis, [q] quas muriæ ſorbitio expellit, aut betæ folia cum aceto, aut niuis glebula cum poſca epota, gargarizandum quoque nitrum cum aqua, & atramentum ſutorium cum aceto. [r] At ſi gutturi adhęſerint, in calidam aquam deſcendent. item lupinorum farinam aſſument, frigida in ore retenta eximentur. quippe frigidæ aquæ appetentiores, ad eam feſtinant proſiliũtque. Nonnulli cimices iis quibus ſanguiſuga deuorata erat, exhibuerunt. ego autem (inquit Galenus) alliis in his vtens, cimicibus nunquàm opus habui. *Curatio.*

ANNOTAT. CORNARII.

q *Eiicit autem ipſas muria ſi ſorbeatur, & ſuccus cyrenaicus, aut folia ſilphij, aut betæ cum aceto, aut nix cum poſca pota. Græca reſtituenda ex Dioſco. Gal. lib. 2. de Antidotis, & Aetio, in hunc modum.* ἃς ἐκβάλλει ἅλμη καταῤῥοφουμένη, καὶ ὀπὸς κυρηναϊκὸς, ἢ φύλλα σιλφίου, ἢ τεῦτλον σὺν ὄξει, ἢ χιὼν σὺν ὀξυκράτῳ πινομένη.

r *Eas verò quæ gutturi affixæ ſunt extrahes, ſi in ſolium calidum ad collum vſque deſidere iubeas, & aquam frigidam ore detinendam præbeas. Quæ in Aldino codice ſic leguntur:* τὰς δὲ τῷ βρόγχῳ προσφυείσας, ἐμβιβάσας εἰς ἔμβασιν θέρμινον ἄλουγον, δούς τε ψυχρὸν τῷ στόματι διακρατεῖν ἐξελεῖς. *In qua lectione duæ voces corruptæ ſunt* θέρμινον ἄλουγον. *Quare legendum ex Aetio lib. 13. cap. 56.* εἰς ἔμβασιν θερμὴν ἄχρι τραχήλου.

De Chamæleonte. Cap. XXXVIII.

Veneni chamæleontis ſymptomata.

Chamæleonte nigro aſſumpto, valida ſuperuenit ventris eroſio, dolor, cum totius corporis peruerſione tre-

mor, mox conuulſio incidit. item vomitiones pituitoſæ & ſpumantes, quibuſdam etiam ſingultus aduenit, vox nihil ſonat, facies diſtorquetur. His autem conuenit cremor tritici pinguis, calidus epotus, item dulce vinum aquoſum calidum, vomitus, lactis potio, mollis clyſter, fomentáque ex cataplaſmatis. ad eum verò qui ſuffocationem parit liuorémque, abſinthium bibitur, aut nitrum cum oxymelite, vel radiculæ, fotúſque præcordiorum congruet.

Curatio.

De Alterco. Cap. XXXIX.

Hyoſcyami ſumpti noxæ, & curatio.

SI Altercum aliquis aut ebibit, aut comedit, mente abalienatur ebrij modo: facilem tamen curationem recipit, mulſa liberalius pota, & lacte, præcipuè aſinino: ſin minus, caprillo, aut vaccino, ficuúmque ſiccarum decocto. benefaciunt ipſi & nuclei pinei, & cucumeris ſemen cum paſſo aſſumptum, præterea vinum ſalſum cum recenti adipe ſuillo & paſſo. vrticæ ſemen ſimiliter, vel nitrum cum aqua conducit: inſuper cichorium, ſinapi, naſturtium, raphanus, cepæ, & allia, ſingula cum vino ſumpta. Cæterùm conquieſcere cogendus qui altercum hauſit, vt id ſicuti qui vinum biberunt, concoquat.

De Coriandro. Cap. XL.

Coriandri noxæ, & curatio.

COriandrum latere propter odorem non poteſt: potum verò raucitatem facit & mentem mouet, conſimiliter temulentis. Loquuntur itaque qui id ſumpſerunt turpia, totius corporis ipſorum odor coriandrum indicat. Adiuuantur, vbi id oleo aut irino vnguento, vt ſuprà monſtratum eſt, eduxerint, vino meraciore cum abſinthio, & per ſe poto: ouíſque vacuatis in ſeſe detritis, cum muria ſorptis: ad hæc muria ipſa bibitur, & ius ſalſum & gallinaceum & anſerinum: poſtremò paſſum cum lixiuia ſumitur.

De Pſyllio. Cap. XLI.

Torporis à pſyllio induct remedia.

PSyllij potu totum corpus refrigeſcit torpétque cum reſolutione & triſtitia, vt animum deſpondeant. Præſidio ſunt omnia quæ contra coriandri potum commendantur.

De Cicuta. Cap. XLII.

Veneni cicutæ mala, & eorum curatio.

CIcutam potam caligo vertigineſque inſequuntur, vt nec minimum videre liceat: item ſingultus, mẽtis alienatio & artuum perfrictio comitatur: vltimóque conuulſi qui eam ſumpſerunt, præfocantur, ceſſante à motu omni in arteriis ſpiritu. Per initia igitur, quemadmodum & in aliis, vomitu

eam

eam eliciemus, deinde hac euacuatione vſi, quod in inteſtina delapſum eſt, excernemus: ac tunc, ad vini meraci potionem veluti præſentiſſimum remedium tranſibimus, per interualla eam exhibentes: in quibus interuallis lac vaccinum, aut aſininum, aut abſinthium cum pipere & vino, item caſtorium, rutámque & mentam cum vino exhibebimus, prætereà cardamomi, aut ſtyracis drachmam, aut piper cum vrticæ ſemine ex vino aut tenera lauri folia: ſimilitérque laſerpitium, aut eius liquorem cum oleo & paſſo. Item paſſum per ſe potum, præclarè opitulatur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Cum oleo & paſſo. *Variat lectio Dioſcoridis à Paulo impreſſo: habet σὺν ἐλαίῳ καὶ γλυκεῖ, hoc eſt cum oleo & paſſo, vbi Paulus σὺν οἴνῳ καὶ γλυκεῖ. quod eſt cum vino & paſſo. Aëtius tantum ex vino dulci habet: ſequere quemcunque voles.*

De Papaueris liquore. Cap. XLIII.

PApaueris liquorem epotum, ſubſequitur veternus cum perfrictione & pruritu adeò vehementi, vt ſubinde veneno incrudeſcente tanta oboriatur prurigo, vt qui id biberunt, ab eâ excitentur, adhæc toto corpore veneni odor ſentitur. Saluti eſt poſt vomitiones oleo factas, acri vti clyſtere. item oxymel cum ſale potum proficit: aut cum calido roſaceo mel: prætereà merum copioſius cum abſinthio & cinnamomo: necnon acetum calidum per ſe: inſuper nitrum cum aqua: origanum cum lixiuio, rutæ ſemen cum pipere, ipſúmque piper cum caſtorio & oxymelite, vel ſatureiæ, aut origani decocto, vino addito. Cæterùm excitare ægros oportet iis quæ naribus admouentur, & in aquam calidam deducere, fomentíſque propter accedentem pruritum adiuuare: à lauacro, pingui iure, cum vino aut paſſo, vti. Iam medulla cum oleo pota ipſis opitulatur.

Meconij ſumpti ſymptomata.

Curatio.

ˢ*De Carpeſiæ liquore.* Cap. XLIIII.

CArpeſiæ liquor potus, ſoporem & ſtrangulatum præcipitem inducit. Eodem remedio, quo & cicutæ, auxiliamur.

ANNOTAT. CORNARII.

ˢ *Græca exemplaria falsò habent τῆς καρπησίας, pro καρπάσου. Quid autem ſit carpaſi ſuccus, & quòd aliud ſit à carpeſio ſiue carpeſia in commentariis Medicis docui.*

De Mandragora. *Cap.* XLV.

Ex mãdragora accidentia, & curatio.

ACcidit Mandragoræ potu quàm primum ſopor, virium reſolutio, validus veternus, vt nihil à morbo qui lethargus dicitur, differat. Quibus antequàm horum aliquod eueniat, vomitus conducit: poſt hunc, aqua mulſa, nitrum, & abſinthium cum paſſo, aut vino dulciore ſumpta. caput roſaceo foueri & aceto debet: corpus excitari commoueriq;. Adhibenda itidem quę odoraru excitant, piper, ſinapi, caſtorium, ruta cum aceto trita, pix liquida, lucernarum funiculi combuſti extinctique. Quòd ſi ægrè excitentur, etiam quæ ſternutamenta mouent, adducenda, aliíſque communibus remediis in his quoque vtendum eſt.

De Aconito. *Cap.* XLVI.

Aconiti venenũ comitantia.

ACnitum ſtatim quum potum eſt, in lingua cum aſtrictione quadam dulceſcit. inde vertigines, præſertim in exurgendo, & oculorum humiditates inducit, thoracis, grauitatem & præcordiorum, ita vt multi flatus erumpant. In quo vitio vomitu venenum educi debet, & aluus clyſtere

Curatio.

ſubduci. Potiones contrà aconitum hæ proficiunt, origani, rutæ aut marrubij cum vino, aut abſinthij, aut erucæ, aut abrotoni, aut chamælææ, aut chamæpityos. Prodeſt ipſis & opobalſami drachma cum vino. item coagulum hœdi, aut leporis aut hinuli cum aceto. adhæc ferri recrementum aut vinum in quo ipſum ferrum, aut aurum, aut argentum ſit reſtinctum. inſuper lixiuium cum vino, & gallinacei elixi carniúmve pinguium ius cum vino aſſumptum. Cæterum chamæpitys quæ peculiariter aduerſus aconitum conducit, in Heraclia Ponti, vbi & aconitum naſcitur, holocleros appellatur, t Athenis, didonia: in Eubœa, ſideritis.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Præſertim in exurgendo. *Hoc eſt cùm è lectulo leuare ſe conantur, vt ait Largus. Græca ſonant,* ἐν τῷ ἐξανίστασθαι.

Opobalſami drachma cũ vino. *Dioſcorides habet cũ melle aut lacte. In primo lib. etiã cum lacte opobalſamũ valere contrà aconitum tradit. vide an malis cũ Dioſcoride legere. Ego exemplar ſum ſecutus.*

Nota.

CORNARII.

t *Athenis Ionia.*

De Ixia. *Cap.* XLVII.

Ixiæ venenum quæ ſequantur.

IXia quæ & Vlophonos dicitur, odorem habet & guſtum quum ſumitur, ocymi, linguæ inflammationem validam inducit,

inducit, mentem abalienat, atque omneis naturaleis excretiones ſupprimit, [u] ſtrepitus tumultúſque alui elidit cum animæ defectu, nec quicquã tamen eiicitur. Adiuuantur læſi ab ea, poſtquàm vomitionibus fuerit educta maior veneni portio, aut aluus ſoluta, abſinthij diluto cũ vino pleniore aut aceto aut oxymelite poto: item rutæ ſylueſtris ſemine, vel laſerpitij radice: ſimiliter tragorigani decocto cum prædictorum aliquo, aut lacte, [x] aut reſina terebinthina, aut nardo, aut caſtorio, aut Laſerpitio, ſingulis oboli pondere. Proſunt cum vino etiam nucis iuglandis nuclei læuigati, reſina, caſtorio, & ruta additis, ſingulis drachmæ pondere. Proficiunt itidem chamælææ drachmæ duæ, [y] aut thapſiæ ſucci totidem cum aqua mulſa. vtiliter & acetum calidum bibitur. *Curatio.*

ANNOTAT. CORNARII.

u *Murmura ſimúlque ſtrepitus inducens.*

x *Aut reſinæ terebinthinæ, aut nardi, aut caſtorij, aut ſilphij ſingulorum obolus cum vino. Conueniunt etiam nucis regiæ fructus triti cum vino. Aut reſinæ & caſtorij, & rutæ ſingulorum drach. I. Græca ſic legenda:* ἢ ῥητίνης τερμινθίνης, ἢ νάρδου, ἢ καστορίου, ἢ σιλφίου ἑκάστου ὀβολὸς σὺν οἴνῳ: ἁρμόζουσι καὶ οἱ τῆς βασιλικῆς καρύας, *&c. Deinde:* ἢ ῥητίνης, καὶ καστορίου, καὶ πηγάνου ἑκάστου ∠. α̅ ὁμοίως χαμαιλαίας ∠. β.

y *Dioſco. pro* θαψίας *habet* ἀψινθίου. *At de abſinthij cremore ante mentionem fecit, vt hîc de ſucco nõ videatur repetiuiſſe. Et thapſiã legendum eſſe non dubitem, ſi drach. duarum pondus non nimium eſſet. Dioſc. enim lib. 4. expreſsè dicit, radicis thapſiæ obolos IIII. dari, ſucci obolos III. liquoris obolum I. Et Paul. ipſe infrà cap. de Ceruſſa, thapſiæ aut ſcãmoniæ obolos III. cum aqua mulſa exhibet. Proinde cautos eſſe oportet talibus vſuros, quæ cum proſint aliàs, nimio vſu lædere poſſunt: qualis eſt thapſia, quam infrà cap. 64. Paulus etiam inter venena recenſet.*

De Ephemero. *Cap.* XLVIII.

EPhemeron, quod nonnulli Colchicon eo quòd in Colchide naſcatur, vocant, aut bulbum agreſtem, epotum protinus, totum corpus prurire facit, velut vrtica & ſcilla tactum irritatúmque: interiora erodit, ſtomachum vrit cum ponderoſa grauitate. Inualeſcente autẽ malo, cruenta ſtrigmentis miſta per aluum egeruntur. Succurrendum, vt ſalamandræ, vomitionibus & clyſteriis: ſed antequàm vires ſibi aſciſcat venenum, dari debet foliorum quercus, aut glan- *Ephemeri venenum comitantia.* *Curatio.*

dium, aut malicorij, aut ſerpilli decoctum cum lacte bibendum: aut poligonij ſuccus, aut ſurculorum vitis, aut rubi, aut tenerarum ferularum medullæ, aut myrtorum cum vino. item ipſorum myrtorum in læuorem detritorum, maceratorúmque in aqua, dilutum potum auxiliatur. Benefacit itidem caſtanearum interior tunicula, ſi cum aliquo è ſuccis quos prædiximus, aſſumatur: origanum quoque cum lixiuia potum, in idem efficax eſt. Adeò verò exactum præſidium eſt lac vaccinum calidum potum, & ſimul in ore contentum, vt hoc præſente nullum aliud deſideretur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Totũ corpus prurire facit. *Græcè eſt κνησμὸς καθ' ὅλον τὸ σῶμα. Dioſcorides etiã in hunc modũ habet. Largus autẽ cuius, mentionem* *Largus.* *Galenus ſubinde facit, pro corpus, habet os, in hunc modum. Ephemerum potum protinus quidem os prurire facit, velut ſcilla tactum, poſteà etiam adurit, quaſi pipere manducato.* *Nota.* *Hæc te, lector, latere nolui.*

De Smilace. *Cap.* XLIX.

Smilacis veneni vis, & remedium.

SMilax, quæ à quibuſdàm thymion, à Romanis Taxus nominatur, pota perfrictionem totius corporis & ſtrangulatum, mortémque maximè pręcipitem inducit: quibus omnia auxiliantur, quæ & cicutæ epotæ.

De Solano furioſo, quod Dorycnion à nonnullis dicitur. *Cap.* L.

Dorycnij veneni vis.

DOrycnium potum, quod aliqui ſolanum furioſum appellant, guſtum quidem ceu lactis repræſentat, ſingultus crebros facit, linguæ humiditatem, & cumulatam ſanguinis eductionem: per aluum mucoſa feruntur ſimillima torminoſis. *Curatio.* Auxilio ſunt, antequàm horum aliquod fuerit ſecutum, quæ in ephemero dicta ſunt, vomitus dico & clyſter, & quæcunque potum venenum poſſunt excernere. Propriè autem ipſi ſuccurrit aqua mulſa aut lac aſininum caprillúmve, & dulce vinum tepidum cum aniſi modico potum: item amygdalæ, & elixa gallinarum pectora, idem præſtant conchylia cruda pariter & toſta, in cibo, adhæc locuſtæ marinæ & gammari, & ius ex ipſis eſculentum potui aſſumptum.

Sardoniæ venenum comitantia.

De Sardonia. *Cap.* LI.

QVæ Sardonia herba nuncupatur, ranunculi ſpecies eſt: pota autem vel comeſta mentem abalienat, conuulſiones adfert cum labrorum contractione: vt riſus imaginem præbeat, à quo affectu etiam riſus ſardonius non laudabili dicterio inter homines iactatur. *Riſus Sardonius.* *Curatio.* Cui vitio priuatim

poſt

poſt vomitionem conducit aqua mulſa liberalius exhibita, lactíſque potio. item corporis totius reſperſio inunctióque, ex medicamentis quæ calefaciunt petita. vincit item in hydrelæum calidum deſcendere, deinde corpus inungere & valenter infricare. ſummatim, vt in conuulſione tota curatio adminiſtranda eſt.

De Papauere corniculato. *Cap.* LII.

PApauer quod corniculatum appellatur, eſum potúmve, eadem quæ papaueris liquor inducens pericula, iiſdem quoque curatur remediis.

De Pharico. *Cap.* LIII.

PHaricum dictum toto guſtu nardum ſylueſtrem repræſentat: potum verò reſolutionem cum furore & conuulſione excitat. [z] Aduerſus quod vbi vomitu fuerit eductum, abſinthium cum vino propinatur: item cinamomũ aut myrrha, aut nardum Cilicium, quod nonnulli Iſatim vocauerunt: aut ſpicæ nardi drachmæ duæ, myrrhæ oboli duo cum paſſo miſti: aut iris crocíque flos ex vino. Caput ipſorum deraſum farina hordeacea cum ruta trita, & aceto cataplaſmatis modo obducere conuenit.

Pharici veneni vires, et remedia.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Pharicum dictum. *Multi ſcriptores dubitant, ſimpléxne ſit an compoſitum. Largus ex compluribus componi affirmat.*

Nardum ſylueſtrem. *In codice Pauli Græco deerat ἀγρία. Tu ex Dioſcoride reſtituito.*

CORNARII.

z Oportet autem poſt eductionem ipſius cum vino abſinthite bibendum ipſis dare cinnamomum, aut myrrham, aut nardum celticam, quam aliqui Saliuncam vocauerunt, aut ſpicæ nardi, &c. Græcorum exemplarium lectio hîc corrupta eſt. Legendum autem eſt ex Dioſc. δεῖ δὲ μετὰ τὸ ἐξεράσαι, αὐτὸς, ποτίζειν μετ' οἴνου ἀψινθίτου κινάμωμον, ἢ σμύρνην, ἢ νάρδον κελτικὴν, ἣν ἔνιοι ἀλιόγγαν ἐκάλεσαν. *Legitur tamen etiam in Dioſcoride falsò* σερίνην *pro* ἀλιόγγαν. *Quod autem nardus celtica appelletur* ἀλιόγγα, *id eſt Saliunca, teſtatur Dioſco. lib. 1. cap. 7. Sed & Scribonius cap. 195. de pharico ſic ſcribit. Adiuuantur verò læſi ab eo ſaliunca id eſt nardo ſylueſtri quamplurima ex vino ſæpius data. Ex quibus indicatur non Ciliciam ſed Celticam nardum legendam eſſe, & neque Iſatin, neque Serinen dici. Quanquam Nicander in Alexipharmacis Ciliciam nardum ad pharicum probet.*

De Toxico. Cap. LIIII.

Toxici ſumpti ſymptomata.

TOxicum inde nomen videtur accepiſſe, quòd barbari ſagittas, quas Toxeumata vocant, eo illinant. vbi potum eſt ſequitur labrorum & linguæ inflammatio, mentis furor, qui coërceri non poſſit, variis obnoxius imaginibus. eóque difficilem curationem recipit: raró etiam nonnulli qui id biberunt vitæ reſtituuntur. Oportet igitur continere ipſos vinculis & cogere, & vi adigere, vt vinum dulce cum roſaceo bibant, reddántque per vomitum. Item raporum ſemen cum vino potum peculiariter ipſis cõfert, & quinque folij radix, hircinus caprillúſve ſanguis potui datus, ad hæc, quercus cortex aut fagi aut ilicis cum lacte læuigatus potúſque proficit. Idem faciunt mala cotonea manducata, vel trita cum pulegio, ex aqua pota: prætereà amomum, & balſami cum vino ſemen. Qui verò mali huius periculum euaſerint, diu in lecto decumbunt, & quùm ſurrexerint, attoniti ac ſtupentes reliquum vitæ tempus tranſigunt.

Curatio.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Vt vinum dulce cum roſaceo. *Deprauatus eſt Codex Græcus impreſſus: habet enim γλυκὺν ὄιον, pro γλυκὺν ὄινον.*

De Fungis. Cap. LV.

Fungorum venenũ, & aduerſus id remedia.

FVngorum alij genere, alij copia offendunt: integri ſumpti ſtrangulatus laqueis simileis inducunt. his ſtatim cõmuni præſidio reſiſtendum eſt, & qui eos hauſerunt, oleo ad vomitum cogendi. Mirificè his proficit lixiuium ex ſarmentis aut ex piraſtri ſurculorum cinere cum poſca, ſale vel nitro, potum: item pira ipſa ſylueſtria aut folia ſimul incocta, vim ſtrangulandi quæ fungis ineſt, tollunt, eadémque in cibo conferunt. Ad [a] hæc oua gallinarum elixa & in poſca pota, ariſtolochiæ drachma aut abſinthij, cum vino: inſuper mel delinctum potúmque cum aqua. Prodeſt apiaſtrum cum nitro, panacis radix & ſemen cum vino, floces vini combuſtæ cum aqua, aut atramentum ſutorium cum aceto, raphanus itidem aut ſinapi, aut naſturtium in cibo ſumptum. Quoniam verò nonnulli fungi à venenatis corroſi non modò ſtrangulant, ſed etiam inteſtina exulcerant, dari debet abſinthium copioſum & ficuum decoctum, origaníque. [b] Ad hæc ex aqua mulſa, vomitus confert, in calidam deſcendere, & crudam farinam hordeaceam præcordiis admouere.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Atramentum ſutorium. *Hîc quoque vitiatus eſt codex Græcus: habet enim* χαλκοῦ ἄνθος, *hoc eſt, flos æris, pro* χαλκάνθου, *vt ſit atramentum ſutorium. Ex Dioſcoride caſtigatum. Largus habet æris flos, ſed male opinor.*

CORNARII.

a *Commodat ipſis & gallinarum ſtercus in poſca potum. Oua gallinarum huc non facere, vt habent Græca exemplaria, ſed ipſarum ſtercus, ex Aetio conſtat, qui libro 13. cap. 75. Philagrium citat his verbis. Caterùm Philagrius gallinaceũ ſtercus album, inquit, exhibemus ex poſca, aut aceto mulſo: huius enim manifeſtum habemus experimentum, quod ad fungorum ſtrangulationes auxilietur. In Dioſcoride tamen item oua leguntur his verbis:* βοηθεῖ δὲ αὐτοῖς ἀλεκτορίδων ὠὰ σὺν ὀξυκράτῳ πινόμενα. *Non tamen putandum eſt Paulum falſam Dioſcor. lectionem ſecutum transſcripſiſſe, quaſi qui ignorarit gallinarũ ſtercus ex aceto mulſo, aut aceto, aut vino mulſo potũ facere, vt ſtrangulantes fungos reuomant, qui illos in cibo acceperunt, vt haud dubiè etiam hoc loco legi debeat:* ὠφελεῖ δὲ αὐτοὺς καὶ ἀλεκτορίδων ἀφόδευμα ἐν ὀξυκράτῳ πινόμενον. *Atque etiam in Dioſcor.* ὠὰ *ſimpliciter pro* ἀφόδευμα *omnes interpretes deceperunt.*

b *origani decoctum, & aqua mulſa. Conducet etiam vomitus.*

De ſanguine taurino. *Cap.* LVI.

Taurini ſanguinis vires.

SAnguis tauri recens occiſi potus, ſpiritus difficultatem & ſtrangulatum procreat, dum tonſillarum & gutturis meatus cum valida conuulſione obſtruit. Iam lingua iis qui ſanguinem hauſerunt rubens inuenitur, dentes tincti, & veſtigia cruoris concreti inter ipſorum commiſſuras. In hoc malo vomitus vitari debet: grumi enim attractu ad ſublime relati, magis gulæ inculcantur. Exhibentur ergo quæ ſanguinem coëuntem ſoluere, & aluum ſubducere poſſunt, vt groſſi liquore ſuo pleni cum poſca & nitro. huc facit etiam omne coagulum cum aceto, & laſerpitij radix cum ſuo liquore. ſimiliter etiam braſſicæ ſemen, lixiuiúmque ex cinere ficulneo: item cunilæ folia cum pipere, [c] rubique ſuccus cum aceto. Iam verò aluus rectè ſubducetur. Solent iis qui ſeruantur [d] inferius recrementa fœdi odoris egeri: ſtomachus & venter hordeacea farina cum aqua mulſa obduci debent.

Curatio.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Dentes tincti. *Græcus codex impreſſus habet* ὀδόντες βεβρωμένοι, *hoc eſt, dentes eroſi. Dioſcorides* οἱ ὀδόντες βεβαμμένοι, *quod*

eſt Dentes tincti. At Aetius legit gingiuæ corroſæ. Secutus ſum Dioſcoridem.

CORNARII.

c *καὶ βάτου χυλὸς etiam ex Dioſcor. pro καὶ βατράχου, vt malè habet Aldina editio.*

d *fluida ac graueolentia per ſedem reddi ſolent. Græcè legitur κοπρώδη καὶ δυσώδη, id eſt ſtercoracea & graueolentia. Sed Dioſcorides ῥυώδη legit, quem ſequi malui.*

De Lacte intus congelato. *Cap.* LVII.

Lactis intus coagulati ſymptomata, & remedia.

[e]LAc potum quod ſubitò ac confarctim ſit intus congelatum, multam ſtrangulationem parit, eò quòd in grumos coit gelatúrque. Auxiliatur huic malo, antidoti modo, coagulum, ſi cum aceto frequenter bibere compellas eum qui lac hauſit. item conferunt nepitæ folia arida, aut ſuccus ipſius ſimiliter, aut laſerpitij radix liquórue cum poſca: idem præſtat thymus cum vino, [f] & è cinere lixiuia. ſalſum verò nihil offerri debet, nam hinc lac magis coit, ac in caſeum tranſit. nec vomitus in hoc malo conducit: nam in grumos concretum, dum ad ſtomachum aſſurgit, ſtrangulat.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Lac potum quod ſubitò ac confarctim ſit intus congelatum. *Sic interpretatus ſum γάλα ἐμπιτυασθὲν ἀθρόον. Nam ſi prius coagulatum eſt quàm fuerit aſſumptum, non opus habet, vt rurſus congeletur. Longè diſſentio à Marcello, qui ἐμπιτυασθὲν vertendum cenſet, cui coagulum ſit admixtum: cùm Paulus coagulum ſuperbibi cum aceto percipiat. Sed ἐμπιτυασθὲν intelligo intus, hoc eſt in corpore congelatum. Ibi enim aliquando coit in grumos, & denſatur, vt reſpirationem impediat. Vbi igitur lac aſſumptum repentè ac cumulatim, in corpore coierit, remedia adſerenda ſunt.*

κονία πιλοποιικὴ.

ὕδωρ πιλοποικὸν.

È cinere lixiua. *Turpiter hic Ruellius Marcellus, aliíque interpretes lapſi ſunt, qui κονίαν πιλοποιικὴν verterint, nunc lutum excolatum, nunc lixiui genus aliquod. Nihil enim aliud eſt quàm è cinere lixiuium, quo & pilotarij, & alij artifices vtuntur. Sicut apud Galenum ὕδωρ πιλοποιητικὸν, quod Largus in eodem medicamento dixerat, è cinere lixiuium, vt alias annotauimus.*

CORNARII.

e *Qui lac coagulatum ſumpſerunt, his aceruatim ingens ſuffocatio imminet. Græcè legendum ἐμπιτυασθὲν ἀθρόως.*

f *& lixiuium pileatorum, id eſt eorũ qui pileos faciunt, & appellat κονίαν πιλοποιικῶν, ſicut ſuprà lib. 3. cap. 2. & infrà lib. 7. cap. 17.*

ὕδωρ

ὕδωρ πιλοποιοῦ. *Eandem etiam hoc loco Dioſcor. præſcribit, πιλοποιητικὴν κονίαν itidem appellans, magno omnium Dioſcoridis interpretum & aliorum tormento, donec ex vetuſto exemplari non πηλοποιητικὴν per η. in prima ſyllaba, ſed per ι. ſcribendum eſſe compertum eſt.*

De Melle quod in Heraclia naſcitur. Cap. LVIII.

MEl quod in Heraclia Ponti prouenit, aut eſum, aut bibitum, eadem pericula quæ aconitum, infert: quare & eadem vtrique conueniunt remedia. Facillimè autem curantur qui id hauſerunt, [g] continuò hydromelitis potu, cui rutæ folia ſint admiſta.

ANNOTAT. CORNARII.

g *ex vini mulſi aſsiduo potu, Ex Dioſcor. & Aetio Græcè legendum* οἰνομέλιτος, *pro* ὑδρομέλιτος.

De Gypſo. Cap. LIX.

GYpſum potum ſtrangulatum parit, in lapidem coaleſcens: vnde transferre oportet huc præſidia quæ aduerſus fungos conueniunt. datur etiam in hoc malo maluæ decoctum loco olei: pingue ſiquidem quum ſit, & lubricas vomitiones procreet, corpora deradi non ſinit: quod lapideſcens gypſus facit. Porrò conducit & oleum in mulſa, & ficuum decoctum, lixiuiaque è ficulneo, aut è fermentorum cinere facta cum vino copioſiore, [h] item origanum, aut thymus cum lixiuia acetóue. Clyſter ex paſſo & maluæ decocto in anum dabitur.

Gypſi venenum, & eius curatio.

ANNOTAT. CORNARII.

h *Et origanus & thymus cum lixiuio, aut aceto, aut paſſo. Oportet autem & his maluæ decoctum per clyſterem infundere. Græca malè diſtincta & corrupta ex Dioſcor. & Aetio ſic emenda:* καὶ ὀρίγανος ἢ θύμος σὺν κονίᾳ, ἢ ὄξει, ἢ γλυκεῖ. δεῖ δὲ καὶ τούτους ὑποκλύζειν τῷ διὰ μαλάχης ἀφεψήματι.

De Ceruſſa. Cap. LX.

CEruſſa propter colorem facilè deprehenditur, quoniam ſponte ſumpta palatum & linguam, dentiúmque commiſſuras albefacit: prætereà ſingultum, tuſſim, linguæ ſiccitatem, extremorum perfrictionem, cum mentis abalienatione, & difficili corporis motu, inducit. His prodeſt aquam mulſam, aut ficuum, aut maluæ decoctum propinare. item lac calidum, vel ſeſamum cum vino tritum, aut lixiuium è vitium ſarmentis: aut oleum amaracinum, ſiue irinum, vel perſicorum

Ceruſſa quæ mala inuehat.

Curatio.

perſicorum oſſa cum hordei decocto: vel lacryma thuris, vel prunorum gummi, aut vlmi humo qui in folliculis ipſius ſeruatur, cum aqua tepida. Iam vomitus continuè cietur. Próficiet etiam ſuccus thapſiæ, vel liquoris ſcammoniæ terni oboli cum aqua mulſa poti.

De Calce, Sandaracha, & Auripigmento. Cap. LXI.

Cal. Sanda. Aurip. venena, & remedia aduerſus ea.

CAlx, Sandaracha & Auripigmentum pota, ventris & inteſtinorum torſiones cum vehementi roſione faciunt. quare omnia quæ temperare & ſoluere ea poſſint, adhiberi debent: item quæ vomitiones facileis & aluum lubricam efficiant, qualis eſt hibiſci & maluæ ſuccus, decoctúmque lini ſeminis aut tragi, aut oryzæ. lac prætereà copioſum, aqua mulſa, iura pinguia, boníque ſucci.

De Argenti ſpuma. Cap. LXII.

Spumā argenti ſumptam ſequētia ſymptomata.

SPuma argenti pota, quam Græci Lythargyron dicunt, grauitatem ſtomachi, ventris, & inteſtinorum, cum torſionibus validis infert: nonnunquam & inteſtina pondere vulnerat diſrumpítque, vrinam impedit: corpus eorum qui eam biberunt, intumeſcit, & coloris plumbei fiunt, & deformitatem acquirunt. [i] Adiuuantur, ſecundum vomitiones

Curatio.

agreſtis hormini ſemine cum vino: myrrhæ drachmis octo. abſinthij, hyſſopi, aut apij ſemine, aut pipere, aut liguſtri flore cum vino, palumbium fimo arido cum nardo & vino.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Hormini ſemine. *Malè habetur in codice Græco θερμίνȣ ἀγρίȣ pro ὀρμίνȣ ἀγρίȣ.*

CORNARII.

i *In his conuenit poſt vomitum, hormini ſylueſtris ſemen cum vino potum, myrrhæ oboli* III. *abſinthium, hyſſopum, aut apij ſemen, aut piper, aut liguſtri flos cum vino. Hîc Græca falsò habent pro ὀρμίνȣ, θερμίνȣ. Deinde σμύρνης* <, γ. *nos ex Aetio & Nicandro fecimus obol.* III. *Poſtea ἀψινθίȣ & ὑσσώπȣ conuertimus in ἀψίνθιον & ὕσσωπον, & κυπέρȣ ἄνθος ex Dioſc. & Nicādro in κύπρȣ ἄνθος.*

De Plumbo. Cap. LXIII.

PLumbi ſcobs aut lotura pota, ſimilia inuehit argenti ſpumæ pericula: eadémque requirit præſidia.

De Argento viuo. Cap. LXIIII.

ET argentum viuum potum, eadem quæ ſpuma argenti infert, atque eiſdem remediis qui id aſſumpſerunt, adiuuantur,

iuuantur. adhæc prodeſſe ipſis videtur lac copioſè datum. cæterùm & hi vomitionibus ſollicitabuntur.

De Veratro albo, thapſia, elaterio, agarico nigro, ruta ſyluestri, nigella, & pappis. *Cap.* LXV.

HAbenda cura eſt, & eorum quæ iuuandi gratia exhibentur, ſæpe verò non minora aliis pericula adferunt. cuiuſmodi ſunt ſuperius commemorata, nempe veratrum album, thapſia, elaterium, agaricum nigrum. hæc enim ſtrãgulatus excitant, aut magis quàm opus eſt, purgant: in quibus ſtrangulationes, vt in fungis & ſimilibus comprehenſum eſt, curabuntur: nimias purgationes, iis quæ excretiones cohibent, ſiſtimus. Iam verò quæ paululum nocere videntur, interim tamen pericula inferunt, negligi non debent: cuius generis eſt ſylueſtris ruta, melanthium, [k] recentes pappi: flores autem ſunt ſpinæ quæ cactos dicitur, in quibus ſolus vomitus adhibitus laborantes ſanitati reſtituit.

> *Medicamẽta quædam vtilia aliquando nocere.*

ANNOTAT. CORNARII.

k *De ſpina quæ Cactos appellatur, & de eius pappis vide Teophr. lib. 6. de plantis, vbi ſcribit lanuginoſa ſemina auferenda eſſe, ſi quis fructum edere velit, ſatis declarans qui ſint pappi, ſiue lanugines ſpinæ cacti. Athenæus verò lib. 2. Dipnoſoph. Theophraſtum citans, ait cactum Romanis dictũ eſſe carduum, & eam quæ cinara Græcis appelletur, ac κάρδον ac κάκτον idem eſſe, duabus ſaltem literis immutatis.*

De familiaribus ac domeſticis, nempe Vino & aqua frigida. *Cap.* LXVI.

AQua frigida ſubitò ac cumulatim pota, vinúmque meracius, copioſum, dulce, præſertim à balneo, aut curſu, validíſq; exercitiis ſtrangulatus & dolores concitat. in quibus ſanguinis dimiſſio protinus adhibita, & inanitio imminens periculum diſſoluit.

PAVLI

PAVLI AEGINETAE LIBER VI. IOANNE GVINTERIO ANDERNACO INTERPRETE.

*

Procœmium Chirurgicæ.

CAPVT I.

QVoniam chirurgica in partes duas diducta eſt, vt vna ſit quæ carnis vitia tractet, altera quæ [oſſium, tam in rupturis quàm luxationibus comprehendat,]ab ea quę[carni ſeruit] in præſentia exordiemur, conſueto & hîc vſi compendio. Rurſus igitur à[ſuperioribus]auſpicantes quomodo caput, præſertímque eius vertex vratur, exponemus.

[oſsiũ morbos tam in fracturis, quàm in luxationibus curet]

[carnis vitiis auxiliatur]

[ſuperioribus corporis partibus]

Quomodo caput aduratur in lippientibus, ægrè ſpirantibus & elephanticis. Cap. II.

CVm humor oculis influit ſupernè, cúmque difficilis vrget ſpiratio quæ humiditatis excrementitiæ copia è capite [inferius] in thoracem tranſmiſſa, & particulas [indidem] continuo ſuo curſu offendente, contrahitur, † caput per medium hoc modo vrunt. Vertex ad cutem priùs tundetur cutis aduſque os ferramentis candentibus nuclei modo rotundis aduritur: [quod, vbi cruſta deciderit, raditur.] Nonnulli verò vbi idipſum os aduſſerint, [l] faciũt vt ſquama inde recedat exigua, quò facilè humores illinc perſpiratu diſſipentur euacuentúrq;, ſeruato diu vlcere, deinde ſic ipſum ad cicatricem perducunt.[m] †At in [elephantiaſi curanda,] quinque nonnulli cruſtas in capite excitant, vnam in priori

[deorſum]

[ibi ſitas]

† Vſtio per medium caput.

[id fit, vt carnoſa cutis ſubſtantia, quæ ſcabro oſsi adhærere non poteſt, cùm radula læuigatum fuerit, citius faciliúſque & renaſcatur, & oſsi applicetur: id etiam fit, vt ſi quæ ſanies ex vlcere ſtillans os humectauerit, ac vitiauerit, ſublata ea parte oſsis, ac deraſa, quæ ſanie perfuſa fuit, nulla caries ſequatur.] † Vſtiones in elephantiaſi. [Elephanticis]

parte

parte [ſupra ſinciput,] alteram hac inferiorem, paulò [ſuperius quàm frons habetur,] vbi ferè pili deſinunt: ac aliam in occipitio, quod Græci Opiſthocranion vocãt, reliquas duas iuxta oſſa à ſquamis dicta Lepidoide [quæ ſuperius aures conglutinant :] vnam ex his, parte dextra, alteram ſiniſtra: atque ita pluribus ſquamis detractis, & copiam, & craſſitiem humorum euaporatu ex [alto capitis deriuantes , lumina] offendi prohibent. Iam lieni quoq; aliud ferramentum adigunt, vt primo melancholici recrementi opifici per cruſtam in cute excitatam medeantur.

[in ſuprema oßis, quod βρέγμα dicitur, parte: ἀνωτάτω τοῦ καλουμένου βρέγματος: nẽpe in vertice capitis, iuxta ſuturam ſagittalem.]

[paululum ſupra aures.]

[profundo capitis educẽtes faciẽ: τὴν ὄψιν. i. τὸ πρόσωπον.]

ANNOTAT. ANDERNACI.

Cùm humor oculis. *Liber hic ſextus curationem tradit, quæ ferramentis & manu adminiſtratur. Certè difficilis exiſtit, tum quòd nemo hæc eo ordine tractarit, tum quòd ij vnde tranſcripſit, non extant. Curabo tamen pro mea fide, vt nihil quod lectorem remorari poßit, indiſcuſſum relinquatur.*

Ferramentis nuclei modo rotundis. *καυτῆρας πυρηνοειδεῖς. Græcè dicuntur πυρῆνες, extrema ſpecillorum ſiue acuta, ſiue caua, ſiue rotunda. Hoc autem loco, rotunda vt vſtio commodius adminiſtretur, aliqui nuclearia vocant inſtrumenta. Celſus tenuibus, retuſiſq; ferramentis ait lib. 7. de oculorum humoribus reprimendis ſermonem faciens.*

At in elephantiaſi. *Paulus hoc lib. 4. iam docuerat, nempe multos, ne in totum inſanabiles fierent, ex capitis vſtione ſeruatos.*

CORNARII.

l *ſquamam paruam excidere faciunt. ἐμπίπτειν falsò legitur pro ἐκπίπτειν, id eſt excidere.*

m *At verò in his qui ad elephantiaſim inclinationem habent.*

Cùm humor capitis cutem inflat, eáque intumeſcit, & prementi digito cedit, Hydrocephalon dicitur. Cap. III.

SI humor natura aqueus capitis cutem ſubit, vitium propriè Hydrocephalon appellatur: † accidit autem pueris quàm primùm in lucem æditur, capite ab obſtetricibus parùm dextrè preſſo, aut ex cauſa [latente,] aut ex vaſis vnius, pluriúmue ruptura, & ſanguine qui emanat in [ocioſam inutilémque] mutato ſubſtantiam, aut materia ob meatuum raritatem reſudante, ac inter cutem & membranam quæ caluariam integit, pericranion Græci vocant, erumpente: vel enim inter hanc, & cutem humor conſiſtit, vel inter pericranion

† Hydrocephali cauſæ.

[interna]

[ſuperuacuam]

nion & os, vel inter os & cerebri membranas. Cùm itaque cuti & membranæ caluariam integenti, humor interiacet, tumor ſequitur tactu mollis, concolor, indolens, [n][turgidus, puluino ſublimi, & paucis particulis ſubiectus: digitis prementibus facilè cedit, & rurſus aſſurgit.] Quibus pericranion & os intercedit humor, reliqua ſanè reſpondent, [o] ſed tumor durior multò eſt, & lentè cedit, vt qui etiam [pluribus corporibus ſubſit,] dolórque magis vrget. Si inter cerebri membranam & os humor ſe receperit, tumor quidem erit, ſed qui prementi non cedat, neque tactu ſit mollis, tamen violenter preſſus cedat, ſiquidem os infantium recens adhuc compactum facilè cedit, præſertim cum ſuturis [rareſactis] humori tranſitus foras pateat: cognoſcitur ex facili inde, quòd humor cùm illum [conſtringere] volumus, ex aduerſo repreſſus in altum effugiat. Dolor his acrior obuenit, caput totum [in diuerſa agitur,] frons ipſis foras [producta eſt,] oculis cernunt inconniuentibus, & crebrius illacrymant. His igitur ceu deſperatæ ſalutis non eſt manus adhibenda, & ſi maximè nonnulli chirurgicorum terebra perforatum os exemerint, vt in capitis fracturis dicetur. At ſi intra cutem & membranulam quæ ſub cute caluariam cingit, humor ſit collectus, tumore quidem exiguo ſubſtante, vna linea per medium tranſuerſa caput incidendum: ſi membranulæ caluariam inuoluenti, & oſſi colluuies interueniat, magiſque caput inturgeſcat, duabus vtemur lineis per medium ſe mutuò ſecantibus: ſi magis adhuc ſit turgidum etiam, tribus, ad ſimilitudiem H literæ. Vbi [manu] humorem exemeris, inſertis linamentis commodè partem deligabimus, & vſque ad tertium diem œnelæo perfundemus, inde ſolutam medicamento [in linteolum illito] perſanabimus. Quòd ſi longiore ſpatio os [carnem non recipiat,] leuiter ipſum rademus.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Hydrocephalon. *Celſus lib. 4. Inuenitur genus quod longum poteſt eſſe, vbi humor cutem inflat, eaq; intumeſcit, & prementi digito cedit, ὑδροκέφαλον Græci appellant.*

In ocioſam inutilémque mutato ſubſtantiam. *Oroſcius exponendum hìc cenſuit ὠμὸν, crudam, non attendens, quo modo in re medica crudum dicatur. Nam ſanguis nunquàm dicitur, poſt abſolutum ſanguificationis terminum crudus fieri, ſed mordax, acris, crudum*

[in altū elatus, exiguo interuallo occurrēs, digitis impreſſis facilè cedens, huc illuc locū mutās. vt Græcè pro δι' ὀλίγου σώματος legatur δι' ὀλίγου διαστήματος]

[interiectis plurib. partibus occurrat.]

[laxatis]

[premere]

[ἐξίσταται intumeſcit, nō διΐσταται. quanquam Albucraſis hunc locum vertens ſcribit, et ſignū certius eſt, quod vides oēs cōmiſſuras capitis apertas.]

[prominet]

[plana]

[quod linamentis illinimus]

[carne non obducatur]

dum verò aut ſemicoctum ſuccum, ſanguinem mutari, aut ſanguinem minus elaboratum, ac crudum adhuc in perfectum degenerari. Gal. enim lib. de ſanitate tuenda quarto concoctionem ponit crudorum, vel etiam ſemicoctorum humorum, eductionem acrium. At ſanguis non conſiſtit citra concoctionis terminum. Et ſi adhuc in venis etiam illis capitis ſemicoctus ac crudus exiſteret, tamen non diceretur extra vaſa elapſus, in crudam mutari ſubſtantiam, ſed putridam potius ac peregrinam. Qui enim extra inſtrumenta ſua elapſus eſt, non poteſt non corrumpi. Crudus autem fieri, non item.

Puluino ſublimi. εἰς ὕψος κεκυρτωμένος, *hoc eſt, in ſublime eleuatus, quemadmodùm puluini in ſuperficie tument, gibbero extãte.* *κεκυρτωμένος.*

Et quia paucis particulis ſubiectus. *Græca ſic habent* διὰ ὀλίγου σώματος ὑποπίπτων κατὰ τὴν ἔπερσιν τῶν δακτύλων. *At clauſula hæc poſterior* κατὰ τὴν ἔπερσιν *ſegreganda eſt à priori, connectendáque ſequentibus, in hunc modum,* κατὰ τὴν ἔπερσιν τῶν δακτύλων ῥᾳδίως ὑπείκων.

a Duabus vtemur lineis. *Hoc eſt duas diuiſiones moliemur. Celſus vbique loquitur eodem modo, vt lib. 7. Reperti in Græcia ſunt qui nouem lineis cutem capitis inciderent. Item Reperti ſunt qui à capite rectè eas lineas ad tempora diducerent. Græcè eſt* δυσὶ κεχρήμεθα διαιρέσεσι. *Lineis incidere.*

CORNARII.

n *In altum incuruatus, per exiguum corpuſculum ad digitorum innixum occurrens, facilè cedens ac contra renitens.*

o *Tumor autem ſolùm durior eſt. Græcè falsò legitur* μᾶλλον *pro* μόνον. μόνον σκληρότερος.

Quomodo arteriæ diuidantur, Arteriotomia dicitur. Cap. IIII.

IN longis oculorum defluxionibus, tum vertiginoſo affectu, arterias poſt aures incidere conſueuimus. Radenda igitur poſterior capitis pars, & digitis notanda eſt. Nam arteriæ ſitus ex loci pulſu facilè deprehenditur. deinde ipſam linea ſcriptorio priùs atramento ducta, duos digitos longa, vſque ad os diuidere oportet. p Quòd ſi in conſpectum ita non venit, [incidendum] circiter trium digitorum interuallum, atque [tunc manus iniicienda,] ſic vt arteriæ tranſuerſim diſſecentur, quouſque & pulſatilis ſanguinis fluor apparuerit, & [inſtrumentum os proprius accedat.] Vbi ſat fluxerit ſanguinis, membranula quę caluariam ſub cute ambit, diuiſa, ne [extenſione] inflammationem contrahat, raſoque oſſe penicillum ex panniculo vulneribus debet inſinuari, &

Quibus in affectibus arteriæ ſecandæ. *[metiẽdum poſt aures.]* *[chirurgia vtendum.]* *[ferrum os tangat.]* *[alij ſectione.]*

N

[medicamentum] [os etiam membrana ſua nudatũ fuerit diu]

[medicamento] quod linteolis illinitur adhiberi, q quòd ſi [remaneat etiam hoc os lene,] ſimiliter id ſcalpello rademus.

CORNARII.

p *Hoc verò non occurrente, trium digitorum ſpatium ab auribus metiri oportet, & tunc chirurgiam adhibere, & arterias per tranſuerſum diſſecare, donec & fluxus ſanguinis apparuerit pulſatorius, & organum contigerit os ipſum.*

q *Si verò etiam his nudum os permiſerit.*

Quomodo vaſa diuidantur, quæ Angiologia dicitur, eorúmque aduſtio ſit adminiſtranda. Cap. v.

Quibus in affectibus vaſorum ſectio faciẽda [tumórque] [obliquè] [et qua vas eſt, ſuperficiariam cutis ſectionẽ faciemus. Deinde penitus cute ſecta, hamulis ſublatũ vas] [elatũ id ac contortũ penitus incidemus, ſic vt vtraq; pars eius retracta occultetur. Vel, ſic excindemus

IN hemicranicis, & in iis, quorum oculos aut longus, aut etiam acutus dolor ex calida acríque fluxione infeſtat, adeò vt in temporum quoque muſculis calor, [laxúſque tumor, œdema vocant Græci,] excitetur, omnes medici vaſorum diuiſionem probarunt. Deraſis igitur primùm in temporibus pilis, digitis vaſa notabimus, ſic vt fomenta præceſſerint, aut etiam ceruix ligata ſit: vbi iam vaſa oculis ſeſe obiecerint, atramẽto notabuntur, & cutis [ex lateribus,] tum ſiniſtræ manus noſtræ digitis, tum miniſtri leuabitur [ipſúmque vas ſuperficiaria linea incidemus, deinde vbi totum penetrauerimus hamulis eleuatum] & à membranis vicinis inſtrumento quo illæ detrahuntur, denudatum, ſuſpendemus vndiquaque liberum, etſi tenue vas fuerit, r per hamulum cæcum; [elato ei circunductóque membranam detrahemus, ita vt partem quoque ipſius apprehendamus.] At ſi magnum eſt duplex acu funiculus ſubiicietur, aut linum crudum, aut aliud quoddam validum, ac quamprimùm vas in rectum ſcalpello diuiſum, ſanguinis [quantùm ſatis eſt] fuderit, in vtroque extremo quod denudatum eſt, lino ligabimus, quod intercedit exciſum, aut protinus, aut [cum ſoluetur] auferre conuenit. Nonnulli etiam candentibus ferramentis citra ſectionem vaſa adurunt plagis ſatis altis. vbi iam ferro negotium abſolutum eſt linamentis carptis ſiccis vulnere oppleto, ſplenium quoque ſuperaccommodatum deligabimus.

vt vtraq; pars arteriæ ſeſe contrahat, & ita occultetur. οὕτως ἐπεζεύξαμεν ὡς ἑκάτερον αὐτοῦ μέρος συστελλόμενον λαθεῖν. *Sic enim Albucraſis cap. 3. lib. 2. [Albucraſis modũ ſtatuit ab vnciis tribus ad vnc. ſex.] [cũ ſoluentur quæ vulneri admota ligatura continebãtur. Id autem vt author mõſtrat cap. 6. faciendum eſt poſt triduum, ceſſante iam aut ſedata inflammatione; vel cum filum putre ſol uetur.]*

postquàm

poſtquàm ſolutum fuerit, medicamenta carni generandæ accommoda, tum arida, tum quæ linteolis conceptis illinuntur, nec non cicatrici inducendæ apta, ad curationem abſoluendam inducemus, nimirum vbi vincula deligaturæ computruerint exciderintque.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Aut etiam acutus. *Fluxiones in oculos nunc longæ, nunc breues eueniunt, pro humorum in illos decumbentium ratione. Particula* εἰ *in Græco codice male pro* ἢ *poſita eſt.*

Aut etiam ceruix deligata ſit. *Vt ſcilicet magis conſpiciantur. Nam Celſus lib. 7. de eadem re tractans, frequens curatio eſt, venas in temporibus adurere: quæ ferè quidem in eiuſmodi malo tument, ſed tamen vt inflentur, magiſq; ſe oſtendant, ceruix antè modicè deliganda eſt.*

Membranam detrahemus. *Codex Græcus viciatus eſt, vt qui* ὑφ' ἓν *habeat pro* ὑμένα. *In fine capitis* ἀφουλωτικοῖς *vertit cruſtam inducentibus, cum dicendum eſſet, cicatricem inducentibus.*

CORNARII.

r *Hamulo cæco id extentum & obtortum per totum penitus excidemus, ita vt etiam pars ipſius apprehendatur. Græca ſic habent.* τῷ τυφλαγκίστρῳ τοῦτο ἀνατείναντες καὶ περιστρέψαντες ὑφ' ἓν ἐκτέμωμεν, ὥστε καὶ μέρος αὐτοῦ λαβεῖν. *Significat* ὑφ' ἓν *idem quod* διαπὰξ *&* διαμπὰξ, *quibus infrà in hoc libro aliquoties vtitur, velut cap. 15. vbi itidem hanc circa vaſa magna & tenuia diſtinctionem præſcribit his verbis.* εἰ δέ τι διαιρεθὲν ἀγγεῖον ἐπισκοτίζοι τῷ ἔργῳ, βρόχῳ διαλάβωμεν αὐτό, ἢ διαπὰξ ἀποτέμωμεν, εἰ μὴ μεγάλα εἴη. *Dixit* διαπὰξ *penitus, & per totum, ſicut hoc loco* ὑφ' ἓν, *eadem ſignificatione. Vult enim parua vaſa ita diſſecari penitus, & per totum tranſuerſim, vt etiam pars ipſorum apprehenſa ſimul excidatur.*

Quomodo frons incidatur, Hypoſpathiſmum vocant.

CAPVT VI.

INſtrumenti ſpecies nomen adminiſtrationi dedit: vtimur autem Hypoſpathiſmo, in quibus fluor multus, & calidus in oculos defertur, facieſq; rubeſcit, & in fronte ſenſus quidam & diſcurſus veluti vermium, aut formicarum oboritur. Deraſis itaq; in fronte pilis iubebimus, vt inferior gena moueatur, cauenteſq; muſculorum ad tempora motionem, tres lineas rectas pari ſpatio diſtantes in fronte incide

In quibus affectibus hypoſpathiſmo vtendũ.

mus, latas quidem ſingulas duos digitos, altas adúſque os, trium digitorum interuallo inuicem diſcretas. ſecundùm ſectionem tenuem ſpatham ſubiicientes, à linea quæ in ſiniſteriore tempore ad mediam tẽdit incipiemus, totum quod interiacet excoriantes cum membrana quæ caluariam incingit, deinde rurſus ſpathulam à media ad reliquam demittemus. Deinde ſcalpri quod Scolopomachærion dicitur, aciem in primam coniicientes lineam, vt acutum ipſius latus carni quæ ab interna parte cuti cohæret accommodetur, retuſum verò oſſi. propellemus ipſum adúſque mediam lineam, omnia à capite ad oculos deſcendentia vaſa præcidentes, nõ autem vſque ad cutis ſuperficiem: rurſus à media ad poſtremam ipſum deducemus, ſimiliter vaſa amputantes. Vbi mediocriter ſanguis effluxerit, excuſis grumis, tria linamenta tortilia ſingulis inciſuris inſeremus, panniculumq́; implicitum, aqua madentem, ſuperiniectum deligabimus. Poſtridie œnelæo non ſolum vlceribus reſperſis, ſed etiam temporum muſculis, auribuſq́; propter inflammationem, tertio die cum ſolueris, ſuperfuſione diu vtendum, & baſilico roſaceo ſoluto [linamentis] inſertis curationem quæ reſtat, abſoluemus.

[vnctis linamẽtis ac]

ANNOTAT. ANDERNACI.

Hypoſpathiſmus quaſi ſpatæ trãſmiſsus.

Hypoſpathiſmo. *Anonymus quidam Græcus inquit, Hypoſpatiſmus itaq; tribus fit ſuper frontem diuiſionibus poſt latiore ſpecillo quod ſpatonulam vocant, per corpora quæ interiacent, tranſmiſſo.*

Exilem ſpatham. *Hoc eſt gladioli modo latam Græce vocat Paulus ὑποσπαθιστῆρα. paulò poſt σπάθιον, quaſi dicas ſpathulam. Hac autem dictione vſus ſum nõ quidem latina, ſed medicis cognita.*

ὑποσπαθιστήρ.
πλῦγμα.

Panniculumq́; implicitum. *Græci πλῦγμα & πλυγμάτιον appellant. Galenus in commentariis de Chirurgia.*

Quid agendum in ſincipite ſecando, Periſcyphiſmum appellant Græci. Cap. VII.

In quo affectu periſcyphiſmo vtẽdum, & illius notæ.

IN quibus multa, & in [in alto] vaſa fluorẽ copioſum oculis tranſmittunt, q [tribus lineis tranſuerſis coronæ modo sinciput ſecatur,] quæ ratio Periſcyphiſmus Græcè vocatur. Hoc morbo laborantium comites notæ ſunt tales. Primùm oculi alimentum non ſentiunt, exigui, & ad viſum impotentes ſunt, anguli eroſi, palpebræ exulceratæ, & pili ipſorum defluit, lacrymæ tenues admodùm & acres cum calore deferuntur. Dolor in alto capitis acutus & vehemens vrget, ſternu

[profunda]
[ſinciput tranſuerſim ſecatur]

ſternutamentum [continuum.] Itaq; deraſo capite, tranſuerſam lineam ſine muſculorum in temporibus motus offenſa, vt dictum eſt, incidemus: quæ à ſiniſteriore temporum parte incipiens in alteram deſinat, habeátq; terminos, vbi motus nullus eſt, paulò ſuperius quàm frons habetur, ducta, ſic vt ſutura capitis per verticem tendens ad aures, Græcis dicitur στεφανιαία, vitetur. Leonides per mediam frontem lineam deducit. Cæterùm oſſe detecto, penicillis, aut linamentis pluribus inuicem ſeparabimus [extrema diuiſionis] deligabimus, & vino oleóq; mixtis, vt priùs dictum eſt, aſpergemus. A ſolutione, cum inflammatio iam declinauerit, os radetur, quoad caro ſuppullulare incipiat, [rationémque carnis producendæ accommodabimus] medicamentis aridis in id efficacibus vtentes, quale eſt, quod recipit farinæ triticeæ partes duas, colophoniæ reſinæ partem vnam. Item quale eſt Cephalicum appellatum. Item quod ex pumice ad [carnem] creandam conficitur. [r] Nam cutis craſſiuſcula cicatrice denſata, & occluſa vaſorum ora per initia pituitæ impetum in oculos deferri prohibent.

[*frequens*]

[*labra diuiſionis ac*]

[*ac tum rationem quæ carnem gignit, ſequemur,*]

[*cicatricem lego enim Græce ἐπουλωτικὰ, nõ σοσαρκωτικὰ: id quod oſtendunt verba ſequẽtia, τῇ γὰρ οὐλῇ, &c. et quod lib. 7. Paulus medicamentũ id eſſe ἐπουλωτικὸν tradit. Vide eius deſcriptionem.*]

ANNOTAT. ANDERNACI.

Periſcyphiſmus. *Citatus ſuprà Græcus author, memoriæ prodit, Periſcyphiſmus eſt, cum tranſuerſis lineis coronæ modo frons ſecatur.*

Penicillis. *Sic reddidi σφηνίσκοις, quæ linamenta dicuntur cunei modo intorta. Vndè quidam reddunt cuneolos ex linamentis.*

CORNARII.

q *In his periſcyphiſmum, id eſt inciſionem circum ſcyphium, id eſt caluariam adhibemus. περισκυφισμὸς ſectio inde nomen habet quod περὶ τὸ σκύφιον fiat. Eſt autem σκύφιον calua ſiue caluaria. Sic Paul. ſuprà lib. 3. cap. 22. aliquoties σκύφιον vſurpat, & infrà lib. 7. cap. 16.*

r *Cute enim per craſſiorem cicatricem denſata, etiam vaſorum oſcula concluſa, priorem fluxionem ad oculos, &c.*

De ſuperioris palpebræ ſutura, aliiſq; modis.

CAPVT VIII.

Græci appellant διστιχίασιν, cum naturali pilorum palpebræ ordini, alij præter naturam pili ſuccreſcunt: quod vitium ex fluida affectione contrahitur, quando humor qui influit, copioſus quidem, ſed roſionis & acrimoniæ expers

[*Diſtichiaſis quid.*]

fuerit. Nam acrior, aut ſalſus magis, aut alio quodam modo rodens, ſpatio temporis etiam naturales palpebræ pilos corrumpit. Interim igitur in hac affectione, ſutura vtimur: interim in Phalangoſi cum cilium introſpectat pilorum acie ſimul cum eo inuerſa, interdum etiam in palpebris relaxatis, quando naturales pili bulbum compungunt. Aeger itaque in ſedili collocabitur, vel aduerſus, vel à ſiniſtra, ſuperiórque palpebra inuertetur: ſiquidem longos habeat pilos, illos ipſos indice & magno ſiniſtræ manus digito apprehendemus: ſin admodùm breueis, acus filum ducens per medium cilium in exteriorem partem tranſmittetur, deinde per filum ſiniſtra manu ſublata palpebra dextra, cuſpide ſpecilli [poſt filum in rugas plicáſque coacta] inuertetur, & ſubtus [linea] interius quàm pili pungentes habeantur per cilium ducetur, à maiori angulo vſq; ad minorem pertinēs. filo [s] autem poſt interiorem ſectionis lineam [ſubiecto,] pollice manus ſiniſtræ exiguum quoddam linamentum implicitum obiicientes, ſupercilium attollemus, aliáque parua linamenta implicita ſummis angulis imponentes famulo poſterius ſtanti iubebimus, vt palpebras [per ea attollat,] atque tunc lineam [veru modo] rectam, obeliæam Græci vocant, primùm ſcalpello ſuturis aptato incidemus paulò ſuperius quàm naturales pili exiſtant, ab angulo ad angulum tendentem, altam, vt ſola [poſſit cutis diuidi:] poſt eam, lunatam adhibebimus, incipientes quidem vndè & [veru ſimilis] linea inceperit, in tantam verò ſublimitatem tendentes, vt totam cutem quæ ſuperflua eſt circumſcribamus, deſinentéſque ſimiliter vbi & illa iam commemorata linea. Poſteà cùm cutis duabus lineis circumſcripta myrti ſimilitudinem repræſentet, angulo qui ad dextram noſtram ſpectet, hamulo transfixo totam hanc cuticulam excoriabimus, deinde vibicibus [t] ſpongia ter quatérve ablutis, oras vulneris contrahemus, à media auſpicantes, acum verò per ipſam [interiorem ſectionem] tranſmittentes: porrò filum ex lana eſto. Cæterùm quod eius ſuperfluum eſt amputabimus, non prope ſuturas, ſed vt circiter trium digitorum longitudo [otioſa] pendeat, eámque [per frontem exporrectam,] cum emplaſtro quodam conglutinante applicabimus, palpebræ autem pilos à ſuturis, cuſpide acus liberabimus. Hic igitur agendi modus & communis & ſecurus

Phalāgoſis.

[filo in poſteriora plicata]
[ſectio]
[recepto & extracto]
[ſuper iis diſtendat]
[ſagittæ modo]
[cutis diuidatur]
[ſagittalem vertere. ſic ὀβελιαίαν ſuturā caluæ interpretantur omnes]
[inferiorem ac rectam ſectionē ad ſuperiorem & lunatā]
[ſuperuacua]
[in frontem ſublatam]

curus

turus eſt. Nonnulli excoriationem fugiunt, eóque poſt ductam ſubtus[lineam,]volſella palpebris continendis accommoda, hoc eſt, ad palpebræ ambitum apprehendendum figurata, id quod[ſupereſt]cutis, eleuatũ, ſcalpro amputant, ac ſuturas, vt comprehenſum eſt, adiiciunt. At ſi in parte aliqua ſolum palpebræ, ex pilis oriatur punctura, illi etiam ſoli manum adhibere conuenit, deinde linamenta implicita poſca madida imponemus, deligabimúſque imbuentes[ipſam partem]poſca aquoſa vſque ad tertium diem, quo ligaturam ſoluemus, ac ſuperflua fili parte abſciſſa oblinemus palpebras vel croco, vel glaucio, vel aliquo collyrio, quod inflammationem arceat, vt, croceno dia rodon. At ſi inflammationem ſuturæ patiantur, etiam emplaſtrum aliquod [lene]ipſis ſuperaccommodabimus,[u] &[veluti lacte infuſo] oculum leniemus, laxiores autem redditas ſuturas [amputando abſtrahemus.] Notus mihi quidam eſt qui palpebra, vt dictum eſt, excoriata, ſuturis non vteretur, ſed medicamento cicatricem inducente curationem abſolueret. Nam vulnere ad cicatricem veniente, [palpebram ex parte attollens] pilos extra inclinare coëgit. Quemadmodùm igitur alius quiſpiam ne excorians quidem palpebram, neque externis duabus vtens diuiſionibus, ſed interiore ſolum adhibita, palpebræ rugas digitis vel hamo attollebat, item duabus arundinulis aut lamellis [quibuſdam] palpebræ longitudinem æquantibus, latitudinem anguſti ſcalpelli, quod venis ſecandis adhibetur, ſuperfluam totam cutem mediam prehenſam conſtringebat,[vtriuſque] ipſius terminos[deuinciens.] Atque hac ratione, tota poſterior cutis alimentum non ſentiens, eóque emoriens, intra decimum aut plurimum quintumdecimum diem cum arundinulis aut lamellis excidebat, ita vt nulla ferè cicatrix appareret.

[ſectionem]
[ſuperuacuum eſt.]
[ipſas ligaturæ faſcias]
[molle]
[& liquido quodam vt lacte, aut oui cãdido. Aetius cap. 69. libr. 3. Sect. 2. lanã ouo imbutã toti oculo imponit, vt ſuſpicer legẽdum eſſe καὶ ἐγχύτῳ τινὶ ὥσπερ ᾠῷ, ἢ γάλακτι, vt verti]
[amputatas cõtrahemus]
[palpebra ſenſim ſublata]
[quibuſdã ligneis]
[vtroſque]
[ſtringens]
ἀναῤῥαφῆς
καταῤῥαφῆς

ANNOTAT. ANDERNACI.

De ſutura. *Titulus capitis habet περὶ ἀναῤῥαφῆς quæ dictio deriuata eſt à ῥάφη & ἄνω. Sicut inferius caput facit de καταῤῥαφῆς hoc eſt de ſutura inferioris palpebræ à κάτω & ῥάφη.*

Græci appellant. *διστιχίασιν. Celſus eleganter libr. 7. hanc dictionem interpretatur, Modo ſub ordine naturali pilorum alius ordo ſubcreſcit. Quo authore ego quoque verti, cum naturali pilorum ordini, alij præter naturam pili ſuccreſcunt: nihil tamen ex Pauli ſententia commutaui.*

φαλάγκωσις. Interim in phalangoſi. *Phalangoſis eſt cum pilorum ſubnaſcentium duplex, triplexve acies vel in ſuperiore, vel in inferiore palpebra prouenit.*

πυξῆν. σμήλης. Cuſpide ſpecilli. *Græcè eſt πυξῆνι σμήλης. At intelligendum venit apud Græcos πυξῆνα nunc pro cuſpide accipi, nunc pro extremo quidem capi ſed cauo, vndè aliquid infundi poteſt. Item rotundo, nucleóque, ſpecilli. Hic igitur ſpecilli cuſpide palpebra in rugas, plicasq; aut ſinum coacta quod κολπώσαντες ſignificat, inuertitur. Dixi autem in rugas coacta, pro inuoluta circa cuſpidem.*

κροκωδόν. διὰ ῥόδων. Vt croceno diarhodon. *Sic appellatur collyrion apud Paulum 7. lib. quod ex roſis inſcribitur, adiecto croco in Græco codice κροκηρῷ habetur pro κροκωδῷ.*

Et veluti lacte infu. *Græcè eſt ὡς γάλακτι ἐγχύτῳ. Oroſcius voluit inſtillato dici, quaſi vero non etiam infundi dicantur in oculum medicamenta. Celſus. Quicquid inſpergitur, auerſo ſpecillo infundi debet.*

CORNARII.

s *Filo verò poſt ſubſectionem extracto. Græcè habetur. τὸ δὲ ῥάμμα ὑποβάλλοντες μετὰ τὴν ὑποτομήν. Sed legendum ὑπολαβόντες, id eſt vbi extraxerimus.*

t *Deinde vibicibus per ſpongias deterſis, tribus aut quatuor ſuturis vulneris labia. Græcè habetur τρισὶν ἢ τέτρασιν ἀφαῖς. Sed legendum eſt ῥαφαῖς. Non enim ad ſpongiarum vſum hæc verba referuntur, de quibus verbum ἀποσπογγίσαντες quod præcedit vſurpauit, ſed ad labia vulneris contrahenda per tres aut quatuor ſuturas.*

u *Et ouis lacti admixtis oculo infuſis mitigabimus. Græca ſic habent. καὶ ὡς γάλακτι ἐγχύτῳ τὸν ὀφθαλμὸν παραμυθησώμεθα. Et velut lacte infuſo oculum mitigabimus. Qui loquẽdi modus non videtur Paulo aut aliis Græcis familiaris eſſe, ſed potius huiuſmodi vt verba tranſponantur in hunc modum. καὶ ἐγχύτῳ τινὶ ὡς γάλακτι τὸν ὀφθαλμὸν παραμυθησώμεθα, id eſt & quodã infuſo velut lacte oculum mitigabimus. Quare ſuſpectum mihi eſt, ὡς γάλακτι, & legendum mihi videtur ᾠογάλακτι, velut etiam reddidi, ouis lacti admixtis. Nam Gal. lib. 4. κατὰ τόπους, lac muliebre, & tenuem ouorum liquorem, adhæc fœnigræci tum ſuccum, tum decoctum ad oculorum dolores & inflammationes commendat. Habetur etiam vox ᾠόγαλα lib. 3. cap. 42.*

Cur vrens medicamentum palpebris nõ admouẽdum.

Quomodo palpebræ medicamento vrantur. Cap. IX.

VStionem palpebrarum ex vrente medicamento factã, omnes, vt vno verbo dicam, veteres damnauerũt, tum propter

propter medicamenti acrimoniam oculis inſidiantem, tum quòd ex immodica vſtione affectus naſcitur, quem Græci Lagophthalmum appellant, in quo hiantibus palpebris qualicunque de cauſa lumen offenditur. Quoniam verò multi à pilis [ſemper] punctionem [experiuntes, [ne] vocabulum] quidem ſuturæ frequenter audire ſuſtinentes,] detinent plerunque nos etiam inuitos, x tanquam aliis deſtituti præſidiis vſtionem per medicamentum adhibemus. Compoſitio verò medicamenti hæc recipit, calcis viuæ partes duas, ſaponis gallici vel cõmunis totidem. Quidam etiam aphronitri partes quatuor læuigatas lixiuio, aut ſaponario, aut alio è ficu, aut quercu, [aut] vrina pueri impubis excipientes mucrone ſcalpelli palpebræ iniiciemus, tantùm in myrtacei folij figuram, adurentes, quantùm etiam y in deſcriptione comprehenderimus. [vbi iam primo medicamenti impoſitu cutis fuerit aduſta,] eo ſpongia ablato rurſus aliud iniiciemus, tam diu id cuti inhærere ſinentes quouſque nigreſcat. Sin id nõ aſſecuti fuerimus, etiam tertiò inducetur. Poſtquã verò cutis nigruerit, & reliquum iam cruſta oborta medicamentũ ablueris, & balneis & ſuperfuſionibus, quouſq; cruſta deciderit, vtemur. Inde raſilibus linamentis & [penicillis teneris] cicatricem molliemur.

[*aßiduam*] [*patientes*] [*mentionẽ*] [*cogunt*]

[*ac*]

[*Quod ſi primùm impoſito cutis peruſta non fuerit pharmaco*]

[*collyriis lenibus*]

ANNOTAT. ANDERNACI.

Vrina pueri impubis. *Oroſcius ἀφθόρȣ vult à me exponi, venerem non experti. At ego Plinium ſecutus dixi impubis. Ante pubertatem enim venerem exercere nequeunt pueri. Hermolaus aliiq; docti viri eo quo ego modo ſunt interpretati. Sequente capite in Aldino exemplari habebatur, οὐδὲ γοῦν, vbi ipſe ὃν relatiuè legendum cenſet: at ego ex Ruellij exemplari & ſenſu ſine ὃν in hunc modum corrigendum dico, δεῖ γοῦν αὐτὴν τὴν ὅλην, &c. In vndecimo capite pro δυστυχίαν, facito δυστιχίαν.*

Vrina impuberis.

CORNARII.

x *velut in rebus deſperatis vſtionem per medicamentum adhibemus. Legendum Græcè, ὑπουργοῦμεν, id eſt adminiſtramus, adhibemus.*

y *quantum etiam in ſutura detraxiſſemus, pro ἀναγραφῇ legendum ἀναῤῥαφῇ.*

Si oculus cute non obtegatur, Lagophthalmum dicitur. Cap. x.

LAgophthalmon vocant, cum ſuperior palpebra ſurſum retracta eſt. Accidit † autem hoc vitij, aut naturaliter, aut

† Lagophthalmi cauſæ, & curatio.

ex cicatrice [vulneris,] ᶻ eiúſq; vel ſua ſponte facti, vel ex ſutura, vel vſtione, vt nuper dicebamus, parùm dextrè adminiſtrata: in qua etiam ſolùm mediocris emendatio fieri poteſt, ſi palpebra craſſitiem amplam habeat. conuenit enim ipſa cicatrice diuiſa, & oris per linamentum diductis, etiam deligatura prorſus vſq; ad abſolutam curationem vti. ita vt non nimium ſicca, ſed relaxantia magis [vnguina] adhibeantur: quale eſt fœnugræci ſuccus ſuperfuſus, & baſilicum tetrapharmacum [quod linteolis illinatur reſolutum.]

[vulneris vel vlceris: ἢ δὲ οὐλῆς ἢ ἕλκους ἢ τραύματος] [& pinguia] [linamentis exceptum, ἐμμοτον ἀναλελημμένον]

ANNOTAT. CORNARII.

z *& hac aut ſponte, &c. Græcè legendum, καὶ ταύτης αὐτομάτως, &c. refertur enim ad vocem οὐλῆς, id eſt ad cicatricem, vt reſpõdeat etiam ſequenti voci γεγενημένης.*

Palpebræ inferioris affectus & curatio.

De inferioris palpebræ ſutura & vſtione per medicamenta. Cap. XI.

QVot † pilorum affectibus ſuperior palpebra opportuna eſt, tot etiam inferior. Etenim vltra naturæ ſuæ modum excreſcens, [inuertitur,] & phalangoſim, & [diſtichiam] ſuſtinet. Eodem igitur modo quo in ſuperioris palpebræ ſutura, vtendum eſt, [ordine inuerſo:] primùm lunata incidi linea debet, ne ſanguinis fluor opus impediat, deinde recta. Subtus vitanda eſt ſectio, quoniam palpebra inferior pondere ſuo, [genuino] promptè inuertitur. Cæterùm reliqua curatio in ſuperioris palpebræ ſutura tractata, hîc quoque conueniet, præter quàm quòd filorum [exceſſus] fronti non ſint agglutinandi. At ſi in hac etiam affectione manum extimeſcens, vſtionem potius è medicamẽto deligas, hanc quoque iam traditam habes.

[ἔσω τρέπεται introrſum vertitur. Si enim introrſum nõ vertitur, pili oculi bulbum nõ pungunt, quod autor ait] [diſtichiaſin] [ſed ordine inciſionum mutato] [natiuo ac inſito.] [reliquiæ]

De Eſtropio. Cap. XII.

QVemadmodum † ſuperiori palpebræ vitium vocatum Lagophthalmõ, ita inferiori Ectropion oboritur: verùm id intercedit diſcriminis, quòd hoc non è natura prouenit, ſed nonnunquam ex relaxatione, quam medicamenta in id efficacia, inflammatione præcedente concitarunt: nonnunquam [ex ſutura, aut inartificioſa vſtione] palpebra inuertitur. [Acu igitur] duo lina trahente [carunculam] tranſſuemus, à ſiniſteriore angulo ad dextrum deducta. Deinde

† Inuerſionis palpebræ cauſæ, & curatio. *[ob hyperſarcoſin, aut ſuturam, aut inartificioſam vſtionem] [Curatio hyperſarcoſeos] [carnem ſuperuacuam]*

lino

lino vtriſq; [ipſius] extremis [admoto, caruneulam per acum attollemus,] atque ita ipſam ſcalpello excindemus, auferentes ſimul cum ea & acum. Atque ſi figuram palpebra receperit, & æqualiter ſit conuerſa, ſatis manu profectum eſt. Sin autem poſteà quàm caro fuerit ablata, adhuc inuertatur, aduerſum ſcalpellum quam partem Græci Cyathiſcum nominant, [b] iuxta cuſpidem, palpebræ ſectæ ſubiiciemus. ac in externa illius parte duas inciſas lineas, à duobus factæ ſectionis angulis, auſpicantes, in acutiem quandam ducemus, eáſque in vnum cogentes, particulam Græcorum literæ Λ ſimilem amputabimus, vt eius acuta pars infrà ſpectet oculum, latitudo ſuprà, cilium appellatum reſpiciat. [Secundum hoc] diductas oras acu ex lana filum ducente committemus, duabus ſuturis contenti. Quòd ſi verò ſuturæ, aut vſtioni fertur acceptum Ectropion, [etiam ſub inferioribus] palpebræ pilis per ipſam primam cicatricem lineam ſimplicem incidemus, labríſque diductis, linamenta inſeremus, ac aliis præſidiis, quæ in Lagophthalmis comprehenſa ſunt, vtemur, præterquam fomentis, vſque dum ſutura fuerit conglutinata.

[ſuis] [connexo, carnem ſuperuacuam attollemus]

[Hoc facto]

[præter duas internas ſectiones etiam ſub inferioris]

ANNOTAT. ANDERNACI.

De ectropio. *Inferioris palpebræ vitium eſt, quod parum ſurſum attollitur, ſed pendet & hiat, neque poteſt cum ſuperiore committi, vt ait Celſus.*

Ectropium oboritur. *Vide librum ſeptimum Aetij. Inuertuntur palpebræ nonnunquam exulceratione præcedente, & carne ipſarum adaucta: nonnunquam ex duriore cicatrice.* *Ectropium*

Auerſum ſpecillum. *Ita expoſui autoribus Celſo & Scribonio, vt etiam anteà annotaueram. At Græci τὸ κυαθίσκον τῆς μήλης videntur ſæpè confundere. Nunc pro cauo, & ad fundendum apto ſpecilli extremo, nunc pro acuto & in cuſpidem abeunte accipitur, vt hoc in loco. Celſus etiam libro quinto. Quicquid, inquit, inſpergitur, auerſo ſpecillo infundi debet. Item libro ſeptimo, Nam quod parulum eſt, ſuper inguen in aluum vel digito, vel auerſo ſpecillo repellendum eſt. Iterum vulnus digitis, vel auerſo ſpecillo dilucendum eſt, vt torquentibus exitus detur: inq; effuſis tum diutius pura vrina deſcendat. Scribonius compoſitione 227. At quarto die auri ſcalpro auerſo, quam partem κυαθισκὸν Græci vocant ſenſim tentare, mouere abalienatum oportet, quo celerius excidant hæmorrhoides.* *Celſus.*

CORN.

CORNARII.

a & intro conuerſa fuerit. *Legitur* ἴσον *pro* ἔσω.

b *iuxta externam partem ſectæ palpebræ ſubucimus, & iuxta internam palpebræ partem, &c. pro* ἐξυ *lege* ἔξω.

De Anabrochiſmo & vſtione ferramento adhibenda.

Cap. XIII.

IN quibus haud multi palpebræ pili habentur, qui oculum irritent, ſed circiter vnus, aut duo, aut plurimùm tres, inuicem propinqui, Anabrochiſmum Græcè dictum, probamus, iſque ſit hunc in modum. Per acus tenuiſſimæ auriculam capillus muliebris, aut ſimpliciſſimum byſſinum linum tranſmittitur, duobus ſimul extremis commiſſis, vt quod inſeritur [duplicem] habeat anſulam, alterúmque huiuſmodi filum, aut capillus anſulæ iniciatur: traductáque acu per cilium vbi [pili enati apparent] pilum, pilóſue anſulæ [impoſitos, auriſcalpio detrahemus.] Et ſiquidem palpebræ pilus prehenſus eſt, anſulam attrahimus. Sin verò vnus, aut plures exciderint, per iniectum [principium] rurſus anſulam deorſum trahemus, iterúmque pilo, ſeu pilis in eam poſitis, attrahemus. At ſi vnus duntaxat pilus gracilis oculum pungat, etiam alterum ex naturalibus palpebræ pilis ſimul euellemus, inunctum prius gummi, aut alio quodam glutinante, deligabimúſque donec pilus coaleſcat. Nonnulli autem vſtionem præponunt Anabrochiſmo: palpebram inuertunt, extractoq; vulſella pilo pungente ſiue vno, ſiue duobus, vel etiam tribus, [c] candens aut ſpecillum, quod vtroq; extremo in cuſpidem abeat, aut auriſcalpium, aut eiuſmodi aliquod tenue inſtrumentum loco adigunt, vnde pilus, piliue ſint euulſi. Sic enim cute denſata, nullus pilus enaſcitur.

[ſic duplicatum]
[pili præter naturalem ordinem nati apparẽt]
[melotide iniectos ſurſum trahemus]
[principio capillum]

ANNOTAT. ANDERNACI.

Anabrochiſmum Græcè dictum. *Nulla eſt apud Latinos dictio, quæ anabrochiſmum ſignificat. Deriuatur à* βρόχη, *&* ἀνὰ, *quaſi illaqueationem dicas. pili autem anſulis ex filo factis comprehenſi euellantur, vt non ſit quod Oroſcius damnet, pilorum euulſionem à me dictam, quæ per filum adminiſtratur.*

Auriſcalpio. *Græcè eſt,* μηλωτις, *quod deductum eſt à* μήλη, *hoc eſt ſpecillum, &* οὖς, ὠτὸς, *auris. proprie enim auribus deſtinatum eſt. Dicitur etiam* μηλωτρίς.

Specillum quod vtroque extremo in cuſpidem. *Malè in codice Græco habetur* διαπύρεινον *pro* διαπύρινον. *Quod inſtrumentum*

tum eſt duplici cuſpide præditum. Nam πυρῆνα extremum, ac ſummam cuſpidem, ſeu nucleum, ſeu capitulum exponunt.

CORNARII.

c *Specilli bicipitis caput, aut auricularium ſpecillum, aut tale quoddam tenue inſtrumentum igne candefactum adigunt loco. Græca ſic corrigenda.* διπύρηνον ἢ μηλωτίδα, ἤ τι τοιοῦτον λεπτὸν ὄργανον πεπυρωμένον προσάγουσι τῷ τόπῳ.

De Hydatide. *Cap.* XIIII.

HYdatis pinguis quædam eſt ſubſtantia, palpebræ cuti præter naturam ſubſtrata. In aliquibus autem, & præſertim pueris ceu natura humidioribus augeſcens, [malorum ſuperuenientium] cauſa redditur, dum oculum pondere ſuo grauat, eoque fluxionem excitat. palpebræ igitur ipſis ſubter ſupercilia aquam inter cutem repræſentant, nec vt par eſt ſurſum poſſunt attolli. [d] Si verò digitis ipſas deprimamus, inde digitos ſeparemus, quod medium intercedit, inflatur. Horis autem antelucanis potiſſimùm defluxione tentantur, neque contra ſolis ſplendores cernere ſuſtinent, ſed [tamen] illacrymant, continuiſque lippitudinibus infeſtantur. Figurato igitur commodè ægroto, digitis duobus, indice & medio paululum diſtantibus palpebram conſtringemus, collectionem quandam Hydatidis ad medium digitis interpoſitum molientes. Miniſtro autem poſterius ſtanti, capútque ægrotantis firmiter continenti iubebimus per medium ſupercilij palpebram modicè attollat. Nos ſumpto in manus ſcalpello, ipſam per medium linea tranſuerſa diuidemus, non maiore quàm in ſanguinis per venas detractione fieri ſolet. alta verò vt totam cutem diuidat, vel etiam Hydatidem ipſam attingat; ſed cura omnino debet adhiberi. plerique ſiquidem altius demiſſo ſcalpello, vel membranam quæ à cornu ſimilitudine Ceratoides dicitur, violarunt, vel certè palpebræ muſculos conuulnerarunt. Atque ſi quidem protinus Hydatis in cõſpectum venerit, ipſam extrahemus, ſin minus iterũ diuiſionem leuiter moliemur. Vnde ſi apparuerit digitis cum linteolo molli apprehenſam huc, illuc, nonnunquam etiam circumactam mouendo extrahemus. vbi ablata fuerit implicitum panniculum poſca madentem impoſitúmque deligabimus. Sunt autem qui & læuigatum ſalem ſpecilli capitulo diuiſionibus inſerant, vt ſi ex Hydatide quippiam fuerit relictum, ipſam conſumat. poſtquam

Veſica palpebræ quid.

[multorum ſyptomatũ]

[tremebũdo oculo]

Curatio.

ſolueris

ſolueris ſi deſit inflammatio collyriis quæ illini poſſint, aut lycio, aut glaucio, aut croco curationem expediemus. Sin inflammatio vrgeat, cataplaſmatis ad ea inſcriptis, aliiſque præſidiis medebimur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Palpebræ cuti præter naturam. *Codex deprauatus Græcus* τῷ βλεφάρου δέρματι κατὰ φύσιν *habet, pro* παρὰ φύσιν.

Collectionem quandam. *Ita expoſui*, συναγωγὴν τινὰ τοῦ ὑδατίδος, *hoc eſt congregãtes aliquo modo hydatidem intra digitos.*

CORNARII.

d *Et ſi digitis diſparatis eas compreſſerimus, id quod in medio ipſorum eſt, inflatur.*

De palpebris commiſsis. Cap. XV.

Palpebrarum coalitus, & curatio.

SVperior palpebra interim cum inferiori cilio coaleſcit, interim cum membrana adnata, interim etiam cum ea quæ ob cornu ſimilitudinem Græcè Ceratoides appellatur, ac [e] morbus [oculum tractatu difficilem] efficit. Cõuenit igitur vel [auriſcalpio,] lato palpebræ ſpatio ſubiecto, vel ea per hamulum eleuata, coalitum ſcalpello ad pterygia excidenda idoneo diſſoluere, cura adhibita ne cornea membrana vulneretur, atque inde procidentiæ occaſio fiat. Vbi incideris, ſucco in oculum infuſo linamentis palpebras diduceremus, ne rurſus commiſſura fiat, lanaque ouo madente impoſita poſt tertium diem extenuantibus & quæ cicatricem inducunt collyriis vtemur.

[oculi difficilem motum]

[melotide]

ANNOT. CORNARII.

e *Et hic morbus oculum ad functionem ſuam impeditum efficit.*

De Chalaziis. Cap. XVI.

Grãdo palpebræ quid, & curatio.

CHalazium otioſi humoris in palpebra concretio eſt: quæ ſi ab exteriore parte palpebræ coaceruetur, ſcalpello extrinſecus tranſuerſa linea incidi debet: deinde auriſcalpio, vel aliquo huiuſmodi inſtrumento Chalazion auferemus. Quòd ſi magna eſt diuiſio, aut dehiſcit, ſuturis oras committemus, ac emplaſtro vtemur. Si exigua eſt, omiſſis ſuturis, curationem abſoluemus. Si ab interiori parte fuerit, vt per cartilaginem ipſa perluceat, inuerſa palpebra & tranſuerſim intus diuiſa, Chalazion tolletur: quo facto, muriam vulneri infundemus.

De Verrucis & Encanthide. Cap. XVII.

PAlpebrarum verrucis, & in maiore angulo encanthidibus appellatis vulſella prehenſis, ſcalpelloque amputatis chalcitidem læuigatam imponemus.

Verrucæ palpeb. & encanth. ſublatio.

De vngue oculorum, quod Pterygion à Græcis vocatur. Cap. XVIII.

PTerygion neruoſa membrana eſt, quæ ab oculi angulo maiore plurimùm initium capiens, per minorem ad [interiora] progreditur, officítque oculo, quòd motum ipſius bulbi contractione impediat, & quòd progrediens, totam pupillam contegat. Quùm igitur facilius curationem recipiant, quæ tenuia ſunt, & albicant, hunc in modum admouenda manus eſt. Diductis palpebris, vnguem hamulo modicè inflexo exceptum attollimus. Acum verò, pilum equinum, & linum validum ducentem, ac paululum inflexam per ſumma ad vnguis dimidium traiicimus, & lino quidem vnguem deligatũ ſublimem eleuamus, pilo autem partem pupillæ proximam deſecantes, vſq; ad extremum excoriamus, reliquam partem maiori angulo vicinam ſcalpello ſuturis dicato ex baſi abſcindimus, ita vt anguli carunculam relinquamus, ne ea ablata, humor poſtea ſemper deſcẽdat, Rhyada Græci vocant. Aliqui lino vnguem eleuatum vt diximus, ſcalpello in id accommodato, totum illum excoriãt, cauentes ne à cornu dictam Ceratoidem tunicam attingant. Poſt manus adminiſtrationem momento ſalis in lçuorem detriti loco iniecto, lanam ouo imbutam illigabimus. Ab huius ſolutione, muriam ipſis liberaliter inſtillabimus. Si inflammatio ſubſecuta fuerit, ad eam inſcriptis auxiliis ſuccurremus.

Vnguis oculi quid.
[exteriora. ἐπὶ τὰ ἔξω]
Curatio.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Pterygion. *Celſus libro ſeptimo ita ſcriptum reliquit, Vnguis verò quod πτερύγιον Græcè vocant, eſt membranula neruoſa oriens ab angulo, quæ nonnunquam ad pupillam quoque peruenit, eiq; officit, &c. Hunc ego imitatus, dixi vnguem oculorum.*

πτερύγιον.

Hamulo modicè inflexo. *Græcè eſt ἀγκιστρῷ μικροκαμπεῖ. Celſus eleganter dixit hamulum paulum mucrone intus recuruato: alibi, hamulo intus recuruato.*

De Staphylomate. Cap. XIX.

STaphyloma eſt tunicæ Ceratoidis, vnà cũ Rhagoide, debilitatæ aut vitio defluxionis, aut exulcerationis, eleuatio. Admouemus autem huic vitio manũ, nõ vt viſum abolitum

Staphyloma quid.
Curatio.

litum reſtituamus (nam id fieri nequit) verùm vt moderatum ægrotanti decorem conciliemus. Itaque acu ab inferiore parte ſurſum per baſim Staphylomatis traiecta, deinde alteram acum duplex linum ducentem ab angulo qui ad manum ſpectat, ad alterum per baſim Staphylomatis tranſmittere oportet, manentéq; prima acu, duplici lino amputato, Staphylomatis aliam partem ſurſum, aliam deorſum filis deuincire: atque tunc acu detracta lanam oui liquore imbutam imponere. Poſt ſolutionem blandis infuſionibus oculum lenire, donec fila ſimul cum Staphylomate decidant.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Staphyloma eſt. *Celſus nomen Staphylomatis probè exponit libro ſeptimo. In ipſo autem, inquiens, oculo, nonnunquam ſumma attollitur tunica, ſiue ruptis intus membranis aliquibus, ſiue laxatis, & ſimilis figura acino fit, vnde id Staphyloma Græci vocant. Itaque κύρτωσις rectè exponitur eleuatio. Nam alius quidam Græcus dixit μετεωρισμός.*

De oculis purulentis, qui Hypopyi dicuntur. Cap. XX.

[*Cap 9. lib. 14. meth.*] *Iuſtus medicus ocularius qua arte hypopyos oculos curabat.* [*impingeret*]

DE oculis purulentis [Gal. verba] apponere abundè eſt, quæ in eum modum habẽt. Noſtra ætate medicus quidam ocularius cognomento Iuſtus, etiam concuſſione capitis pleroſque hypopyos perſanauit. collocans enim eos in ſella rectos, ac capita ipſorum vtrinque à lateribus comprehendens, mox quatiebat, adeò vt pus ipſis deſcendere palàm videremus. manſit autem deorſum propter grauitatem ſubſtantiæ, tametſi hypochymata nequaquam manerent, [f] niſi quis admodum diligenter ea [infarxiſſet.] Ac progreſſus iterum idem Galenus inquit: frequenter autem multum ſimul puris vacuauimus tunica ea diuiſa, quæ cornu ſpeciem refert, paulò ſupra locum quo vniuerſæ inter ſe tunicæ cõmittuntur. nominant autem locum Græci nunc Irim, nunc Stephanem, hoc eſt coronam. Hoc quidem Galenus in commentario de morbis curandis prodidit. Cæterùm poſt puris euacuationem, vlcus ex mulſa aut fœnugræci ſucco, melle addito infuſionibus repurgantes, deinceps reliquam purgationem accommodabimus.

ANNOTAT. ANDERNACI.

ὑπόπυοι.

De purulentis Galeni verba. *Græcè purulenti ὑπόπυοι dicuntur, cùm ſcilicet totum oculi orbem, aut eius dimidium pus occupat.*

Hiſtor

Hiſtoriam apud Galenum habes in Methodi medicatoriæ libro quartodecimo.

Niſi quis admodùm diligenter. *In Codice impreſſo Græcè habetur, εἰ μὴ πανὺ τις ἄκρως. Deprauatè nimirùm pro εἰ μὴ πανὺ τις ἀκριβῶς.*

CORNARII.

f *Si non valde occuratè ipſas (ſubaudi ſuffuſiones) quis conſtringat.*

De ſuffuſis. *Cap.* XXI.

SVffuſio, [ocioſi] humoris in cornea membrana iuxta pupillam concretio eſt, quæ viſum impedit, aut certè ne clarè oculus cernat, efficit. Accidit potiſſimùm ex perfrictione ac imbecillitate ſpiritus viſorij, eóq; ſenes magis & longo morbo confectos inuadit. fit etiã ex vomitu violentiùs concitato & ex ictu, aliíſq; pluribus de cauſis. Verùm de iis ſuffuſionibus quę nondum radices egerunt, nullam manus adminiſtrationem requirentibus, tertio libro comprehenſum eſt. In hoc autem eas quæ iam confirmatæ ſunt & ex toto concreuerũt, notis ſuis deſcribemus. Omnes igitur ſuffuſione laborantes lucem vident aut multam aut paucam, eóque diſcrimine ſuffuſiones ab hebetudine & glaucomate ſeparamus, tum eò quòd hebetudinem & glaucoma experti lucem omnino nullam cernunt. Rurſus igitur Galenus docebit te ſuffuſionum & concretionem & differentiam, item quomodò his manu mederi conueniet. Oculus ſuffuſione tentatus concluditur, & palpebra magno digito ad oculum premitur, eíque adducitur, ſimúlque hac illac exprimitur, deinde oculo aperto & mente ei adhibita ſuffuſionem conſpicimus. In iis enim quibus humor nondum coaluit, fuſio quædam ex digiti impreſſione oboritur, ac primùm latior apparet, rurſus in ſuam & figuram & magnitudinem recurrit. At in confirmatis ſuffuſionibus nulla immutatio nec latitudinis nec figuræ ex impreſſura obuenit. Quoniam verò commune hoc eſt indicium, & eorum in quibus modicè, & illorum in quibus ſuprà modum humor concreuit, colore ipſos diſcernemus. Nam ſi ferri aut marinæ aquæ aut plumbi colorem ſuffuſio habeat, moderatè coaluit, & ad eductionem idonea redditur: ſi verò gypſo & grandini ſimilis color ſuffuſionis eſt, ſuprà quàm par eſt concreuit. Sed quia hæc à Galeno didicimus, collocato ægrotante ad-

Quid ſuffuſio, & eius cauſæ.

[inutilis & ſuperuacui]

Suffuſionis confirmatæ & non confirmatæ diſcrimen.

Curatio per chirurgiã.

uerſo lumine citra ſolem, oculum ſanum accuratè deligabimus, & diductis alterius palpebris recedemus ab iride appellata ad minorem angulum, quantum ſpecilli cuſpis ſpatij continet, atque tum punctorij ſtili mucrone locum deſignabis quem puncturus es: in ſiniſtro quidem oculo dextra manu functionem obiens: in dextro autem ſiniſtra. Atque inuerſa punctorij ſpecilli acie quæ ad extremum rotunda eſt, valenter impingimus, & partem deſignatam vſque ad vacuum intus ſinum penetramus: idque tam altè fiet, quàm pupilla ab iride nuncupata diſtat. Ex ſuperiori igitur parte vertici ſuffuſionis ſtilum punctorium adigentes, (videtur autem conſpicuè ferrum, quod tunica cornea pelluceat) humoris colluuiem per ipſam in ſubiecta loca deriuabimus. Et ſi protinus educta fuerit, ſiſtemus quieſcentes paululum: ſin autem recurrerit, rurſus ipſam deducemus. Euacuata ſuffuſione, ſtilum tollemus, leniter circumuertendo. Poſt hoc oculo aqua eloto pauxillum ſalis cappadocici inſtillabimus, lanámque oui luteo cum roſaceo madeſcentem impoſitam deligabimus, ita vt ſanum quoque oculum comprehendamus, ne vnà commoueatur. Cæterum collocantes ægrum in domuncula ſubterranea, iubebimus prorſus ipſum conquieſcere, tenui vti victu, adúſque ſeptimum diem illigatum, niſi quid prohibeat. Poſt hunc ſolutis ligaminibus viſum experiemur, oſtendentes ei res quaſdam viſibiles, quod dum manu curamus, aut poſtea, fieri cauendemus, quòd ex continuo nimium intuitu promptè rurſus ſuffuſio repleatur. Si inflammatio vrgeat, etiam ante ſeptimum deligatura ſoluta, aduerſus hanc pugnabimus.

ANNOTAT. ANDERNACI.

ὑπόχυμα. Suffuſio. *Latini interpretantur ὑπόχυμα, ſuffuſionem. Barbari Cataractam. Alibi Celſus etiam ὑπόχυσιν nominat.*

Lanámque oui luteo cum roſaceo. *Hunc locum Græcè ita habemus.* ἐρίῳ λεκιθώδει σὺν ῥοδίνῳ δευθέν.

CORNARII.

g *Et ſolutum in aqua modicum ſalem cappadocicum oculo infundimus.*

Quid ægilops. [in abſceſſum facilè tranſiens, quod oſtendit Aetij de hoc morbo tractatio.]

De Aegilope. *Cap. XXII.*

Aegilops, tumor eſt [abſceſſorius] inter maiorem angulum & nares proueniens. Vix curationem admittit, tum partium tenuitatis cauſa, tum periculi, ne oculus conſortij

lege indoleſcat. Si igitur per ſumma ruptus fuerit abſceſſus, totum id quod eminet vſque ad os excidendum. Et ſi ad [malas] ſubluuies deciderit, totam ipſam [explicabimus,] os autem cariem nondùm ſentiens, rademus. Quòd ſi iam carie vexatum eſt, ferro candenti acuto ac in cuſpidem abeunte, aduremus, ſpongia frigida madente, oculo impoſita. Sunt qui poſt carunculæ exciſionem terebra vſi, humorem, aut pus in nares deriuarint. Nos autem ſatis habuimus eouſque ſolùm ferramentis ad Aegilopem accommodatis adurere, vt ſquama abſcederet. Ab vſtione lenticula melle adiecto quod Phacomeli vocant, vel malicorio cum melle reliquíſque ſiccantibus præſidiis vtemur. [h] At ſi Aegilops ſerpat ad angulum, [ſummáque inuadat, nequaquàm] tunc ſcalpello, quo aut pterygia, aut venas ſecamus, [media anguli parte ad abſceſſum reſoluta, carnes] ex alto educemus, item mediocriter deſiccabimus. Vitri autem puluis tenuiſſimus ipſis inſparſus, mirabiliter deſiccat. Ad hæc aloë ſimiliter cùm [fuligine] thuris. Reliquam verò Aegilopum medicinam, tertio libro ſumus executi.

Curatio.
[malam]
[detegemus]
[ac in ſuperficie prorſus non vergat]
[corpus in anguli medio ſitũ ab abſceſſu ſeparantes carnes]
[polline]

ANNOTAT. ANDERNACI.

Et ſi ad malas, ſubluuies. *Hoc eſt ſi ad genas humoris impetus deciderit. Paulus dixit,* καὶ εἰ πρὸς μῆλον ἐπιπίπτοι ἡ ὑποφορά.

Ab vſtione lenticula melle adiecto. *In Aldino exemplari habebatur omphacomeli, cuius deſcriptionem habes ſeptimo Pauli inter potiones dulces. At hic nihil proficit. Sed phacomeli, legendum, quod eſt lenticula melle addito, vt ſuperius* τηλόμελι *fenugræcum melle adiecto, item malicorio ex* σιδιωτῷ *reddidimus, à* σίδια *deriuatum.*

Phacomeli. τηλόμελι. σιδιωτόν.

CORNARII.

h *Si verò ad angulum repit ægilops, & omnino non ad ſummam cutem, tunc ſcalpello pterygiis deſtinato, aut venæ inciſorio, corpus id quod inter angulum vſque ad abſceſſum eſt exoluimus, & carnes ex profundo educimus.*

Si meatus auditorij non perforati ſint. Cap. XXIII.

HIc affectus à prima natali die contrahitur, membrana quadam auditorium meatum obſtruente, nunc per ſumma, nunc in alto: poſteà accidit præcedente in audiendi meatu exulceratione, ſi quidem caro ſupernaſcens ipſum occludit. Itaque ſi membrana auditum impediens altè in-

Auditorij meatus obſtructio, & cauſæ.

Curatio. hæreſcit, difficilis erit adminiſtratio. Tentandum tamen eſt, tenui quodam inſtrumento ipſam incidere. ſi in ſummo fuerit, ſcalpro quod Græci Scolopomachærion appellant, hanc diuiſam, vbi vſus exigat, etiam auferemus. At ſi caro ſupercreuerit, hanc pterygiis apto ſcalpello aut ſpecillo polypis idoneo tollemus, deinde tortile linamentum ex viliore panniculo, ſpatioſo meatus ſinui aptatum aqua imbuemus, inuolutúmque chalcitide læuigata, aut huiuſmodi quodam arido in meatum demittemus, ne rurſus caro enaſcatur. Si inflammatio malè habeat, protinus id [auferemus:] Si fundat ſanguinem meatus, ſpongiam aqua frigida imbutam imponemus, aliíſque conuenientibus vtemur remediis.

[auferemus ac eius loco alterum cerato roſacèo illitum immittimus, donec inflãmatio ſedata fuerit: deinde vlcus quouſq; ſanatũ fuerit, cõueniẽtibus remediis curamus. Si fundat, &c. Ea verba deeſſe puto, ſic enim legit Albucraſis qui curationem hãc ex Paulo ad verbum transſcripſit.]

ANNOTAT. ANDERNACI.

Hic affectus à prima. *Celſus ſeptimo penè eadem habet, Solet inquiens, tamen tumere, vel à prima natali die protinus, vel poſteà facta exulceratione, deinde per cicatricem aure repleta, vt foramen in ea nullum ſit, eóque audiendi vſu careat. &c. Græci vocant ὤτων ἀτρήτους. In titulo malè per iota ἀτρίτους impreſſum eſt.*

Poſteà accidit. *Hoc eſt, poſt natalem diem accidit hoc vitium, ſi præceſſerit exulceratio.*

Ad ea quæ in meatum auditorium inciderunt extrahenda.

CAPVT XXIIII.

SOlet etiam in aurem incidere, non modò calculus, ſed etiam vitrum, faba, & ſiliquarum grana. vitrum itaq;, & calculus ſuam ſeruãt magnitudinem: fabæ autem, & ſiliquarum grana, aliáque id genus, naturali corporis madore inflata, maximos cruciatus mouent. Conuenit igitur vel auriculario ſpecillo, vel hamulo, vel vulſella hæc extrahere. Aut violenta capitis concuſſione, aure ſuper circulum quendam impoſita. Iam verò calamo hæc ſubinde extraximus, exugentes etiam aquam auribus illapſam. ſimiliter cera calami ambitum, qui auri iniicitur, obſtruentes ne ſpiritui vſquam ſit exitus. Calculos, & eius generis corpuſcula eduximus ſpecillo lana inuoluto, & in reſinam terebinthinam aut aliud quoddam glutinans demiſſo, eóque in meatum auditorium coniecto leniter. Sin iſta nihil proficiũt, medicamento quod ſternutamentum prouocet, naribus indito, os & nares obturato. Si ne horum quidẽ nulli ceſſerit priùs quam inflammatio, conuulſio, & omnino periculum fuerit ſubſecutum, manu, & ferramentis ipſa auferemus: figurabitur itáque

[ægro

[ægrotus, vt auris auerſa ſit ad]baſim ipſius poſt appellatā fibram,[&] lunata vtemur diuiſione exigua, auerſáque ſpecilli parte corpuſculum quod inſidet, eximemus. Hoc ablato vulnus ſuturis committemus, & medicaminibus ad cruenta inſcriptis vtemur.

[ægrotus cō modo, deinde auris euertetur: poſtea ad] [dele]

ANNOTAT. ANDERNACI.

Auriculario ſpecillo. *Sic expoſui μηλωτίδα, quod aliquando etiam pro ſimplici ſpecillo accipitur, vt in ſequentibus interpretor.*

Violenta capitis concuſſione, aure ſuper circulum. *Celſus libro ſexto ex Hippocrate inquit, Tabula quoq; collocatur media inhærens capitibus vtrinque pendentibus, ſuperq; eam homo deligatur in latus verſus, cuius auris eo modo laborat: Sic vt extra tabulam emineat. Tunc malleo caput tabulæ quod à pedibus eſt, feritur: atque ita concuſſa aure, id quod ineſt, excidit.*

Iam verò Calamo. *Græcè eſt διὰ καλαμίδος. Sic enim aqua καλαμίς poteſt elici, exugendo.*

CORNARII.

i *Locato igitur ægro aure auerſa, ſectione parua lunari ad fundum auris retro fibram vtemur, & auriculariј ſpecilli concauo inſitam molem eximemus.*

De Polypo. *Cap.* XXV.

POlypus tumor eſt præter naturam in naribus oboriens, ex marini polypodis ſimilitudine nomen ſortitus, tum quòd illius carnem repræſentet [k], tum quòd ſuo complexu quemadmodùm ille, captātes vlciſcitur, nares ipſorum comprehendens, ita & vitium hoc laborantium nares obſtruit, id efficiens vt & difficulter reſpirent, & ſermonem ægrè exprimant. Duri igitur polypi, tactui renitentes, liuidi, & maligni, ceu cancri naturam induentes, attingi non debent. Molliores autem, laxos, ſtupidos, neque maleficos ſcalpello curare tentabimus. Figurato homine in ſedili aduerſus ſolis radios, & narium meatu ſiniſtra manu explicato dilatatóq;, ſpatula ad id facta in myrtacei folij modum acuta orbiculatim polypum, aut carunculam dextra præcidemus, illic acie ferramenti impoſita, vbi naribus coaluit: ſecundum hæc inſtrumento in oppoſitum conuerſo, manubriolo ipſius, ſucciſam carunculam foras eximemus. Et ſi quidem purū naris meatum viderimus effectum, [l]ad curationem deſcendemus. Sin reliquiæ aliquę polypi ſuperfuerint, alterius cultelli raſo-

Quid polypus, & vnde dictus.

Curatio.

rij acie relictum corpus cum tenſione, agitatione, & raſura valenti auferemus. Malignos & peruicaces polypos candentibus ferramentis adurere conſilium eſt: inde remediis vſtioni dicatis vti. Poſtquàm ferro ſatis effectum, ſpongia detergemus, ac poſcam, aut vinum in nares fundemus. Et ſi humor per palatum in fauces euaſerit, benè ſe habent munia ſcalpello obita. ſin minus permeet, nota eſt, carunculam polypi oſſibus à colando Ethmoidibus dictis inſidere, aut ſupremis narium partibus, quam inſtrumenta non comprehenderint. Linum igitur mediocriter craſſum [m] funiculi inſtar, ceu duorum triúmve digitorum longitudinis in nodos conſtrictum, per ſpecilli duplici cuſpide præditi foramen tranſmittemus, alterúmque extremum ſpecillo per nares ſurſum ad meatus colatorios inſeretur: idem per palatum, & os eiicientes vtráque manu extrahemus, tanquàm carunculas nodis deſecantes. Deinde [funiculari linamento meatum diductum habentes,] poſt triduum paſtillo muſæ, & conſimilibus, reliquias abſumemus, ſimul & locum exiccabimus. Poſteà verò paſtillis cicatricem ducentibus vtemur, plumbeos canaliculos naribus, ſi opus ſit, per totam curationem accommodantes.

[lucernario pãniculo ac linamento meatũ apertum ſeruantes. μοτὸν ἐλλυχνιωτὸν vocant, turundam factã ex lucernariis pãniculis, quales Tharſenſes fuere laudati Gale. cap.3. li.14. method. & cap.5 lib.13. Pãniculi linei fuerũt, deſtinati cõcipiendæ lucernarũ flãmæ, ad quẽ vſum eos lixiuio abſtergebãt, deinde ſulphure, nitro, aphronitro vel imbuebãt, vel ſuffiebant, quo modo fungos arborũ ad igniariorum fomites præparamus.]

ANNOTAT. ANDERNACI.

Polypus. *De hoc lib.3. comprehenſum eſt, vocat autem hîc molliores, dictione Græca ψαφαρωτέρους. quaſi dicas teneriores fragilioreſque.*

Spatula. *Celſus etiam hac dictione vtitur lib.7. de Polypo. Ergo, inquiens, hunc ferramento acuto in modum ſpathæ facto, reſoluere ab oſſe oportet.*

Manubriolo ipſius. *Græcè eſt τῷ κυαθισκῷ αὐτοῦ, quod ſuperius expoſui auerſam ſpecilli partem. Celſus autem videtur manubriolum capere pro aduerſa ſpecilli parte, vt lib.7. de Chalazio. Dein ſcalpelli manubriolo diducenda ab integris partibus ſunt, &c. quanquàm etiam dicat eodem libro, Auerſo ſcalpello ſubſecare magna cum moderatione.*

Duplici cuſpide præditi. *Malè rurſus in codice Græco διαπυρήνου impreſſum eſt, pro διπυρήνου.*

CORNARII.

k *Et velut ille cirrhis ſuis venantes vlciſcitur, manus ipſorum apprehendens, ita & hæc affectio ægrorum nares obturans, medela*

læ adhibendæ difficultatem, & circa reſpirationem, & circa loquelam inducit.

l Ad curationem deuenimus.

m Græcè eſt ὅσον σφήκωμα, quantus funiculus eſt; ſed legendum οἷον, qualis. Non enim ad longitudinem refertur, ſed ad constrictionis modum, quo filum inſtar funiculi intortum eſſe debet ea craßitudine vt nodi in ipſo ligari poßint, vt in nares immiſſum, per coliformes meatus ad palatum bicipiti ſpecillo inſertum trahi poßit. Vocat autem ſpecillum biceps διπύρηνον. Quare legendum ἐνείρομεν διπυρήνου τρήματι, κατὰ τὸ ἕτερον πέρας τοῦ διπυρήνου. &c.

Curta in auribus, & labris quomodo ſarciri poßint: Græci vocant Colobomata. Cap. XXVI.

CVrta igitur in auribus aut labris, Colobomata Græci vocant, hac ratione curantur. Primùm cutis ab inferiori parte ſoluitur: mox oræ vulnerum contrahuntur, ac id quod in callum coaluit, aufertur. Dein ſuturæ illis iniici debent, & conglutinantia.

De Epulidibus, & Parulidibus. Cap. XXVII.

Quid Epulis, & Parulis.

EPulis carnis tuberculum eſt iuxta dentium aliquem in gingiuis oriens. Parulis exiguus abſceſſus eſt, gingiuas infeſtans. Epulidem itaque vulſella, aut hamulo eleuatam præcidemus. Parulidi in orbem exactæ linamenta inſerimus. Vidi autem ſubinde ſcalpello, quo venas ſecamus, ipſam duntaxat punctam, & pure vacuato conſanuiſſe. poſt ferrum, vino collui præcipimus. In ſequenti die mulſa, tertio [Antheron puluerem] vulneri inducimus vſque dum curatio finiatur. At putredo gingiuis oborta ſi congruis medicamentis non curetur, candenti ferro ipſam aduremus.

curationes.

[Antherō in puluerē tritum & aridum]

ANNOTAT. ANDERNACI.

Antheron puluerem. *Libro ſeptimo Pauli compoſitionem Antheri habes comprehenſam. Dicitur autem ἀνθηρὸν, quòd roſarum flores inter alia recipiat.*

Puluis Antheros.

Quomodò dentes eximantur. Cap. XXVIII.

DEns qui eximetur vſq; ad receptaculum ſuum circumradi debet, inde forfice paulatim concuſſus, extrahitur. At ſi exeſus eſt, id foramen tenui linamento primùm replendum eſt, ne conſtrictus ſub forfice confringatur. Eo exempto, ſale tenuiſſimo inſparſo relictas carunculas conſumemus. Poſteà vino, aut poſca os colluetur dum conſaneſcat.

Dentes ſuperuacui. Quoniam verò ſuperflui nonnulli dentes enaſcuntur, eos qui receptaculo adnati coaluerunt, [ſcalpris] excindemus: *[celo]* qui non coaluerunt, forfice tollemus. Sin autem dens aliquis excreuerit, aut [& iam] confractus fuerit, [nõnunquàm] *[etiam interdum]* limula, id quod excedit, ſuperfluúmque in eo eſt, deteremus, *[dele]* adiectáſque ipſis, vt veriſimile eſt, ſquamas auerſo ſcalpello, aut raſorio, aut lima perpurgabimus.

De ligatione linguæ quod Ancylion dicitur. *Cap.* XXIX.

Ancilogloſſi cauſa. Ligatio linguæ quæ Ancylogloſſon Græcis appellatur, aliàs naturaliter accidit, membranis durioribus magíſque à prima origine minutis linguam continentibus, aliàs ex acquiſito ob cicatricem quampiam duriorem ſub ipſa ex vlcere contractam. Qui igitur ex natura hoc vitij habent, eo quòd tardè ſermonem explicare incipiunt, & vinculum ſub lingua iuſto magis appareat, exulceratione non præcedente, cognoſcuntur. Qui verò ex acquiſito, cicatricem maniſeſtò conſpicuam habent. *Curatio.* Collocari igitur debet ægrotus in ſedili ea figura vt linguam ad palatum ſuſpendeat, & nerueum illud vinculum tranſuerſa plaga incidetur. Quod ſi ex cicatrice aliqua ligatio prouenerit, ea hamulo tranſfixa callum ſurſum extrahemus, ac laterali facta diuiſione ligationem ſoluimus, cura adhibita ne particulas altè latentes incidamus. Nam ſanguinis profuſio quæ ſiſti nequeat, frequenter inde ſecuta eſt. Poſt hæc aqua frigida aut poſca vulnus debet elui. deinde medicina vtendum quæ relaxet & carnem inducat.

De Tonſillis. *Cap.* XXX.

Antiades quid ſint. Qvemadmodum glandulæ ſcirrho induratæ, ſtrumæ appellantur, ita etiam tonſillæ inflammationem expertæ, & ſupra naturalem modum auctæ, & [n] veluti deſiccatę, deuorationi ſpirationíque negotium exhibentes, è regione vtrinque ſibi inuicem oppoſitæ, [eodem partis vocabulo,] *[dele]* tonſillæ, Græcè Antiades vocantur. Quibus cũ adeſt inflammatio, ſcalpellum admouere cautio eſt. vbi illa modice conquierit, manum admoliemur, præſertim albis, contractis, anguſta baſi firmatis. Nam humiditate flacceſcentes, rubicundæ, amplam baſim habentes, facillimè ſanguinem profundunt. *Curatio.* Collocato igitur homine aduerſus Solis lumẽ, iubebimus vt ore hiet, miniſtro caput continente, alteróq; linguã ſpatha ad id facta quam Græci Gloſſocatochon appellant, infe-

inferiori maxillæ apprimente, nos hamulo per tonſillam traiecto, etiam quantùm licet ipſam attrahemus, ita vt non membranas ſimul euellamus. Deinde totam ipſam ex baſi amputabimus ſcalpro ligationi dicato, ἀγκυλότομον nuncupant. Sunt enim duo eiuſmodi inſtrumenta, aduerſos acie inflexus habentia. Poſtquam vna fuerit ſucciſa, ad alteram eodem modo vice conuerſa veniundum eſt. Functione ſcalpello obita, æger ex aqua frigida, aut poſca gargarizabit. At ſi profluuium ſanguinis eueniat, etiã rubi & roſarum, myrtique diluto egelido vtetur. Si verò copia ſanguinis prorumpat, plantaginis & ſymphyti ſucco: item ex electro paſtillo, & lemnia ſphragide poſca ſoluta os collui debet. Ceſſante autem profluuio, proximo die, roſarum flore, croco & amylo cum lacte perungentur ex aqua, vel oui liquore candido, vel hydroroſato: Si ſordes vlceribus increuerint, etiam ex melle & collutione, & illitus commodè adhibentur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Pariſthmia. ἀντιάδες.

Tonſillæ. *Latinos in hoc vitio peculiariter ſignificando verborum inopia laborare teſtatur. Siquidem per tonſillas & partem corporis, & morbum exponere cogimur. Græci autem diſtinctam partem παρίσθμια, affectum ἀντιάδας appellant.*

Deuorationi ſpirationiq; negotium. *Græcè eſt δυσχερτίαν τι παρέχοντα τῇ τε καταπόσει, καὶ τῷ πνεύματι, quod eſt ad verbum, difficilem vſum deuorationi, & ſpiritui exhibentes.*

Quantum licet. *Hoc eſt quoad poſſumus, ἐφ' ὅσον δυνάμεθα. Auicenna lib. 3. Trahuntur ad exteriora quantum eſt poſsibile.*

CORNARII.

n & veluti induratæ. Græcè legitur: καὶ οἷον ἀποξηρανθέντα, ſed falsò: legendum enim ἀποσκιρρωθέντα, vt referatur ad præcedentes glandulas induratas, quas ἀδένας ἀποσκιρρωθέντας dixit.

De Vua. Cap. XXXI.

Columella. Vua.

GVrgulio tanquam aliquod vocis plectrum ſubinde deſtillationem à capite recipit: idémque præter naturam auctus, ſi oblongior, tenuiſque fuerit, Columella nuncupatur: ſi verò craſſior ab ima parte, & rotunda, Vua dicitur. vtrunque autem nomen à ſimilitudine factum eſt. Si igitur vniuerſalibus, nempe & per ſanguinis dimiſſionem, & medicamento adhibitis vacuationibus [non abigatur,] neque etiam remediis loco admotis, quæ aſtringant, repellántque, vel etiam diſcutere poſſint, ceſſerit, ad ſcalpellum veniemus:

[quæ humores deorſum trahunt, nõ vincitur]

ne continuo irritatu, tuſſis, vigiliæ, interim etiam ſtrangurlatus ſubſequatur. Quæ igitur contractæ ſunt, rotundæ, non oblongæ, cruentæ, vel ſubnigræ, non attingi ſcalpello debent. Tenues autem, oblongæ, per ſumma graciles muris caudæ modo, [remiſſæ,] ſanguinolentæ non admodum, ſed albicantes, eæ curandæ ſunt. hæ ſiquidem protinus inflammatione liberantur. Id autem ex vua præciditur, quod præter naturæ modum eminet. Etenim ſi ad finem illa præcidatur, extremam omnes thoracis regiones noxam percipiunt: & vox intermoritur. Itaque figuratur ægrotus in ſedili contra Solis lumen, iubetúrque magnum hiare. deinde vulſella, aut forfice quod ſuperuacuum eſt prehenſum, inferiorique parti adductum ſcalpello vuis aut ſuturis accõmodato præcidimus. inde [quæ in vaſorum ſectione comprehenſa ſunt, agemus.] † Sæpe verò, aut propter laborantis timorem, ſanguinis profluuij metum, ° [medicamentíue ſiccitatem] ferrum vitantes, adurente potius medicamento hanc abſumimus. ᵖ Conuenit igitur medicamento adurente quod in palpebrarum vſtione dictũ eſt, aut eius generis alio, [vuæ vſtæ ſinus implere,] ac homini magnũ hiare ..... lingua per famulum forfice conſtricta, [inſtrumento] adaperto tantam vuæ partem comprehendemus, quantam etiam [ſumus amputaturi.] Cæterùm ſpiſſitudinem medicamentum habebit, neque liquidam, ne diffluens ab vua decrret: ſubiectas autem partes adurat, ob quod ægro interdicimus, ne per totum vſtionis tempus deglutiat, neque omnino duram, quò facilius vuæ incidat, & ſi ex vno ipſius iniectu ſumma vuæ pars nigruerit, abundè eſt: ſin minus, etiam bis vtemur, ægro per totum adminiſtrationis tempus [inclinante ore in terram, vt ſaliua eliqueſcens ſimul cum medicamenti] particulis extra os euadat, ſiquidem hora vna emoritur: excidit autem tertio, quartóue die. Secundum vſtionem, lana molli aut ſtuppa indice digito inuoluto quæ gurgulioni circùm adhæreſcunt, extergemus, vel etiam aqua os collui iubebimus.

Curatio per chirurgiã.

[in extremo laxæ]

[quæ vaſis diſſectis dũ ancylogloſſon vel antiadem excidimus, fieri iuſſimus, poſt chirurgiam faciẽda ſunt.]

† Per medicamẽtum vrens.

° [aut ob medicamenti vim ac effectum, quẽ expeditũ ac promptũ eſſe nouerũt. διὰ τὸ ὀξυρὸν φαρμάκου *lego. Eũdem errorẽ animaduerti cap. 5. lib. 14. meth. vbi* τῶ ξηρῶν φαρμάκων *legitur, pro* τῶ ὀξυρῶν. *quamuis illic* ὀξυρὰ *vocet quæ ex aceto cõponuntur, non autem quæ præſentaneum effectum habent.]* *ᵖ [inſtrumenti ad vrendam vuam apti, quod Staphylocauſton dicunt, cauitatem implere]* *[Staphylagra]* *[eſſemus amputaturi: cõprehenſamq́ medicamento vrimus. Cæterùm, &c. Sic omnino legendum]* *[deorſum inclinato, vt ſaliua ſimul cum liquati medicamenti.*

mus.

mus. At ceruicis regionem fomentis ex chamæmelino, tum in his, tum in illis quibus tonſillæ ademptæ ſunt ex conſortij lege adiutabimus. Ad hæc gargarizationibus, & perunctionibus ſimiliter vtemur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Gurgulio. *Eadem ferè Galenus libro ſexto de compoſitione medicamentorum ſecundum locos habet, Carnoſa, inquiens (vt nos vertimus) quædam particula in ſumma oris parte ſuſpenſa apparet, ſi quis toto ore plurimùm aperto linguam deprimat, hæc inquam caruncula duobus nominibus à veteribus Græcis nominatur Gargareon, & Cion, hoc eſt Gurgulio & Columna. Hoc poſterius medici* Gargareon. *propè omnes non ita, ſed cionida, quod eſt columellam ipſam nominãt.* Cion. Gurgulio. *Nam eorum qui ſtaphylen, hoc eſt vuam vocitant, ſatius eſt non meminiſſe.* Columella. *Non enim particulam, ſed vnum aliquem ipſius affectum, Staphylen, hoc eſt vuam appellamus, &c.*

Tenues autem oblongæ. *Celſus partem ipſam contra Græcorum opinionem, vuam appellat lib. 7. vua inquiens, ſi cum inflammatione deſcendit, &c. Paulò poſt quaſi verba Pauli recenſet in hũc modum. Si verò inflammatio quidem nulla eſt, nihilominus autem ea vltra modum à pituita deducta eſt, & eſt tenuis, acuta, alba, præcidi debet. Itémque ſi ima, lucida, & craſſa, ſumma tenuis eſt.* Vua.

CORNARII.

o *aut ob medicamenti præſtantiam. Græcè eſt, ἢ διὰ τὸ ξηρὸν τοῦ φαρμάκου, id eſt, aut ob medicamenti ſiccitatem. Sed non video cur medicamenti ſiccitas ad ferrum recuſandum inuitare debeat, quum id mox neque ita liquidum eſſe velit, vt defluat, neque omnino durum, quò facilè vuæ adhæreat, & idem quoque potentia eò progreſſum ſit, vt non ſiccitas, ſed vis vſtoria in ipſo prædicari debeat. Atque hanc etiam à Paulo nobis commendatam eſſe credo, ex eo quod ſubiicit hoc medicamentum vna hora vuam mortificare, vt hinc adeò ob medicamenti præſtantiam ferrum ſit recuſandum, & non ob ſiccitatem. Quare ἢ διὰ τὸ κῦδος τοῦ φαρμάκου legendum cenſeo.*

p *Oportet igitur medicamentum vſtorium illud quod in palpebrarum vſtione relatum eſt, aut aliud eiuſmodi accipere, & ex hoc vſtorij vuarum inſtrumenti cauitates implere, & ægro multùm hiare iuſſo, linguáque per miniſtrum cum inſtrumento ad id apto depreſſa, tantam vuæ partem inſtrumento quantum ſatis eſt aperto comprehendimus, quantam alioqui excideremus.*

Quomodo

Quomodo ſpinæ gutturi eximantur. Cap. XXXII.

DEuorantur ſubinde inter edendum ſpinæ, aut piſcium, aut aliorum quorundam, diuerſis in partibus. Quę igitur in conſpectum veniunt, vulſella, quam Græci propriè appellant Acanthobolon, eximemus: [quæ inferius ad ipſas fauces peruenerint] alio modo. Sunt qui dicant maiores moles eſſe deuorandas, vt, caulem lactucarum, aut buccellam panis. Alij verò ſpongiam puram mollémque exiguæ magnitudinis lino illigatam deglutire iubent, linoque apprehenſo retrahi, ídque frequenter efficere, vt ſpina impacta ſpongiæ educatur. Leonides autem iubet cataplaſmatis vti, quæ concoquant, cuiuſmodi ex cruda hordei farina conſiciuntur, quò ſpina in pus redacta ſua ſponte excidat. At ſi eadem hora aut etiam ante ventriculi concoctionem in ægrotum inciderimus, eo quòd infixum eſt nobis non conſpicuo, vomere iubebimus digitis aut pinnis in os demiſſis. Nonnunquam enim, id quod eſt infixum vnà cum vomitu educetur.

[quæ verò inferius latent, nec ad catoptrã cõſpiciuntur. τὰς δὲ κατωτέρω, καὶ μηδὲ πρὸς αὐτὴν τὴν κατόπτραν ὁρωμένας. Sic lego, vt κατόπτραν dicat quomodo διόπτραν, nempe inſtrumẽtum quod & κατοπτῆρα vocant, vulgo Speculum oris.]

Quomodo aſpera arteria incidi debeat. Cap. XXXIII.

CHirurgicorum præſtantiſſimi hanc quoque adminiſtrationem literis prodiderunt. Antyllus itaque hunc in modum ſcribit. [In Synanchicis] quidem, vt in ea parte dicetur quæ victus rationem tradit, Chirurgiã improbamus, cùm inutilis ſit præciſio, in quibus omnes arteriæ & pulmo affectus eſt. [In ore autem & mento] inflammationem experiuntibus, aut etiam tonſillis aſperæ arteriæ os operientibus, incolumi ſanè ipſa arteria, ratio eſt † ſectione vti, quò periculum ſtrangulatus euitetur: deinde cùm infra arteriæ caput ſpatio trium ipſius quatuórue circulorum manum adegerimus, partem nonnullam ipſius arteriæ ſcalpello pertundemus. totam enim diuidere ſecurum non eſt, tum quòd hic locus excarnis ſit, tum quòd vaſa procul à loco diuiſo ſint diſſita. Itaque inclinato ægroti capite retrorſum, vt arteria reddatur conſpicua, tranſuerſam lineam incidemus, inter duos circulos ipſam ducentes, ne cartilago, ſed membrana cartilagines colligans, diſcindatur. At ſi meticuloſior aliquis inter agendum fuerit, hamulo prius cutem eleuatam diuidet: deinde ſic ipſi arteriæ incidens, vaſis, ſi fortè occurrant, præteritis, lineam ducat. Hæc quidem Antyllus dixit, coniiciens arteriam ſcalpello eſſe penetratam, inde

[In Peripneumonicis]

[In Synanchicis autẽ ore, & gargareone]

† Summi gutturis ſectio.

inde quòd ſpiritus per eam cum murmure quodam erumpat, tum quòd vox interciſa ſit. vbi verò de ſtrangulatu metus amplius non eſt, oras vulneris renouabimus, mox suturis committemus, ita vt ſolam cutim citra cartilaginem ſuamus, vtemúrque medicamento quod cruentis facit. Sin minus conglutinetur, præſidio quod carnem inducat inſiſtemus. Simili verò curatione vtendum etiam ſi quis nobis obtigerit, qui mortis deſiderio iugulum ſibi inciderit.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Quomodo aſpera arteria. *Caput eſt περὶ λαρυγγοτομίας. Superius annotaui quid ὁ λάρυγξ apud Græcos medicos ſit, quid ὁ φάρυγξ & ἡ φάρυγξ. Hic dico τὸν λάρυγγα & φάρυγγα pro aſpera arteria vſurpari, & inter ſe confundi, ſicut etiam βρόγχον. Gale. eodem modo vtitur lib. 2. de placitis Hippocratis & Platonis. magis autem ὁ λάρυγξ pro ſumma parte arteriæ, ὁ φάρυγξ pro tota ipſa ponitur.*

Larynx. Pharynx.

De Abſceſſu. *Cap.* XXXIIII.

QVòd abſceſſus carnium, vel partium carnoſarum corruptela mutatioque ſit, quomodo generetur, quótque eius ſint differentiæ, quarto libro abundè tractatum eſt. Nũc autem quemadmodum manu ſcalpelloque ei medendum ſit, exponemus: cùm omnino in pus tranſierit. Hoc autem deprehendimus inde quòd [dolores,] febris, ſi præceſſerit, rubor, pulſus & reliqua inflammationis ſigna minora tunc appareant. vbi iam tumor in acutum faſtigiatus eſt, & pus digitis innixis occurrat, præſertim cùm ſumma occupat abſceſſus, tunc ad ſcalpellum veniundum eſt. Si verò neque ad tactum occurrat, neque faſtigietur, eo quòd in alto deliteſcat, aliis mutationis notis attendentes, malum admoliemur. Sciendum verò eſt crudos interim ipſos priuſquam ex toto in pus mutati ſint, incidi, ſi aut articulis, aut principibus particulis vicini ſint, ne ligamentum, aut aliquod eis neceſſarium aſſidua putredine pariter contabeſcat. ¶ Porrò abſceſſus ano proximos crudos antequam in totum ematuruerint, diſſecari Hippocrates præcipit, veritus ne perforationem experiantur. Inciduntur ergo non omnes ſimili linea, ſed naturali quidem, vt in fronte: & piloſis locis, vt in capite, cura decoris quantum licet, habita. Recta verò linea artus ſecamus, veluti in muſculis, diligentiam adhibentes, ne & neruos, & arterias, & principales particulas attingamus:

Abſceſſus quando chirurgia curandus.

[dolor &]

Crudi abſceſſus aliquando ſecantur.

Secandi rationes.

mus: interim in rectum, interim tranſuerſim abſceſſu prout cuiuſque vſus exigit, diuiſo. In minoribus vnam ſcalpello ſectionẽ molimur, in magnis plures, iuxta amplitudinis rationem vbique ea quæ tenuiora ſunt, & effluxioni idonea, incidentes. Illos ſanè abſceſſus qui plurimùm faſtigiantur, [crudi,] tenues, & emortui ſunt, [præcidimus] trianguli, aut myrtacei folij, aut [alterius anguli] figura, cùm circularis ad cicatricem recipiendam ſit inidonea. Qui verò non in faſtigium attolluntur, eos ſimplici duntaxat linea diſſecamus. At vbi magnum ſignum inuenimus, ſi cutis ſuperiniecta carnoſa ſit, & queat conglutinari, diuiſione loci ea duntaxat vtemur, quæ humoris effluxui conueniat. Sin tenuis, admodúmque excarnis, totam in longitudinem ſimpliciter diſſecabimus, & poſt ſimplicem diuiſionem ſi corpora vtrinque ſita gracilia valde & non carnoſa videantur, ipſa tollemus. Adminiſtrato iam ſcalpelli munere, ſpongia locus abſtergi debet: ſi paruus eſt abſceſſus, vnáque diuiſio, ſimplex linamentum inſeremus. Si magnus eſt & plures inciſæ lineæ, implicitum aliquod in longitudinem linamẽtum ſemniſcon Græci vocant, ipſis demittemus, ipſas ſimiliter plagas linamentis replentes. Quòd ſi erumpat ſanguis, aqua frigida, aut poſca vtendum. ſi ita non ſubſtiterit, chalcitidis pollinem inſpergemus, eoque frequenter ob flaccidam humore putredinem vtemur. Splenia ſi hyems eſt, & partes ſint neruoſæ, œnelæo imbuta deligabimus: ſin æſtas, & partes carnoſæ, aqua cum oleo, aut ipſo quoque vino cum oleo frigido tincta illigataque, ſequenti die eiſdem liquoribus ſuperfundemus. Poſt tertium diem vbi ſoluerimus, ſpongiáq; deterſerimus tetrapharmaco quod in linteola illinitur, vtemur. Si inflammatione caret vomica, idem fomentum & medicamen linamentis illitum accommodabimus. Si inflammatio adeſt, cataplaſma, quod concoquendi vim habeat, iniiciemus, ſuperfuſionibus anteà vſi: vbi ceſſauerit inflammatio, medicina quæ pus maturet, & carnem inducat, medebimur. Cæterùm ſinus, glutinãtibus remediis, vt quarto volumine de ſinibus comprehenſum eſt, curabimus.

[ἔνπεπ]α valde cocti] [excidimus] [alia angulosa]

ANNOTAT. ANDERNACI.

Ano proximos. *Codices noſtri deprauati erant, δακτύλου habentes, pro δακτυλίου. vbi non parum debet Oroſcius exemplari ſuo. paulò poſt fac διάφρησιν ex διάτεισιν.*

Implici

Implicitum aliquod in longitudinem. *Sic interpretatur λημνισκὸν Celſus lib, 7. cap. 28. Intus inquiens, & implicitum in longitudinem linamentum (λημνισκὸν Græci vocant) in aceto tinctum demittere. In codice Græco eſt διὰ συςρὸν diſtinctim, quaſi duæ dictiones ſint, impreſſum, quod legendum eſt, διὰ συςτὸν, quod pertrahi poßit & implicari.*

Fomentum & medicamen. *In exemplari Græco habetur, τὴν ἀυτῶν ἐμβροχὴν μοτοφυλάκιον φάρμακον, pro quo legendum cenſeo: τὴν ἀυτῶν ἐμβροχὴν, καὶ μοτοφυλάκιον φάρμακον. Nam anteà vino & oleo, aut aqua & oleo aſpergi volebat, inde medicamen in linteolis illitum accommodari. Capitur autem eodem ferè ſenſu, quo ἔμμοτον.*

CORNARII.

q *In his quæ ad nos extant Hippocr. ſcriptis præceptum hoc nondum reperi.*

De Strumis. *Cap.* XXXV.

STruma quæ Græcè Chœras dicitur, glandula eſt indurata, in ceruice, alis, & inguinibus potiſſimùm enaſcens. Nomen habet à Chœradis petris, aut ſuibus, quòd numeroſæ ſobolis exiſtant, aut quòd colla habeant glandulosa. Oriuntur autem ſtrumæ in priori ceruicis parte, aut in altera, aut vtrinque vna, aut duæ, aut plures. Omnes autem ſuis membranis includuntur, quemadmodum ſteatomata, atheromata, & meliceriides. Quæ igitur indolent attactu, & medicamentis impoſitis deteriores redduntur, malignæ ſunt, quas etiam Carcinodas aliqui dixerunt, notúmq; eſt omnibus ipſas curationi quæ manu fit, non cedere. Morigeræ autem ac blandæ tum tactui, tum congruo medicamentorum vſui, hoc modo tractandæ ſunt. Superficiariæ igitur, & in cutem erumpentes, ſimplici linea diuiſæ, ab incumbentibus diſſoluuntur: orarum cute hamulis diſtenta, membranis liberantur, vt in vaſorum confectione, quam Angiologiam vocauimus, expoſitum eſt, ac paulatim eximentur. Maiores autem ſtrumas hamis transfixas ſuſpendemus, & ſimul excoriatæ corporibus eas continentibus vndiquaque liberabuntur, animo adhibito vbique, ne arteriæ, quas Carotidas vocant, & nerui recurrentes violentur. At ſi vas aliquod diuiſum, opus obſcuret, funiculo id excipietur, vel per medium amputabitur, niſi magnum fuerit, [vbi in arctum ſtrumæ baſis venerit,] dextrè ipſa præcidetur: ac indice demiſſo tentabi

Chœras quid, & vnde dicta.

Chœrades quæ curabiles, quæ non.

[cùm in baſi ſtrumæ paululum quidpiam tantummodo reſtabit, quod nō diuiſum ac excoriatū ſit]

tentabimus num & aliæ ſint ſtrumæ adiectæ, quæ eodem modo auferentur. Quòd ſi magnum aliquod [vas,] aut etiam plura ſubinde iuxta ſtrumæ fundum eſſe ſuſpicemur, non ex baſi ipſam excindere, ſed funiculo excipere conuenit, quò particulatim citra periculum ſua ſpõte excidat. quo tempore medicamento in linteola illito, curatio tentabitur. Si verò inde excindatur, oras committemus: omnino autem rectas diuiſiones adhibere oportet. Atque ſi nihil ſuperuacuum habuerint, inde ſuturis iungemus. Sin ex ſtrumæ tumore cutis redundet, parte ipſius myrti inſtar ablata, ſuturis vtemur, & medicamen cruentis aptum iniiciemus.

[*vas vt ſæpe cõtingit*]

ANNOTAT. ANDERNACI.

In Ceruice. *Superſtitioſi quidam doctores, pro in ceruice, cenſent dicendum, in collo, quod ἐν τραχήλῳ Græcè dicitur. At Celſus ferè vbique ceruicem pro collo, vt libro quinto de ſtrumis agens in hunc modum, Naſcuntur maximè in ceruice, ſed etiam in alis, & inguinibus, & in lateribus.*

Arteriæ quas Carotidas appellant. *Hæ arteriæ in dextra, ſiniſtráque circa guttur ſurſum procedentes vltra aures feruntur, quæ nomen inde ſortitæ ſunt, quod tenſæ, aut alterationem quandam expertæ Caron inducunt, quemadmodum muſculi καρώδεες apud Hippocratem de articulis.*

Nerui recurrentes. *Hi ſunt nerui ſextæ coniugationis cerebri, qui iuxta carotidas arterias deorſum feruntur, communi vtrinque velamento, & in Anatome plenius condiſces.*

De Steatomatis, Atheromatis & Meliceridibus.

Cap. XXXVI.

Steatomatis & cæterorũ ab abſceſſibus diſcrimen.

HÆc quoque in abſceſſuum genere comprehenduntur: ſed hoc diſcrimine ab illis variant, quòd abſceſſus propriè dicti inflammationem dolorémque teſtentur, & acrem humorem, ac rodentem contineant, nulla peculiari membrana, aut tunica incluſi. Cæterùm illa inter ſe quoque differunt, quòd humor in ſteatomate contentus, ſicut appellatio oſtẽdit, ſeuo ſit perſimilis. In atheromate, pulti frumentaceæ. In meliceride, humor mel repræſentet. Agnoſces ipſa hunc in modum. Steatoma aliis durius eſt, tactui renititur, & baſim habet ſolidiorem. Meliceris laxi cuiuſdam corporis modo ſubſidet, & [tardè] quidem funditur: citò autem rurſus [ſuccreſcit.] Curantur hæc quemadmodum ſtrumæ, inciſione, excoriatu, ſuturis & reliqua curatione, id ſolùm cauendo,

Notæ ſteatom. & melicer.

[*citò. Aetius*]

Curationes.

cauẽdo, ne mẽbrana vulneretur, vnde humor qui continebatur, profuſus operationẽ impediat, & ne pars ipſius relinquatur, nam renaſcẽdi occaſionem plerunque in brachiali, talo & articulamẽtis motui dicatis exhibet, quemadmodũ etiam ſtruma vel tota, vel portio ipſius relicta. quòd ſi huiuſmodi quippiam fuerit deprehenſum, ſatius eſt non ſuere, ſed exedentibus medicaminibus reliquias abſumere.

De Aneuryſmate. *Cap.* XXXVII.

ANeuryſma tumor blandus tactu eſt, digitíſque cedit, ex ſanguine & ſpiritu contractus. Galenus de eo, hunc in modum ſcribit, Arteriæ apertæ affectus, Aneuryſma vocatur. Fit autem eadem quoque conuulnerata, quoties incumbens ei cutis cicatricẽ quidem contraxerit, maneat autẽ arteriæ vulnus, [r] dum nec coaluerit, nec carne fuerit obſtructa. Agnoſcuntur huiuſmodi affectus arteriarum pulſu, imò etiam prementibus nobis tumor omnis euaneſcit, ſubſtantia quę ipſum efficit, in arterias recurrente. Hæc quidem Galenus. Nos autem ipſa Aneuryſmata hoc modo inuicem diſcernimus. Quæ ad aperta arteria fiunt, prolixiora apparent, & in alto conſtituuntur: digitíſque impreſſis ceu ſtrepitus quidam exauditur, cum nullus ſonus in iis quæ rupturæ feruntur accepta percipiatur: illa[s] verò rotunda magis ſunt, & per ſumma occurrunt. Quæ igitur alas, inguina & ceruicem infeſtant, aliáque loca, eximiæ magnitudinis Aneuryſmata, curare propter vaſorum amplitudinem nõ tentabimus. Quæ [verò] ſummas partes, artus vel caput affligunt, hac ratione aggredi conuenit. [t] Si quidem ex Aneuryſmate tumor obuenerit, cutem linea recta in longum incidemus, deinde hamis diductæ oræ, ſicut in vaſorum diſſectione dictum eſt, excoriabuntur, & ſcalpellis quibus membranæ auellũtur circumpurgata arteria nudabitur: acu traiecta duobus funiculis deligabitur, puncta priùs arteria ſcalpello per medium: vbi cum ambienti membrana vnita fuerit, curatione pus maturante vtemur vſque dum funiculi exciderint. At ſi ex ruptura arteriæ creatum ſit Aneuryſma, totum id quatenus fieri licet, cum cute digitis apprehendendum eſt, deinde acu duplex linum trahente, inferius eo quod exceptum eſt transſuendum. Et poſt acus traiectum anſulam forfice præcidere oportet, atque ſic duobus filis hîc illic tumorem deligare, veluti in Staphylomate comprehenſum eſt. At ſi metus ſit ne

Quid Aneurysma.

Aneuryſmatum dignotio.

Quæ Aneuryſmata curabilia, quæ non.

[verò mediocria]

fila [x] circumuoluantur, altera etiam tranſmittenda eſt acus per totum quæ priorem premat, ſimiliter duo fila ducens: amputata anſula ex quatuor filis conflata, ita tumorem ex lino deligabimus, [vel] tumore per medium adaperto poſt excretionem, cutem adimemus [eam quæ ligata eſt] relinquentes, ac ſplenium ex vino & oleo imponentes, remediis in linamenta illitis vtemur.

[ac]
[quod ligatum eſt]

ANNOTAT. ANDERNACI.

Arteria aperta. *Galenus libello de tumoribus præter naturam hunc in modum habet* ἀρτηρίας δ' ἀναστομωθείσης, τὸ πάθος ἀνεύρυσμα καλεῖται. γίγνεται δὲ καὶ τρωθείσης αὐτῆς, ἐπειδὰν εἰς οὐλὴν μὲν ἀφίκηται τὸ προσκείμενον αὐτῇ δέρμα, μένει δὲ τῆς ἀρτηρίας ἕλκος, μήτε συμφυείσης, μήτε συνουλωθείσης, μήτε σαρκὶ φραχθείσης. διαγινώσκεται δὲ τὰ τοιαῦτα παθήματα τῷ σφυγμῷ τῶν ὀργασαζομένων ἀρτηριῶν, ἀλλὰ καὶ θλιβομένων ἀφανίζεται πᾶς ὄγκος, παλινδρομούσης εἰς τὰς ἀρτηρίας τῆς ὀργαζομένης αὐτὸν οὐσίας. *Ex qua ſententia, addendum in Paulo ſuperius eſt* ἕλκος, *legendúmque* μένει δὲ τῆς ἀρτηρίας ἕλκος, *non* μένει δὲ τὸ τῆς ἀρτηρίας, *&c.*

Tumor omnis euaneſcit. *Codex Græcus habet* πῶς ὁ ὄγκος, *pro* πᾶς ὄγκος.

CORNARII.

r *Neque conglutinatæ, neque cicatrice obductæ, neque carne obturatæ.*

s *Et ſint quoque magis hæ rotundæ (ſubaudi affectiones aneurys.) & in ſummo occurrant.*

t *Si ex apertione tumor factus eſt.*

u *Vbi prius intermediam arteriæ partem ſcalpello punxerimus, & quod continetur in ea euacuauerimus, ſuppurante curatione, &c. Græca corrupta ſic emendentur.* νύξαντες πρότερον φλεβοτόμῳ τὸ μεταξὺ τῆς ἀρτηρίας, καὶ κενώσαντες τὸ περιεχόμενον.

x *dilabantur.*

De aſperæ arteriæ tumore qui Bronchocele dicitur.

CAPVT XXXVIII.

Bronchoceles differentiæ.

Curatio.

[ſignis deprehẽdemus quibus &]

GRandis in ceruice, & rotundus tumor fit, ' nomenclaturam ab internis partibus ſortitus. Duplex eius tumoris differentia eſt: alius enim adipe tumet, alius partium illarum dilatatione accidit. Atque hunc [notabimus veluti &] Aneuryſmata, deſperatúmque fugiemus, non aliter ac vniuerſa Aneuryſmata quæ periculoſam habeant adminiſtrationem: præci

præcipuè verò quæ circa ceruicem oriuntur, ob arteriarum magnitudinem. Qui adipe inturgeſcit, ita vt Steatomata curari debet, diſcretis, prætcritiſque vaſis, eo nimirum modo quem in ſtrumis expoſuimus.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Grandis in ceruice & rotundus. *Celſus libro ſeptimo inquit, At in ceruice inter cutem, & aſperam arteriam tumor increſcit, βρογχοκήλω Græci vocant, &c. Qui hoc vitio laborant gutturoſi apud Latinos nominantur.* *βρογχοκήλη* *Gutturoſi.*

De Ganglüs. *Cap.* XXXIX.

GAnglion, nerui eſt in nodum concretio, ex ictu, aut labore proficiſcens. plerunque verò in manus iunctura, quà cum brachio committitur, talo, & articulamentis abſoluitur: quanquam in aliis quoque partibus proueniat. Hæ comites ſunt notæ, tumor concolor, renitens, indolénſque. At ſi violenter premas, ſtupidum ſenſum experitur, non in alto, ſed ipſa ſub cute radices agens: & ad latera quidem transferri poteſt: ſin autem vi adigas tum antè, tum poſt, nequaquàm poteſt. Quæ igitur in cruribus aut brachiis aut ſummis partibus oriuntur, excindere tutum non eſt: periculum enim ne particula reddatur mutila. At quæ caput aut frontem inuadunt, cute ſcalpello diuiſa curamus, & ſi quidem parua fuerint, vulſella comprehenſa ex baſi præciduntur: ſi maiora, hamis transfixa excoriatáque tolluntur: oras ſuturis commiſſas, medicamento ad cruenta apto perſanamus.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Ganglion. *Verti ganglion, eſt nerui in nodum concretio, quod Græcè eſt συστροφὴ νεύρου. Nam indurantur nerui, contorquentúrq;, ac in nodoſam affectionem coeunt. συστρέφεσθαι ſignat inſpiſſari, coire, indureſcere.* συστροφή

De venæ ſectione. *Cap.* XL.

ET ſi omnibus ſatis cõſtet, quomodo vena incidi debeat, tamen ne parti chirurgicæ aliquid deſit, & propter artificioſas ipſius diſtinctiones, omittendum non eſt. Primùm itaque venę ſectionis conſilium eſt, vt ſanguis qui redundat, euacuetur. Copia verò ipſius duplici modo capi demonſtrata eſt, vno ad vires, venæ licet plenæ non appareant: in quo ſtatu homo protinus imbecillis ac inualidus redditur, natura ceu ad graue aliquod onus ferendum impotẽte. x Altero, *Sanguinis copia duplex.*

vaſa quæ id continent,in alia loca pondus transfundere ſpectantur:& ſi virtus haud cum moleſtia ipſum toleret: in quibus ruptis interdum venarum commerciis , ſanguinis ſputum,aut aliæ fluxiones accidunt. Copiæ igitur, quæ ex viribus æſtimatur,corporis grauitas , nota eſt. Venarum copia tum extenſione , tum quòd illæ plenæ tument , agnoſcitur. vtraque autem vacuationem neceſſariam indicat.

Signa vtriuſque.

Itaque primo quoque die ſanguinem vſu id exigente demittes , ſola in ventriculo ciborum concoctione, aut etiam perfecta in iocinore ſanguinis elaboratione expectata. At ſi inter initia ob cauſam aliquam ſanguinis detractio prætermiſſa fuerit, vel vltra ſeptimanam eum mittere alienum non eſt, ſi neceſſitas poſtulet,& vires non diſſuadeant.

Quæ in ſanguinis miſſione obſeruanda.

Cæterùm qui venam inciſurus eſt,id habet inſpiciẽdum, nùm multa ſtercoris retentio inteſtina vrgeat. Quod ſi ita deprehenſum eſt, molli clyſtere aluus anteà vacuari debet, ne venæ putridam aliquam excrementorum colluuiem ab inteſtinis attrahant. Iis igitur qui ob morbi neceſſitatem , ſanguinis detractionem requirunt,quouis tempore venã incidemus,ſi particularium duntaxat in febribus acceſſionum vigorem ſeu ſtatum excipiamus.At ſi continens febris extiterit, matutinum omnino tempus magis idoneum eſt. Qui verò nullo morbo vrgente , ſed præcauendi illius gratia ſanguinis vacuationem poſtulant, his ver opportunum eſt.

Tẽpus mittendi ſanguinis.

Porrò in ætatibus vſque ad quartumdecimum annum ſanguis mitti non debet, ſicut etiam poſt ſexageſimum , niſi neceſſitas quædam ineuitabilis huc nos compellat.in ſumma, imbecillis viribus præditi, hanc vacuationem vitabunt. Cæterùm in particulis recens inflammatione tentatis, ex oppoſito inanitionẽ moliri conuenit:in vetuſtioribus,ex propinquo:ſiquidem ex multis corporis partibus ſanguinem mittemus : frequentius autem ex interiori cubiti flexura.

Aetas quæ ſanguinis miſſionem ferre poteſt, quæ non.

Quarũ partium venæ ſecandæ.

Verùm id conſiderandum venit , interiori & alariæ dictæ venæ, per totum arteriam ſubiici, mediæ neruum:ſuperior quæ & Humeraria dicitur,periculi expers eſt.Ac in capitis morbis humerariam incidimus. In his qui infra ceruicem affligunt,alariam:media vtriſque conuenit. Faſcia igitur arcta partem aliquam circa brachij muſculos deligare oportet,& frictione manuum alternãte , repletam venam vſui commodam tranſuerſim per totam ipſius latitudinem ſolam diuidere. Etenim maiores hac plagæ,

ægrè cicatricem admittunt: arctæ nimium inflammationem experiuntur, prçterquàm quòd craſſioris ſucci tranſitum impediant. In quibus autem & ſecundo & tertio die, interim verò & quarto ſanguinem detrahendum eſſe ſperamus, obliquius vena ſecari debet, quò manus inflexu dehiſcens non protinus cicatrice obducatur, ſic enim viſum eſt Antyllo. At quantũ euacuabitur, ex viriũ robore, & morbi magnitudine metiemur. Si humoris copia ſubeſt, & materia efferueſcit, vna vice vſque dũ anima deficiat extrahemus, virtute videlicet robuſta, ſic autem vt æger non ex humoris in ventriculum confluxu deficiat: ob quod etiam multi antè iuſtam vacuationem per initia ſtatim animo deſtituuntur: verùm eius deliquium his vacuati humoris ratione obuenire oportet. Iam verò ſi magnam vacuationem res poſtulet, vires autem ſint inualidæ, diſtribuenda erit inanitio: ac primùm parcius detracto ſanguine denuo idem auferetur: ſi res exigat etiam tertio. Cæterùm vacuare ſolemus corpus vniuerſum nõ modo in Plethorica affectione, [veluti & Galenus tradit, ſed etiã] propter affectus magnitudinem, quanquàm totũ corpus humoribus, videas commoderatum, quemadmodùm in ſanguinis ex naribus, aut alia parte profluuio, quod non copia excitauerit: ac vacuare reuulſorio modo ex oppoſitis cõuenit. Quinetiam in valida inflammatione idem faciendum eſt, ſicut in colicis & renibus calculoſis, lippitudine, & iis quæ tam præcipiti modo vrgent. Nam dolor & partis inflammatæ calor defluxioni præbent occaſionem, licet vniuerſum corpus ſuperfluitatibus careat. Quapropter parcius id tunc faciundum eſt, vacuatione adhibita, quæ potiſſimùm laborantis ætati, & naturæ competere videatur: conſiderato etiam anni tempore, loco, & ægrotantis conſuetudine. Porrò in quibus propè venã quæ diuidetur magna quædam eſt inflammatio, quemadmodùm in Pleuriticis & Iocinoroſis, optimum eſt expectare, dum color ſanguinis, & ſubſtãtia mutetur. Diuerſus autem eſt in inflammatione ſanguis, à naturali: quoniam largius incaleſcens, ſiquidẽ priùs erat crudior, rubicundior, magiſque flauus euadit: ſi autem talis priùs extiterit, in nigrũ aduſtus mutatur. Non tamen ex toto mutationem ipſius expectare conſilium eſt: ſed etiam ante illam nonnunquàm ceſſare conuenit, idque duplici de cauſa, aut ob virium imbecillitatem, quas ſolui ex pulſuum tactu cognoſces: ſunt enim

Quantitas ſanguinis euacuandi.

Animi deliquij cauſæ in venæ ſectione.

Cauſæ aliæ mittẽdi ſanguinis.

[ſed etiam, veluti Gal. tradit.]

Quãdo mittendus ſanguis ad ipſius mutationẽ vſque.

ipſi inæquales vehementia, & magnitudine, vel etiam languidi. & robur fluxionis inclinans imbecilles iam vires notat: vt propter inflammationis malignitatem: nonnunquàm enim nihil remittit, ſed vehementer impacta eſt. At ſi nihil horum obſtiterit, ægérque floridæ ætatis ſit expectanda eſt ſanguinis mutatio, magíſque ſi ambiens aër temperatus fuerit. Si verò ſanguis ante iuſtam vacuationem fuerit ſuppreſſus, id autem accidit aut propter timorem, & animi defectũ, aut ſanguinis grumum, aut violentam conſtrictionẽ, contra ſingula pugnabimus. Animam deficiẽtem, odoratis naribus admotis refocillantes: conſtrictionem, vinculo remiſſo ſoluentes: in grumum coactum ſanguinem, vel olei inſuſione, vel digitorum [fotu] diſſoluentes. Reliqua ſanguinis dimittendi præparatio nulli non cognita eſt: verùm hæc in cubiti venis fieri ſolent. At ex fronte ſanguis detrahetur in capitis doloribus ita: capite fomentis adiuto, faſcia ceruicem vinciemus, digitis ſuper guttur interpoſitis, ne ſuffocatu ægri intereant: repleta iam vena in fronte, acie ſcalpelli diuidetur. Eodem modo etiam circa guttur extantes venæ Sphagitides appellatæ, ob vetuſtam lippitudinem aduerſa ſcalpelli parte ſcindentur, ita vt ſanguis erumpat. Item venas linguæ ſubditas, veluti in anginis, tranſuerſas incidimus, euitantes conſtrictionem. Nonnulli verò in maioribus oculorum angulis venas eminentes, ſicut in longis capitis, vel oculorum morbis ſimilem in modum diuidunt. In quibus internas quoq; narium venas vel mucrone ſcalpelli contundentes, vel quibuſdam aſperis irritantes diſrumpunt. item poſt aures ſitas ob capitis affectus feriunt. Quæ verò poplitem perreptant, in renum cruciatibus aperiuntur. Quæ extremas corporis partes intercurrunt, ſuperiacentibus vinculo exceptis & manuum frictione, & pedum inceſſu repletæ diuidentur. in ſiniſtra quidem manu, cum lien malè habet, venam quæ inter paruum & anularem digitum porrigitur, præcipuè incidemus. cum iecur affligitur, in dextra. Nam extremarum partium inanitio, è longinquo magis facta efficatiorem molitur reuulſionem: in pede, veluti cum coxendicum dolores aut vteri vitia vrgent, eam quæ ſupra interiorem talum eminet, diſſecabimus.

[ἐπιτρίψει, affrictu]

Venæ frontis ſectio.

Iugalariũ ſectio.

Venarum quæ ſub lingua ſunt, et aliarum ſectiones.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Copia verò ipſius. *Vide Galeni commentarium de plenitudine.*

ne: vbi copiam vtramque fuſiſsimè exponit.

At in capitis morbis. *Galenus libro de anatomicis tractationibus quarto in eandem ferè ſententiam habet. In iis, qui infra iugulum afficiuntur, ſiquidem ſanguinem detrahere oportet, principem locum præſidij ratione vena poſsidet, quæ cubiti flexum accedit: ſecundum quæ ad cubitum ipſum defertur: tertium communis: quartum quæ ab humeraria ad flexum cubiti pergit: poſtremum humeraria ipſa. In illis autem quos ſupra iugulum morbus infeſtat, contrà, humeraria primùm: quæ inde ad cubiti flexum porrigitur ſecundum: tertium communis: quartum quæ ab interiori parte flexum adit: quintum, quæ cubitum ipſum.* *Ordo venarum in mittendo ſanguine.*

CORNARII.

✕ *Altera ad continentia ipſum vaſa, quæ in ipſa ſanguinis fuſura ſpectatur, etiam ſi vires citra moleſtiam ipſum ferant. Ex quadum rumpuntur aliquando vaſa, ſanguinis, &c.*

De cucurbitularum vſu. *Cap.* XLI.

CVcurbitulis neque per affectuum initia, neq; cùm corpora ſunt Plethorica, vtemur: ſed iis priùs euacuatis, ✝ cúmq; [nihil particula influit.] Vſus eius eſt mouere aliquid, agitare, & foras extrahere. Leuis itaque cucurbitula inflationes diſcutit, diſtillationes in ſtomachum ſuſpendit, ſanguinem attrahit, & profluentem rurſus ſiſtit, obiectis partibus admota: & quod altè conditum eſt, in ſumma rurſus educit. in totum humores traducit, ſpiritus euacuat. At quæ cum ſcarificatu adhibetur, efficaciorem cauſis perſpiratum præbet, ſenſibiliter ex alto ea quæ nocent eliciens: quippe non modò ſanguinem, ſed alios quoque humores vacuat, præſertim cum flamma ampliore adglutinata. Verùm ſi à carnoſis particulis detractionem moliri ſtatuimus, primùm cutis ſcalpello exaſperanda, deinde cucurbitula imponenda eſt. Sin excarnis magis pars fuerit, leuem priùs cucurbitulam defigemus: vbi in tumorem particula eleuata ſit, ſcarificatu adhibito, rurſus ipſam accommodabimus: & ſi paululùm vacuare cogitamus, vna diuiſio abundè eſt: ſin amplius, plures adhibentur. Item ſi tenuiorem qui continetur ſanguinem acceperimus, ſumma ſcarificari, ſi craſſiorem, alta debēt: quando etiam concretum ex ictu ſanguinem educere animus eſt. Terminus autem moderatæ diuiſionum altitudinis eſt, ſola cutis craſſitudo. Nonnulli inſtrumentum ad hoc excogita-

[nihil amplius inflammatæ parti affluit, ex Galeno] *Leuis cucurbit. quid efficiat.* *Cucurbit. cum ſcarificatu.*

runt tribus ſcalpellis æqualibus ſimul iunctis, vt vnica iniectione tres fierent plagæ: verùm hoc nos inutile putantes ſimplici ſcalpello contenti ſumus. *Cucurbitularum materia.* Alij cucurbitulis vſi ſunt vitreis, vt ſanguinis qui vacuatur mẽſura in extractione pelluceſcat: verùm æneæ cum maiorem ſuſtineant flammam, multò ſunt efficaciores vitreis, quæ facilè dirumpuntur. Quinetiam quæ ex cornibus, ore ſugentes trahunt, minus quidem inaniunt, non autem ſiccant, quemadmodùm quæ cum flamma ſi opus fuerit, adhibentur. Cæterùm cùm admoturi ſumus cucurbitulam, particulæ in rectum figuratæ ex latere hanc defigemus. Si enim iacentibus ipſis ſuper[z] linamentum ex lucerna ſimul cum flamma inducamus, in cutem decidens illa, grauiter adurit, vſu hoc non poſtulante. Eſt cùm cucurbitulæ magnitudo ſubiectæ parti adæquabitur, eáque de cauſa permultùm cucurbitulæ & paruitate & magnitudine differunt, quemadmodùm etiam collo prolixiores & ſpatio inferiori latiores aliis efficaciùs extrahunt. Cauendum autem ne prope mamillas cucurbitula applicetur: nam illapſæ cucurbitulis nonnunquàm mammæ & inturgeſcentes vehementer, haud facilè ipſas relinquunt, atque tunc ſpongias ex calida cucurbitulis circundare oportet, ſic enim remittuntur: ſin minus hoc modo fuerint laxatæ, perforari ipſas ratio eſt.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Leuis cucurbitula. Leuis itaque Cucurbitula. *Dicitur leuis cucurbitula, quæ ſine ſcarificatu, & flamma imponitur. vide Galenum in libello de hirudinibus, reuulſione, cucurbitula, ſcarificatu.*

Alij cucurbitulis vſi ſunt vitreis. *Celſus duo genera cucurbitularum ponit, æneum, & corneum, quanquàm ex aliis quoque materiæ generibus fieri doceat. ac ſi cætera defecerunt caliculus quoque pultarius oris compreſſioris ei rei commodè aptatur.* *Genera cucurbitularũ*

CORNARII.

y *Et nihil amplius influit parti, & opus fuerit aliquid mouere. Græca ſic legito.* καὶ μηκέτι ἐπιῤῥέει μηδὲν τῷ μορίῳ, καὶ χρεία γένηται κινῆσαί τι.

z *Funiculum lucernarium supernè admouerimus, vnà cum flamma in cutem.*

Quomodo alæ adurantur. Cap. XLII.

HVmeri articulo luxato in nonnullis caput frequenter & continuè excidit, vel humiditatis ſuperantis vitio, vel quòd

quòd continuæ luxationi opportunus locus euaſerit, quando ad vſtionem deſcendere oportet. Proinde ægro, aut ſupino, aut in ſanum latus inclinato, interiorem alæ cutem quà potiſſimùm articulus excidit, duobus ſiniſtræ manus digitis,[a] vel hamulis tenuibus & oblongis eleuatam, candenti ferro adurere oportet, quouſque ferramentum ex aduerſo inflexum vno impreſſu duas cruſtas excitarit, & ſi magnum intercedens harum ſpatium fuerit, mucrone ſcalpelli per ipſas traiecto aliam in medio cruſtam faciemus, adurentes vſque dum ferramẽtum vrens ſcalpello inciderit. Item alias duas [Hippocrates] iuxta vtriuſque dictæ mediam fieri conſulit, [æquali illis ſpatio] diſtantes quadrangulæ figuræ modo. Altius autem cute non penetrabimus, quòd nerui, glandulæ, ac aliæ particulæ quæ inflammationem difficultatémque functionum excitare poſſint, ſubiecta ſint: curari verò aduſta debent porro cum ſale trito & impoſito, tum aliis præſidiis ad cruſtas inſcriptis, poſteà manu operandum cautè erit.

[Hæc non leguntur in Hippocr. lib. 1. de articulis, id quod exemplaria noſtra mutila eſſe oſtẽdit.]

[æquali ab illis duabus ſupradictis ſpatio]

ANNOTAT. ANDERNACI.

Hippocrates. *Libro de Articulis de ala mentionem facit. non autem certè altius ferrum adigi præcipit, quod nerui, venæ & arteriæ ſubſint, quæ calorem iſtum ex ferramento tolerare nequeunt.*

CORNARII.

a aut volſella diſtendere, & tenuibus ac oblongis ignitis cauteriis perurere, ita vt ex cauterio quod in aduerſam partem pertrudi poteſt, per vnam aggreſſionem duæ cruſtæ fiant. Græca ſic legito: ἄχεις οὗ κατὰ τὸ καυτήριον ἀντι παρωτὸν κατὰ τὴν μίαν ἐπιβολὴν δύο ἐσχάρας γενέσθαι. *Verùm hæc fuſiùs & clariùs tractantur ab Hipp. in lib.* περὶ ἄρθρων.

De adnatis digitis & ſexto digito. Cap. XLIII.

Digitorum adnatorum differentiæ & præciſiones.

ADnaſcuntur digiti in manu nunc propè [maiores digitos,] nunc propè [exiguos:] rarò autem viſi ſunt iuxta aliorum aliquem. Eorum verò qui adnaſcuntur, alij per totum carnoſi ſunt, alij oſſa in ſe continent, nonnunquam & vngues. Oſſa habentium, hi ab articulo procedunt, cuius commiſſuram [alteri digito communicant,] illi ex naturalium [digitorum fiſſura] oriuntur: atque huiuſmodi perpe-

[pollicem]

[minimũ]

[cum altero digito communem habent]

[digitorum internodiis]

tuò ſunt immobiles: reliqui mouentur nonnunquam. Carnoſorum expedita eſt præciſio. nam ſcalpello quod ſuperuacuum eſt in totum tollimus. Eorum qui ab articulo prodeunt, difficilior eſt tractatio. illis qui à digitorum [fiſſura] originem traxerunt, primùm caro orbiculatim vſque ad os excinditur, ipſumque os exciſum aut [eraſum] aufertur. Cæterùm inter curandum radimus ipſa, & cicatrice obducimus, quemadmodum etiam in oſſium vulneribus declaratum eſt.

[internodiis]

[ſerra exectum]

Quomodo purulentis aduſtio adhibenda. *Cap.* XLIIII.

VStio efficaciſſimum purulentis præſidium inuentum eſt. [b] Conuenit igitur [ferro candenti cruſtas excitare] [vnam inter clauiculæ compagem cute ſurſum educta.] duas autem exiguas iuxta mentum, ſic vt ab arteriis quæ Carotides appellantur, recedatur. Duas item ſub mamillis ampliores inter tertiam quartámque coſtam, alias duas inter quintam & ſextam paulùm in poſteriora ſpectantes: aliam, per medium pectus: rurſus aliam ſupra os ventriculi, tres poſterius, per medium dorſum vnam, vtroque ſpinæ latere duas, quæ in dorſo factam cruſtam excedant non admodùm extantes. Alij, vt tradit etiam Leonides, ferro mucronato candenti per medium coſtæ ſpatium vbi abſceſſus eſt, adacto, vſque ad pus vſtionem moliti ſunt. Nonnulli etiam hos curare auſi ſunt, tranſuerſa linea inter quintam & ſextam coſtam ducta, & cute paululum obliquè diuiſa, deinde ſic ſcalpello membrana quæ coſtas ſuccingit perforata, pus excreuerunt. Atq; hi cum illis qui ferro vſque ad imum adurunt, aut ſtatim mortem inferunt, vitali ſpiritu cōfertim vnà cum pure euacuato, aut fiſtulas reddunt inſanabiles.

[radice Ariſtolochiæ longæ oleo ferueti immerſa plures cruſtas, perinde ac igne admoto excitare]

[Ex Aetio cap. 57. lib. 4. Sect. 2. legendũ, vnã vtrinque, iuxta clauicularũ commiſſurã cute ſurſum ducta]

ANNOTAT. ANDERNACI.

Conuenit igitur. *Græcus codex planè peregrinam habet lectionem: quid enim ſibi vult ariſtolochiæ mentionem facere, vbi ferramento cruſtæ excidendæ ſunt. Habet autem in hunc modum:* δεῖ οὖν τῆς μακρᾶς ἀριστολοχίας τὴν ῥίζαν ἐλαίῳ δεύσαντας ἐντιθέναι αὐτοῖς πεπυρακτωμένας τὰς ἐσχάρας. *hoc eſt, conuenit igitur longæ ariſtolochiæ radicis oleo imbuta imponere ipſis cruſtas ignitas. Mihi autem legendum videtur:* δεῖ οὖν αὐτοῖς καυτηρίοις πεπυρακτωμένοις τὰς ἐσχάρας ἐντιθέναι, *vt nos vertimus.*

CORNARII.

b *Oportet igitur ariſtolochiæ longæ radicem oleo imbutam, ipſis per ignita*

ignita cauteria vſtis, in cruſtas indere. Græca ſic legenda puto, ita tamen, vt non grauatim cedamus meliori ſententiæ. δεῖ οὖν τῆς μακρᾶς ἀριστολοχίας τὴν ῥίζαν ἐλαίῳ δεύσαντας ἐντιθέναι καυθεῖσι τοῖς πεπυρακτωμένοις καυτηρίοις εἰς τὰς ἐσχάρας. *Videtur autem ariſtolochiæ lõgæ radicem oleo imbutã in cruſtas propterea indere, vt & inuſtas cruſtas mitiget oleum, & ipſa radix ſua partium tenuitate, & vi exterſoria pus attractum extergeat. Non enim cruſtas ita inuri vult, vt penitus penetrent.*

De Cancro. Cap. XLV.

CAncer, tumor eſt inęqualis, oris prętumidis, aſpectu [teter,] liuidus, & [indolens,] interim ſine vlcere, quem Hippocrates latentem nominauit: is ſi curetur, peior euadit, interim exulceratus: nam cùm ex atra bile ducat originem, magna parte [eroditur.] Pluribus † quidem corporis partibus accidit, præcipuè fœminarum locis, & mammis, [quæ venas vndiquaque turgidas habent,] quemadmodum cancer animal, pedes, vnde etiam nomen ſortitus eſt. Quæ igitur per medicamenta curatio adhibetur, quarto volumine abundè explicata eſt: eius autem cancri qui vuluam infeſtat, tertio. Quoniam verò partes putrefactæ, aut quæ (vt ſimpliciter dicam) naturæ modum exceſſerunt, ablationem ſui poſtulant: cancris autem vuluæ manus opera nec poteſt, nec vtile eſt admoueri: eorum qui exteriora infeſtant, præcipuè mammas curandi adminiſtrationem trademus.

Cãcer quid.
[fœdus]
[dolorẽ excitans]
[erodit]
† Quas partes occupet.
[venas porrò vndiquaque turgidas habet]

Quidam enim totam partem viciatam ferramentis candentibus abſumunt: alij totam mammam præciſam adurunt. Galenus ſolam adminiſtrationem quæ per ſectionem fit recipiens, hoc modo ſcribit: Si quando cancrum [ſcalpello] curare audebis, incepiſſe vacuationem [à melancholici humoris] purgatione oportebit, vbi iam totum quod vitiatum eſt exactè præcideris, ſic vt nulla radix ſuperſit, ſanguinem effluere ſinito, nec celerius eum cohibebis, verùm etiam premendo vicinas venas, craſſiorem ex ipſis ſanguinem exprimes: deinde aliorum vlcerum modo curabis. Hęc quidem Galenus memoriæ prodidit. Reliqua verò maligna putridaque vlcera nempe Phagedænas, Gangrænas, & conſimilia eodem tractare modo debes.

Curatio cancri exterioris.
[chirurgia]
[ab atræ bilis]

ANNOTAT. ANDERNACI.

Galenus ſolam adminiſtrationem. *Libro quartodecimo Methodi hęc ad verbum inuenies.*

CORN.

CORNARII.

e *Habet autem & venas vndiquaque extentas, velut animal canc er pedes.*

De iis quibus mammæ fœminarum modo inturgeſcunt.

Cap. XLVI.

QVemadmodum fœminis, ita maſculis quoque pubertatis tempore, mamillæ modicè inflantur, ſed pleriſq; rurſus ſubſidunt, in nonnullis ſumpto initio creſcunt pinguedine ſubnaſcente. Cùm itaque indecora hæc corporis figura muliebris habitudinis notam repræſentet, digna eſt cui manus admoueatur. Lunata per imam mamillæ partem linea ducitur cute detracta, ademptáque pinguedine, ſuturis [*infernis*] committetur. At ſi fortè mamilla partibus [ipſius] ob magnitudinem ad ima, vt in mulieribus, inclinauerit, lunatas duas plagas in extremis inuicem coëuntes inſeremus, vt minor à maiore comprehendatur. Cute quæ intercedit cum [*inſcienter minus iuſto*] pinguedine adempta, ſimiliter ſuturis vtemur. At ſi [aberrantes minus] exciderimus, tunc eo quod ſupereſt rurſus adempto, ſuturas iniiciemus, & medicamentum cruentis idoneum accommodabimus.

Quomodo Iecur aduratur. *Cap.* XLVII.

Dignotio abſceſſus in hepatis carne, vel eius membrana.

SI dolor cum grauitate iis oboriatur quibus iecur vomica laborat, carnea ipſa ſubſtantia vitiata oſtenditur. Si acutus dolor magis vrgeat, puris in tunica collectio: adurere hoc modo oportet. ferrum candens mucrone tenui, paulò ſupra inguen quà iecur deſinit, iniicitur, vt cruſtam vnam excitet: Vbi verò totam cutem aduſſerit, & vſque ad tunicam penetrauerit, pus excernetur. Ab euacuatione Phacomelite, hoc eſt, lenticula melle addito vtemur, tum iis quæ mulſa & ſpeciebus ad carnem creandam componuntur: poſteà verò etiam cicatricem ducentibus.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Vomica in pectore.

Vomica laborat. *Græcè eſt* ἀφιστάμενον, *quaſi dicas, abſcedens. Celſus de vſtione iecoris agens, dicit: ſi verò iecur vomica laborat, eadem facienda ſunt, quæ in cæteris interioribus ſuppurationibus: quidam etiam contrà id ſcalpello aperiunt, ipſam vomicam adurunt.*

Quomodo Lien aduratur. *Cap.* XLVIII.

CVtis quæ lieni incumbit, hamo eleuata, oblongo ferro candenti per totum ipſa aduretur, vt vnico impreſſu duæ fiant cruſtæ, ídque faciemus ter, quò omnes cruſtas numero

mero ſex habeas. Marcellus autem tridente, quam Triænam Græci dicunt, aut tridenti ſimili ferramento vtens, [d] vno adactu crustas excitauit.

ANNOTAT. CORNARII.

d *Vna aggreßione ſex cruſtas inurebat. Græca corruptè ſic leguntur: τῇ μίᾳ προσβολῇ τὰς ἐσχάρας ἐργάζεται. Deeſt enim numerus inducendarum cruſtarum, atque is non ternarius, ſed ſenarius. Marcellus enim per tridentem ſex cruſtas inurebat, tres per cutem, tres in ſplenem: ſicut per ſimplex cauterium duæ cruſtæ inducuntur, vna in cutem, altera in ſplenem. Legendum igitur: τῇ μίᾳ προσβολῇ τὰς ϛ. ἐσχάρας εἰργάζετο.*

Quomodo Stomachus aduratur. Cap. XLIX.

IN longis Stomachi defluxionibus, recentiores vſi ſunt aduſtione. Alij ferramentis candentibus mucronatis tres cruſtas moliuntur, vnam iuxta cartilaginem quæ ab enſis figura Græcis vocatur Xiphoides: alias duas inferius trianguli figura, altas vt cutem [diuidant.] Alij vnam duntaxat adhibent ampliorem ſupra ipſum os ventriculi. Sunt qui ne ferro quidem vrant, ſed Iſcis appellatis: ſunt autem hæ ſpongioſa quædam corpora in quercubus [e] & corylis naſcentia, barbaris magis vſitata. permittunt autem vulnera ſine cicatrice diu manere, imò etiam magis [adhuc diuidunt,] vt maiore per ipſa [difflatu] os ventriculi ab influxionibus immune permaneat. *[totam penetrent]* *Iſcæ quid ſint.* *[augent]* *[humoris diſcußione]*

ANNOT. CORNARII.

e *& nucum regiarum arboribus.*

Quomodo aqua Hydropicis emittatur. Cap. L.

QVomodo aqua intercus contrahatur, quot ſint ipſius differentiæ, quæ cauſa, quæ notæ, quódque remedium, tertio volumine ſumus executi: vbi & demonſtratum eſt, illud ſolum aquæ inter cutem genus, quo veluti in vtrem aqua colligitur, Aſcitem dicunt, manus operam poſtulare. Atque eam hoc loco explicabimus. Itaque rectus homo ſtatuitur, ſin minus, in ſedili collocatur: ſi ne hoc quidem fieri poteſt, attingi non debet, cùm adeò ſit inualidus. Stante recto homine, miniſtris retrò aſſiſtentibus iubebimus, vt tumorem ad pubem digitis premant, depellántque. Nos aculeo, aut ſcalpello quo vena inciditur, ſi ex partibus iuxta inteſtina ſitis originem contraxerit, directè ſub vmbilico tribus digitis interpoſitis imum abdomen aduſque tenuem membra *Aſcites chirurgia quomodo curetur.*

membranam quæ peritonæos vocatur, diuidemus. Sin autem primario iecoris affectui malum fertur acceptum, à ſiniſteriore vmbilici parte diſſecabimus. ſi à liene vitium trahit originem, in dextra. non enim in illa parte ſectionem moliemur, in quam decumbent. Ac cute quæ ſuperiacet acie inſtrumenti excoriata, membranam quæ finit abdomen, peritonæos vocatur, diuidemus, quouſque ſcalpellum ad vacuam vſque regionem penetrauerit. Deinde per foramen abdominis, & peritonæi, æneam fiſtulam ſcriptoris calamis acie ſimilem demittemus, & per hanc humor effundendus eſt pro cuiuſque virium ratione, quam ex pulſus tactu de-
Non ſubitò vacuandus humor. prehendemus. Deinde exempta fiſtula, humor ſiſti debet. ſiſtetur autem ſtatim cùm diuiſio ipſa alternatim ſit facta. At nos ſecuritatis gratia linamentum tortile per ſolam abdominis diuiſionem dimittimus, ægro recumbente recreatóque, per inſequentem diem rurſus momentum humoris quantùm virtus exigit fiſtula euacuabimus, atque ita deinceps faciundum eſt, quouſque minimum humoris ſuperſit, ita tamen, vt vbique ſubitam cumulatámque vacuationem vitemus, multis ſiquidem imperitè manum admoliti vnà cum humore vitali etiam ſpiritu vacuato ſubitò hominem iugularunt: qui verò ſecurius rem agunt, modico humore educto, vt virtus magno leuaretur pondere, reliquum medicamentis aquam ducentibus arena, ſole, ſiti, & cibis deſiccantibus conſumpſerunt. Iam verò vſtione ſuper ſtomachũ, iecur, lienem, imum ventrem & vmbilicum vſi ſunt, quinq; cruſtas adhibentes. Alij ferro tenui candenti: alij Iſcis nuncupatis, aut aliquo ex alia huiuſmodi materia, & pleriq; hac curandi ratione magis conſanuerunt, interim nullam in totum compunctionem (quam Paracenteſin vocant) experti.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Aſcites. Quo veluti in vtrem aqua colligitur. *Hoc eſt, ſi aſcites hydrops eſt. Nam ἀσκὸς vtrem ſignat. Auicenna adminiſtrationem ex Paulo ſumpſit.*

Imum abdomen adusque tenuem. *Sic reddidi ὑπογάστριον, quod ad verbum ſonat imum ventrem. Sed abdomen imum ex Celſo ſumpſi, nam exterior ventris pars eſt, abdomen. fortè ἐπιγάστριον legendum eſt, vt in ſequentibus, χαλκοῦν καλαμίσκον διὰ τῆς τοῦ ἐπιγαστρίου καὶ τῆς τοῦ περιτοναίου διαιρέσεως καθιοῦμεν.*

De Vmb

De Vmbilico prominente. *Cap.* LI.

VMbilicus indecorè prominere ſolet, quod vitium Græcè Exomphalon dicitur, interim [membrana quę abdomen finit, peritonæum appellaui, illic dirupta,] ac procidente, aut omento, aut inteſtino, interim colluuie [otioſi] humoris ſub vmbilico contracta: interim verò carne ſubnata, aliquando ſanguine irrumpente propter venæ aut arteriæ rupturam, vt in Aneuryſmatis, interdum non ſanguine, verùm ſpiritu ſolum irruente. Si igitur omentum prociderit, circa vmbilicum tumor concolor, mollis tactu, indolens & inæqualis apparet. Si inteſtinum prolapſum eſt, præter commemorata, etiam inæqualis magis tumor eſt, & digitis impreſſis cedit, euaneſcitque, nonnunquam ſtrepitum elidens, balneis, [& diſtentionibus] magis increſcit. At ſi humor collectus eſt, mollis ſimiliter tumor apparet: preſſus autem non cedit, neque decreſcit, neque tamen augetur.[f] Quòd ſi autem accedat ſuperioribus ſignis, vt tumor ſit liuidior, carnêque ſubnata durior, etiam tactui renitetur, & eadem in magnitudine manet. Si ex inflatione eminet, tumor mollis ad tactum ſubſequetur, qui digitorum impulſu ſonum quēdam reddit, & preſſus aboletur. Hunc in modum [curabitur.] erecto homini iubemus, vt ſpiritum contineat, quò in omnem partem diſtendatur: deinde omnem vmbilici excreſcentiam orbiculatim atramento ſcriptorio notabimus, reſupinatoque homine ſcalpello tumorem, quà nota atramenti eſt exaſperabimus: deinde medium hamo eleuatum, lino aut neruo qua exaſperatio eſt, circum aſtringemus (hoc enim pacto continebitur ne deuoluatur) [anſulam ſupra deligaturam ponentes,] poſteà tumore quem conſtrinximus iuxta verticem adaperto digitum indicem demittemus, tentabimúſque diligenter num inteſtini [implexus,] aut pars omenti ſimul fuerit conſtricta. Ac ſiquidem inteſtinum fuerit conſtrictum, laxata funiculi anſula, id introrſum pellemus: ſi verò omentum ſit, eo [retracto,] quod ſuperuacuum eſt amputabimus, vaſe [quod] (vt veriſimile eſt) [coincidit] lino deligato:[g] mox accipientes duas acus ſimplex linum ducentes, iuxta hiatum per inciſionem cutis factam traiectamus, & anſulis linorum præciſis, quemadmodum in Aneuryſmate dictum eſt, [ex quatuor initiis] conſtrictionem moliemur. Vbi corpora lino deuincta computruerint exciderintque

Cauſæ prolapſus vmbilici.
[peritonæo rupto]
[ſuperuacui]
Signa.
[& vehementi membrorum cōtētione. Alij, ventris diſtenſione quæ fit compreſſo flatu]
Curatio.
[chirurgia fit]
Nodus anſatus.
[anſula ligaturā colligentes]
[voluta]
[protracto]
[ſi quod]
[occurrit]
[quatuor filorum extremis.]

deríntque, medicamentis in linteola illitis curatio abſoluetur, ſi cauam magis cicatricem fieri ſemper cupiamus. Hæc quidem ad omenti, aut inteſtini affectum pertinent. At ſi caro, aut humor, aut ſanguis vitium crearit, tumoris medio [circulatim] præciſo: deinde eo quod [incumbit] extra peritonæum ſublato, curationem carni generandæ dicatam tentabimus. Porrò ſi vmbilicus emineat, aut ex [vaſorum dilatatione,] aut ſpiritu intercluſo, attingi non debet, quemadmodum [etiam Aneuryſmata.]

[in orbem] *[imminet]* *[Aneuryſmate]* *[nec etiam cætera Aneuryſmata]*

ANNOTAT. CORNARII.

f *Si verò ſanguis ad prædicta ſigna, tumor etiam liuidior fuerit: Carne verò ſubter enata, durior & renitens erit tumor. Græca ſic diſtinguenda & legenda:* ἢν δὲ αἷμα, πρὸς τοῖς εἰρημένοις σημείοις καὶ πελιδνότερος ὁ ὄγκος. σαρκὸς δὲ ὑποτραφείσης, σκληρότερος καὶ ἀντίτυπος ὁ ὄγκος ἔσται.

g *Poſtea acceptis duabus acubus ſimplex filum ducentibus, iuxta Chiaſmum, hoc eſt ad literæ Græcæ.* χ. *figuram ipſas per fractam ſcarificationem tranſmittemus. Et diſſectis filorum anſati nodi ſinibus, velut in, &c.* χιασμὸς *dicitur Græcis eadem ratione qua Decuſſatio Latinis, quum duæ lineæ obliquæ in decuſſes per medium ſeſe ſecantes ducuntur. Et* χιασμὸς *quidem vocatur, quòd literam Græcam.* χ. *figura eius repreſentet. Decuſſatio verò quod denarij numeri nota litera Latina.* X. *eandem referat.*

De Peritonæo, hoc eſt, interiore abdominis membrana conuulnerata: item de inteſtini, aut omenti procidentia. vbi etiam tractatur, quomodo ventris vulnera ſarciantur ex commentariis Galeni.

Cap. LII.

Si inteſtinũ prolapſum remitti nequeat.

QVomodo Peritonæi, hoc eſt, interioris abdominis mẽbranæ vulnera optimè queas manu curare, deinceps venit conſiderandum. [Si igitur] paruum adeò vulnus extiterit, vt inflatum iam quod procidit inteſtinum [remittere non liceat:] neceſſarium eſt, aut flatum elicere, aut vulnus ampliare. Satius autem fuerit meo iudicio quod prius dixi agere, ſi modò id conſequi poſſis. At qua magis ratione id conſequare, quàm ſi cauſam vnde inteſtinum infletur, è medio ſuſtuleris? Quæ igitur ea eſt? nimirùm, ambientis nos aëris refrigeratio: quare etiam remedium ex calore petetur. Itaque ſpongia molli aqua calida madenti, mox expreſſa caleſace

[Hæc Gal. lib. 6. meth. cap. 5.] *[contrahi nequeat]*

leſacere inteſtinum oportet. Præparetur autē intereà vinum auſterum calidum, etenim hoc magis quàm aqua calefacit, ac robur inteſtino adiicit. At ſi per hæc inteſtini inflatio non ceſſerit, tanta peritonæi pars incidi debet, quanta id quod excidit, opus habet. Idonea verò ad eiuſmodi ſectionem habentur ſcalpella [recta quæ Græci Syringotoma vocant, id eſt, quæ ad fiſtulas incidendas ſunt accommodata.] Figura autem laboranti appoſita fuerit, cum in inferiori parte vulnus factum eſt, ſi ſurſum vergat: cum in ſuperioribus, ſi deorſum, & ſi in dextris vulnus ſit, in contrariam partem corpus [incumbet,] ſi in ſiniſtris, in dextram, atque hoc tum magnis, tum exiguis vulneribus commune eſt. Cæterùm cùm inteſtina in proprium reponi locum debent, ex magno vulnere collapſa miniſtro dextro opus eſt: oportet enim ipſum, vbi manibus ſuis totum vulnus à foris apprehenderit, intrò repellere, conſtringere, ac exiguum ſemper ſuenti denudare: quientiam id quod conſutum eſt, mediocriter comprimere, quoad totum exactè perſuatur. Porrò quæ idonea ſuendi abdominis ratio exiſtat, deinceps dicamus. Quoniam coire abdomen cum peritonæo conueniet, incipiendum quidem à cute eſt, atque ab externo introrſus acus demittitur: vbi iam & cutem, & rectum muſculum totum tranſierit, [præterito] quod ei adiacet peritonæo, per [reliquam] huius partem eam ab interno extrorſum, atque inde per reliquum abdomen traiectabis: vbi hoc penitus pertranſierit, rurſus ab externo introrſum, idem abdomen perforandum eſt: mox vbi [peritonæum] quod illi quoque adiacet [præterieris, &] ad oppoſitum perueneris, id quoque ab interno extrorſum perpungi, vnáque cum eo totum ipſi cohærens abdomen debet. Deinde ab hoc rurſus incipiendum, atque id cum oppoſito peritonæo conſuendū. Ac rurſus vicina etiam cute traiecta, iterum ab ea parte acus introrſum eſt iniicienda, conſuendúmque id cum oppoſito peritonæo, inibi quoque vicina cute tranſmiſſa: atque hæc iterum iterúmque facienda ſunt, quoad totum vulnus ſimiliter conſuerimus. Interuallum verò ſuturarum quod ad compeſcēda ea quæ ſubſunt, pertinet, breuiſſimum eſſe poſtulat. Quod autem ad firmitatem requiritur, inter ſuturas, cutis ne [alibi] rumpatur, vtile breue non eſt. quare vitato vtriuſque exceſſu, eligenda mediocritas eſt. Iam hoc quoque omnium vlcerum com-

[quæ Græci Syringotoma recta vocant, fiſtulis concluſa]

[vt incumbat]

Quomodo inteſtinum in magnis vulneribus reponendū.

[intacto]

[oppoſitam]

[peritonæo]

[præterito]

[alicubi]

mune quodammodo eſt, ſicuti etiam ipſius quo ſuuntur fili [ratio.] Quod enim durius eſt, cutem rumpet: quod mollius, confeſtim ipſum rumpitur. pari modo ſi proximè oras ſummas acum [tranſegerit,] quod reliquum eſt cutis, quoniam minimum eſt, dum violenter adducitur, rumpi cogitur. Sin plurimum ab iis receſſeris, non parum cutis inglutinatum relinquetur. Hæc licet omnium ſint vlcerum communia, maximè tamen ſeruanda in abdomine ſuendo arbitror. Porrò ipſum abdomen, aut quemadmodum eſt expoſitum, conſuetur, huc diligentia adhibita; vt peritonæum abdomini coaleſcere poſſit: [quod vix ſperare audeas,] cùm neruoſum exiſtat: aut ſicuti quidam factitant, [qui] quæ cognatæ naturæ ſunt, [ea committunt,] vtpotè peritonæum peritonæo, abdomen abdomini. Id autem fiet in eum modum. A vicino nobis abdomine incipitur, atque ab externo introrſum per id ſolum acus traiectatur. [poſt præteritis] vtriſque peritonæi labris, [ex] obiecta parte à foris introrſum [per vtrunque eius labrum acus reuocatur: dein hæc rurſus reducitur, atque ab] interioribus foràs per aduerſum abdomen tranſmittitur. Hic modus à communi, & ex prompto, quo nimirum vno adactu per quatuor labra acus traiicitur, id differt, quòd peritonæum totum intra abdomen prorſus recondit. Cæterùm medicamenta adhæc idonea, materiæ illius eſſe debent, cuius ſunt ea quæ cruentis iniiciuntur. Vt autem nulla pars principalior conſortij lege doleat, lanam conuenit mollem oleo mediocriter calido imbutam toti, quod inter inguina & axillas eſt, circũdare. Præſtiterit autem ſi per clyſterem inteſtinis [aliud ſimile] infundas. Si verò [nonnihil in ipſis quoq; inteſtinis] conuulneratum ſit quod iniicietur, vinum nigrum, auſterum & tepens erit, eóque magis ſi totum vſque ad interiorem meatum pertuſum ſit. Facilè igitur curationem recipiunt inteſtina craſſa: ſecus habent tenuia: ieiunum verò [omnibus] inſanabile eſt, tum propter vaſorum magnitudinem multitudinémque, tum quòd tunica eius prætenuis neruoſáque exiſtat, accedit huc quod etiam bilem ſynceram totam recipiat: adde quòd omnium maximè iecori vicinum habeatur. Ventriculi porrò imæ partes carnoſæ vlceratæ curari cum fiducia debent, ſiquidem fieri poteſt vt res bene ſuccedat, non ſolùm quod hæ craſſiores ſint, ſed etiam quòd ſedes medicamentis quæ

illas

[cõſiſtẽtia]
[tranſegeris]
[vix enim ſecum coaleſcit]
[vt]
[coniungãtur]
[intactu]
[Poſt ex]
[per vicinũ epigaſtriũ, & vtrunque peritonæi labrum acus reuocatur, atque ab]
[hoc ipſum]
[inteſtinum aliquod]
Quæ inteſtina vulnerata curari poſſint, quæ minimè.
[prorſus]
Ventriculi pars ima curabilis.

illas curabunt, [adhibendis] in eo loco eſt accommoda. [h] At [vlcerum quæ os] & gulam infeſtant, ſolo tranſitu medicamenta attingunt: quæ autem [orificium ipſius obſident, ij] ſenſus quoque [in illo] acutus ſanationi aduerſatur. Cùm autem peritonæo rupto omentum prolapſum aut liueſcat aut nigruerit, fune exceptum [antequam nigreſcat,] ne ſanguis profundatur, præcidere conuenit id quod poſt vinculum habetur, [i] atque vt in extremo inferiori iam commemoratæ abdominis ſuturæ vinculi fines pendeant, curabimus, quò ſcilicet facilè eos [cum ex vulnere ſuppurante eructentur,] eximamus.

[*excipiendis*] [*vulnera quæ os ventriculi*] [*in ore ventriculi ſunt*] [*in illa parte*] [*ſupra eam partem quæ nigreſcit*] [*cum vulnere ſuppurãte putruerint ac deciderint*]

ANNOTAT. ANDERNACI.

Quomodo peritonæi. *Hoc caput ex ſexto medendi Methodi libro ſumptum eſt: verùm in codice Græco, mirùm quàm mutilum & deprauatum.*

Quare etiam remedium. *Lege in codice Græco* ὥστε καὶ ἡ ἴασις ἐν τῷ θερμῆναι.

Mox expreſſa calefacere. *Fac* ἐκθερμῆναι τούτῳ τὸ ἔντερον.

Quæ Græci Syringotoma. *muta in* τὰ καλούμενα ὀρθὰ συριγγότομα.

Figura autem laboranti. *Adde in Græco dictionem hoc pacto* ἐπιτήδειον δὲ σχῆμα τῷ κάμνοντι.

Cum in ſuperioribus deorſum. *Deeſt in græco,* πρὸς δὲ τοῖς ἄνω, κατάῤῥοπον.

Quoad totum exactè perſuatur. *Deeſt aliquid. Legẽdum enim* ἄχρι περ ἂν ὅλον ἀκριβῶς ῥαφῇ.

Inde per reliquum abdomen. *Fac ex* διαπείρειν τὸ ἔντερον ἐπιγάστριον *hoc,* διαπείρειν τὸ ἔτερον ἐπιγάστριον.

Deinde ab hoc rurſus. *Hìc multa deſiderantur planè neceſſaria quæ ſuperioribus adiiciantur, ne quis compendij cauſa ab ipſo Paulo prætermiſſa cenſeat. Sic igitur ex Galeno inſtaurari debent.* εἶτ' αὖθις ἀπὸ τούτου πάλιν ἀρξάμενος συῤῥάπτειν αὐτῷ τῷ ἀντικειμένῳ περιτοναίῳ. κἄπειτα διεκβάλλειν διὰ τοῦ πλησίον δέρματος. ἐκεῖθεν δ' αὖ πάλιν εἴσω διείρειν, συῤῥάπτοντας αὐτὸ τῷ ἀντικειμένῳ περιτοναίῳ διεκβάλλοντάς τε διὰ τοῦ πλησίον δέρματος, εἶτα, &c.

Pari modo ſi proxime oras. *Legendum eſt* οὕτω δὲ καὶ τὸ μὴ ἐγγυτάτω.

Id autem fiet in eum modum. *Fac* ἔσαι δὲ τοῦτο κατὰ τὸν δεύτερον τρόπον. *Quid enim ſibi vult* ἔσω δὲ τοῦτο κάτω. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον.

CORNARII.

b *At verò vulnera in ore ipſius ventriculi ac ſtomachi tranſitu ſolum medicamenta contingunt. Sed & his quæ in ore ipſius ſunt ſenſus ſubtilitas aduerſatur, quominus curentur.*

i *Ita vt ad infernum finem conſutionis, laquei initia foras propendeant, quò facile, &c.*

Ad tegendam glandem colis ſi nuda eſt. Cap. LIII.

Duplex chirurgiæ modus ad tegēdam glandem.

[præputiū in orbem]

IN quibus glans colis penuria cutis non contegitur, aliqui indecori gratia duplicem adminiſtrationis modum excogitarunt, nunc in ſuperiore colis initio cutem orbiculatim ſecantes, vt facto ipſius diuortio, inferior cutis attrahatur, donec glans occultetur: nunc ſubtus interiorem cutem à glandis radice ſcalpello excoriantes, inde inferiorem trahentes, mox linteo quodam molli [ambiens præputium] deligantes, ita vt linteolum aliquod quà cutis excoriata eſt, interponatur, ne præputium cum glande coaleſcat. Hunc modum Antyllus magis recipit, longiore ipſum oratione exponens. Nos autem ſummatim dixiſſe contenti ſumus, quoniam raro inter artis opera huiuſmodi adminiſtratio requiritur, tum quòd affectus nullam muniis obeundis difficultatem pariat, tum quòd neq; tantum indecori afferat, k vt hac magis inquiſitionem aliquam ex chirurgia deligas.

ANNOTAT. CORNARII.

k *Vt huius chirurgiæ tormentum ſubire quis ſuſtineat. Pro* ἐρεῖσθαι βάλανον *legito* αἱρεῖσθαι βάσανον.

Quomodo glans penis contecta aperiri poßit: vitium dicitur Hypoſpadiæon. Cap. LIIII.

[glandis figura abſoluitur]

PLeriſque glans ab origine non perforata eſt: verùm ſub cane appellato quà [glans ſuſpenſa eſt] foramen habetur: vnde neque vrinam facere anterius poſſunt, niſi particulam verſus imam ventris regionem, admodùm inclinent, neque liberis dare operam, cùm ſemen ipſorum in vterum recta non poſſit eiaculari. Omnium itaque ſimpliciſſimus tutiſſimúſque curationis modus eſt qui fit per præciſionem. Itaque reſupinato homine glans ſiniſtræ manus digitis validè attolletur: deinde ſcalpelli acie ipſa iuxta coronam præcidetur, plaga non obliqua, ſed ſculpturæ ſimili, vt per medium eminentia quædam glandem repræſentans appareat. Quoniam verò ſæpè ſanguis profundi ſolet, ſi fieri poteſt

medi

medicamentis ei retinendo dicatis ſiſtemus, ſin minus, tenuibus ferramentis aduremus.

De Phymo. *Cap.* LV.

DVplex Phymi cauſa eſt: aliquando enim ſic glandem præputium tegit ne nudari poſſit: aliquando retrorſum [deducta] reduci non poteſt. Hæc [l] ſpecies propriè Periphymoſis dicitur. Prior itaque differentia, aut ex cicatrice quæ in præputio concreuerit, aut ex carnis incremento quæ illic coaluerit. Altera genitalium inflammationibus fertur accepta, quoties abducta [cuti] retrorſum glans intumuerit, nec vltrà præputium receperit. [m] Si igitur prima Phymi cauſa fuerit, curationem hoc pacto tentabimus: figurato homine, vt par eſt, præputium in anteriorem partem attrahemus, demiſſiſque in ſummum ipſum hamulis tribus, quaterníſve, miniſtris continendum exhibebimus, iubentes, ipſum quantùm fieri poteſt diducant aperiántque: deinde ſi ex cicatrice [exterior collectio fuerit creata,] ſcalpello ab interiore parte præputium in tribus quatuórve locis incidemus, lineis directis & æquali inuicem ſpatio diſtantibus, idque intrinſecus: eſt autem [duplex] in glande præputium: os igitur ipſius ab interiori parte diuidemus, ſic enim contractione quæ ex cicatrice coaluit diſſoluta, [n] præputium ſuperinducemus. At ſi caro ab interioribus adnata Phymum produxerit, carne tota ferro ſcarificata, [præputium abſtrahemus:] carnem inter lineas eminentem rademus, poſteà plumbeum canalem glandi vniuerſæ circundabimus, inuoluta ipſi papyro ſicca. Habeat autem canalis foramen vndique æquale. ſic enim huius circumpoſitu præputium adductum rurſus coaleſcere prohibebitur, dum & à plumbo & papyro inuoluta diſtentum ſeruatur: intumeſcens enim [ex deligatura] magis adhuc cutem diducet. Hoc igitur faciundum eſt, ſiue ob cicatricem, ſiue carnis excreſcentiam Phymo generato manum adhibuerimus. Sin autem Periphymoſis appellata creetur, vetuſtate temporis coaleſcit, & curationem non recipit, niſi quis eo modo velit tractare quem ad tegendam glandem vſurpamus. Sin autem nondum coaluerit, [vibicibus] ſuper ipſum rectis tribus, aut quatuor, aut etiam pluribus circulatim [excitatis,] oleo copioſiore tepido ſuperfuſo, extrorſum attrahemus.

[reductum ſub. præputium]

Phymoſeos cauſæ.

Periphymoſeos cauſa.

[cute]

Curatio Phymoſeos

[Phymoſis genita fuerit]

[veluti duplicata cutis]

[præputio protracto]

[papyrus ex perfuſione, ἐκ τῆς διαβροχῆς vel ſeroſi humoris qui ſtillat ex plagis ſcarificatæ partis, vel medicamenti impoſiti]

Periphymoſeos curatio

[ſcarificationibus]

[factis]

l *Quæ ſpecies propriè Paraphimoſis appellatur.* *Affectio retro abducti præputij, vt glandi amplius induci non poſsit, παραφίμωσις appellatur, non περιφίμωσις. Opponitur enim τῇ φιμώσει, quæ affectio eſt præputij ita glandi inducti vt rurſus detrahi non poſsit.*

m *Si igitur prima constrictionis ſpecies fuerit.* *Expungenda in Græcis vox ἄιτιον, legendúmque, εἰ μὲν οὖν τὸ πρῶτον εἶδος τῆς φιμώσεως γίνοιτο.*

n *Præputium abducemus.* *Græcè pro ἐπάξωμεν legendum ἀπάξωμεν.*

Si præputium glandi adhæreſcit. *Cap.* LVI.

Quomodo glans à præputio ſeparetur.

GLans & præputium inuicem committuntur exulceratione præcedente. Conuenit igitur ſubtus cute, quantùm licet, excoriata, acie ſcalpelli, aut ſpathula polypo accommodata, ea quæ reſiſtunt diſſoluere, id potiſſimùm conantes, vt glandem purè à præputio adhæreſcente diſcernamus: quod ſi non fuerit expeditum, glandis potius nonnihil ad præputium aſſumere, quàm econtrario: cùm enim præputium tenue ſit, facilè perforatur. Vbi commiſſuram diſſolueris linteum tenue aqua frigida madens glandi & præputio interponendum, ne rurſus coaleſcant, vino aſtringente cicatricem ipſis obducemus.

De Circunciſis. *Cap.* LVII.

Præputiũ affectũ quomodo circũcidatur.

NOn de iis qui religioſo gentium more circunciduntur, nunc verba faciemus: ſed de iis quibus affectu naturalium oborto, præputium nigreſcit. Itaque in iis totum quod nigruerit, orbiculatim præcidi debet, deinde æris ſquama cum melle vtendum, vel etiam malicorio, & eruo medicamenti inſtar quod linteolis illinitur. Si verò ſanguis quandoque profluat, ferramentis lunatis candentibus vtendum, quæ vtriuſq; ſimul [iniiciantur,] & ipſi ſanguinis profluuio, & [vulneri] depaſcenti. At ſi tota interim glans abſumpta fuerit, exiguum è plumbo canaliculum imponentes meatui, per ipſum ægroto vrinam reddere iubebimus.

[proſunt]
[vlceri]

De Thymis naturalium. *Cap.* LVIII.

Thymi quid Thymorũ per chirurgiã curatio.

THymi carnoſa ſunt tubercula, nunc in glande, nunc in præputio prouenientia. Ex his, alij maligni, alij non ſunt. Mitiores itaque ſcalpelli acie deradere conuenit, & chalcitidem ipſis inſpergere; in malignis, eo quod vitiatum eſt,

eſt, exciſo, aduſtione vtendum. At ſi ex oppoſito aduerſoque ſibi inuicem in præputio fiant Chymi, hi intra ipſum, illi extrà, non oportet omnibus ipſis confeſtim manum admoliri, ne præputium ſtructura tenue, imprudenter pertundamus. Sed primùm interiores auferre conſilium eſt, iiſque cicatrice obductis, tunc quoque exteriores aggredi. Nonnulli verò recentiorum forfice ipſos auellentes [equino] pilo deligatos, curare ſolent, quemadmodùm alij [refrigerato ferro candenti] eoſdem deurunt.

[aut equino]

[frigido cauterio. Sic vocat cauſticum medicamentũ]

De Catheteriſmo, & clyſtere veſicæ. *Cap.* LIX.

CVm vrina non redditur, quòd iter ipſius obſtructum ſit, aut concreto intus ſanguine, aut calculo, aut alia quadam cauſa Catheteriſmo [id quod ſuperfluũ eſt eximemus.] Sumpto igitur cathetere, ætati & ſexui conuenienti, probè ipſum dirigemus, quod hoc modo fiet: lana exigua lino deligata per medium, linóque ex acuto iunco per Catheteris fiſtulam traducto lanam foramini adaptabimus, quod iuxta Catheteris [mucronem] eſt, ac forfice præciſo eo quod ex lana eminet, Catheterem in oleum demittemus, ægro in ſubſellium collocato, & fomẽtis ſi nihil prohibet, [irrorato] Catheterem [in rectum] inferemus vſque ad colis [baſim:] deinde [naturalia] ad vmbilicum inclinabimus. etenim ab hac parte obliquus veſicæ meatus exiſtit, deinde ſic cathetera adigemus. Quùm verò iuxta regionem inter ſcrotum, & anum, propè ſedem fuerit, rurſus [genitalia impoſito] inſtrumento deflectemus, in naturalem reducentes figuram. nam à perinæo veſicæ meatus ſurſum tendit, propellemúſque Catheterem vſque dum veſicæ ſinum penetrauerit: ſecundùm hoc, linum Catheteri iniectum retrahemus, quò vrina ſimul cum lana attracta ſubſequatur, quemadmodùm in ſyphonibus accidit: atque talis demittẽdi Catheteris modus eſt. At quia ſubinde exulcerata veſica collui deſiderat, ſiquidem auricularij clyſteres, id quod iniiciendum eſt poſſint tranſmittere, illis in prædictum modum vtemur, in veſicam demiſſis: ſi fieri nequit, Catheteri [pelle,] aut veſica bubula adaptata, eóque indito, veſicam colluemus.

[vrinæ excrementum nos eliciemus ac educemus]

Catheteris immittẽdi præparatio.

[caput]

[antea perfuſo]

Catheteris immiſſio.

[recta]

[radicem]

[pudendũ]

[colem immoto]

Collutiones veſicæ.

[coriaceo vtriculo]

ANNOTAT. ANDERNACI.

Sumpto igitur Cathetere. *Hoc inſtrumentum à demittendo dictum eſt. nam per id aliquis liquor in veſicam demittitur à κατὰ καθιέναι, & ἵημι. Eſt autem rectus ſypho, vt ait Gal.*

Quæ curatio Calculoſis adhibeatur. Cap. LX.

CVm alibi demonſtratum ſit qua ex cauſa calculi generentur, tum quòd pueris in veſica magis prouectioribus, in renibus creſcant, nunc rationem exponemus, qua excindi poſſint, vbi notas priùs eorum qui [veſica] habentur, deſignauerimus. Vrina igitur aquoſa eſt, quòd in eis ſubſidet, arenoſum: pudendum continuò vexatur pruritu, laxatur ſine ratione, rurſuſque arrigitur, crebrò id contrectant irritati ægri, & maximè pueri. cum calculus in ceruicem veſicæ incidit, etiam repetè vrina ſupprimitur. Porrò inter eos quibus calculus excinditur, pueri quidem vſque ad quatuordecim annos propter corporum mollitudinem, facilè curationem recipiunt: ſenes, quòd [corpus ipſorum contumax ſit,] vix coſaneſcunt: mediæ horum ætates etiam in hoc, medio quodam modo habent, ac rurſus facilè ſanãtur qui maiores calculos habent, quòd inflammationibus aſſuerunt: qui minores, difficulter ſanantur, contrarias ob cauſas. Hæc cum ita ſe habeant, ad chirurgiam [profecti,] concuſſione vtemur priùs, interim per famulos, interim ipſo ægroto ex alto quodam loco deſiliẽti, quò calculus ad veſicæ ceruicem propellatur, deinde figurari æger debet, ceu rectus in ſedili, manibus ſubter femora porrectis, quò in anguſtum veſica compellatur. Si igitur cõtingẽtibus nobis [calculus] in regionem ſcroti & ani inter mediam procidat concuſſione exturbatus [inde] ad ſectionem conuertemur. Sin minùs occurrat, indicem ſiniſtræ manus digitũ, ſi puer ſit qui ægrotat, vel etiam medium, ſi ætatis ſit prouectioris, oleo perunctum, in anum demittemus, & ſupinis digitis perquirentes, calculũmq; occurentem paulatim traducentes, in veſicę ceruicem coarctabimus: & digito vno, pluribúſque propellentes ipſum in exteriora impactum, miniſtro altero manibus veſicam premere iuſſo, alteri præcipiemus dextra manu teſticulos ſurſum [teneat,] ſiniſtra regionem inter ſcrotum & anum mediam extendat in alteram partem, ab ea [qua] ſectionem moliemur: ipſi aſſumpto ſcalpello ad [calculos] aptato, inter anum & teſticulos, non per medium locum [inter ſcrotum & anum,] ſed in [alteram partem] iuxta ſiniſteriorem clunem, obliquam ſuper lapidem qui [ſubiicitur incidendis,] ducemus lineam, quæ extrinſecus latum habeat ſpatium, intus non amplius, quàm vt calculus per id queat excide

[in veſica]
Signa calculi in veſica.
Quibus calculus excinditur tuto, quibus minime.
[in eorum corpore difficilia curatu ſint vlcera.]
[venientes]
Calculi eximẽdi ratio.
[extrinſecus calculus]
[ſtatim]
[attollat]
[in qua]
[calculos eximendos]
[perinæi]
[altera parte]
[obiicitur]

excidere [interim] ſiquidem digitis ſuper anum innixis, aut digito [vnà cum ſectione ſine euulſione] calculus leniter exilit. ſin minus exilierit, vnco huic rei accommodo iniecto eximemus. † Calculo iam ablato, medicamentis ſanguinem coërcentibus ex [fuligine thuris,] aloë, ſymphyto, vel etiam miſy, & conſimilibus ſanguinis profuſionem ſiſtentes, lanas, aut linamẽta implicita, vino & oleo madentia imponemus, & ligaminibus ſex [proceſſuum ad calculos] accommodatis vtemur. At ſi profluuij ſanguinis metus ſit, linamentum implicitum ex poſca, aut roſaceo aqua admixta iniiciendum eſt, & ægro decumbẽte crebriùs locum perfundemus. Poſtquàm tertio die ſolueris, & hydrelæo copioſo irroraueris, tetrapharmaco linteolis illito vtendum, ita vt frequentius ipſos ſoluas, curéſque propter vrinæ acrimoniam. At ſi inflammatio quæpiam ſuperuenerit, cataplaſmatis & ſuperfuſionibus ad eam inſcriptis adiuuabimus, ac in veſicam roſaceum, aut chamæmelinum, aut butyrum, niſi aliqua nos inflammatio impediat, demittemus. ſimiliter etiam ſi vlcus [paſcendo, aut alio quodam modo ſerpat, aut] maleficum fuerit, ſingulis congruentia adaptabimus. cùm vlcus inflammatione caret, lauacrum adhibetur, inde emplaſtrum dia chylon, tum lumbis, tum imo ventri ſuper accommodatur. Per totum verò curationis curriculum, femora [inter ſe conuenit deligare, ° & cum remediis requieſcere.] † Sin exiguus calculus coli inciderit, & per vrinam reddi nequeat, præputium validè in anteriora attractum deligabimus iuxta glandis ſummitatem, item poſteriore parte pudendi colem vinciemus, [iuxta terminum ad veſicam ſpectantem] conſtrictione adhibita : deinde infra colem diuidemus, ſuper lapidem ipſum qui [excidendis ſubiicitur,] flexo autem cole calculum eiiciemus, ſolutiſque vinculis vlcus ſanguine concreto [vacuabimus.] Poſterius [itaque vinculum iniectum eſt,] ne calculus retrorſum recurrat: anterius, [ne] poſt calculum exemptum præputij ſoliti cutis [in oppoſitum] recurrens [diuiſionem] contegat.

[Aliquando enim] *[ſtatim poſt ſectionẽ citra moram]* *† Calculo exẽpto ſanguinem ſiſtentia, & vulnus curantia.* *[polline thuris, thure]* *[capitũ ad calculos exemptos]* *[paſcendo ſerpat, aut alio quodã modo]* *[ſimul conuenit ligare, vt glutinãtium remediorum vim adiuuent]* *† Colis inciſio ad eximendũ calculum.* *[ad eius extremũ quod veſicã ſpectat]* *[incidenti obiicitur]* *[mundabimus]*

ANNOTAT. ANDERNACI.

Ligaminibus ſex proceſſum. *Hoc eſt ſex appendiculorum.* ἑξακνήλᾶς *enim ad verbum ſonat, ſex crurum. à geometris petita di-*

[vinculum iniicitur] [vt] [retrorſum] [plagam]

ctio eſt, qui figuras quaſdam ἐξασκελεῖς nominant.

Super lapidem qui excidendis ſubiicitur. *Græcè eſt κἄπειτα διέλωμεν κάτω τὸν λίθον κατ' ἐπικόπου αὐτοῦ τοῦ λίθου, hoc eſt, deinde diuidemus infra calculum ſuper ipſum lapidem qui incidendis ſubiicitur. At vitium exemplaris eſſe puto, ponendúmque pro τὸν λίθον, quod eſt calculum, τὸν καυλὸν, hoc eſt colem. verùm Aetius & alij veteres, ſectionem in cole non infrà ad ſuturam, verùm ſuprà fieri præcipiunt. ſed κάτω ſunt qui intelligunt ſuper lapidem ipſum qui inciditur.*

† Teſtis.
† Paraſtatæ & Cremaſteres.
[Cremaſteres Peritonei mēbranæ productiones ſūt, ad teſticulos demiſſæ. Paraſtatæ verò exortus varicoſi venarū arterioſarum per quos in pudendum ſemen eiicitur]
† vaſa ſeminaria.
[venæ & arteriæ ſūt, à vena caua & arteria magna in.]
† Erythroides
† Dartos.

CORNARII.

o quo auxiliis adhibitis inſeruiant. In Aldino cod. ſic legitur: παρ' ὅλον δὲ τὸν τῆς θεραπείας καιρὸν τοὺς μηροὺς ἅμα χρὴ διαγκεῖν πρὸς τὸ τοῖς βοηθήμασι ὑπηρεμεῖν. Vbi duæ voces corruptæ ſunt διαγκεῖν & ὑπηρεμεῖν. Et pro διαγκεῖν cum aliis lego δεσμεῖν, ita tamen vt hanc vocem non genuinam huius loci eſſe putemus. Sunt enim femora deligenda quidem, ſed latioris ſignificationis voce, & hoc & alia mihi indicaſſe videtur, nimirùm voce διακεῖσθαι, quam pro διαγκεῖν reponendam eſſe credo, & accipiendum femora ſimul ita diſpoſita eſſe oportere, vt adhibitis auxiliis inſeruiant. At pro ὑπηρεμεῖν legendum ὑπηρετεῖν.

De Teſticulorum partibus. Cap. LXI.

PArticularum quæ circa teſtes habentur, finitiones cùm ad ramicum incidendorum doctrinam conferant, priùs deſcribemus, quàm ad illam veniamus. Igitur † teſticulus ſubſtantia quædam eſt glanduloſa, fragilis, ad vim genitricem ſeminis effecta. [At nerui teſtium, quos Græci † Paraſtatas & Cremaſteras ab eo appellant, quòd ex illis genitales partes dependent, ſpinalis medullæ ex cerebri membrana propagines ſunt, cum venis arterioſis ad teſticulos pertinentes, per quos ſemen in naturalia permeat.] † Seminaria autem vaſa, [venæ ſunt à caua vena in] teſticulos ſinuoſis anfractibus pertingentes, vnde teſticuli alimentum capiunt. item tunica † Erythroides naturæ neruoſæ, in gibba quidem parte, atque anteriori, à teſticulo libera eſt. in concaua & poſteriore, ipſi adhęreſcit, ex peritonæo originem trahens. Vocant autem partem hanc qua teſticulo adnata eſt, poſteriorem Proſphyſin, quaſi dicas adnexum. † Darti verò membranæ ſunt, quæ exteriorem teſticulum conglutinant, iuxta tunicam erythroidem dictam ei adhærentes: quibus partibus & illa poſt teſticulos tunica adunitur. Hæc autem ipſa

cutis

cutis exterior rugoſa teſtibus circundata, ſcrotum nobis, *Scrotum.*
Græcis oſcheon dicitur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Tunica erythroides. *Duæ ſunt teſticulorum tunicæ, dartos & erythroides. Hîc autem malè habebatur in Græco ἐλυτροειδὴς pro ἐρυθροειδὴς. Paulò poſt inuenies ἐρυθρὸν pro ἐρυθροειδῆ poſitum.*

De aquoſo ramice, hydrocele dicitur. Cap. LXII.

HVmoris [otioſi] in particulis ſcrotum implicantibus colluuies, tumorem excitans ſenſibilem, hoc nomen ſortita eſt. Itaque humor magna ex parte, in [tunica erythroide appellata, teſticulum ambiente, in partem anteriorem] colligitur, quà potiſſimùm membrana illa à teſticulo ſeparatur. Raró extra membranam hanc erythroidem vitium contrahitur. † Subinde peculiari tunica humor comprehenditur: vocántque hoc malum chirurgici in ſuperadnata ortum. Quare ſi ob cauſam præcedentem, exempli gratia, particularum imbecillitatem vitium oboriatur, ſanguis alimenti ratione adductus, in aquoſam ſerioſámue, & [inutilem] ſubſtantiam mutatur: ſi ex ictu, ſanguinea, aut fæculenta ſubſtantia comprehenditur. † Communis igitur nota eſt, tumor indolens, firmus, ac ſtabilis in ſcroto, [quacunque tandem occaſione] non euaneſcens, ſed in iis qui modicum continent humorem, cedens: in illis qui copioſum habent, non item. Ac quibus in erythroide tunica humor comprehenſus eſt, tumor rotundus paululum, & oui modo longiuſculus apparet. His teſticulus in conſpectum non venit, vt qui vndiquaque ſit [implicitus.] Sin autem extra erythroidem membranam, ſub Dartis habeatur, [propter paucitatem particularum] occurrit. At ſi humor in membrana ſuperadnata coierit propter contractionem ex omni parte, & rotunditatem, tumor [alterius] teſticuli imaginem exhibet: & cùm aquoſus humor [extiterit,] tumor concolor pellucet: P cùm autem fæculentus fuerit, aut ſanguineus, aut rubicundus, aut liuidus apparet. At cùm in vtraque ſcroti parte hæ notæ apparuerint, duplicem ibi ramicem eſſe cognoſces. † Hoc modo ſcalpello curantur. deraſa pube & ſcroto, niſi puer fuerit, ægrum ſuper ſedile reſupinabimus, podici panniculo multiplici ſubiecto, ſcroto autem ſpongia [iuſtæ magnitudinis,] ac ſedentes à ſiniſtra ægrotantis, miniſtro qui ad dextram ſedebit, iubebimus vt genitale in [alteram partẽ protendat,] & cutem

[ſuperuacui]
[tunicæ erythroidis appellatæ, teſticulum ambientis parte anteriore]
† Hydrocele tunica ſuperadnata.
[ſuperuacuam]
† Signa Hydroceles.
[quocũque corporis ſtatu]
[humore obrutus ac contectus]
[paucis interiectis partibus]
[alius]
[coaceruatus fuerit]
† Curatio per chirurgiam.
[valde magna]
[oppoſitam herniæ partẽ auertat]

& cutem ſcroti ad abdomen eleuet, nos ſcalpello ſcrotum à medio iuxta longitudinem vſque ad pubem ferè, recta linea incidemus, quæ [vicina ſit lineæ] ſcrotum per medium [ſecanti:] ª diuidemúſq; [tunc] tunicam erythroidem. Porrò ſi humor in adnata membrana hæreat, quà vertex eiuſdem tunicæ eminet, illac diuiſionem moliemur. Hamulo autem oræ vulneris diducentur, & cultro ad Hydrocelicos aptato, ſcalpelloque Dartos detegemus: nudata verò erythroide, ſcalpello quo venę incidi ſolent, mediam ipſam diuidemus, [per illas potiſſimùm partes, in quibus] à teſticulo [recedit.] Humore iam toto, aut maiore ipſius portione [in vaſe aliquo excreto,] erythroidem membranam hamulis [eximemus,] [quàm fieri licet] tenuiſſimā ipſius partem. Inde verò Antyllus ſuturis & medicina cruentis accommodata vtitur: recentiores ea, quæ quòd carnem inducat, Sarcotice appellatur. At ſi teſticulus putredinem expertus, alióue modo vitiatus deprehendatur, vaſa [cum neruo, qui ab inguinibus dependet, Cremaſtere dicto, fune] excipiemus, ipſoque cremaſtere præciſo, teſticulus eximetur. Item in iis qui duplici laborant ramice, ſimiliter [bifariam curationem] moliemur, vtrinq; per ſcroti partes [ad inguina] lineas incidentes. mox ſpecilli mucrone per [diuiſionem] deorſum ad ſcroti extremum demiſſo, ipſoque ſcrotum attollentes, acuto ſcalpro lineam [qua humoris eſt] emiſſarium, incidemus, vt & ſanguinem concretum & pus per [eam] excernamus. [ipſo verò] ſcalpelli mucrone linamentum in longitudinem implicitum ſuperiori [diuiſioni] inſeremus, & vibicibus per ſpongiam deterſis lanam oleo madentem per [ſectionem] infra ad teſticulum inſinuabimus, extrinſecus alias lanas vino & oleo imbutas ſcroto, imò ventri, inguinibus, regioni inter ſcrotum & anum, & lumbis ſuperiniiciemus, ac vbi linamētum triplex ſuper hæc [implicitum] deligauerimus vinculo in ſex proceſſus exporrecto, congruíſque faſciis, homo decumbet lanis ſcroto ſubiectis, vt conquieſcat, pelléque [ſuper] ipſas molli explicata, [quo] fomenta excipiantur. Superfundemus autem oleo calente, vſque ad triduum. poſt hoc vbi ſolueris, tetrapharmaco linteolis illito in vulnere vteris, ʳlinamentum in longitudinem implicitum ex farinaceo polline ſuperaccommodans. extrinſecus fomenta rurſus propter inflamationem vſq; ad diem ſeptimū inicientur: inde

medica

[æquo ſpatio diſtet à linea]
[ſecante]
[aduſque]
[illa potiſſimùm parte, qua]
[ſeiuncta eſt]
[in vas aliquod excreto]
[ſublatam circuncidemus]
[nempe]
[cum cremaſtere fune]
[vtraq; parte chirurgiam]
[inguini vicinas]
[vulnus]
[vt humori ſit]
[plagam]
[eodémq;]
[vulneris parti]
[vulnus]
[expāſum]
[infra]
[qua]

medicamento quod linteolo ſeruetur vtemur. Vulnere expurgato, & carne iam mediocri obducta, [deinceps etiam lauacris adhibitis] linamentum in longitudinem implicitum auferri debet, & reliqua curationis parte ſubſequente, quemadmodùm prius explicatum eſt, vtemur. Ac ſi inflammatio quæpiam fuerit, aut ſanguinis profluuium, aut aliquid eiuſmodi intereà ſuperuenerit, conuenienter vnicuiq; occurrere conuenit, ne ſemel dicta iterum repetam. Si verò vſtionem potius in aquoſo ramice, ſicut recentioribus viſum eſt, adhibeamus, omnia quæ ante chirurgiam, & poſt eam dicta ſunt, exequemur, [ipſum verò chirurgiæ opus ſine ferro tantùm & diuiſione per humoris emiſſarium fieri debet.] Decem itaque, aut duodecim ferramentis literam Græcorum. r. imitantibus, & duobus [gladiolis] primùm ſcrotum ferro. r. referenti per medium aduremus, cultello autem, aut cæco hamo membranas excoriantes [ferramento enſi ſimili,] has ceu præcidentes aduremus. Nudata verò tunica erythroide, facilè autem cùm alba & tenuis exiſtat, cognoſcitur, acie ferramenti inſtar. r. literæ facti perurentes humorem excernemus, poſteà totam ipſam detectã hamulis attollentes, ferramento [gladiolo ſimili] auferemus.

[vbi ægrũ lauare permiſerimus]

[ac in ipſa chirurgia, niſi quod ferro tãtùm non ſecamus, ſed cauterio, et emiſſarium humori non præparamus]

[cultratis]

[cultrato cauterio]

[cultrato]

ANNOTAT. ANDERNACI.

Humoris ocioſi in particulis ſcrotum impli. *In Græco eſt,* ἀργὸν ὑγρὸν συλλεγόμενον περὶ τὸ μέρος τῶν ὄσχεων διαπλεκόντων σωμάτων, *quod ad verbum ſonat, prout verſio noſtra habet, Ceterùm commune ramicum nomen eſt, Hernia, vt ait Celſus: vnde Hernioſi appellantur.*

CORNARII.

p *Si verò fæculentus aut cruentus, rubicũdus aut liuidus apparet.*

q *diuiſione ad rubicundam vſque tunicam progrediente.*

r *ita vt lemniſcum in ſolutione permutemus. Græcè eſt,* τὸν λημνίσκον διὰ τῆς γύρεως ἀλλάττοντα. *Sed quid hîc* γύρεις*, id eſt pollen facit? aut quomodo lemniſcus per pollinem permutandus eſt? Paulò antè ſimpliciter dixit, lemniſcum traiicimus: paulò poſt ſimpliciter, lemniſcum auferre oportet: quid ergo hîc per pollinem permutandum eſſe dicit? Vnica vox* γύρεως *corrupta totam ſententiam vitiat, pro qua* λύσεως *legendum eſſe haud dubitamus, vt lemniſcum in ſolutione permutemus, hoc eſt priore exempto alterum indamus.*

De carno

De carnoſo Ramice & Tophaceo. Cap. LXIII.

[cōponunt] Cauſæ herniæ carnoſæ. Signa. [cuti] [natiuus] †Curatio. [incidemus] [in teſte caro generetur] [carnoſo tumore onuſtum] [excindemus] † Tophorũ à reliquis herniis diſtinctio.

CAro in particulis quæ ſcrotum [implicant alibi] ſuccreſcens carnoſum ramicem producit. Naſcitur autem ea, ex cauſa latente, teſticulo fluxionem ſcirrhúmque experto, aut ex ictu, aut imperita poſt ramicis ſucciſionem curatione: ſubſequitur autem hos color vbique[ſui]ſimilis cum duritia. Si autem tumor in ſcirrhum coaluerit, [nullus] nec color, nec ſenſus adeſt: ſi malignus ſit, dolor vrget punctorius. † Itaq; manum admouentes ægro, figurabimus ipſum, ſicut & priùs, [diuidemúſque] ſimiliter, [s] & ſiquidem[ex generata carne, vitium teſticuli creatum ſit,]& Darton membranam & Erythroidem conſimiliter diſcindemus, deinde teſticulo eleuato, eoq́ue extra Erythroidem exempto, Cremaſtere ſegregato à vaſis, hæc quidem conſtringemus, illum verò nempe cremaſterem amputabimus: teſticulum autem [qui cum adnata carne coaluerit,] ceu alienum eiiciemus. Sin hæc carnis generatio in tunica aliqua, aut vaſe fiat, ſcroto diuiſo, ſubiectiſq; carni membranis, totum quod in carnem concreuit auferemus. [t] quòd ſi poſterior commiſſura carne fuerit obducta, iis quæ ambiunt ipſam ademptis teſticulum ſimul cum ea [excipiemus:]quippe fieri nequit, vt teſticulus ſine hac permaneat. † Cęterùm Tophi & in teſticulo & in membrana Erythroide occaleſcunt, renixu multo, duritie, & inæqualitate à carnoſo ramice & aquoſo diſcreti. His igitur manum ſicut etiam carnoſo ramici admoliemur.

ANNOTAT. CORNARII.

s *& ſi quidem cum teſte caro concreta affectionem fecerit.*

t *At ſi poſterior accretio cum carne concreuerit, circumſitis partibus ablatis.*

De varicoſo ramice & ventoſo. Cap. LXIIII.

Hernia varicoſa. [ſimilis] [in motu corporis] † Chirurgia. [tractatur, ac]

VAſa in ſcroto, aut dartis membranis dilatata, Varices ſimplici vocabulo nominant. Alia verò quę teſticulum nutriunt, ſi varicum more dilatentur, varicoſum ramicem, Græci Cirſocelen vitium nuncupant. Notæ horum euidentes ſunt, quippe pars affecta tumidior, obliqua modicè, vuæ [in modum,] & teſticuli relaxatio anteà apparet, tum aliæ nonnullæ [in agendo] difficultates maximè in curſu, exercitio, & itinere. †Hoc modo curamus: vbi commodè ægrum figuraueris, ſcrotum manu[permulcetur, neruus]Cremaſter in partem inferiorem repellitur. Facilè autem is dinoſcitur,

vt qui

vt qui tenuior vaſis ſit, ſolidior, renitén ſque, ceu potens validiúſque: æger quoque ad depreſſionem ipſius indolet, [u] & iuxta colem [turbatur:] vaſa autem digitis noſtris & miniſtri excepta in ſcroto, validéque diſtenta, acie ſcalpelli [obliqua] adacta [ſupra inſtrumentum quod vaſis cedendis ſupponitur] ſecabimus: deinde per hamulos ea quæ cuti ſubiacent eleuata excoriantur. vaſis vt in capite de angiologia & aneuryſmatis diſputatum eſt, denudatis, acus duplex linum trahens tranſmittitur: anſaque lini abſciſa, vaſa & in prima ipſorum dilatatione & inferiori extremo fune deligabimus, & per medium recta inciſa linea, & ſanguine qui coierat euacuato, medicina ipſos curabimus quæ pus moueat, vt etiam funiculi cum vaſis ſua ſponte excidant. Leonides autem pręcipit, quòd ſi aliqua ex vaſis teſticulum nutrientibus dilatata fuerint, hoc modo eſſe faciendum: ſin autem omnia, teſticulum cum ipſis [capi] oportere, ne vaſis alentibus deſtitutus contabeſcat. Porrò ventoſus ramex, quùm genere Aneuryſma exiſtat, Leonidi quidem non attingendus videtur, propter periculum quod in varicibus ab inceſſabili ſanguinis profluuio accidit. Recentiores autem quùm duplex ipſius ſit generatio, alia ex [quatuor] vaſis teſticulum alentibus, alia ab arteriis darton membranam & ſcrotum intercurrentibus, hunc quidem ceu deſperatæ ſalutis, repudiant, illum priorem ſcalpello curant. diſcernimus autem ipſos, quòd qui ab arteriis enaſcitur, facilè ad digitorum [conſtrictionem] euaneſcat, qui à venis teſticulum nutrientibus, aut neutiquàm, aut cum multo [metu.] Cęterùm curamus ipſos, vt in varicoſis ramicibus comprehenſum eſt, ſingulas venas fune excipientes deligantéſque.

[vexatur]

[obliquè]

[vaſis ipſis pro tabula cæſoria ſubiectis]

[eximi]

Hernia vẽtoſa.

[vox hæc redundat, cùm duæ tã tùm venæ ſint teſticulos alentes, vtrinque vna]

[cõpreſſum]

[compreſſu]

ANNOTAT. CORNARII.

v *inſupérque ad colem ſitus eſt.*

De inteſtinorum ramice. *Cap.* LXV.

INteſtinorum ramex, quem Græci Enterocelen dicunt, eſt cùm inteſtina ſunt in ſcrotum deuoluta: † id quod fit, aut peritonęo circa ilia dirupto, aut eodem extenſo. vtraque igitur, ruptura (dico) & extenſio ex violenta quadam occaſione præcedente proueniunt, nempe ictu, aut ſaltu, aut clamore. At qui [laxationi fertur acceptus propriè] & propter reſolutionem, & alias corporis imbecillitates, accidit. Notæ vtriq; com

† Enteroceles cauſæ.

[ramex ob laxationem fit, peculiari cauſa]

Signa.

communes ſunt: conſpicuus in ſcroto tumor: item quòd in exercitiis, [itinere,] ſpiritus retentione, aliiſque [occaſionibus] idem maior quàm priùs euadet: compreſſus, tardè quidem recurrat, celeriter autem rurſus deuoluatur, supernè inteſtinum reſupinatis in loco permaneat, donec erigantur. Stercus autem in ſcrotum receptum periculum ſubinde ipſis intulit: dolent [enim,] nonnunquam etiam impreſſis digitis ſonitum elidunt. Peculiaria ramicis ad relaxationem relati indicia ſunt, quòd non [vna vice,] ſed particulatim temporis ſpatio, & quod ob cauſas [quaſlibet,] nonnunquam inteſtinum deuoluatur, tumor æquabilis, & profundus appareat, inteſtino quod deuolutum eſt, peritonæo conſtricto. Ex ruptura facti ramicis ſignum eſt proprium, quòd [vna vice] ac ſubitò ab initio inteſtinum deuoluatur, ídque ob cauſas violentas duntaxat: quòd tumor immenſæ magnitudinis, inæqualis, & per ſumma protinus in cute emineat, quoniam inteſtina extra peritonæum elabuntur. Si igitur rupto peritonæo omentum duntaxat in ſcrotum inciderit, vitium omenti ramex, Græcis Epiplocele appellatur: ſi inteſtinum quoque delabatur, omenti inteſtiniq́ue ramex, Græcè Epiploënterocele dicitur: ſi verò & aqua in tunica erythroide apparuerit, compoſita ex tribus quoque appellatio ſumitur. Cæterùm neque hos, neque ex ruptura inteſtinorum ramicem [chirurgiæ ſubiicimus:] ſolum verò ex relaxatione ramicem inteſtini, manu curamus, hunc in modum. homine reſupinato & cute iuxta inguina per miniſtrũ eleuata, tranſuerſam lineam incidimus, vt in angiologia explicitum eſt. Nonnulli verò non tranſuerſam, ſed rectam lineam ducũt, hamuloq́ue defixo diuiſionem explicant, [quæ teſticulum retractum menſura] adæquet, ˣ deinde rurſus tot hamulis per [quartam cutem] tranſmiſſis quot vulneris magnitudini ſufficiant, cæco hamo, aut cultro membranas & pinguedinem ſubtus excoriantes, ſcalpello præcidimus. detecto autem vndequaque peritonæo, demiſſoq́ue indice digito ad poſteriorem ſcroti partem inter peritonęum & dartum mẽbranam, poſteriorem [connexum] ſoluemus: deinde dextra manu [extremum implicantes] ad interiora ſcroti, ſimúlque ſiniſtra peritonæum [retrahentes ad diuiſionem] retrahemus teſticulum vnà cum membrana erythroide, ac miniſtro vni iubebimus teſticulum eleuet, ipſi verò poſteriorem adnexum

[luctis, πάλαις. Alij ἀλέαις caloribus.]
[vehementibus tenſionibus. περιτάσεσι]
[etiam]
[confertim]
[leues]
[confertim]
Epiplocele.
Epiploenterocele.
[chirurgia nos aggredimur]
Curatio enteroceles ex relaxatione.
[quæ teſticulum eximendũ magnitudinè]
[Darton tunicam]
[cohæſum cũ Darto]
[ſcroti extremum replicantes]
[ſurſum tollẽtes ad plagam]

adnexum [ex toto] ſimul cum membrana erythroide diſſoluentes, explorabimus digitis num inteſtini [inuolutio quædam] in tunica erythroide relicta ſit, & [infrà] hanc ad aluum propellemus, deinde acu bonæ magnitudinis linum ducente duplex, decies implicitum, ad peritonæi terminum [qui diuiſionem reſpicit] per medium tranſuemus. †Succiſis autem linis, quatuor faciemus initia, atque his per vinculum rurſus implicatis vtrobique, peritonæum valenter deſtringemus, iterúmque initiis circũuolutis, aſtringemus quidem ſtrenuè, vt nullum ex vaſis nutrientibus ʸ adhuc poſſit [cedere ne inflammatio inde concitetur,] item [ſecundum extrinſecus] vinculum iniiciemus minus quam duos digitos à priori diſtans. Poſt hæc vincula digiti inſtar ex peritonæo relinquentes, totum ipſum orbiculatim præcidemus, auferentes ſimul nimirum & teſticulum. rurſus [diuiſione iuxta emiſſarium ſcroti adhibita,] linamentum in longitudinem implicitum iniicitur, & fomẽtis oleo imbutis [vinculíſque,] vt in aquoſo ramice iniectis, omnia quæ reſtãt, quemadmodùm illic expoſitum eſt, perficiemus. Nonnullos autem non imperitos chirurgos noui, qui membrana erythroide exciſa, ferramentis candentibus extremum ipſius adurerent, ſanguinis profluuij metu, vt eſt veriſimile. Hi autem ipſi [poſt ſcalpelli adminiſtrationem] ægros protinus in ſolio oblongo ligneo, cui aqua ineſſet calida ad ſeptimum diem vſque lauabant, quinquies per diem noctémque id facientes, præſertim in pueris, & mirificè res proceſſit: nam citra inflammationem [ipſi ſecabant,] & funiculi vnà cum [corporibus] protinus decidebant. Intereà verò dùm ægri lauabant, prædictæ ſuperfuſiones iniiciebantur. Alius quiſpiam præter commemorata et iam pipere trito cum oleo [ceruicem] ipſorum eodem tempore infricabat.

[prorſus] [anfractus] [ſurſum] [qui vulnus contingit] † poſtquam ſciderimus duplicatum linum quatuor capita faciamus, et his decuſſatim implicatis ex vtraq; parte peritonæum valide conſtringamus. καὶ κόψαντες τὴν ἀπλόλω, τέσσαρας ἀρχὰς ποιησώμεν, καὶ ταύτας κατὰ χιασμὸν ἀντιμπλέξαντες ἐξ ἀμφοτέρων. Goup. [ſanguinem afferre qui inflammationem excitet] [extrorſum] [chirurgiam]

ANNOTAT. CORNARII.

x *Deinde rurſus hamulis infixis in intima cute tot quot vulneris, &c. Græca habent* ἐν τῷ τετάρτῳ δέρματι, *in quarta cute. Sed legendum* ἐν τῷ ἐνδοτάτῳ δέρματι, *vt conuerti.*

y *Alimentum ſuppeditare poſſit, vt ne hinc inflammatio oboriatur.*

magis] [plaga pro emiſſario inferna ſcroti parte facta] [faſciis] [poſt ſtatim] [partes affectæ manebant] [reuinctis partibus] [ſpinam]

De inguinum ramice, Bubonocele vocatur. *Cap.* LXVI.

INteſtini ramicem ex relaxatione creatum, inguinum hernia præcedit: primùm enim peritonæo nimis intenſo, inteſtinum laxatum tunc quidem in inguina abſcedit, facítque ramicem, quem Græci Bubonocelen dicunt. Hunc vetuſtiores in eum modum [ſcalpello] curant. linea tranſuerſa per inguina intumeſcentia, tres [digitos] longa inciditur. Hinc membranę & pinguedo eximuntur, [z] [aduerſo autem ſpecillo] peritonæo per medium detecto quà faſtigiatur adigi debet, id enim inteſtina in altum repellit. Itaque [peritonæum intus reſtitutum vtrobique aduerſo ſpecillo,] ſuturis inuicem [committemur,] deinde ſpecillum extrahemus, neq; peritonæum pręcidentes, neque teſticulum, neque aliud quippiam [retinentes,] ſed præſidio cruentis idoneo perſanantes. Quoniam verò recentiores vſtionem potius in inguinum ramicibus probarunt, hanc quoque non præter inſtitutum trademus. Homo[a] mediocriter moueatur, tuſſi violenta, intentione, ſpiritúque retento. vbi tumor in inguinibus apparuerit, locum qui vri debet, atramento ſcriptorio aut collyrio, figura triangula circunſcribemus, tranſuerſam lineam per inguina ſurſum ducentes, [iniiciemúſque ſignum per] trianguli [medium,] poſtquàm æger decubuerit, candens ferrum per mediam notam imprimemus, primũ clauatum, inde per trianguli coſtas Græce. Γ. literæ figuram repræſentans, tertio laterculari aut lenticulato totum triangulum adæquabimus, miniſtro per totam vſtionem ſaniem pannicullo extergente: tam altè verò aduremus quouſque pinguedinem pertingamus, idque in habitu corporis moderato,[b] neque enim in gracilibus ob ſiccitatem ferrum altiùs admouendum eſt, ne imprudentes peritonæum aduramus, neque tamen in craſſioribus pinguioribúſque, in quibus vel antè iuſtam vſtionem pinguedo apparet: ſed quantùm vri conueniat artificioſa deprehendemus coniectura. Secundùm vſtionem ſal vnà cum porro tritus cruſtæ inſinuabitur, & inguinario in literæ. χ. ſimilitudinem ligamento vtemur, per inſequentes dies remediis [cruſtam] adimunt, nempe phacomelite & ſimilibus curabimus.

Bubonocele.
[chirurgia]
Curatio per chirurgiã.
[digitos trãſuerſos]
[auerſum autem ſpecillum]
[peritonæi intus reſti tuti ex vtraque parte auerſi ſpecilli prominẽtes partes]
[committentur]
[educentes]
Per vſtionem.
[notato ſigno in]
[medio]
[quæ cruſtam]

ANNOTAT. CORNARII.

z *Circa medium membranæ denudatæ qua parte faſtigiatur, ſpecilli caput adhibeatur. Ita enim inteſtina in profundum detrudantur.*

tur. Eminentes igitur membranæ partes, ab vtroque capitis ſpecilli latere, ſuturis inter ſe coniungemus, deinde ſpecilli caput extrahemus. Legitur πυρήνη σμήλης pro πυρὴν μήλης. Et rurſus, τοῦ τῆς πυρηνοσμήλης, pro τοῦ πυρῆνος τῆς μήλης. Vult enim per ſpecilli caput & auerſam partem, non per aduerſam & acutam, membranam abdominis deprimi, non ſcindi, atque ita eminentes ab vtraque ſpecilli parte membranæ partes ſuturis inter ſe coniungi.

a *Homo itaque poſt moderatum motum violentiùs tuſsiat, ac intendatur cum ſpiritus retentione. Lege γινέσθω τῷ ἀνθρώπῳ.*

b *Neque enim in his qui macilenti ſunt notam hanc obſeruabimus, vt ne fallamur, & membranam inuramus. Legendum τῷ σημείῳ προσεκτέον pro προσαπτέον. Vult enim vſtionem fieri in his qui moderatum habitum habent ea profunditate vt pinguedo attingatur. Et hanc notam ſolùm in his obſeruari vult, non in macilentis, neque pinguioribus, in quibus vtriſque hæc non eſt obſeruanda, vt quæ fallat.*

De Scroto attenuato, laxóque attritorum panniculorum modo.

CAPVT LXVII.

LAxata ſcroti cute, ſine interioribus ipſius particulis vitium maximè indecorum gignitur, quod Græci Rhacoſin appellant. Leonides igitur reſupinato homine, quod in ea ſuperfluum erat ſcalpello ſuper aſſerem, aut durum corium, quod incidendis ſubiicitur excidebat, oráſq; vulneris ſuturis committebat. Antyllus autem tribus etiam quatuórve [ſuturis] ſuperfluam cutem priùs punctam, forfice acuta aut ſcalpello poſt ſuturas auferebat, ſuturíſque adunitam vt cruenta curabat. *Curatio. Rhacoſeos.* *[fibulis]*

ANNOTAT. ANDERNACI.

Rhacoſin. *Ita appellant Græci ῥάκος quod vile detritúmque linamentum, vt ſuperius annotatum eſt. Cùm itaque laxior cutis ſcroti & veluti lacera pendet, Rhacoſin vocant.*

Quod incidendis ſubiicitur. *Græcè eſt κατ' ἐπικόπου σανίδος, quaſi dicas ſuper aſſerem, ſuper quem aliquid inciditur. Superius de calculoſis dixerat, κατ' ἐπικόπου τοῦ λίθου. Nonnulli calculum ipſum qui inciditur, exponunt, verùm in ſequentibus dictio ἐπικόπος innoteſcet magis.*

Quomodo fiant eunuchi. *Cap.* LXVIII.

CVm ars noſtra huc tendat, vt corpora à ſtatu qui præter naturam eſt in naturalem deducat, eunuchos faciendi *Medicinæ ſcopus.*

ratio, quam Græci Eunuchiſmum dicunt, contraria promittit. verùm quia & inuiti ſubinde à præpotentibus quibuſdam eunuchos facere cogimur, explicandus compendioſè modus eſt, quo illis ſatisfaciamus. duplex itaque eſt, alter contuſione, alter exciſione perficitur, & prior quidem in hunc modum. Pueri adhuc infantes in aquæ calidæ ſolium collocantur: deinde vbi [corpora] eodem ſolio fuerint relaxata, digitis teſticuli premuntur, vſque dum aboleantur & euaneſcant, diſſoluti non amplius ad tactum occurrant, Exciſione hac ratione efficitur: Reſupinatur in ſedili qui eunuchus fieri debet, & ſcrotum cum teſticulis, ſiniſtræ manus digitis premitur: [c] quo facto duas lineas rectas [vnam per alterum teſticulum] ſcalpello incides: vbi exilierint teſticuli [cute detracta] execabuntur, ita vt tenuiſſimum ſolum naturale vaſorum commercium relinquatur: atque hic modus, eo qui per contuſionem fit magis probatur. Nam qui contuſionem teſticulorum ſunt experti, nonnunquàm venerem appetunt, parte aliqua vt veriſimile eſt teſticulorum inter contundendum [deliteſcente.]

Duplex modus Eunuchiſmi.

[partes ſcroto concluſæ]

[ſuper vtroque teſte]

[à Dartoij ſeparati]

[non confracta]

ANNOTAT. CORNARII.

c *Et vbi rectum ſitum habuerit, duabus ſectionibus per ſcalpellum in directum ſecetur, ita vt ad ſingulos teſtes vna fiat. Vbi verò proſiluerint teſtes, excorientur, ac excindantur.*

De Hermaphrotidis. Cap. LXIX.

HErmaphroditon vitium ex compoſitione Mercurij, & Veneris appellatum eſt, multum vtrique ſexui adferens indecori. Cùm enim quatuor Leonide autore differentiæ exiſtant, tres quidem in viris, vna in mulieribus conſtituitur. In viris ſiquidem aliàs [iuxta regionem inter ſcrotum, & anum,] aliàs in medio ſcroto muliebris pudendi pilis obſiti forma apparet. Tertia verò ad hæc accedit in qua nonnulli veluti ex pudendo quod in ſcroto eſt vrinam profundunt. In mulieribus ſupra pudendum [iuxta pubem] virile frequenter genitale inuenitur, tribus quibuſdam exſtantibus corporibus vno tanquam cole, duobus autem veluti teſticulis. Tertia itaque virorum [deformitas] qua vrina per ſcrotum excernitur, curationem non recipit, reliquæ tres curantur [corporibus] ſuperuacuis è medio ſublatis, & vlcerum modo tractatis.

Hermaphroditi genera. 4.

[in perinæo]

[in ipſa pube]

[ſpecies]

[partibus]

Quo

Quomodo Nympha excidenda ſit, & Cerosis emendanda.

CAPVT LXX.

CAruncula in ſinu muliebris pudendi [ſubſultans] Græcorum lingua Nymphe dicitur: quibuſdam immenſæ magnitudinis efficitur, & [non decentis inuerecundiæ notam præ ſe fert.] Quemadmodùm verò nonnulli memoriæ produnt, ſunt quæ hanc partem arrigunt, viris ſimiliter, & in venerem ruunt. Quapropter reſupinata muliere vulſella Nymphæ ſuperfluum prehenſum ſcalpello excindimus: diligentia adhibita [ne altè ipſam penetremus:] vndè fluidus affectus, Rhyada vocant, excitetur. Porrò Cercoſim, cum ſit carnis ab vteri ore propago quæ muliebre pudendum repleat, interim foras caudæ modo procidat, Nymphæ conſimiliter auferemus.

[eminens] [cum dedecore ac pudore viris coeuntibus occurrit] Nymphæ ſectio. [profundius ipſam reſecemus]

De muliebrium locorum Thymis, Condylomatis & Hæmorrhoidibus.

CAPVT LXXI.

THymus eminentia quædam eſt, nunc rubens, nunc alba, plurima parte ſine dolore, thymi corymbis ſimilis: Condylomata verò, excreſcentiæ ſunt rugoſæ, quemadmodùm Hæmorrhoides iis quæ in ano ſunt reſpondentes, interim & ſanguinem profundunt. omnes itaque eiuſmodi in mulieribus excreſcentias, quæ in conſpectum veniunt, [inter detegendum] vulſella comprehenſas, ferramenti quod ex dimidio ſpatham refert, acie excindemus, vtemúrque galla læuigata, aut ſciſſo alumine. Nam è lino deligaturam in his maiores chirurgi non admittunt.

Chirurgia excreſcentiarum in mulierũ locis. [nudata detectáq; muliere] Pudẽdi muliebris non perforati cauſæ.

De non perforatis & Phymo. Cap. LXXII.

GEnitales mulierum partes clauduntur, interim ex natura, interim ex acceſſorio, morbo quodam præcedente, aliàs in imo, aliàs in† alis, ſæpè etiam in medio ſpatio, [d] idq́; aut [ſecundum naturam] aut ex obſtructione. Quod autem foramen [interſepit intercluditque,] vel caro vel membrana eſt. Cæterùm hoc mali graue fit impedimentum, modò in coitu, modò in conceptu vel puerperio, aliquando menſium purgatione [e], ſi quæ loca obſtruit caro totum ſpatium occupauerit, in quibuſdam enim medium foramine pateſcit. Cauſa igitur inuenta, vel ex promptu, vel etiam demiſſo ſpeculo, ſi quidem [commiſſura ſolùm fuerit, hanc,] recta linea ſcalpello [fiſtulis accommodato] diſſoluemus: [f] ſin

† Suba. pudendi. [marginũ pudẽdi coalitu] [obturat] Curatio. [cohæſus marginum ſolus fuerit, hunc] [fiſtula abdito]

autem diſtentio, hamulis per medium corpus ſiue id membrana, ſiue caro exiſtat, transfixis eleuatum, [ſcalpello] diuidemus, ac ſanguinis fluore medicamentis ſine roſione ſiccãtibus ſuppreſſo, iis quæ cicatricem ducunt vtemur, peſſarium aliquo cicatricem inducente vnctum ſubiicientes, in quibus potiſſimùm non altè admodùm [adminiſtratio] eſt adhibita: quod ea de cauſa fiet, ne particulæ rurſus coaleſcant. Iam Phymus in oſtio vuluæ [ſuccreſcens] pari modo curatur.

[eodem ſcalpello]

[chirurgia]

[genitus]

ANNOTAT. ANDERNACI.

Peſſarium aliquo cicatricem inducente vnctum. *πελαπισκὸν reddidi peſſarium: nam illud nihil aliud eſt quàm penicillum, pudendi virilis figuram repræſentans. Superius autem habetur, ſpeculo quod Græci διόπτραν appellant, à perſpiciendo. Nam hoc inſtrumento triplici crure predito, naturalibus dilatatis, latentes in vtero morbi conſpiciuntur, modum verò aptandi inſtrumenti vocant διοπτρισμόν.*

CORNARII.

d *Et aut ex concretione, aut propter obturationem. Græcè legendum καὶ ἢ κατὰ σύμφυσιν, ἢ δι' ἔμφραξιν.*

e *Si ſanè id quod obturat, ſiue caro, ſiue membrana fuerit, penitus obſtruat.*

f *Si verò obturatio. Græcè legendum, εἰ δὲ διάφραξις, vt ex ſuperioribus liquet, & ea diſtinctione qua dixit, ἢ κατὰ σύμφυσιν, ἢ δι' ἔμφραξιν.*

Quis vteri abſceſſus, & quomodo curãdus.

De abſceſſu Vuluæ. Cap. LXXIII.

VBi abſceſſus circa os vuluæ prouenerit qui manu tractari queat, non promptè ad ſectionem properare conſilium eſt, ſed cùm affectio fuerit abſoluta, inflammatio [plurima parte] increuerit, [g] [corpora quæ humoribus incumbũt, attenuata, idque propter vteri excellentiam.] Inter agendum verò mulier in ſella reſupinabitur [h] cruribus ad abdomen, & femina [contractis,] inuicem diuaricatis: cubiti ipſius ſub poplitibus ſubiicientur, & funiculis [congruentibus] ad ceruicem deligabuntur, medicus autem ex dextra ſedens [tentabit] ſpeculo, quod Dioptram dicunt, ætati accommodato. conuenit autem ſpecillo ſinus muliebris [altitudinem] metiri, [i] ne maiori ſpeculi [tridente,] vterum premi contingat, & ſi amplior ille ſinu reperiatur, linamenta implicita alis imponun

[plurimũ]

[ac cõtẽtus humor propria vteri facultate attenuatus]

Curatio per chirurgiã.

[ſubductis]

[alternatim ex altera parte in alterã ductis]

[ſinum diducet]

[altitudinẽ prius]

[fiſtula]

ponuntur, vt ſuper ipſa ſpeculum firmetur. Cæterùm conuenit ſpeculi [tridentem qui teſtulam]habeat, [in ſuperiore parte intrò demittere,] & [ſpecillum] à medico contineri, [teſtulam] à miniſtro [conuerti, vt laminis tridentis] diductus ſinus aperiatur. Iam verò ſi abſceſſus occurrens mollis & tenuis [exiſtat, qui digiti tactu ſubſidet,] iuxta verticem diuidetur ſpathula, aut[ſpecillo:] ori vuluæ pure vacuato, linamentum in longitudinem implicitum, Lemniſcon dicunt, tenerrimum ex oleo roſaceo imponetur, vel potius extra diuiſionem ſinui muliebri ſine compulſu inſeretur. Extra verò [ſummas oras] & ſuper pectinem, lumbóſque lanæ ſuccidæ aut puræ, oleo madentes accommodabuntur. Tertio die inſidebit mulier in hydrelæum calidum, aut maluę decoctum: [abſterſis ſudoribus]linamentum in longitudinem implicitum in [fiſſuram] tetrapharmaco per ſe, vel cum diſcocto melle inunctum, leniter inſinuabis: erit autem ſolutum butyro aut roſaceo, exterior regio cataplaſmatis obducetur dum inflammatio ceſſauerit, &[vulua abſceſſu]purgata fuerit. Sin autem difficulter expurgetur, collui debet auriculario clyſtere ex iridis decocto, aut ariſtolochiæ [aut] melle. Cicatrix duci debet emplaſtro ex cadmia, ſoluto vino [per linamentum madidum.]At ſi intra os vuluæ abſceſſus fuerit, attingi non debet.

[*fiſtulam quæ cochleam*] [*ſurſum verſus intropellere*] [*ſpeculum*] [*cochleam*] [*verſari vt fiſtulæ cruribus*] [*ſit, quod digiti tactu cognoſcitur. Sic & Cornarius*] [*incidente ſpecillo*] [*ſuper alas*] [*abſterſo humore*] [*plagam*] [*pars*] [*cum*] [*linamentis illito*]

ANNOTAT. ANDERNACI.

Speculi tridente. *Sic expoſui* τὸ δὲ διόπτρας λωτοῦ. *Cùm enim ſpeculum tria habeat crura, aut columnulas, aut dentes, inuicem iunctos, ſed qui diduci poßint, non planè abhorrere viſum eſt à ſenſu, ſi tridentem ſpeculi dicerem. Nam quid ſibi* λωτὸς *apud Græcos aliud velit, neſcire me fateor.*

CORNARII.

g *Et humidis corpuſculis incumbentibus attenuatis.*

h *Ita vt crura ad ſummum ventrem contracta habeat, fœmora verò inter ſe diſparata.*

i *Ne ſi longior ſit dioptræ fiſtula. Et mox, Et ſi longior ſinus reperta fuerit dioptræ fiſtula. Et ſtatim poſt, Oportet autem fiſtulam immittere vt cochleam ad ſupernam partem habeat, & dioptra quidem ab operante teneatur, cochlea verò per miniſtrum obtorqueatur, quò fiſtulæ laminis diductis ſinus diſparetur.*

Qua ratione partus ex vtero excutiatur excidatúrque.

CAPVT LXXIIII.

QVomodò ægrè parienti ſuccurratur tertio volumine tradidimus: ſin autem eo nihil proficiatur, ad chirurgiam meritò diuertimus, id primùm notantes, mulier ſuperſtéſne futura ſit, an minus: & ſi quidem ſalus ſperatur, tunc manum admoliemur: ſin contrà, attingi non debet. Quæ igitur [perniciem ſui portendunt] inexpugnabili dormiendi neceſſitate, vt in lethargo, ſopiuntur, reſolutæ ſunt, & vix poſſunt excitari: ac ſi [excitentur,] imbecilliter reſpondentes, rurſus graui ſopore premuntur. Nonnullæ conuulſionis modo contrahuntur, aut neruis [commouentur,] aut alimentum nõ ſentiunt, pulſus validè inturgeſcens deprehenditur, ſed languidus & imbecillis: quæ incolumes futuræ ſunt, nihil eiuſmodi patiũtur. Oportet igitur reſupinam mulierem in lecto ſic collocare, vt figura ipſius magis ſit decliuis, crura ipſius elata mulieres vtrinque contineant, aut quædam miniſtræ. Si verò non adfuerint, mulieris thoracem vinculis quibuſdam lectulo adfirmabunt, vt ne corpus, attrahentes ſequens, tractionis vim diſſoluat, ac alis vuluæ diductis per miniſtrum† ſiniſtram manum [contractam cum valentibus digitis extenuatis] in oſtiolum inſeremus, idémque pertentabimus, & oleo infuſo relaxabimus, diſquirentes vbi vncũ quo fœtus extrahetur, defigi cõueniat. Idonei verò loci ſunt quibus iniicietur, ſi in caput conuerſus infans deſcendit, oculi, occiput, os iuxta palatum, mentum, clauiculæ, & ſub coſtis ſitæ regiones, adhæc præcordia, quæ Græci hypochondria appellant: ſi in pedes cõuertitur, oſſa ſuper pubem extantia, intercoſtalia, clauiculæ rurſus, [& deinde vncus dextra manu continebitur,] flexu ipſius digitis occultato, ſiniſtra manu leniter inſeremus, & particulæ cuipiam ex prædictis vſque ad vacua [tranſmittemus] huic alter opponetur, quo attractio recta procedat, neq; alterã in partem inclinet, deinde æquabiliter trahetur non ſolùm recta, ſed etiam in latera, quemadmodùm in dentibus eximendis fieri ſolet, [&] tenſionem intereà remittere [iterum non] cõuenit, poſteà verò indicem digitum vnctum, aut etiam plures demiſſos inter os vuluæ & corpus impactum, orbiculatim circumagere, veluti ex-

Signa pernitioſa in parietibus.

[exitioſo affectu laborant.]

[excitentur inclamatæ. Cornarius, per vociferationes]

[tremunt]

Chirurgia in extrahẽdo fœtu.

† alias dextrã manũ contractam cũ fortibus digitis pingui aliquo inunctam, et τὴν εὐώνυμον χεῖρα συνηγμένην μετ' εὐρώστων δακτύλων λελιπασμένην. *Goup. Ita et Corna. niſi quod ſiniſtrã manum dicit.*

[quæ iũctis valenter digitis tenuior ſit]

vncum dextra manu prehenſum] [inſigemus] ſed] [remittere non conuenit]

coriando:

coriando: ſi autem iuxta rationem vncus ſubſequatur, [k] in ſuperiora transferre conueniet, atque ſic agere dum perfecta fœtus ſit extractio. Si autem manus obiecta fuerit, nec propter obſtructionem queat conuerti, circumpoſito panniculo, ne reuoluatur, modicè attrahere oportet, ac prolapſam totam ab humero abſcindere, idémque facere etiam ſi duæ manus prociderint. ſimiliter etiam pedes procidentes, corpore reliquo non ſubſequente, ab inguinibus amputari oportet: deinde reliquum corpus dirigere conandum. At ſi caput iuxto maius [obſtructionem pariat,] & Hydrocephalon ſit, id eſt, aquam in capite infans collegerit, ſpathula polypis dicata, aut ſcalpro, aut cultro quod Scolopomachærion dicitur, inter digitos occultato, caluariam diuidemus, vt vacuata concidat. quòd ſi naturaliter amplum ſit caput, ſimiliter diuiſam caluariam forcipe qua dentes aut oſſa extrahuntur, [comprimemus. Si] oſſa emineant, hæc quoque auferre ratio eſt. At ſi capite [ad thoracem adacto, obſtructio prouenerit,] eodem inſtrumento clauicularum compages vſque ad interiora ſpatia diuidentur, vt humore vacuato thorax concidat & collabatur: quòd ſi non concidat, diuiſas etiam clauiculas ipſas auferemus: tunc enim collabetur. Porrò ſi imus venter mortuo fœtu ſit inflatus, aut aquam ſubter cutem collegerit, eadem ratione ac via eum vacuare cum ipſis interaneis aggrediemur. Cæterùm ſi in pedes deferuntur, fœtus declinati facilè ad vteri os diriguntur. quòd ſi iuxta thoracem aut abdomen fuerit impactus, [linamento] ipſum attrahemus, [l] eodémque modo ea quæ ambiunt, diuidemus. At ſi reliquis ablatis caput [ad ſuperiora reuerſum] inhæſerit firmius, ſiniſtra manus demittetur in vterum, & ſi os ipſius pateat, manum in ima trãsferemus, ac caput inueſtigatum digitis ad os deuoluemus: deinde [m] vncum vnum aut alterum defigentes, propter orificij inflammationem non propellemus, ſed infuſionibus pinguibus copioſiſque vtemur: item inſeſſibus, fomentis, & cataplaſmatis, vt diducto ore auferatur, quemadmodum ſuperius comprehenſum eſt. Porrò latera fœtus, ſi quidem [in rectum diriguntur,] prędictis vtemur rationibus: ſin minus, totum ipſum intus diſſectum particulatim eximemus, cura adhibita, ne particula quępiam ipſius nobis neſciis intus relinquatur. Poſtquàm manu ſcalpelloque adminiſtrationem

Fœtus exſectio.

[impactum hereat]

[cõteremus & ſi]

[producto thorax impingatur]

[obuoluta panniculo manu. Sic etiam ferè Corn.]

[in vterum reuerſum]

[dirigi poſſunt]

[*vteri commodis*] obierimus, remediis ad inflammationem [inſcriptis] vtendum eſt. quòd ſi profluuiũ ſanguinis oboriatur, huius quoque curationem accepiſti.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Contractum. *Malè in Græco codice eſt*, σιωπηγμένων *pro* σιωπηγμένην, *paulo poſt* λελεπτυσμένων, *pro* λελεπτησμένην: *rurſus, poſteà indicem digitum vnctum*, λελεπισμένον *habetur pro* λελιπασμένον.

Hydrocephalon ſit, hoc eſt aquã in capite. *Hoc eſt ferè quod Celſus dicit, ſolet etiam euenire, vt infans humore diſtendatur, ex eóque profluat fœdi odoris ſanies.*

CORNARII.

k *ipſum in vlteriores partes transferre oportet. Et mox, At ſi manus fœtus præmiſſa ſit, & impacta retrudi non poſſit, obuoluto panniculo, vt ne ob lubricitatem elabatur, &c.*

l *Et eodem modo facta diuiſione, ea quæ continentur euacuentur. Græcè legendum:* καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον διαιροῦντα κενοῦν τὰ περιεχόμενα.

m *deinde vnco vno atque altero infixo attrahito. Si verò concluſum ſit vteri oſculum ob inflammationem, nulla vis inferatur, ſed infuſis pinguibus, &c. In Græcis quædam deſunt: ſic ergo legendum:* ἔπειτα ἐμβρυουλκὸν ἕνα, ἢ δεύτερον καταπείραντα ἐπισπᾶσαι. μεμυκότος δὲ διὰ φλεγμονὴν τοῦ στομίου, μὴ βιάζεσθαι.

Si ſecundæ fuerint relictæ. Cap. LXXV.

FŒtu excuſſo frequenter accidit, vt velamentum illius in vtero firmiter adhæreſcat, quod noſtri ſecundas, Græci Chorion, & Deuterion appellant. Diducto igitur vuluæ oſtio, [n] ſecundæ quæ inibi relictæ ſunt, & in partem aliquam [orbiculatim conuerſæ,] [*globi modo cõuolutæ. Sic etiã Corn.*] facilè educuntur. Manu ſiquidem ſiniſtra calida, inunctáq; in fundum demiſſa, ſecundas [ſublabentes] [*occurrentes*] oportet eiicere. † Si autem in fundo vteri [fuerint adnatæ,] [*adhæreãt*] [*† Si ſecũdæ vteri fundo hæſerint.*] demiſſa ſimiliter manu comprehendentes tendemus, neque in rectum, ne vulua procidat, neque violenter admodùm, ſed leniter primùm deducemus, huc illuc [circumagentes,] [*traducentes*] deinde paulò valentius. hoc enim pacto obſequuntur, & à connexu diſſoluuntur. Quòd ſi vuluæ os conniuere fuerit deprehenſum, remediis ad hoc commemoratis vtendum eſt. Si vires non fuerint inualidæ, etiam iis quæ ſternutamenta prouocant, & aromatum halitu ex fictili vaporari conueniet: & ſi os vteri diductum ſit, manu

inſerta, ſecundas vt dictum eſt extrahere conabimur. At ſi ne ſic quidem exemptæ fuerint, terrere nos non debet: ſecundum paucos enim dies putrefactæ, & in ſaniem reſolutæ excidunt. Quia verò grauitate odòris & caput opplent, & ſtomachũ peruertunt, [ſuffitus conuenientes excitabuntur:] ad eos autem cardamomũ & ficus aridæ [commendantur.]

Secũdæ putrefactæ.

[alternatim ſuffitus & ſternutatoria nos adhibebimus. è Græco] [præcipuè cõmendantur]

ANNOTAT. ANDERNACI.

Manu ſiquidem ſiniſtra calida, inunctáque. *Græcè eſt,* τὴν γοῦν χεῖρα τὴν ἀριστερὰν θερμὴν, καὶ λελειπισμένην. *fac* λελιπασμένην ἀ λιπαίνω.

CORNARII.

n *& ipſa ſecunda ab vtero exoluta. Græcè legendum:* καὶ αὐτοῦ τοῦ χορίου ἀπολελυμένου, *ſcilicet* τῆς μήτρας: *nam ea vox præcedit, & ad ipſam relatio facienda, & opponitur voci* προσπεφυκὸς, *id eſt adhærens, quæ paulò poſt ſubiungitur.*

Quomodo coxendices adurantur. Cap. LXXVI.

QVemadmodum humerus, ita etiam coxa propter humiditatis copiam nonnullis excidens, vſtionem poſtulat, quod Hippocrates his verbis teſtatur. Quibus coxa ex diuturno ipſius cruciatu loco ſuo mouetur, crus contabeſcit & claudi fiunt, niſi vſtionem experiantur. Conuenit igitur tunc illum præſertim locum [adurere, è quo articulus excidit:] ſic enim humor redundãs deſiccabitur, & locus cicatrice denſatus non amplius os ſuſcipiet, quare etiam penitius illic vſtionem moliri conuenit. Recentiores autem tres cruſtas adhibent, o vnam retro vrentes in acetabuli ſinu, alteram ſupra genu extrinſecus, & p tertiam ſupra exteriorem talum, quà eſt carnoſior.

Aph. lib. 6. aph. vltimo.

[adurere inquẽ fæmoris caput ſuo acetabulo elapſum decidit. Nec enim vnquam ferro cãdente attingẽda violãdaq; ſunt articulorũ ſedes.]

ANNOTAT. CORNARII.

o *vnam retro iuxta cauitatem clauis.*

p *Tertiã paululũ ſupra externũ talum.* ἀνώτερω τοῦ ἐκτὸς ἀστραγάλου. *Ex quo loco oſtenditur etiã Græcos* ἀστράγαλον *&* σφυρὸν *inter ſe confundere, quùm Paulus hîc* ἀστράγαλον τὸν ἐκτὸς *apertè dicat,* τὸ σφυρὸν, *id eſt malleolum. Sunt enim* σφυρὰ *malleoli, imæ ab vtroque lateræ tibiæ ſuræq; partes. Sub his verò vtrinque* ἀστράγαλος *talus continetur, ac vndiqꝫaque tegitur, vt tangi non poßit. Errant autem multi, inquit Galen. lib. de oßib. qui malleolos talos appellant. Ex quo apparet, & ex 2. comment.* εἰς τὸ κατ' ἰατρεῖον *etiam Galeni ſæculo* ἀστραγάλους *appellaſſe quoſdam* τὰ σφυρά. *Quare minùs mirandum eſt de Latinis ſcriptoribus quod malleols talos dixerunt.*

De Fiſtulis & Fauis. Cap. LXXVII.

CVm locus poſtulet de ani fiſtulis diſſerere, nihil mali fuerit prius generatim de omnibus fiſtulis verba facere. Itaque fiſtula ſinus eſt callo obductus, aliquatenus indolens, in pluribus naſcens particulis, magna verò parte ex abſceſſibus oritur parum dextrè curatis. Callus autem [continua] quædam caro eſt, albida, madoris expers, eoque etiam doloris, neque vena, neque neruo ad ipſum pertinente. Interim ſinus ſiccus, interim humidus eſt, nunc humor incontinenter fluit, nunc certis quibuſdam temporibus remittit, ore ipſius oppleto, iterúmque adaperto. Aliâs Fiſtulæ in os deſinunt, aliâs in neruum, aut aliam quampiam principem particulam, vel rectè intus tendentes, vel obliquè, item vel vno ore, vel pluribus peruiæ. Quæ igitur in grandes arterias, aut neruos, aut tendines notatu dignos, aut membranam coſtas ſuccingentem, aut aliquam principalem particulam deueniunt, vel nequaquam, vel certè, cum multa artificioſaq; diligentia attingere debemus chirurgia fiſtularum, reliquis hunc in modum manum admoliemur. primùm tentabimus, ſi quidem rectè intus tendant, cultro exciſorio: ſi obliquè, ſpecillo duplici cuſpide, flexili. Huiuſmodi autem ſunt quæ ex ſtanno fiunt, item ex ære tenuiſſima. In quibus autem duæ pluréſue oræ habentur, ſnotationi per ſpecillum non obtemperantes, ſinu per vnum ipſius orificium aduſto, ex clyſteris in reliquas oras tranſitu deprehendemus, num vna fiſtula ſit pluribus oris dehiſcens, an plures: ac vbi tentatum eſt, ſiquidem per ſumma habeatur ſinus, actúſque ſit, demiſſo [ſpecillo] explicantes, ſcalpello figura commodiore callum tollemus, aut vnguibus, aut acie ſcalpri deradentes: at ſi latitudinem habeat, corpora ſuperflua, tolli debent: ſin autem non ſumma occupauerit, ſed penitius rectè tendat, eo, quatenus licet, in alto diuiſo, orbiculatim totum callum auferemus: quòd ſi reliquiæ ipſius aliquæ remanſerint, medicamento adurente eas cõſumemus, quod ſi amplius cùm ſit, medicamento non cedat, ferro candente cruſtas ei inducemus. Cæterùm ſi fiſtula in os terminatur, [hoc idẽ quod] integrum eſt, duntaxat rademus: vbi verò cariem aliámue quandam corruptionem experitur, quod vitiatum eſt, totum [exciſoriis, aciem inter ſeſe oppoſitam habentibus] tollemus, ſi opus ſit, prius terebra perforatum, ſiue ad perſpiratum

Fiſtula quid.

Callus.

[ſolida. ita etiã Corn.]

[ſcalpello]

[& os]

[impactis exciſoriis ſcalpris]

tum duntaxat, ſiue ad medullam vſque fuerit vitiatum. At ſi os quoque emineat, caulis modo porrectum, ſerra ipſum adimemus. Sumptis itaque duobus loris, vnius quidem medium oſſi eminenti ſubiiciemus, ipſumq́ue per miniſtrũ attollemus: alterius autem quod craſſius eſt, vel ex lana quoque factum, ſimiliter medium carni quæ oſſi ſubiacet adaptantes, initiáque infrà prehendentes, per ipſum lorum carnem deorſum iubebimus detrahi, ne ipſa ſerræ dẽtibus peradatur, [s] atque hoc pacto nos excretionem molimur. Vbi verò particula quæpiam princeps ſubiecta eſt, exempli gratia, membrana coſtas inuoluens aut ſpinalis medulla, aut eiuſmodi aliqua, [inter excidendum, aut ſerra concutiendum os,] laminam, quæ quòd membranam cerebri cuſtodit Meningophylax Græcè dicitur, ſubiiciemus: [non vitiato autem oſſe, totum orbiculatim carne nudum ſerra eodem modo deradetur.] [t]Fieri nanque haud poteſt, vt oſſa circulatim [implicita] carne obducantur. Simili ratione ſi oſſis terminus propè articulum fuerit vitiatus, idem ſerra auferri debet. At ſi totum ſubinde os, nempe cubitus aut radius, aut tibia, aut eiuſmodi aliquod contabuerit, totum adimetur. Femoris autem caput, aut coxa, aut ſpinalis medullæ vertebra affecta, attingi non debet, periculi quod ex [arteriis] adiacentibus accidit euitandi gratia. Hoc igitur modo ac via faciendum eſt, in ſingulis vbique particularum vitiatarum ſitu, vicinitate, & naturæ conſortio inſpecto, item morbi magnitudine, & laborantis virium robore conſiderato. Cerion autem, hoc eſt fauus, quùm ſinus ſit fiſtuloſus, mellea defluens humiditate, eandem adminiſtrationem curationémq; cum fiſtulis & aliis ſinibus requirit.

[dũ cultro aut ſerra os excinditur]
[Porrò os etiam ſi vitiatum non ſit, tamen ſi carne in orbem detectũ eſt, ſerra etiã præcidendum]
[aere percuſſa]
[articulis]
Faui curatio.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Si obliquè, ſpecillo duplici cuſpide. *Malè in codice Græco habetur, διαπυρήνῳ pro διπυρήνῳ.*

Caulis modo porrectum. *Græcè eſt ἀποκαυλισθῆν, hoc notat caulium modo tranſuerſim fractum.*

CORNARII.

¶ *ita vt per ſpecillum explorari non poßit, his infuſo per vnum oſculum in ſinum immiſſo, ex infuſi ad reliqua oſcula tranſitu comperiemus an vna multa oßicula habens ſit fiſtula, an plures. Græcè legendum: ἐφ' ὧν ἢ δύο ἢ πλείονα στόμια εἰσὶ, τῇ διπυρήνῳ σημειώσα μὲν πειθόμενα, κλύσαντες τὸν τόπον, &c.*

r Siue

r *Siue ad ſecundam laminam vſque ſolummodo, ſiue vſque ad medullam fuerit affectum. Græcè legendum, εἴτε ἄχει διπλόης μόνον, εἴτε ἄχει μυελοῦ εἴη πεπονθός. Eſt autem διπλόη oſsis duplicati ſecunda lamina.*

s *Atque hoc modo nos deſectionem facimus. Græcè legito, ἀπόπεισιν pro ἀπόκεισιν.*

t *Fieri enim non poteſt, vt oſſa quæ circumcirca flatum excipiunt, carne inducantur. ἀδύνατον γὰρ κατὰ κύκλον περιπλεόμενα ὀστᾶ σαρκωθῆναι. Legendum videtur περιπνεόμενα, id eſt quæ circum circa flatum excipiunt, & non περιπλεόμενα, quod haud ſcio qua ſignificatione ſit accipiendum, vt oſſa circum circa carne denudata circum natari intelligamus.*

De ani fiſtulis. Cap. LXXVIII.

Latentis fiſtulæ ſigna. ANi fiſtulæ natantes quidem notantur inde quòd ore non apparente dolor ipſis oboriatur, & purulenta humiditas per anum profundatur. Plurimis abſceſſus quoque *Manifeſtæ ſigna.* indicia præceſſerunt: manifeſtæ autem cultro exciſorio, aut ſeta porcina demiſſa noſcuntur. Nam inſtrumentum ad ima penetrat, & digito indice in ſedem tranſmiſſo occurrit, *Non perforatæ fiſtulæ.* fiſtula nimirum ad interiora perforata. At in iis quæ perforatæ non ſunt, inſtrumentum digito non ſtatim occurrit, ſed obſtat in medio corpus non perforatum. *Tortuoſæ.* Tortuoſas autem & labyrinthi modo flexuoſas agnoſces inde, quòd inſtrumentum paululum procedat, pus autem ad illarum portio- *Propinquæ inteſtino.* nem copioſum efferatur. At quæ prope inteſtinum oriuntur fiſtulæ, agnitionem ſui præbent, quòd nonnunquam & lumbrici & ſtercus per orificium erumpat. In omnibus autem *Quæ curabiles, quæ minimè.* ferè callus aliquis in orificio prominet. Itaque fiſtula inſanabilis eſt, quæ veſicæ ceruicem perforauerit, aut quæ ad fœmoris articulum ſit, aut quæ ad ipſum longanonem tendat. Ægrè verò conſaneſcit, quæ orificio caret, tum quæ deliteſcit, & in os terminatur, multifariámque fiſſa eſt: reliquæ in vniuerſum facilè curantur, adminiſtratione hunc in mo- *Chirurgia fiſtularum curabilium.* dum adhibita. reſupinato homine, vt cruribus ſurſum porrectis fœmora ad ventrem inclinet, quemadmodum fit in iis quibus clyſter in aluum mittitur, ſi fiſtulæ extremum in ſummo occurrit, culter, aut auricularium ſpecillum per orificium demittitur,[u] ſubiectáque cutis ſimplici linea exciditur: ſi autem altè iuxta ſedem fiſtulæ terminus finiat, demiſſo per orificium cultello, ſiquidem perforatam ipſam inuenerimus,

rimus, demiſſo iuxta oppoſitam affecto ano manum indice digito, eiuſdem cultelli initium adigentes & deflectentes, ipſum foras reducemus, ac corpora quæ incumbunt cultello, ſimplici diuiſione liberabimus. At ſi nondũ fiſtula perforata reperiatur, in altum verò ani duntaxat terminetur, & tentantibus nobis indici digito occurrat, corpus intercedens cum ſquamoſum membraneúmq; ſit, vehementius mucrone cultelli perforabimus, traductóque per ſedem cultro, rurſus ſcalpello corpora quæ ei incumbunt diſſoluemus, quemadmodum prius explicatum eſt. [Si igitur terebræ aut ſcalpelli ad fiſtulas accommodati] acie ſinus fundum iuxta ſedem perforauerimus, ipſum inſtrumentum per anum inſerentes, illinc totum quod interiacet acie terebelli pertundemus, & poſt exciſionem vulſella aut forfice corpora diuiſionem ambientia (calli autem ſunt) prehenſa ex toto adimemus, muſculum qui anum conſtringit, Sphincter dicitur, vbique vitantes. Nonnulli ſiquidem rudius dum in alto ſectionem molirentur, ipſum conuulnerarunt, atque inde inuoluntaria ſtercoris excretio homini accidit. At ſi qui timidiuſculi chirurgiam fugiant, Hippocratica vti debent è lino deligatura. Iubet ſiquidem Hippocrates, linum quintuplex crudum cultro forato vel ſpecillo per fiſtulam dimittere, & lini principia coniungi, ac quotidie conſtringi donec corpus totum quod duabus oris intercedit, diſſectum, linum eructet. Si [x] vetuſtate malum contraxerit, cùm diſſolues, etiam pſaro, aut eiuſmodi quodam arido illito linum oportet pertrahere. Sunt qui foramini [terebræ] fiſtulis dicatæ inſertum linum iuxta prædictam rationem propellunt, quod, meo iudicio, non conuenit. Dum enim chirurgiam vitant, præter quòd hanc [requirunt] etiam curationem remorantur. de latentibus autem fiſtulis Leonides hunc in modum tradit. Cùm [y] autem alta pars ſtringentis anum muſculi in fiſtulam dehiſcit, quæ vel à ſede incipiat, vel longius procedat, poſt notas indicatas, diſquiretur inſtrumento quod ad ſedem diducendam ſit aptatum. dico autem exiguo perſpecillo, quod Græci Dioptrion appellant, anum vt muliebrem ſinum diſtendi. At cùm fiſtulæ os clarè apparuerit, per ipſum ſpecilli mucro demittetur, propelletúrque in imum: [lamina verò ſubiecta] tota fiſtula ſuper eam diuidetur ſemiſpathula, aut ſpatha fiſtulis incidẽdis peculiari. Nos autem cùm in

[Vel etiã cũ nos faſcicula ad incidendas fiſtulas accõmodatæ]

lib. de fiſtulis.

[faſciculæ]

[ſubeunt]

[ac ſuper ſpecilli manubrio tanquam ſubiecta inciſoria tabula]

in talem incidiſſemus affectum, hoc adminiſtrationis modo vti non potuimus, quòd ductus fiſtulæ in conſpectum non veniret. Nam inter anum & eius fibulam dextra parte [i. ſphincterem.] ſita erat, inſtrumentum verò quod ei diducendæ erat impoſitum, magis operationẽ adumbrabat: at per digitos diſtendentibus anum nobis, rima quædam inter vnam quandam ani rugam, ceu fiſtulæ emiſſarium, apparebat, etenim pus per ipſam emanabat: per eandem verò cultelli [mucronem] [nucleum] in fiſtulam demittebamus ceu manu ab ea ducti, deinde dextræ manus indice digito, [ani fibulæ] [verſus ſphincterẽ] inſerto, cùm inueniſſemus quoddam inter digitum & inſtrumentum, tenue corpus, cúmque violentius cultellum digito adegiſſemus, fundum fiſtulæ ſurſum conuerſum perforauimus, vbi iam digito [mucronem] [nucleum] inſtrumenti, foras traiectaſſemus, conſpicuum nobis factum totum corpus quod inter fiſtulæ orificia habebatur: dico autem ea quæ initio ad humoris emiſſarium ſita erant, & ea quæ nunc à nobis facta ſunt ſcalpello præcidentes [diſſoluimus.] [inſtrumentum eduximus]

ANNOTAT. ANDERNACI.

Fiſtula. Ani fiſtulæ latentes. *Fiſtulæ ani aliæ tortuoſæ, aliæ multiplices, aliæ tranſuerſæ, aliæ ſimplices habentur.*

Vel ſpecillo per fiſtulam. *Rurſus malè in Græco* διαπυγίους *pro* διπυγίους *habetur.*

διόπτριον. Inſtrumento quod ad ſedem. *Vocatur hoc* διαστολὶς διόπτριον, *quaſi dicas diſtendens ſpeculum. verùm propriè dicitur* διόπτριον *de vtero. Poteſt autem accommodari etiam ſedi, cùm latentes in ea morbi ſint.*

CORNARII.

v *ſimplici ſectione cutem incumbentem reſecamus, pro* τὸ ὑποκείμενον δέρμα *lege* τὸ ὑπερκείμενον.

x *Si verò exolutio protrahatur, puluillus ſiccus pſari nomine, &c.*

y *Cùm profunda fuerit fiſtula quæ muſculum adſtrictorium perforauit, ſiue ab ano exorſa, ſiue multùm progreſſa in muſculo tamen conſiſtens, poſt relatam explorationem, inſtrumento ſedem diducente, parua dioptra dico, ſedem veluti muliebrem ſinum diducito.*

De Hæmorrhoidibus. Cap. LXXIX.

CVm Hæmorrhoidum notæ ex ipſo quod vacuatur innotuerint, antequam manum admoliamur, clyſtere vtemur copioſiſſimo, ſimul inteſtini ſuperuacua inanientes, ſimul & anum, vt promptius interuertatur, & extrema ipſius pars

pars exeat, irritantes. Reſupinato igitur ægrotante aduerſus lumen clarum, [z] ſiquidem conſtrictione vſi fuerimus, linum quintuplex ferramento quo ora venarum in ano extantia aduruntur, vel quo vuæ, labris hæmorrhoidum circumponentes vnamquanque hoc fune aſtringemus, vna duntaxat relicta, qua ſanguis ſuperfluus emanet, quod etiam Hippocrates præcipit. Poſt aſtrictionem linamento implicito oleo madente, & ad ſedem accõmodato ligamine vſi, ægro quietem indicemus, oleo tepido, aut mulſa ventri medicantes, deinde poſteà cataplaſmate ex micis panis & croco vtemur. Vbi hæmorrhoides exciderint vino cicatrix ducitur. Leonides autem non è lino deligat, ſed forcipe prehenſas ampliter hæmorrhoidas ſcalpello excindit. [a] A chirurgia, fuligine thuris vtendum & amylo, chalcitide, vel eo medicamento quod vſta ſpongia ſimul & pice conſtat, item paſtillo fauſtino ad abſolutam aduſtionem. Alij verò inſtrumenti quo vuæ vruntur, concauo, medicamine quod adurat repleto, quemadmodùm vuam, ſic etiam hæmorrhoidas vſſerunt.

Chirurgia hæmorrhoidum.

Aph. li. 6 aph. 12.

ANNOTAT. CORNARII.

z. *Si quidem conſtrictione vti voluerimus, filum lini quincuplum labiis venarum circundabimus, & ſingulas hæmorrhoidas cum hoc funiculo conſtringemus, vna relicta, &c. In Græcis codicibus redundant verba* τῇ αἱμοῤῥοϊδοκαύστῃ, ἢ τῷ σταφυλοκαύστῃ. *Nam his inſtrumentis neque ad filum circundandum opus eſt, neque vſtionem fieri vult.*

a *Poſt chirurgiam manna thuris & amylo cum chalcitide, aut emplaſtro ex ſpongia vſta cum pice vtendum eſt. Sed & paſtillo fauſtino ad perfectam aduſtionem quidam vſi ſunt.*

De Condylomatis, Tuberculis, & Rimis. Cap. LXXX.

ANi Condyloma loco ſolùm ab eo quod muliebres locellos infeſtat, differt, rugoſa & ipſa ſedis excreſcentia, aut inflammatione, aut Rima quæ dicitur Rhagas præcedente. Per initia itaque, Tuberculum appellatur: cum occaleſcit autem, Condyloma: quare conuenit, hęc quoque, quemadmodùm illa, vulſella apprehenſa excindere, & medicamentis cruſtam ducentibus curationem abſoluere: [b] Rimas autem à ſtercore potiſſimùm [indureſcentes,] & quia dum cicatrix generatur, occaleſcunt, inueteraſcúntque, recentes faciemus, vel vnguibus vel ſcalpello radentes & cicatricem vt par eſt, inducemus.

Chirurgia Condylomatum.

[durogenitas]

b *At verò rimas præduro maximè ſtercore orientes, & eo quod calloſæ fiunt, cicatricem tardiùs recipientes, renouabimus, &c.*

De Ano non perforato. Cap. LXXXI.

Anus quomodo perforandus.

PVeris recens natis, Anus ex natura non perforatus interim inuenitur, membrana videlicet obſtructus. hæc igitur ſi fieri poteſt, digitis ipſis dirumpetur: ſin minus, acie ſcalpelli eam excindentes, vino curabimus. Quoniam verò & prouectis ſubinde ob vlcus non dextrè curatum anus [committitur,] conuenit [hanc vnitionem] inſtrumẽto conuenienti [diruptam] curare, fiſtula plumbea, aut [obturamine quodam] ano vſque dum in totum conſaneſcat, commodè impoſito, ne rurſus coaleſcat. Porrò [obturamentum] medicamine quodam cicatricem ducente oblini debet.

[coaleſcit]
[hunc cohæſum]
[dirũptum]
[penicillo figura cuneo ſimili]
[penicillus]

Quomodo Varices excindantur. Cap. LXXXII.

Quid varix, et eius cauſa.

VArix venæ dilatatio eſt, aliquandò in temporibus, aliquandò in ima ventris parte ſub vmbilico, nonnunquã etiam circa teſticulos, ſed maximè in cruribus. Hîc igitur originem plurima parte ex materia melancholica trahit. eorum autem qui teſticulis oboriuntur curationem per ſcalpellum iam in capite de varicum ramice tradidimus, atque his ſimiliter crura infeſtantes aggrediemur, ab interiori femoris parte incipientes, vbi etiam origo ipſorum magna ex parte inuenitur: inferius enim, in plures diſtributi propagines difficilius tractantur. Loto igitur homine, funiculum ſuperiori femoris regioni circundamus, iubemúſque vt inambulet. inde repletam venam atramento ſcriptorio aut collyrio notabimus iuxta varicis ſitum trium digitorum, aut paulò ampliori ſpatio interpoſito: decumbente ægro cruribus extenſis, alterum funiculum ſupra genu iniiciemus. Elata autem in tumorem vena, ſcalpellum adigimus, quà attramenti nota eſt, tam altè, vt cutem duntaxat ſcalpellum penetret, ne venam diuidamus. vbi oras vulneris hamulis diduxerimus & membranas cultro inflexo ad ramicem aquoſum accommodo excoriauerimus, vena detecta & vndiquaque explicata femoris ligamenta ſoluemus, vaſe per cæcum hamum ſuſpenſo, acum duplex linum trahentem ſubiiciemus, plexúmque lini amputabimus, & diuiſa ſcalpello per medium vena, detrahemus ſanguinis quantum vſus poſtulat: deinde funiculo ſuperiorem vaſis partem con

Varicum in femoribus ſectio.

conſtringentes, erectúmque crus eleuantes manuum expreſſu, ſanguinem qui in crure eſt euacuabimus: deinde infrà rurſus vas deuincientes, vel id venæ quod inter vincula eſt, abſciſum tollemus, aut manere id ſinemus vſque dum ſua ſponte cum funibus excidat, & vulnere ſiccis linamentis oppleto, ſplenium vino & oleo madens, iniectum deligabimus, medicamentóque ad pus faciundum apto quod linteolis illinatur perſanabimus. Noui autem veteres nonnullos, [funibus non vſos:] alios inde vas denudatum excindere: alios altè ipſum eleuatum cum violentia extrahere abrumpentes. Verùm omnium tutiſſimus chirurgiæ modus eſt, quem ſuprà diximus. Porrò varices in imo ventris ſuborientes conſimiliter tractabimus: item eos qui tempora infeſtant, quemadmodùm in Angiologia comprehenſum eſt.

[quia vaſe aperto ſanguinem tãtum emitterent, nõ autem vas funiculus aſtringerẽt.]

De Dracunculo. *Cap.* LXXXIII.

DE Dracunculo quomodo medicamentis potiſſimùm emendetur, quarto libro peregimus.

De extremarum partium præciſione, Acroteriaſmon appellant.

CAPVT LXXXIIII.

SVmmis partibus nonnunquàm putredine conſumptis, nempe manu aut pede, vt etiam oſſa ipſa contabuerint, vel ex cauſa exterius adueniente, fracta, vel etiam ex interiore cauſa putredinem experta, & ſerrula præcidi poſtulent, antè hanc neceſſe eſt corpora oſſibus circundata primùm diuidere. Verùm quia dum hoc primùm fit, deinde longiore temporis ſpatio ſerræ adminiſtratio peragitur, ſanguinis profluuij metus ſubſequitur, rectè Leonides non omnia primùm corpora præſcindit, niſi ex toto putredine contabuerint, ſed partem, vbi non plures neque grandiores eſſe venas aut arterias exiſtimet principiò celeriter vſque ad os reſecat, deinde os protinus ſerra præſcindit, panniculum lineum partibus ſectis circumponens, ne ſerra per ipſa tracta dolores pariat. Atque tunc reliqua parte exciſa, ferramenta candentia vaſis iniicit, [& ſanguinis fluore ſuppreſſo,] linamentis inſertis, & conuenienti deligatura adhibita, remedio vtitor quod pus moueat.

[vt ſanguinis eruptionem ſiſtat, deinde]

ANNOTAT. ANDERNACI.

De extremarum partium præciſione. *Sic vocatur Græcis* ἀκρωτηριασμός. *Celſus libro ſeptimo de Gangræna inquit, Gangræ-*

ἀκροτηριασμός.

na inquiens, inter vngues, aláſque, aut inguina naſci, & ſi quando medicamenta vincuntur, membrum præcidi oportere, alio loco mihi dictum eſt.

Ex cauſa exterius adueniente. *Gracè eſt* ἐκ προκαταρκτικῆς αἰτίας, *quaſi dicas præincipiente aut primaria cauſa. vt* προηγουμένως *de intentiore cauſa dicitur.*

De vnguinum Pterygiis. *Cap.* LXXXV.

Quid Pterygium.

Pus tẽpore vnguem & digitũ corrumpit.

Curatio per chirurgiã.

Pterygium ex genere depaſcentium.

[depaſcens vlcus]

[ſubit]

[coercetur aut ſiſtitur]

[ac pungit]

[carnẽ quæ]

[maior caro eſt quæ eminet]

[circũ excindemus, mox cauſtico vtemur]

PTerygium in vnguibus carnis incrementum eſt partem vnguis operiens. Fit autem in pedis manúſque potiſſimũ pollicibus: in pedibus quidem, ex offenſione plerunque: in manibus autem, ex neglecta reduuia, inflammata, & in pus mutata. Siquidem hoc, pus dico, ſpatio temporis vnguis radicem exedit, ipſúmque corrumpit, ſubinde totum abolet, ſæpè medium vnguis admodùm infeſtat.[c] Iuxta vnguis autem radicem ipſam, nonnullam ipſius partem putrefactam, aliquando totam radicem à roſione immunem relinquit. Eſt quùm & os corrumpat, odor ædatur grauis, digitus per ſumma dilatetur magíſque liueat. his igitur manus debet admoueri, ita vt totam vnguis partem relictam acie ſcalpelli reſecemus auferamúſque, deinde exulceratam inciſamque partem ferramentis aduramus. Etenim Pterygium genere [depaſtio] eſt, quæ nomẽ Græcè dicitur, neque [ſubſidet,] niſi aduſtum, adeóque ſi negligitur, digitum corrumpit. At ſi oſſe & vngui à vitio immunibus, exterior vnguis angulus [qui delitescit, &] carnem ipſi agnatam [pungit,] & inflammationem excitat, conuenit pungentem vnguis particulam tenui cultro aut eiuſmodi quodam ſubiecto ſublimem eleuatam, acie ſcalpelli adimere, & [quod] eminet medicamento cruſtis faciundis idoneo conſumere. Plerique hoc modo adminiſtrationis cõſanuerunt. Si [amplius fuerit vitium] primùm ſcalpello [circùm adimemus, mox remedium ex medicamentis petemus.]

ANNOTAT. ANDERNACI.

Pollicibus. *In Græco eſt* τοῖς χειρὸς μεγάλοις δακτύλοις, *hoc eſt ad verbum in manus digitis magnis. Quia verò pollex quaſi maximus omnium eſt, verti pollicibus, Celſum imitatus.*

CORNARII.

c *Ad ipſas autem radices partem quandam incorroſam relinquit. In Græcis* διάσηπτον *falsò legitur pro* ἀδιάσηπτον, *id eſt non putrefactam, & incorroſam.*

De vngue contuſo. Cap. LXXXVI.

QVoniam verò ſubinde ex ictu vnguibus contuſis dolores ſubſequuntur, qui ad manus operationem nos pertrahant, ſatis eſt Galeni verba hîc appoſuiſſe, quæ ſonant in hunc modum. Vnguibus contuſis præſens planè remedium ad dolorem auferendum ſanguinis detractionem experti ſumus, quùm pulſus, doloréſque vehementiſſimi oboriuntur. Cæterùm linea obliqua, non recta in[imum,]ſupernè[deorſum] ſcalpello acuto debet incidi, vt ſanie excreta, ſecta hæc vnguis particula veluti operculum quoddam ſubiacẽtium efficiatur. At ſi in rectum ſupernè deorſum lineam duxeris carnis excreſcẽtia quam Græci ὑπερσάρκωμα vocant, [diuerſum nimirum corpus] à carne quæ vngui ſubiicitur per mediam diuiſionem ſuppullulante, gignitur, inde rurſus dolores prehendunt, quos in reduuiis nominauimus, carne quæ ſub vngue ſuccreuit, compreſſa. Quia igitur ex huiuſmodi ſectione dolorem protinus ægro adimi videre licet, per dies inſequentes commodum eſt, nobis [d] ſubſectam vnguis carnem leuiter attollentibus, vnguis ſaniem excernere: ac rurſus ſubiectæ carni quemadmodùm dixi, vnguem operculi modo imponere: reliqua verò digiti totius medicina vti conuenit quæ leniat, diſcutiátque.

Chirurgia vnguis contuſi.

[profundũ ac]

[deorſum tracta]

[ſuperuacua nimirũ ſubſtantia]

ANNOTAT. ANDERNACI.

Vt ſanie excreta, ſecta hæc. *Codex Græcus tantùm habet,* ἵνα ἐκκριθέντος, *vbi addendum eſt* ἰχῶρος. *legendúmque* ἵνα ἐκκριθέντος ἰχῶρος.

At in rectum ſupernè deorſum. *Hic quoque mutila eſt lectio exemplaris Græci. Habet enim* ἂν δὲ κατ' εὐθὺ ποιήσαις τομὴν ἐκ τῶν ἄνωθεν εἰς τὸ καλούμενον ὑπερσάρκωμα γίνεται δὲ, &c. *vbi legendum eſt*, ἂν δὲ κατ' εὐθὺ ποιήσαις τομὴν ἐκ τῶν ἄνωθεν εἰς τὸ κάτω, τὸ καλούμενον ὑπερσάρκημα γίνεται, τῆς &c.

CORNARII.

d *Subſectam vnguis partem, &c.*

De Clauis, Myrmeciis, & Verrucis. Cap. LXXXVII.

CLauus rotundus callus eſt, coloris candidi, clauorum capitibus ſimilis: toto corpore, ſed pedum ſolo digitíſque præcipuè enaſcitur, dolor ſequitur, & inceſſus impedimentum. Itaque circunſcarificatus vulſelláque apprehenſus, [ſcalpro acutæ aciei,] aut quo venæ ſcinduntur, radicitus eximetur. Nonnulli, ne rurſus ſuccreſcat, candenti ferro vtu-

Clauus quid.

Claui ſectio

[ſcalpello roſtro corui ſimili, acutæ aciei. ὀξυκοράκῳ σμιλίῳ]

tur. Myrmecia verò cutis tuberculum eſt exiguum, calloſum, rotundum, & craſſum, ad baſim [inſidens,] & [e] [ad frigora] ſenſum formicarum morſibus ſimilem excitat. Hæc quoque totum corpus, præſertim autem manus infeſtat. nonnulli igitur, inter quos & Galenus eſt, præcipiunt ſcarificata extrema parte, fiſtula pennæ durioris, quales ſunt veterum gallorum, anſerum, & aquilarum, [in imum adacta,] ex baſi Myrmeciam auferre. Alij ærea aut ferrea fiſtula, idem faciunt. Recentioribus ſatis eſt, ſcarificatam vulſellâque apprehenſam, ſcalpro, clauorum modo excindere. At Verruca, quæ Acrochordon Græcè dicitur, exigua cutis eminentia eſt, doloris expers, calloſa, rotunda, plurima parte baſim habet anguſtam, vt ſuſpenſa eſſe videatur. Nominata verò ſic eſt, quòd chordæ [nexui] reſpondeat. [Extendentes] igitur, eminentiam excindimus: ſin autem hoc non fiat, lino ſaltem aut pilo deligabimus. Noui plerôſq; & has & prædictas omneis excreſcentias ferramento extincto, vt dicunt, conſumpſiſſe.

[ſeſſile] [et cum manus frigore afficitur. πρὸς τὰς περιψύξεις. Sic legit Albucraſis. Et quando, inquit, inuenit eam frigus ſentitur in ea ſimile mordicationi formicæ] Myrmeciæ ſublatio. [circuntorquendo via ad profundum compulſa. Sic etiã Corna.] Quid Acrochordon, et eius exciſio. [extremo] [ſubleuantes]

ANNOTAT. CORNARII.

e *Et ſi ſcalpatur formicarum morſibus, &c.* πρὸς τὰς παραψαύσεις.

De Telis è corpore extrahendis. *Cap.* LXXXVIII.

CHirurgicæ partem telis extrahendis dicatam maximè neceſſariam eſſe poëta Homerus his verſibus innuit:

Vir medicus multis aliis præſtantior, vt qui
Corpore tela trahens, medicamine vulnera curet.

PRIMVM itaque telorum differentiæ enumerari debent. differunt autem tela materia, figura, magnitudine, numero, habitu, viribus. Materia quidem quatenus haſtilia aut lignea ſint, aut arundinea. Ipſa verò tela aut ferrea ſunt, aut ærea, aut ſtannea, aut plumbea, aut cornea, aut vitrea, aut oſſea, aut arundinea, vel etiam eadem lignea, tot enim differentiæ potiſſimùm apud Aegyptios reperiuntur. figura autem, [f] quatenus alia ſunt rotunda, † alia vngulosa, nempe triangula, alia ſulcata quæ & Gonchota dicuntur, alia triſulca, [g] atque alia cuſpidata, alia cuſpidibus carent, ac cuſpidatorum, hæc cuſpides poſteriora ſpectantes

Telorũ differẽtiæ ſex.

† Alia angulos habentia, & horum quidẽ alia duos angulos habent, alia verò angulum habentia, quæ lonchota, id eſt longa vt haſta, alia tres habent angulos. τὰ δὲ γωνιωτὰ, καὶ τούτων τὰ μὲν διγλώχινα, τὰ δὲ γλωχινωτὰ, καὶ λογχωτὰ καλούμενα, τὰ δὲ τριγλώχινα. *Goup.*

tes habent, vt dum extrahuntur contra defigantur: illa in anteriora, vt propulſata idem faciant: quædam obuerſas cuſpides habent, fulminis inſtar, vt dum ipſa trahuntur propelluntúrque, in obiecta infigantur. Sunt quæ mota cardine cuſpides habent contractas: quæ dum in trahendo explicantur, telum extrahi prohibent. Magnitudine variant tela, quatenus alia magna ſunt, vt trium digitorum longitudinem expleant: alia parua, vt vnum digitum æquent, h quæ ſanè & Myiata apud Aegyptios vocantur, alia medium inter hæc locum occupant. Numero autem quatenus nonnulla ſimplicia ſunt, nonnulla compoſita. tenuia ſiquidem ferramenta ipſis imponuntur, quæ in teli extractione in imo deliteſcunt. Habitu, quatenus alia ferrum acutum ligno habent inſitum, alia concauum: ac quædam firmiter ligno infixa ſunt, quædam negligentius, vt in extractione ſeparata intus remaneant. Viribus differunt, quatenus veneno quædam ſunt oblita, quædam non. Atque hæc ſunt telorum diſcrimina. Nunc dicamus quomodo extrahantur in conuulneratis, & in bello, & extra bellum, ſponte, & inuito, quacunque occaſione, ac qualibet ex materia confecta. Cæterùm dupliciter tela in carne extrahuntur, tum euulſione, tum propulſatu. In quibus enim per ſumma telum impactũ eſt, euulſione eximi debet. ſimiliter etiam quæ altè inhærent: obiectæ verò partes ſi conuulnerentur, ſanguinis profluuio aut dolore ex conſortij lege periclitantur. At propulſatu vtimur in quibus altè telum infixum eſt, & partes obiectæ breue ſpatium continent, neque neruus, neque os, neque eiuſmodi aliquod diuiſionem impedit. Oſſe autem conuulnerato euulſorium modum aſſumit. Si igitur telum conſpicuum fuerit, [inde] extractionem moliemur: ſi occultatũ eſt, conuenit, autore Hippocrate, modò vulneratus poſſit, in ea figura conſtitutum notare, in qua etiam vulneratus eſt: ſi non poſſit, iacentis certè quatenus licet modo figurantes ſpecillo tẽtabimus. & ſi quidem in carne fixum eſt telum, manibus extrahemus, aut eius haſtili quod etiam Atracton appellant, niſi exciderit, ligneúmque id potiſſimùm ſit: ſi excidat forcipe qua dentes radicéſve euelluntur, aut ferramento quod à telo extrahendo Belulcum Græci vocant, aut alio quopiam inſtrumento accommodo, extractionem moliemur, nonnunquàm etiam carnem priùs incidentes, ſi vul-

Extractio telorum ex carne.

Extractio telorum ex oſſe.

[ſtatim]

nus inſtrumentum non recipiat. At ſi etiam in oppoſita telum proceſſerit, nec illac ipſum poſſit extrahi quà infixum eſt, diuiſis iis quæ oppoſita ſunt, per illa ipſum eximemus, vel euellentes vt dictum eſt, vel per eam partem in quam tetendit propellentes, vel ſi haſtile exciderit, demiſſo inſtrumento propulſorio ita vt neruum, aut tendinem aut arteriam, aut eiuſmodi aliquod neceſſarium vitemus, protrudere oportet. turpe ſiquidem eſt, dum telũ extrahimus, peius eo malum efficere. [i]Et ſiquidem caudatum telum ſit (hoc autem ſpecillo deprehẽdemus) fœmina propulſorij inſtrumenti demiſſa accommodatáq; telum propellemus: ſi concauitatem, marem. Telum verò exemptum ſi ſculpturas quaſdam habere, ceu aliorum tenuium ferramentorum quæ ipſis impoſita eſſe poſſint, appareat ſpecillo rurſus vſi, ſi illa inueniamus, eadem ratione & via auferemus. Sin oppoſitas cuſpides, vt veriſimile eſt, telum habens [non exilierit,] vicinus ei locus diſſecari debet, ſi nulla pars neceſſaria contigua ſit, detectúmque telum eleuantes, [modeſtè] extrahemus. Nonnulli verò exigua arundine cuſpidibus ipſis circumpoſita ſic telum euellunt, ne carnes à cuſpide radantur. & ſi vulnus inflammatione vacauerit, ſuturis vſi cruentorum modo curabimus: ſi inflammationem experiatur, fomentis, cataplaſmatis, & conſimilibus medebimur. Porrò ſi venenato telo quis ictus eſt, totam carnem [k]quæ veneno iam mutata eſt, ſi quidem fieri poteſt, præcidemus. Agnoſces autem eam quòd è ſana carne differat: pallida enim, ſubliuida, & veluti emortua apparet. Aiunt autem Dacos & Dalmatas cuſpidibus [elenium & Ninum dictum] oblinere, idq; vbi ſanguini vulneratorum obuenerit, hominem occidere: comeſtum verò ipſis innocuum eſſe, & nihil mali efficere. At ſi telum oſſi inhæſerit, rurſus inſtrumento experiemur, & ſi quidẽ caro impediat, hanc adimemus aut diducemus: ſi verò etiam altè in oſſe lapſum eſt, quod cognoſcimus ſi firmiter id infixum nulla vi commoueatur, exciſorio cultro oſſe quod iuxtà eſt exempto, aut etiam terebra prius perforato, ſi craſſum ſit, telum liberabimus. Porrò ſi in principem aliquam particulam telum defigitur, exempli gratia, cerebrum, aut cor, aut guttur, aut pulmonem, aut iecur, aut ventriculum, aut inteſtina, aut renes, aut vuluam, aut veſicam, quùm iam notæ lethales apparuerint, & euulſio præſertim multum cruciatum

Inſtrumenta maſculina, & fœminina.

[trahẽti nõ cedat]

[citra dilacerationẽ]

Eleniũ dictum Ninum.

[lego Elleborum & Aconitũ. Elleboro albo adhuc Hiſpani vtuntur ad eam rem, propterea id vocantes ſagittariorum herbã, yerua del baleſtriero]

vexa

vexationémque accerſitura eſt, nihil tentabimus, ne præterquàm quòd nihil ſumus profecturi, etiam conuitiandi occaſionem idiotis præbeamus. Si verò exitus fuerit obſcurus, nec in conſpectum veniat, præfati periculum, opus aggrediemur. Multi ſiquidem abſceſſu quoque in aliqua vitæ neceſſaria parte oborto, pręter opinionem conſanuerunt, cùm & iecoris fibram, & omenti partem, peritoneiq́ue, & totam vuluam ſubinde ademptam fuiſſe, nec mortem inde ſubſequutam, memorię prodatur. Eſt cùm guttur de induſtria ſubinde in anginis diuidamus, vt in capite de ipſius inciſione dicebamus. Telum itaque ſi in his relinquatur, in præſentaneam mortem præcipitat, præterquàm quòd artem etiam inhumanam oſtendat: ſi eximatur, fortè etiam ſalus ſubſequitur. Porrò principalium particularum vulneratarũ agnitio non eſt difficilis, vt quæ ex accidentium proprietate, excrementis, & particularum ſitu, inueniatur. Si enim cerebri membrana vulnus accepit, dolor capitis validus ſubſequitur, oculi feruent, rubéntque, lingua [agitatur,] mens deſipit. Si cerebrum percuſſum eſt, ægri concidũt, [vox nihil ſonat,] facies peruertitur, bilis vomitus ſequitur, ſanguis per nareis [erumpit, per aurem humor albus pulticulæ ſimilis emanat, ſanies per vulnus exit.] At ſi in vacuam thoracis regionem telum defigatur, foramine ſpatioſo permanente ſpiritus erumpit. Corde vulnerato iuxta mamillam ſiniſteriorem, telum apparet non penetrans, ſed ceu [alteri] impactum, ac nonnunquam pulſatilem motum ædit, ſanguíſque niger effertur ſi tranſitus pateat: extrema frigeſcunt, ſudor emanat, animus deficit, & ſine mora exitium ſubſequitur. Pulmone icto, ſi ſpatioſa laxitas eſt, ſanguis ex plaga ſpumans vacuatur: cùm non eſt, [ore magis per vomitum redditur,] ceruicis vaſa attolluntur, lingua alium colorem aſſumit, multum ſpiritus attrahunt ægri, [frigidi] appetentes. In ſepto tranſuerſo vulnerato, telum quidem iuxta ſpurias coſtas defixum apparet: inſpiratio autem magna oritur, cum gemitu & dolore per totam humeri partium compagem. Quòd ſi abdomen vulnus acceperit, id ex recrementis innoteſcet, [cùm latum intus ſpatium exiſtat,] vel etiam telo exempto, vel haſtili intus fracto [ſuccus] ex ventriculo euacuatur, ex inteſtinis ſtercus, interim & omentũ, vel inteſtinum procidit. Veſica autem vulnerata, vrina excernitur. Itaque in cerebro

Partes internæ ablatæ citra vitæ damnũ.

Cerebri & eius membranarum ſauciatarũ notæ.

[balbutit]

[voce priuantur]

[erũpit, & per aures humor albus pulti ſimilis per vulnus euacuatur, ſi ſanies exitum habet]

[ſolido corpori]

[tuſſi & ſputo redditur. Hæc verba Albucraſis nõ legit]

[frigidi aëris]

[ſi vulnus iis emittendis pateſcit]

[chylus]

ciúſq; membranis ictis, caluaria perforata telum eximimus, quemadmodum in capitis fracturis mox dicetur. in thorace autem, niſi telum ſubſequutum fuerit, per mediocrem intercoſtalium inciſionem, vel etiam vna exciſa coſta, lamina quę membranā cuſtodiat ſubiecta, euellemus. Similiter in ventre, veſica, cæteriſq; in alto particulis, ſi quidem telum ſubſequatur, citra negotium eximemus: ſin minus, rurſus diuiſione adhibita, medicina vtemur quæ cruentis conueniat. In ventre, ſi res poſtulet, etiam ſuendi eius ratio, quæ Gaſtroraphia dicitur, accommodabitur, quem in modum comprehenſum eſt. At ſi in grandiore quodam vaſe, exempli gratia, in iugularibus venis quæ in imo latent, aut arteriis quas Carotidas appellant, aut etiam magnis arteriis quæ alas vel inguina intercurrunt, telum defixum, copioſius ſanguinis profluuium propter exemptionem minetur, ratio eſt hæc funibus anteà ex vtraque parte conſtringere, deinde teli euulſionem moliri.[1] At ſi particulæ plures cōfixæ fuerint, verbi cauſa, brachio cum thorace coniuncto, vel cubito cum aliis corporis particulis, vel pedibus inuicem, ſiquidem non per totas vtraſque partes telum penetrauerit aut haſta, apprehenſa hæc extrinſecus, veluti etiam in vna euellemus: ſin ambas penetrauerit, dimidia ligni parte ſerra reſecata, particulatim ſingula faciliori figura extrahimus. Quoniam verò & lapides ſubinde, [vel buccina,] vel plumbum, vel ſimile quippiam ex funda mittitur, tum vi, tum quòd anguloſa ſunt defiguntur. Agnoſces igitur ea, quòd moles aſpera & inæqualis [illabatur:] item quòd non omnino in rectum tendit diuiſio, [ſed amplior, & caro veluti] contuſa liuidáq; appareat: adhæc, quòd cum grauitate dolor affligat. Hæc igitur conuenit agitata inſtrumento quo quid attollimus, [aut aduerſa ſcalpelli parte, aut vulnerario ſpecillo] recipere. ſi autem [fieri poteſt,]etiam forfice extrahemus. Multis autem infixa tela integra[m] intus inſederunt, quæ vulneribus cicatrice obductis, deinde longiore temporis ſpatio partem eam abſceſſu occupante & dirupto exiliere.

[vel ſilices fluuiatiles, χάλικες, nō κόχλοις]
[occurrat]
[quod tumidior caro & veluti]
[aut aduerſa vulnerarij ſcalpelli parte]
[inſtrumentum admittunt]
βέλος.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Telis extrahendis. *Telum vocatur, quicquid manu iaci mittíue in aliquem poteſt. Vnde apud Græcos βέλος à βάλλω, quod eſt iaceo dictum eſt.*

Haſtilia. *Sic expoſui ἄρπαλα. Galenus in exegeſi Hippocratis inquit,*

inquit, ἄτρακτον οὐ μόνον τὸν εἰς ἱερουργὸν χρήσιμον, ἀλλὰ καὶ τὸ ξύλον βέλους, hoc eſt atracto non modo ad ſacrificium vtilem: ſed etiam ſagittæ lignum ſignificat. Alibi appellat τὸ ἐπίθεμα, nempe id quod imponitur. Ego vt obtemperarem Oroſcio haſtile dixi, quanquam interpretatio mea ſatis erat manifeſta. ἄτρακτον.

Belulcum. Celſus libro ſeptimo hoc ferramentum ad Authorem Dioclem refert. Eſt autem lamina vel ferrea, vel ænea etiam ab altero capite, duos vtrinque deorſum conuerſos vncos habet, ab altero duplicata lateribus, leuitérque extrema in eam partem inclinata quæ perforata eſt. βελουλκόν.

Succus ex ventriculo. Hoc eſt Chylus, quæ vox licet Græca ſit, medicis tamen non eſt incognita. Eſt autem propriè Chylus, ſuccus ex alimento in ventriculo prima concoctione factus. nec propriè ſuccus Latinè dicitur. quia verò aliam dictionem non habemus, ea vtendum fuit. χυλός.

Lamina quæ membranam cuſtodiat. Vocatur Græcis inde μηνιγγοφύλαξ. Celſus vt aliâs annotaui libro octauo exponit in hunc modum. Lamina ænea eſt, firma, paulum reſima. ab exteriore parte leuis quæ demiſſa eſt, vt exterior pars eius cerebro proprior ſit, ſubinde ei ſubiicitur, quod ſcalpro diſcutiendum eſt, &c. Sequenti capite rurſus ait, ſubiicienda lamina eſt, quam cuſtodem eius membranæ eſſe propoſui, & ſuper eam quicquid ſpinoſum eſt, & intus eminet excidendum eſt, fortè non malè ἐπικόπος dici poteſt. μηνιγγοφύλαξ. ἐπικόπος.

CORNARII.

f alia ſunt rotunda, alia anguloſa, velut ſunt triangula, alia cuſpidata, & lanceata appellata, velut quæ tres cuſpides habent. Græcè eſt, τὰ δὲ γλωχινωτὰ καὶ γογχωτὰ καλούμενα, τὰ δὲ τριγλώχινα, &c. Et γλωχινωτὰ ſignificare cuſpidata nō dubium eſt: quæ verò γογχωτὰ incertum. Atque ego quidem κογχωτὰ legendum puto, id eſt conchata, ἀπὸ τῆς κόγχης. aut legendum λογχωτὰ, id eſt lanceata, vt expreſſi. Deinde pro τὰ δὲ τριγχώχινα, legendum οἷον τὰ τριγλώχινα: producit enim hæc velut γλωχινωτῶν exempla, ſicut anteà triangula anguloſorum.

g alia aculeata, alia ſine aculeis. Et ex aculeatis, &c.

h quæ ſanè Micca in Aegypto vocant. Græca exemplaria habent μικῖα. Videtur autem vox Aegyptia hîc à Paulo poſita, quæ haud ſcio an μυῖτὰ ſit, an μικῖα, quum hæc Græca ſit, illa penitus ignota. Mihi itaque μικκὰ legendum videtur, quæ vox etiam ſi Græca ſit, ab Aegyptiis tamen vſurpari potuit, & à Dorienſibus ſumpta, qui μικκὰ appellant τὰ μικρά.

i Et ſi

i *Et ſi quidem telum extremam partem haſtili infixam acutam habet, id quod ex ſpecillo immiſſo cognoſcitur, impulſorij inſtrumenti fœmina immiſſa ac adaptata telum propellemus: ſi verò tubulum habet, maſculo.*

K *quæ veneno participauit. Græcè legito,* ἅπασαν τὴν ὕλην μεταλαβοῦσαν τοῦ φαρμάκου σάρκα, *pro* μεταβαλοῦσαν.

l *Si verò partis ad partem per telum affixio fiat, velut ſi brachium thoraci affigatur. Græcè ſic, ſed falsò,* εἰ δὲ συνέλωσις μορίου γένηται, οἷον βραχίονος θώρακι συνειλωμένου. *Legendum enim* συνήλωσις, *&* συνηλωμένου, *à verbis* ἡλόω, *&* συνηλόω, *quod telo velut clauo coniunctæ partes videantur.*

m *infixa tela latuerũt. Græcè enim pro* διῆλθεν *legendũ* διέλαθεν.

De fracturis, & quot ipſarum ſint differentiæ.

Cap. LXXXIX.

PRoximùm fuerit tradita carnis vitiorum manu ſcalpellóue curandorum ratione, etiam de oſſium fracturis, dico ſanè etiam luxationibus, ſermonem inſtituere, quoniam & ipſæ chirurgiæ generi ſubiiciũtur. & primùm de fracturis agam. iiſque priùs quæ in capite fiunt, tum quòd inter carnis & oſſium chirurgiam medium locum obtinent, tum quòd omnibus partibus [caluaria præcellit.] In vniuerſum igitur fractura oſſis eſt diuiſio, aut ruptura, aut præciſio, à violentia quadam extrinſecus accidens. Cęterùm plures fracturarum ſunt differentiæ, alia ſiquidem dicitur fieri Raphanidon, hoc eſt, ad raphani ſpeciem, alia Schidacidon, alia *es* onycha, alia Alphitidon, alia cata Apothrauſin, id eſt, iuxta refractionem. Raphanidon igitur ruptura oſſis eſt tranſuerſim per craſſitudinem facta, quæ etiam ſicyedon & cauledon nonnullis appellatur, ex cucumerum & caulium fractorum ſimilitudine. Schidacidon autem, quaſi aſſulæ modo, eſt oblonga oſſis fiſſura, *es* onycha, quaſi dicas in vnguem, iuxta partem aliquam recta eſt fiſſura, in extremo lunata: quæ etiam Calamidon appellatur. Alphitidon, ad farinæ ſimilitudinem dicta, eſt cùm os in multas tenueis partes finditur, quæ & ipſa Caryedon à quibuſdam vocatur. Refractio autem, quæ Apothrauſis dicitur, vel etiam præciſio, eſt cùm pars oſſis per [ſummitatis rupturam] aufertur, [n] vt ablata [ſuperinnatet.] Atque tot fracturæ conſtant differentiis.

[ſupereminet caluaria. Ita etiam Cornarius.]

Fractura quid ſit.

Fracturarum differentiæ.

[rupturæ ſuperficiem]

[deficiat]

ANNOTAT. CORNARII.

n *ita vt pars ablata deficiat.*

De fractu

De fracturis capitis. Cap. XC.

FRactura in capite peculiariter caluariæ eſt diuiſio, nunc ſimplex, nunc multifida, à vi quadam exteriore facta. Porrò differentiæ capitis fracturarũ hæ numerantur. Rhogme, id eſt fiſſio, Eccope, hoc eſt exciſio, Ecpieſma, quod eſt effractio, Engiſoma, ° id eſt corporum appropinquatio, Camaroſis, hoc eſt teſtudinatio, in infantibus etiam Thlaſis quod eſt contuſio. Rhogme igitur caluariæ per ſumma eſt diuiſio, aut rima profundior, [in qua nequaquam os vitiatum foras emouetur.] Eccope caluariæ fiſſura eſt cum oſſis offenſi [ruptura.] At ſi à reliquo oſſe pars offenſa diſceſſerit, Apoſceparniſmon nonnulli vitium apellant. Ecpieſma in multas parteis caluariæ effractio eſt, in qua profundiùs oſſa deſcenderint, & cerebri membranam contactu ſuo premãt. Engiſoma caluæ ictus eſt, in quo os vitiatum ad interiorem cerebri membranam deſcenderit. °Camaroſis diuiſio caluariæ eſt, [in qua pars affecta cameræ modo exaltata relinquitur, P vt Galenus tradit, ac intro à ſanis fracturæ partibus oſſa magis recedunt, membranæque innituntur,] quemadmodùm in Ecpieſmate. ſic enim ille exiſtimat. Alij etiam † Trichiſmon, quaſi dicas capillationem, his adnumerarunt. Eſt autem Trichiſmus arctiſſima rhogme, ſenſum plerunq; fallens, eoque latens: quæ quia non facilè ſe oſtendit, mortis cauſam ſæpe adfert. † Thlaſis caluariæ diuiſio non eſt, eoq; nec fracturam rectè dixeris eiuſmodi affectionem, verùm eſt oſſis caluæ in interiorem partem impulſio, aut inflexio, concauitatem integra caluæ continuitate tantùm efficiens, vt licet in plumbeis, ex crudoque corio confectis vaſculis, ſi foris percutiantur illidantúrue, conſpicari. Porrò contuſionis huius duæ exiſtunt differentiæ: vel enim calua per totam ipſius craſſitiem contunditur, vt frequenter etiam cerebri membrana [abſceſſu occupetur:] q vel omnino à caluaria [hæc per totum, aut non per totum premitur,] ſed iuxta exteriorem duntaxat ſuperficiem vſque ad laminam ſecundam deprimitur. † Sunt qui his differentiis Apechema, quaſi dicas ab Echo reſponſionem, addiderint. Ea eſt, à contraria ictus parte facta caluariæ fractura. At falluntur hi, quoniam non fit in hominis calua quemadmodùm in vitreis quibuſdam vaſculis fieri illi docent. illa ſiquidem vacua ſunt, ideoq; id patiuntur: calua autem hominis vndiq; plena & alioquin ſolida

Fracturæ cap. differẽtiæ. 5.

[*in qua læſum os ad intimã vſque partem ſua ſede motum nõ eſt*]

[*euerſione*]

[*cum affectarum partium elatione, vel vt Gal. ait ſeceſsio ac excauatio ad interiora*]

† *Trichiſmus.*

† *Contuſio quid, & eius differentiæ duæ.*

[*à calua abſcedat. ſcilicet effractis vinculis qbus caluæ adnectitur*]

[*prematur*]

† *Apochema.*

ſolida eſt,[r] at Rhogme ſeu fiſſura caluariæ, quæ aliarũ complurium capitis partium ictarum lapſu, vel citra cutis continui ſolutionem generatur : quæque poſtea abſceſſu in ea facto, eodémque ſecto, apparuerit, in oppoſita ictus parte facta eſſe ipſis videtur. atque hoc vitium quemadmodùm prima dicta Rhogme curatur. Si igitur fractura capitis facta fuerit, ſpeciem ipſius ex [corpore] quod percuſſit, deprehendes, ſi acutum fuerit, aut graue, aut durum, aut violenter impactum. Item ex ſymptomatis quæ icto ſuperueniunt, exempli gratia, vertiginibus, voce amiſſa, aut ſubito collapſu, pręſertim in Engiſomate, aut contuſione, aut Ecpieſmate, [aut interiori camaroſi] cerebro compreſſo. item ex notis quæ à ſenſu capiuntur. Si enim ampla cutis fuerit diuiſio, per ipſam promptè cognoſcemus: ſin autem diuiſio non per totum ierit, aut anguſta ſit, fracturam tamen eſſe ſuſpicemur, cute diuiſa, & oculis, & ſpecillo demiſſo eam pernoſcemus. Si enim ex aliis quæpiam fracturis fuerit, inde manifeſtum euadet. at ſi Rhogme ſolùm anguſta & [piloſa] ſenſum fugiens, medicamento aliquo nigro, liquido, vel etiam ipſo atramento ſcriptorio infuſo, os rademus: ipſa nanque Rhogme nigra oſtenditur, conuenítque raſuræ tam diu inſiſtere, quouſque ſignum [Rhogmes] aboleatur. Si ad cerebri membranam vſque peruenerit fractura, non rademus, ſed agnoſcere conabimur vtrum membrana ab oſſe [receſſerit,] an affixa permaneat. Si enim ipſa manet, inflammatio [nulla] vulnus infeſtat, æger [paulatim febri liberatur,] & pus coctum apparet : ſi receſſerit membrana, augentur dolores, & febris ſimiliter, os alium ſumit colorem, pus tenue & crudum effertur, † & ſi medicus rem negligentiùs tractet, nec perforatione vtatur, hoc grauiora oboriuntur ſymptomata, nempe bilis vomitus, conuulſio, mentis delirium, febris acuta, in quibus manum admoliri non oportet. Quòd ſi his abſentibus membrana cerebri non abſceſſerit, Rhogme autem duntaxat fuerit, etiam [ſolo raſorio] curatur, vel ſi vſque in altum penetret. Sin autem tantùm vſque ad laminam ſecundam, quæ Diploë dicitur, fractura peruenerit, eouſque radendum eſt. [vel etiam confractum os] eximendũ, quemadmodùm docebitur. At ſi in tenuia fruſta os fuerit comminutum, hæc quoque diligenter inſtrumento idoneo [auferentur,[s] etiam ſi membrana non abſceſſerit. Ab initio autem cùm

Fracturarum capitis notæ.
[telo]
[aut camaroſeos ambitu qui introrſum deprimitur]
[capilli modo tenuis]
[fiſſuræ ac rimæ]
[disiuncta ſit]
[nulla, aut mediocris]
[vel nulla febre, vel leniuſcula tenetur]
† Perforationis vſus.
[ſola radula]
[contuſum quidem os]
[auferẽtur. Mẽbrana quidẽ ſi abſceſſit, & tu ab initio ægrotũ tractãdum ſuſcepiſti, cõ-

cùm vulneratum ſuſceperis,] hyeme quidem ante diem quartum decimum omnino os auferre tentato : æſtate, ante ſeptimum priuſquàm commemorata oboriantur ſymptomata. Cæterùm manum hoc modo admolieris.

Caluariæ fractæ curatio.

DERASO ſuper vulnus capite, duas lineas iuxta rectos angulos mutuò ſe ſecanteis, quæ literæ X figuram accipiāt, incidemus. harum autem alteram eſſe conuenit, quæ iam anteà erat, deinde quatuor in vertice angulos excoriantes, vt totum os, quod perforabitur nudum exiſtat : ſi quidem ſanguis fertur, linamentis ex poſca [obiectis] cohibebimus: ſin minus, ſiccis. deinde implicito linamento ex vino & oleo iniecto, conuenienti vinculo vtemur. ſequenti die, niſi recentius aliquod ſymptoma prohibeat, perforare os vitiatum aggrediemur. Collocato igitur in ſedili ægroto, aut recumbente prout vulneri conuenit, auribúſque ipſius lana obturatis, propter ſonitum qui ex [appulſu] redditur, [vinculum] vulneris ſoluemus. linamentis omnibus exemptis, & ſpongia deterſis ſordibus, iubebimus miniſtris duobus, vt tenuibus faſciolis circumpoſitis, quatuor angulos [corporum] quæ fracturæ [incumbunt,] attollant, & ſi quidem os fuerit imbecillum, aut natura, aut fracturæ vitio, id [ſcalpris exciſoriis acie inter ſe aduerſis,] auferemus, primùm cauis exciſoriis ſcalpris, quos Græci Cycliſcos vocant, à latiore incipientes, mox anguſtioribus, [deinde ſpecilli modo anguſtis,] malleolo ſenſim adactis, [t] ad capitis concuſſionem vtemur. Si autem validum os fuerit, [u] priùs eo terebellis quæ mergi non poſſint, quas ab argumento [Abaptiſmos] dicunt, perforato, (eiuſmodi verò ſunt quæ paulò [interius quàm cuſpis acuta eſt,] eminentias habent, quæ ipſas ad cerebri membranam demergi prohibeant) [x] per ſcalpra circunciſione vſi, id quod vitiatum eſt, auferemus, non ſubitò, ſed [particulatim,] ſi quidem fieri poteſt, digitis : ſi non, forcipe, aut vulſella qua vel oſſa, vel pili apprehenduntur, aut eiuſmodi quodam inſtrumento. Locus autem qui inter foramenta eſt, tantum ſpatium continebit, [y] quantum [maximi mucronis ſpecilli longitudo.] tam altè verò deſcendet, vt interiorem oſſis ſuperficiem accedat, cura adhibita, ne membranā cerebri terebra attingat. Quare etiam terebram oſſis craſſitudini reſpondere cōuenit, compluribus id genus

ad hoc

tinuò ſerra eximēdum os, nec vltra triduū differendum. Si verò ægrū ab initio tractandū non ſuſcepiſti, &c. Ex Hippo. lib. de vulneribus capitis]

[iniectis]

[ferramēti illiſu]

[ligaturā]

[cutis]

[incumbit]

[ſcalpris iniectis. Pro ἀσ]ιβέτοις lego ἀσβέτοις, vel ἐνθέτοις]

[deinde ſcalpris latis, quæ σμιλώτα Græci vocant]

[abaptiſtos]

[ſupra cuſpīdis acumē]

[paulatim]

[maximus ſpecilli nucleus]

ad hoc pręparatis. At ſi fractura caluariæ vſque ad ſecundam laminam duntaxat peruenerit, ad hanc etiam vſque ſolum foranda eſt. Oſſe iam ablato, aſperitudinem quæ ab exciſione caluariæ prouenit, [roſario [z] aut quodam ſcalpello exciſorio adæquabimus,] laminam quæ membranæ cuſtos eſt, ſubiicientes, ac oſſiculis quæ remanſerant, vt veriſimile eſt, aut ſpiculis ingenioſè ablatis, linamenta inſeremus, quem modum Diamotoſin appellant.

[radula, aut quodã ſcalpro complanabimus]

Hæc ratio chirurgiæ communior ſimul & promptior eſt, & periculo vacat. Item modus qui per lenticulatum exciſorium ſcalprum fit, mirum in modum Galeno commendatur, ſine [foratione,] poſt inſculptionem cycliſis ſcalpris factã, ipſum adhibenti.

[terebrarũ vſu]

Scribit itaq; hunc in modum. Si verò vnam ſemel partem nudaueris, ac ſcalprum qui in cuſpide præfixam habet retuſam leuémque lenticulæ ſpeciem: aciem verò per longitudinem erectam, ſubmiſeris, vbi latam partem lenticulæ ſuper membranam defixeris, malleolo feries, diuidéſque ſic caluariam. ita ſiquidem agentibus, omnia quæ requiruntur, euenient. Nam membrana, ne ſi dormitans quidem, agas, latæ tantùm lenticulæ parti occurrens violari non poteſt. Quòd ſicubi adhæreat caluariæ membrana, huius quoque [adhærentiam] innoxiè dirimit rotundum lenticulæ extremum, ſubſequitur autem præeuntem eam à tergo ipſe ſcalper caluariam ſecans.

[adhæſum]

Quare nec qui minore cum periculo, nec qui celerius perficiatur, forandi modum inuenias. [a] At quæ adminiſtratio ſerris & modiolo, quem Chœnicion ſiue Chœnicida Græci vocant, peragitur, recentioribus, ceu noxia, improbata eſt, [ſed adminiſtrationem quam in Rhogme expoſuimus, probant.] Idem verò modus oſſium excindendorum conueniet in reliquis etiam caluariæ fracturis.

[Hactenus curationem quæ fiſſuris adhibetur, expoſuimus.]

Quãtum verò excidere conueniat, Galenus nos docebit, hunc in modum manifeſtò ſcribens. Quod vehementer eſt cõfractum, id totum auferri debet: ſi verò ab eo [fragmenta] quædam longius excurrant, quemadmodùm aliquando cernitur accidere, hæc perſequi ad extremum non oportet, illud probè ſcientes, nullam inde noxam ſequuturam, modò reliqua omnia ritè ſint confecta.

[fiſſuræ ac rimæ]

Poſt chirurgiam panniculo ſimplici lineo vulneri æquali, roſaceo madenti, cerebri membranam operiemus, exiguámque lanæ ſtuppam ſimiliter roſaceo imbutam prædicto panniculo imponemus: deinde linamentum

namentum implicitum duplex in vino & oleo aut ipſo roſa-
ceo tinctum, toti vulneri circumponemus, diligentia adhi-
bita ne cerebri membrana grauetur, poſteà latiore vtemur
ligamento, neque hoc aſtringentes, verùm vt linamenta
ſolum retineat. Victus adhibebitur qui inflammationem ar-
ceat, & febribus peculiaris eſt, membrana cerebri crebriùs
intereà roſaceo ſuperfuſa. Poſt tertiũ diem, vbi [vincula diſ- [ligaturam
ſolueris,] & ſordes ſpongia deterſeris, remedium induces ſolueris]
quod cruentis iniicitur, & inflammationem repellit, ſuper-
accommodans membranæ aliquod ex cephalicis dictis ari-
dis, vſque dum carne oppleatur. Nonnunquàm os radetur, ſi
hoc res poſtulet, propter quaſdam [ſummitates] extantes, aut [aciculas et
etiam propter ipſius carnis productionem. Reliqua medica cuſpides]
mentorum materies, vt in vulneribus [comprehendimus,] [aliis]
admoueri debet. [refrigera-

De cerebri membranæ inflammatione. tione]

QVONIAM frequenter cerebri quoque membrana poſt [interna]
chirurgiam, inflammationem experitur, vt non ſolùm calua † Magis pu-
riæ craſſitudinem, ſed etiam cutem ipſius excedat, cum reni gnare opor-
xu, & vt naturalis ipſius motus pulſatilis impediatur, quæ po tet, vel ve-
tiſſimum & conuulſio aliáque grauia ſymptomata vel ipſa nam ſecan-
mors ſubſequitur. Origo inflammationis aut ex acuta qua- tes, ſi nihil
dam oſſis eminentia pungente ducitur, aut ex linamẽtorum prohibet,
grauitate, aut [perfrictione,] aut multo eſu, aut vini potio- vel inedia,
ne, aut alia quadam occaſione [latente.] Si quidem ex ma- vel victu
nifeſta occaſione inflammationem contraxerit membrana, inflamma-
ea protinus amputanda eſt: ſin ex latenti, magis pugnare cõ- tioni conue
uenit, † vtpotè ſanguinis dimiſſione, ſi cauſa non obſtiterit, niẽti. πλέον
victu qui inflammationi cõgruat. Item loco induci remedia ἀγωνίζεσθαι
debent, calentis roſacei fotus & ſuperfuſio ex althææ deco- προσήκει, ἢ
cto, aut fœnugræci, ſeminis lini, chamæmeli, ſimiliúmque. φλεβοτομίῃ
cataplaſmata verò ex cruda hordei farina, aut lini ſemine, χρωμένους, εἰ
cum prædicto decocto & gallinarum adipe, adhæc fomen- μηδὲν κω-
tum ex lana adhibebitur. Capiti & occipitio meatuíque audi λύει, ἢ ἀσι-
torio oleum aliquod inflammationem prohibens inſtillabi- τίῃ, ἢ τῇ
tur. Viſcerum quoque cura habenda eſt, cataplaſmatis adhi- πρὸς φλεγ-
bitis, item toti corpori proſpicere conſilium eſt, in calidam μονὴν ἁρμο-
id aquam, vt par eſt, collocantes inungentéſque. Si perſeue- ζούσῃ διαίτῃ.
rat inflammatio, & nihil aliud prohibet, medicamento quod Goup. &
bili ducendæ eſt, purgare ipſos Hippocrates præcipit. Cornar.

Si membrana cerebri nigruerit.

[*medicamẽtorum vſu*] † *Melli triplum roſacei miſcentes.ex veteri co. Goup.* [*conuenienter*] [*vulneratus fuerat*]

CEREBRI membrana ſi quidem per ſumma ex [medicamentis in id efficacibus] nigruerit, † mel triplum roſaceo miſcentes & per linamenta id applicantes, curabimus, [deinceps] & reliqua admouentes. At ſi nigrities ſua ſponte prouenerit, idque in imo potiſſimùm, cum aliis grauibus indiciis, attingi tunc non debet, vt quæ natiuum calorem emortuum innuat. Noui quendam qui poſt annum quàm [affectu conflictaretur,] caluaria perforata ſuperuixerit. erat enim fractura in ſincipite ex telo facta, emiſſariúmque habens per quod etiam membrana ab offenſa immunis conſeruata eſt.

ANNOTAT. ANDERNACI.

διπλόη. Vſque ad laminam ſecundam. *Græcè erat ἄχρι τῆς διπλόης. Recentiores, iiſq; barbari dicunt ad caluariæ tabulaturam, alij vſque ad duplicationem.*

Mirum in modum Galeno commendatur. *Vide librum ſextum Galeni Methodi medendi, vbi de fracturis caluariæ agit.*

χοινίκιον. Modiolus. Choenicion. *Celſus interpretatur modiolum quod ita deſcribit libro octauo, cap. 3. Modiolus ferramentum concauum, teres eſt imis oris ſerratum, per quod medium clauus ipſe quoque interiore orbe cinctus demittitur.*

CORNARII.

o *Depreßio.*

p *Aut vt Galen. ait, ad interna ſeceßio ac cauatio ſimiliter vt in, &c.*

q *Vel omnino per totum à caluaria prematur. Aut non per totam craßitudinem, ſed circa externam ſolùm ſuperficiem vſque ad ſecundam laminam.*

r *Etenim capite in multis aliis partibus percuſſo, velut in cadendo contingit fiſſura caluariæ quæ citra ſolutionem continuitatis cutis contingit, poſteà abſceſſu circa, ipſam facto, &c. Græca ſic reſtituenda.* καὶ γὰρ ἄλλων πλειόνων μερῶν τῆς κεφαλῆς πληγέντων, ὡς ἐν ταῖς καταπτώσεσιν, ἢ χωρὶς τοῦ λυθῆναι τὴν συνέχειαν.

s *Quod ſi etiam diſceßit membrana, & tu ab initio vulneratum ſuſcepiſti. Græcè legendum.* κἂν ἀπέστη δὲ ἡ μῆνιγξ. μὴ *voce expuncta, vt ipſa ſententiæ ratio docet.*

t *Ita vt vitemus capitis concuſsionem. Græcè legendum.* ἠρεμαίως ἐπικρούοντες τῇ σφύρᾳ, φυλαττόμενοι τὸν διάσεισμον τῆς κεφαλῆς.

u περιτρυ

w Περιτρυπήσαντες τοῖς ἀβαπτίστοις λεγομένοις. *Quæ verò ſint terebella* ἀβάπτιστα *mox deſcribit.*

x *Scalpris exciſoriis vſi. Pro* κοπέων *legendum* ἐκκοπέων. *Sæpe enim appellat* ἐκκοπεῦς *ſcalpra exciſoria.*

y *Quantum eſt maximum ſpecilli caput.*

z *Aut ſpecilli formam habente exciſorio ſcalpro. Græcè legito.* ἤ τινὶ τῶν μηλιωτῶν ἐκκοπέων. *Mox etiam meminit* φακωτοῦ ἐκκοπέως.

a *At verò per terebras & modiolos, &c. Paulus hîc* πρίονας *non ſerras, ſed terebras appellat.*

De naribus fractis contuſiſq́;. Cap. XCI.

NArium pars ima, quùm ſit cartilaginoſa, frangi non ſolet, ſed contundi, ſima fieri & peruerti: ſuperior quæ oſſea eſt, nonnunquàm frangitur. In his autem deligaturam damnat Hippocrates, vt quæ magis reſimas efficiat & diſtorqueat, [b] prꝫterquàm [in his quꝫ ex ictu per medias nareis emineant.] in his enim conuenientem faſciam, cum medicamine impoſito aſſumit, vt compreſſæ nares naturalem figuram recipiant. Fractis igitur naribus, in ima quidē parte, indice aut paruo digito demiſſo in exteriora dirigentur: in interiore, etiam ſcalpelli nucleo id faciundum eſt, primo ſtatim die, aut non multò poſt. [Quùm verò] decimo die naris oſſa [continentur] extrinſecus indice magnóque digito hanc efformare congruit. Vt autem figura quam fingis non concidat, duo obturamina tortilia ex panniculo [inuoluta,] naſo impones, vnum ſingulis naſi foraminibus, & ſi altera duntaxat naris pars ſit peruerſa: eáque ſinere conuenit, donec os aut cartilago [contineat.] Nonnulli fiſtulas ex anſerum pennis [c] panniculis replentes, naribus inſinuarunt, quò figura cuſtodiatur, & reſpiratio non impediatur. quod non neceſſarium puto, quùm ſpiritus per os trahatur. At ſi inflammationem nares ſentiant, medicamentum aliquod quod eam arceat indemus exempli gratia, [ex ſuccis inſcriptum,] aut quod oxelæo conſtat, aut eiuſmodi aliquod. vel ex triticea ſimila & thuris [fuligine ſeu] gummi vnà incoctis cataplaſma iniiciemus, tum propter inflammationem, tum vt nares contineantur. Quòd ſi in alteram partem nares [diſtortæ,] Hippocrates poſtquàm commodè eas figuraueris, [oblongam

Naſi pars quæ frangatur, quæ cōtundatur.

[in iis quæ ob genitum maiorem et ampliorem callum emīnēt. τῷ ἐπιπωρώματι. *ex Hipp.]*

Deligatura in naſi fracturis.

[Nam]

[ſolidātur]

[cōuoluto]

[ſolidetur]

Inflammationis naſi curatio.

[ex Gale. comment. in 1. de frac. lego, aliquē ex ſuccis cōuenientibus, aut quod, &c. Adſtipulatur huic emendation quòd Diachylon inflammationē non arcet.] *[manna ac]* *[diſtortæ ſint]* *[oblōgæ habenulæ]*

[*alterum*] [*obliquè agglutinari ſuper eo*]

habenulam [digitali latitudine iubet] circundari, alterum ipſius extremum taurino glutine, aut gummi illitum ſummæ narium parti [agglutinari, ex] latere quò inclinant. vbi illa exaruerint, habenam transferre per aurem oppoſitam verſùs occiput, & frontem oportet, [d] deinde ipſi ſub altero habenæ principio affirmabitur, vt nares in latera retractę ad mediam dirigantur figuram. quod non admodùm recentioribus placuit. Porrò minutim confractis narium oſſibus,

[*incidere, ac vulnus ampliare. Sic etiam Corn.*]

[diuidere ipſas, aut ſuperiorem ipſarum partem] conuenit, ac fragmenta oſſiculorum vulſella auferemus, ſuturis diductas partes committentes, accommodantéſque ipſis remedium quod cruentis aptũ eſt, & conglutinat. Sin autem[e] extra nares vlcus fuerit excitatum, [f] linamentis in lõgitudinem implicitis curabimus. Sunt qui plumbeis canalibus, quas Solenas Græci dicunt, vſque dum cicatrix fuerit obducta vſi ſunt, ne caro [ex] vlceribus ſupercreſcat.

Vlcus narium internum.

[*in*]

ANNOTAT. CORNARII.

b *Præterquam ſi quæ circa medium naſum partes ob impulſionem ſuperemineant. Græca ſic reponenda ſunt.* πλὴν τῶ κατὰ μέσης τῆς ῥινὸς ὑπεροχηκότων ἐπὶ κρούσματι, ἐπὶ τούτων γὰρ, &c.

c *Linteis inſutas.*

d *Atque eo loco poſtea alteram lori extremitatem firmare. Græca ſic reſtituenda.* κἄπειτα αὐτόθεν τὴν ἑτέραν τοῦ ἱμάντος ἀρχὴν ἀσφαλίζεσθαι.

e *Intra.*

f *Lemniſcis dictis linamentis, ex medicamentis congruis illitis ac inditis curetur. Græcè legendum* λημνίσκοις ἐκ φαρμάκων ἐμμότων χρισθεῖσι. *Sunt enim* ἔμμοτα *pharmaca quæ linamentis illita in vſum veniunt.*

De Maxilla confracta, & Aure contuſa. Cap. XCII.

Maxillæ inferioris fracturæ variæ, & earum curationes.

DE Aure contuſa tertio libro tractatum eſt, tanquàm huiuſmodi affectio ad fracturas non pertineat. Maxilla multas ob cauſas frangitur. Si igitur extrinſecus ſolùm offenſa, non per tranſuerſum fiſſa, introrſus cauata fuerit, promptum ſanè eſt cognoſcere. [g] Opus autem eſt altera manu, ſiquidem dextra maxilla fracta fuerit, dextra: ſi altera, ſiniſtra. indice igitur & medio digito in affecti os demiſſis, interiorem fracturæ [extantiam,] probè foras compellere conuenit, altera manu foris eam [excipiente.] Rectitudinem verò maxillæ ex eiuſdem dentium æqualitate deprehendemus.

[*conuexitatem*] [*dirigente*]

mus. Quòd ſi fractura per tranſuerſum facta fuerit, primùm tenſione, deinde retractatione, quam Antitaſin vocant, partis in contrarium vſus, miniſtro eam continente, vt dictum eſt, dirigere aggredieris: porrò denteis in parte confracta diductos, inter ſe, vt Hippocrates præcipit, auro deligare, nempe lino ab auro chryſolino dicto aut chryſonemate: quoniã verò huius facultas non omnibus conceditur, lino valido, aut byſſo, aut pilo equino, aut id genus aliquo. Verùm ſi quidem cum vlcere fractura euenerit, ſpecillo tentandum, num tandem etiam [refractio] oſſis facta ſit. atque ſi exigua diuiſione facta, os vnum [refractum] aut plura [remanſerint,] idoneo inſtrumento auferentes, ſuturis oras vlceris committemus, & medicamento cruentis apto vſi deligabimus: ſin autem citra vlcus contigerit, ceratum ſimplex maxillæ impoſitum conuenienter deuinciemus. faſciæ medium per occiput diſpenſabitur: habenulæ vtrinq; [per] aureis ad ſummam maxillam, inde rurſus ad occiput, mox ad mentum, inde per genas ad ſinciput, inde rurſus ſub imam [occipitij] partem diſtribuentur, vbi & faſciam deſinere oportet. [h] Super hæc rurſus vinculum aliud fronti circundatum, quod [Epialema] Græci dicunt, [poſt caput coniungetur, omnes prædictæ faſciolę id circum aſtringent.] Alij verò tenuem ferulam quemadmodùm alij corium, quod æquè ſit longum [impoſitum] maxillæ, deligant, vt commemoratum eſt: reliqui deligatura, quam Græci dicunt Phorbiam, quaſi dicas capiſtrum, vtuntur. At ſi vtraque maxilla in ſummo mento [auellatur, qua etiam parte coëunt] ambabus manibus parum inuicem [diſtantibus,] rurſus [adaptato,] & denteis [adunitos,] quomodo diximus, deligato: ac congrua vſus ligatione, †tenui ac ſorbili alimento ægrotantem nutriri iubeto. Nam mandere ipſi inimicum eſt. Si [aliquid emotum] à figura conuenienti putaueris, tertio die ſoluens, iterum illigato, quod tam diu facies, quàm callus fracturam firmarit. firmatur autem maxilla intra treis potiſſimùm ſeptimanas, quoniam laxa & medullæ plena eſt. Quòd ſi inflammatio aliqua ſuperuenerit, ne aduerſus hanc quidem tum fomenta, tum cataplaſmata negligere oportet. Quod in omnibus ex æquo obſeruatum abs te cupierim.

Fractura cum vlcere.
[effractio]
[effractũ]
[ſint]
Deligaturæ in maxillæ fractura.
[ſupra]
[menti]
[epiblema]
[pone capiti nectetur, quod omnes prædictas faſciolas circũſtringat]
[ſubiectũ]
[diuellatur, quo loco ambæ vniuntur]
[diſiũctis]
[cõmittito]
[iunctos]
† Iube vt quieſcat, & tenui ac ſorbili victu vtatur.
Goup. ex Antiquo Cod. & Corn.
[maxillam emotam]

ANNOTAT. ANDERNACI.

Tenui & ſorbili cibo. *Celſus lib. octauo in quo Hippocratem*

magna ex parte ſequitur, habet. Deinde die tertio humidum cibum, quod Paulus dixit λέπτοις, καὶ ῥοφηματώδεσι ῥοφαῖς.

Maxilla intra tres potiſſimùm ſeptimanas. *Huic ſententiæ Celſus aſtipulatur, ferè verò intra quartum decimum & vnum & vigeſimum diem ſaneſcunt, maxilla, malæ, iugulum, pectus, latus, os ſcapularum, coſtæ, ſpina coxarum, os tali, calx, manus planta.*

Fracturarum differentiæ.

Quòd ſi fractura per tranſuerſum. *Fracturarum differentiæ quinque ſunt: prima quæ fit ſchidacedon, altera cauledon, tertia raphanidon, quarta ſycyedon, poſtremò alphitedon. prima aſſulatim quaſi per rectitudinem, ſecunda per tranſuerſum, tertia in raphani modum per fiſſuras, quarta cucumeris modo, quinta in minutiſſimas partes vt farina efficitur.*

CORNARII.

g *Proinde alterius manus, dextræ, ſi dextra maxilla fracta ſit, ſiniſtræ, ſi ſiniſtra, indice & medio digito ægroti ori immiſſo, &c.*

h *Adhæc rurſus ſuperiectio facienda eſt, hoc eſt ligamentum fronti circundatum in poſteriore capitis parte connectatur, ad omnes prædictas deligationes conſtringendas.*

De Iugulo confracto. Cap. XCIII.

[naturali ſua figura] [cum ſummo humero iungitur] [et quia humerum ac ipſum ſuſtinet brachiũ, ſi fracturã] [vicinum] [deorſum magis quã internum] Iuguli fracturæ variæ [contra quã multi putauerint ex Hipp.] [eleuatione] [in oppoſita]

IVgulum, quod etiam clauicula dicitur, [quùm naturaliter figuratum eſt,] interiore ipſius extremo, cum pectore committitur: exteriore, [cum ſummi humeri compage, ſeu articulamento adunitur]; [eóque ſi humerum, aut ipſum ſuſtinens brachium, fracturam] quacunque tandem parte experiatur, quà humerũ [ſuum] ſpectat, plerunque [infrà interius] extremum fertur, vnà cum brachio detractum. Præſtiterit autem per tranſuerſum potius quàm aſſulatim, aut arundinis modo, hoc eſt, in longitudinem clauiculam frangi, [quod vulgò receptum eſt.] Nam tranſuerſim confractum, [extenſione] compreſſionéque digitorum promptè in naturalem figuram reuertitur: cætera verò eminentias habent, quæ ægrè poſſint coaptari. Si igitur per totam ipſius craſſitudinem quocunque modo, iugulum fractum fuerit, duo miniſtri, vnus ad humerum eiuſdem lateris fractæ clauiculæ manibus circuminiectis, brachium ad exteriora ſimul & ſurſum attrahẽs, alter oppoſitum humerum, aut certè ceruicem attrahens, retractionem, [à ſe] quam Græci vocant Antitaſin, molientur: medicus ſuis digitis fracturam diriget, prominentiora pellendo, ima foras attrahendo. Quòd ſi maiorem retractio

tractionem [à ſe] deſideret, orbiculum bonæ magnitudinis ex pāniculo, aut lanis, aut eiuſmodi [aliquod corpus] alæ ſubiiciens, cubitum lateri [indidem] adiget, ac reliqua ſicut dictum eſt, exequetur. [i] ſi autem id [nequeat,] extremum clauiculæ [iuxta humerum] in alto ſitum ad [ſuperiora] ægrotante reſupinato, [educet] ceruicali quodam mediocri, dorſo ſubiecto, miniſtro humeros duos ad ima deprimente, vt os clauiculæ quod in imo eſt, [reuocetur,] ruſus digitis ſuis fracturam conformabit. Porrò ſi partem aliquam iuguli refractam, inſtabilem, aut etiam pungentem percipiamus, ſcalpello in rectum [diuiſam] eandem auferemus: ac reliqua ſcalpris exciſoriis, lamina quæ à tuendis cerebri membranis Menyngophylax dicitur, aut [alia quæ excidendis ſupponitur] propter firmitatem clauiculæ ſubiecta, exæquabimus: & ſiquidem inflammatione careat, ſuturis: ſin aliter eſt, linamentis vtemur. & ſpleniis diuerſis præparatis [ad] oſſis eminentis [inclinationem,] maiora ex eis & craſſiora ſuperaccommodabimus: ſi inflammatio infeſtat, oleo imbuta: ſi minus, ſicca, ac mediocri ex lana [orbe propter alam] ſubiecto, conuenientem inducemus deligaturam, per axillas, affectam clauiculam, ſcapuláſque, prout res exigit, deligantes. & ſi quidem ad ima tetenderit pars clauiculæ humero proxima, latioris habenulæ dimidium, eiuſdem cubito ſubiicientes, totum brachium ex collo ſuſpendemus: altero autem [vinculi dimidio,] manum, quemadmodùm in iis fit, quibus ex cubito ſanguis detractus eſt, [At ſi verſùs ſuperius extremum inclinauerit, quod rarum eſt,] brachium ſuſpendi non debet, verùm reſupinus æger decumbet, & tenui nutrietur victu. ſi verò opus eſt, etiam fomentis adiuuabitur, [ſed pro ratione,] vſque dum callus eam firmarit, id quod fit plurima ex parte diebus viginti.

[in oppoſita]
[aliquam globoſam molem]
[quod è directo eſt.]
[nequeat medicus]
[humero vicinum]
[ſuperficiē]
[reducere]
[ſurſum reuocetur]
[diuiſa cute]
[aut alio ſcalpro ſubiecto]
[ſuper]
[inclinatione]
[globo alæ vicinæ]
[vinculo]
[ex collo pariter ſuſpendemus. Si verò contrà, internum extremum deorſum ſubeat, quod autem vicinum humero eſt ſuperne emineat, alteríque inuehatur, quod raro accidit, &c. Ex Hippoc. ſic reſtituendus hic locus.]
[ac vt conuenit reliqua fient]

ANNOTAT. ANDERNACI.

Lamina quæ à tuendis. *Græcè erat* μηνιγγοφύλαξ ἢ ἑτέρου ἐκκοπέως. *Adhibetur etiam lamina quam in cerebri membranis vſurpamus, aliis quibuſdam excidendis: vt corium, vel aſſer, vel*

maſſa plumbea æneáque. Puto autem legendum ἐπικόπεον pro ἐκκο-πεως. Nam ſuperius ἐκκόπεων facta iam erat mentio. Præterea ſubiungitur dictioni μηνιγγοφύλακος. In ſequenti capite Græcè habetur προτυποῦντ pro προτυποῦται.

CORNARII.

i *Si verò extremitatem clauiculæ ad humerum, in profundum delapſam, ad ſuperficiem attrahere non potueris, ſupino, &c.*

De Scapulis Cap. XCIIII.

Scapulæ qua parte frangãtur, & contrà, & variarũ eius fracturarũ curationes.

[confractæ]

[immobilis ac minimè pungens]

[fluitãs]

[Aeger in oppoſitum latus decũbat]

SCapulæ quà latæ ſunt & menſæ figuram repræſentant, non franguntur: [k] iuxta ſpinam verò fracturam ſuſtinent, nunc compreſſæ, nunc rupturam ſimplicem expertæ, interim etiam [refractæ.] Compreſſionem itaq; tactu cognoſcimus, ſi caua occurrat, ſtuporem proximi brachij, & dolorem [l] pulſatilem inducat. Ruptura ex tactus aſperitudine & loci dolore deprehenditur: ambo autem ratione qua inflammationem arcemus, curantur. Refractio & ipſa tactu agnoſcitur: [leuis ac modica] faſcia cõuenienti adaptatur: [aucta] verò & pungens ablatione per ſcalpellum adhibita & ſuturis, vt prius dictum [m] eſt. Faſciæ autem & hic ſimiliter vt in clauicula iniicientur, [incubitus oppoſiti lateris conueniet.]

ANNOTAT. CORNARII.

k *Verùm iuxta ſpinam ſuam fracturam patitur, quæ aliquando exprimitur. Græcè habetur κατὰ δὲ τὴν ῥάχιν αὐτῆς ὑπομένει κάταγμα, ποτὲ μὲν ἐκπιεζομένης, &c. Non enim de dorſi ſpina accipienda eſt vox ῥάχις, ſed de ipſius ſcapulæ ſpina.*

l *Punctorium.*

m *Curatur. Deeſt in Græcis verbum θεραπεύεται.*

De Pectore. Cap. XCV.

[deprimitur]

[effringitur]

Rupturarum pectoris variarum notæ et curationes.

[depreſsionem]

MEdium pectus diuiditur [imprimiturq;:] ſummum, [refringitur.] Rupturam itaq; per medium factam dolor loci & inæqualitas ſequitur, & ſtrepitus digitis innixis eliditur: [impreſſionem] verò dolor vehemens, ſpirandi difficultas, tuſſis membrana quæ coſtas incingit diſpuncta, nonnunquàm etiam ſanguinis [eruptio, partis confractæ cauitas, & in cedendo facilitas.] Curationem eam adhibere oportet, quam in ſcapulis prodidimus. In [impreſſione autem adaptatio] Hippocratis adhibebitur, quã ille in clauicula [n] quæ foras proceſſerit, vſurpat, per incubitum ſupinum ceruicali dorſo

ſputum, partis fractæ cauitas quæ ſenſu percipiatur. Albuc.] [depreſsione directio]

ſubie

ſubiecto, ſcapuliſque conſtrictis: ita vt coſtæ vtrinque manibus ſimul contrahantur. Iam verò coſtis lana obtectis circularem adhibebis deligaturam, [o] loris priùs in rectum ſubditis, poſteà duorum initia inuicem [excipiuntur, quæ] orbiculares faſcias decidere prohibeant.

[attollũtur, & ea, ſub. lora]

ANNOTAT. CORNARII.

n *quæ intro ceßit.*

o *ſubiectis antea in directum duobus loris ex humeris dependentibus, ita vt poſtea amborum initia ad oppoſita connectantur, & orbiculares, &c. Græcè legendum, προϋποβεβλημένων ἐπ' εὐθείας δύο τελαμώνων, &c.*

De Coſtis. *Cap.* XCVI.

EX coſtis quæ Pleuræ & Spathæ Græcis dicuntur, oſſeæ quidem omni in parte rupturam ſuſtinent: ſpuriæ autem, in ea tantùm quæ ſpinæ adiacet. nam hîc ſolùm oſſeam habent naturam: in anteriore parte in cartilaginem degenerantes contunduntur, nullam fracturam percipiunt. Notæ [ipſarum] non ſunt difficiles, etenim inæqualitas digitis explorantibus occurrit, ſtrepitúſque, & ad [confractum adductio.] Quòd ſi intrò ſpectauerint, dolor vehemens punctorius ſequitur, [p] eo qui in coſtis prouenit grauior, [quòd aculei modo membranam coſtas integentem cõuulneret,] item ægra reſpiratio, tuſſis, [eruptio] ſanguinis ſubinde comitatur. & reliquas [vtique] declinationes digitis licet conformare: eam verò quæ intro ſpectat, nequaquam, quòd tendi nequeat. vnde alij cibum flatulentum vberémque aſſumi iubent, vt fractura ex inflatione & tenſione foras propellatur, quod neceſſarium non eſſe puto. Nihil enim commune [ad hoc] inter ſe habent, tum thorax, tum viſcera nutritoria, præterquàm quòd inflammatio etiam ex repletione augeatur. Alij cucurbitulam adglutinant, quod à ratione & via curandi alienum non eſſet, niſi particularum ex attractu, collectione, fracturam amplius ad interiora propellerent. Quapropter Soranus hunc in modum ſcribit. Lanis oleo calido madentibus partes contegentur, & linamentis implicitis intercoſtale replebitur, vt deligatura æqualis [iuxta] orbicularem circunductum, veluti in pectore, fiat. Omnia verò vt in Pleuriticis fieri debent, ad magnitudinis proportionem. Porrò ſi magna quædam neceſſitas compellat, quòd membrana coſtas cingens vehemẽter compungatur, cutem

Fracturæ coſtarum notæ.

[ipſarũ fractarum]

[fracturæ locum digiti voluuntur]

[quod perinde ac ligneo paxillo mẽbrana coſtis ſubiecta vulneretur]

[ſputum]

[vtique fractæ coſtæ]

[quantũ ad hoc pertinet. Sic etiã Corn.]

[per]

diuidere conuenit, & fractam coſtæ partem detegere, deinde lamina, ne tunica coſtas tegens cõuulneretur, priùs ſubiecta, oſſicula quæ pungunt ingenioſè excindere ac eiicere oportet. poſtquam hoc feceris, [ea ſanè quæ] inflammatione carent coniunges, & cruentorum modo curabis: [quæ] autem illa affliguntur, linamentis oleo madidis operies, victum curationémque adhibens inflammationi [dicatam.] Decumbent ægri ex figura quam faciliùs tulerint.

[vulneris oras ſi] [ſi] [curãdæ dicatum]

ANNOTAT. CORNARII.

p graulor eo qui in pleuriticis ſentitur. Græcè falsò legitur πλευρῶν *pro* πλευριτικῶν.

Fracturæ coxarũ & oſſiũ pubis, & earum notæ.

De Coxarum & Pectinis oſsibus. Cap. XCVII.

COxarum aut ilium oſſa raró quidem franguntur, [ſed[eaſdem cum ſcapulis differentias [ſuſtinent.] Franguntur enim in extremis, rumpuntúrque in longitudinem, & per medium comprimuntur. Comites notæ ipſorum ſunt, dolor partem affectam affligens, punctionis pulſusq; ſenſus, cruris in eodem latere ſubitus ſtupor propter compreſſionem. adaptationem verò ſcapulis ſimilem poſtulant, auerſantur autem [ſolam ex chirurgia] eius quod fractum eſt, [exemptionem] per externas partes. nam ſi opus ſit, [digitis] conformantur. deinceps autem etiam [aliam curationem] moliri oportet, fomentis vtendo, & concaua ilium linamentis adimplendo, quò deligatura, [ceu faſciis circularibus ſuperiniectis,] æquabilis efficiatur. Eadem etiam dicenda ſunt, de pectinis oſſibus, nihil enim peculiarius de ipſis dicere habemus.

[ac] [habent] [ſolùm] [manu exẽptionem] [digitis fragmenta] [reliquã curatione cõuenienter] [in orbẽ circunductis faſciis] [ambitus]

Fracturæ vertebrarũ raræ, & periculoſæ.

De Vertebris, ſpina dorſi & ſacro oſſe. Cap. XCVIII.

VErtebrarum [complexus] interim ſanè contuſionem, raró verò & fracturam experiuntur. propter quæ contuſis ſpinalis medullæ membranis, vel ipſa etiam medulla, nerui in doloris conſortium adducuntur, & mors præceps ſubſequitur, magíſq; ſi ceruicis vertebras affectus infeſtarit, vnde præfatus periculum, ſiquidem fieri poteſt, audebis etiam ſectione oſſiculum quod premit eximere: ſi minus, ratione ſaltem qua inflammatio propulſatur, ipſas lenies. At ſi [proceſſus] vertebrarum [aliquis vnde] ſpina conſtat, fuerit refractus, digitis tentantibus promptè occurret, dum [refractio] mouetur, [rurſusque in locum tranſponitur.] Conuenit autem id quod refractum eſt auferre, cute extrinſecus inciſa;

[proceſſus aliquis] [ex quibus ſub. proceſſibus] [fragmentum] [ac locum mutat]

ciſa: ſuturíſque commiſſa, remedio cruentis idoneo vti. Cæterùm oſſe ſacro confracto, index ſiniſtræ manus digitus in anum demittendus eſt, dextra manu quod confractum eſt, quatenus licet, in naturalem figuram reducere oportet. Si autem aliquid [refractum] ſentiamus, hoc quoque [diuiſo,] deligaturam curationémque congruam adhibebimus.

Oßis ſacri fracti curatio.

[cõfractum minutim]

[inciſa cute educto]

De Brachio. *Cap.* XCIX.

IN brachio confracto Hippocrates quidem [intenſionem] hoc pacto molitus eſt. Lignum, inquit, oblongum manubrij ligonis modo, per ſumma fune deligatum, obliquum ex trabe quadam ſuſpendere oportet: collocato autem homine in ſublimi quodam erectius, quàm iuxta figuram qua [recta ceruice dormimus, Orthocatheudon] dicitur, manum ipſius ſuper commemoratum lignum traducere, vt medium ligni alæ eius tranſuerſim adaptetur. manum autem inflexo iuxta rectum angulum cubito, miniſter procumbens continebit: deinde graue aliquid, exempli gratia, lapidem aut pondus plumbeum, vel eiuſmodi quippiam ex cubito ſuſpendens, ſinénſq; pendere ſublime, ita fracturam conformabis: vel loco ponderis, famulus ad ima brachium detrahat. Nonnulli verò loco manubrij ligonis gradu ſcalæ vſi ſunt. Soranus hunc in modum tradit: ægro in ſedili collocato, vel, quod ſatius eſt, reſupinato quò minus moleſtiæ ſentiat, manu fune ligata iuxta [compagem qua ipſa cum brachio coniungitur,] & ex ceruice ſuſpenſa, [vt] anguloſa [ipſius] figura ſeruetur, miniſtris duobus iubebimus, huic, ſupra fracturam, illi, infra, digitos [circumponant,] atque ſic tenſionem perficiant. Quòd ſi valentiore opus ſit tractione, duos funeis æqualeis brachio circundamus, vnum, ſupra fracturam: alterum, infra. atque vni famulo ſuper ægrotantis caput conſiſtenti, alteri iuxta pedes, capita funium tradentes, iubebimus in diuerſa brachium diſtendere. At ſi ſummus humerus fracturam ſenſerit, [dimidio vinculi, quod Ciria dicitur,] alæ [ſubiecto, reliquam partem iuxta caput teneri iubentes, alio] quod oppoſitum eſt retrahente, Antitaſin, hoc eſt [à ſe retractionem] vti dictum eſt, moliemur: quemadmodùm ſanè ſi cubitus confractus fuerit, illi vel [iuncturæ manus cum brachio] funis iniicietur. Oſſibus iam fracturæ probè coaptatis, diſtentio quidem remittetur, ſed iuxta Hippocraticam conſuetudinem deligabitur. Porrò ſi fractura inflammatione

[tentionẽ]

Brachij fracti curandi rationes.

[recti ſedemus, orthocathedron]

[carpum]

[ſic vt]

[cubiti cum brachio]

[vt circumponant]

[media parte faſciæ negiæs]

[ſubiecta, miniſtro qui ad ægri caput eſt, vt eam teneat imperabimus: deinde altero]

[in oppoſita diſtẽſionẽ]

[carpo]

Deligationes.

matione vacet:recénſq; ſit, lineis vtendum faſciis oblongis abundè, circa tres quatuórue digitos latis, aqua madentibus, aut etiam poſca: ſi inflammatio adeſt, lanis tenuibus mollibúſque, oleo imbutis: & ſi quidem in medio brachij fuerit fractura, initium faſciæ ſuper fracturam iniicietur: vbi bis térue illigaueris, ſurſum faſciam ducere conuenit, vt (quemadmodùm [inquit)] ſanguinis influxiones [excipiantur,] atque illic finiatur. Iam verò & ſecunda faſcia vti oportet, initium eius ſimiliter ſupra fracturam iniiciendo, [atque alia eo] modo quo in priori: [rurſus autem] supernè deorſum, atque [iterum] ſurſum reuocare, illic etiam ſic terminabitur. Porrò conſtrictio mediocris eſto, tum noſtri ſenſus, tum ipſius ægrotantis iudicio. At ſi iuxta ſummam humeri compagem contigerit, priore faſcia illam & ſcapulas & pectus comprehendes, vt deligatura fiat, quam Græci Geranida appellant,[q] pérque ſecundam vſque ad cubitum diſpenſabis, ac inde ad ſupraposita recurres, cum ſummo humero ſcapulas pectúſque comprehendens, primæ faſciolæ ſimiliter. Quòd ſi iuxta cubiti flexum fractura obuenerit, etiam cubitum colligare expedit, ita vt angularis figura conſeruetur. ſimiliter in aliis quoque artubus, nimirùm cubito, femore, tibia, cum fractura in parte, aut etiam iuxta [articulamentum,] & non in medio membro exiſtit,[r] [poſt articulum faſciam iniicere] expedit. Recentiores itaque ſecundum deligaturam protinus ferulas etiam iniiciunt, vt [adaptationis] figura contineatur, conſtringentes ipſas prout ſenſus & tumor ex inflammatione poſtulat: veteres autem, à die ſeptimo ferulas accommodarunt. nam intra hunc inflammatione declinante membrum redditur tenuius. At Hippocrates tertio quoque die ligamenta ſolui iubet,[s] ne [tenſio] quæpiam, aut motus præter ſolitum contectæ particulæ obueniat, aut eius quod iam infixum fracturæ eſt, perſpiratus prohibeantur, propter [quos] non ſolùm [noxius] pruritus quibuſdam accidit, ſed etiam eroſa à ſaniei acrimonia nonnunquam cute, exulceratio concitatur. Itaque aquæ temperatæ tantùm ſuperfundere ratio eſt, quantùm ſaniem diſcutere ſufficit. Poſt ſeptimum diem, ex maiore interuallo ſoluere conuenit, ceu partes non amplius ſaniem [excernere] deſiderent. imò etiam calli [obfirmatio] hoc modo fœlicius prouenit. Cæterùm ferulæ iuxta ſequentem rationem debent

[inquit Hippocrates]
[cohibeantur]
[aliáq; faciendo eo]
[deinde]
[inde]
Gruina deligatio.
[articuli extremum]
[vnà cum articulo fractum os faſciare]
[directæ partis]
[Ἰάσις apud Galen. lib. 6. Meth. cap. 7. ἄση faſtidium]
[quod]
[faſtidioſus ἀσώδης]
[excerni]
[generatio]

bent iniici. Splenia triplicia oleo imbuta ſuper faſcias circundantur: Si igitur membrum craſſitudine fuerit æquale, ſimiliter: ſi inæquale, partibus magis concauis per ſplenia repletis, æquale ipſum craſſitie ferulis accommodandis efficiemus: deinde lana aut ſtuppa ferulas mediocriter inuolutas, in orbem fracturæ circundamus, non minore quàm digiti ſpatio inuicem diſtanteis, eáſque moderatè conſtringemus: ita tamen, vt quatenus fieri licet, ferulas propius accedere articulum prohibeamus, præſertim iuxta interiorem flexus partem. vlcera ſiquidem in ipſis nonnunquam & neruorum inflammationes pariunt. [t] verùm illic laxiores ipſas eſſe oportet, quemadmodùm valentiores, vbi fractura [curuatur.] Præſtiterit autem thoraci etiam brachium mediocriter colligare, ne ipſum loco motum, figuram peruertat. At ſi quandoque inflammatio fuerit, (eam verò agnoſces ex ambiente tumore, ac rubore, & quòd membrum nunc multò magis quàm priùs ſtringatur) [u] vel ſi confractum membrum, diſtortum ſit, & nihil horum appareat, ſed ligamēta laxa, vel econtrario ſtrictiora, quàm par eſt, inueniantur, ſolutis ipſis deligatura inſtauranda eſt. Reſupinari igitur ægrotus debet, ita vt ſuper ſtomachum manum contineat: brachio ſubiicietur [x] molle quiddam pellem ſuper ſe habens, vt ſuperfuſionum influxus excipiat. Superfundetur autem quotidie oleo calido, præſertim quum vrget inflammatio, quando etiam cibus tenuis exhiberi debet: poſteà mediocris, ad calli generationem: quies indicitur vſq; dum fracta occalluerint. occalleſcunt autem brachium & tibia, diebus circiter quadraginta, poſt quos vbi ſolueris faſcias, & [lauacro vſus fueris,] emplaſtris ad fracturas factis perſanare conuenit. hæc tractandi ratio omnibus aliis propemodùm confractis artubus conuenit.

[*eminet*]

[*balneo æger vſus fuerit*]

ANNOTAT. ANDERNACI.

Manubrij ligonis. *In Græco codice malè habetur* οἷον στυλίον, *pro* οἷον στελεὸς. *Exponit autem Galenus, rationem adminiſtrationis huius commentario ſecundo in librum Hippocratis de fracturis.*

In medio membro. *Græca ſonant,* ἐν μέσῳ τῷ κώλῳ. *frequenter vertunt* τὰ κῶλα *artus. Celſus autem lib.8. videtur etiam in articulis enumerandis, dictione, membri, vti, primùm in hac ſententia, Si breuius adhuc membrum eſt, & oſſa loco ſuo non ſunt. Item, donec*

κῶλα. Artus. Membra.

id memb

id membrum confirmetur, de humeris, brachiis, cruribus, feminibus, digitiſque confractis verba faciens.

CORNARII.

q *Secunda autem vſque ad cubiti gibbum diſtribuatur.*

r *articulus ſimul deligandus eſt.*

s *vt ne aperto citra reſolutionem membro, tenſio aliqua aut pruritus accedat, neque diutius perſpirationes impediantur firmata iam fractura, ob quas contingit, vt non ſolùm anxiè quidam pruriant, ſed, &c. Græcè legito,* ὅπως μὴ τάσις τὶς γίνοιτο, μήτε κνῆσις ἀλύτως, *&c.*

t *breuiores ipſas circa articulos eſſe oportet. pro* βραδυτέρους, *lege* βραχυτέρους.

v *aut etiam fractura diſtorta ſit, aut etiam nihil horum.*

x *ceruical molle,* ὑπαυχένιον μαλακόν.

[ſimul]
[ſimul]
Radij fractura curatu facilior.
[minor eſt cubito, & cubitum ipſum. Apud Hippo. verò legitur. Nam quamuis cubito ſit craſſior, tamen illũ, &c.]
[præcipuè diſtenſionẽ]
[diſtendemus]
[diſtẽſione]
[hîc pariter vt in humero]
[collocatio]
[metacarpij & internodij digitorum]

De Cubito, & Radio. *Cap.* C.

CVbitus Radiúſque, interim vterque [iuxta eundem locum] frangitur, interim alter duntaxat, vel in medio, vel in parte iuxta flexuram, aut brachiale. Omnium itaque deterrimum eſt, quùm ambo [eadem parte] franguntur, deinde etiam cubitus ſolus. At Radius fractus, aliis faciliùs curatur. [y] ſiquidem [maiòr cubito non eſt, ſed illum ipſum] ſubiectum habet, vt veluti inſideat. Porrò ſi ipſorum alter duntaxat fractus fuerit, in illo [maximè intenſionem] validiorem moliemur: ſi vterque, ſimiliter [intendemus,] manu anguli modo figurata, vt pollex omnium digitorum altiſſimus, exiguus digitus humillimus habeatur. ſic enim cubitũ radio ſubiici cõtinget. At ſi valentiore opus ſit [intentione,] ambobus potiſſimùm cõfractis, non ſolùm manibus, ſed etiam funibus [intendere aggrediemur,] vt in capite de brachio cõprehenſum eſt. Cæterùm omnis deligatura, & reliqua præſidia, vnà cum ferularum iniectione, [hîc] adhibenda ſunt, dum callus os firmarit. Firmatur autem cubitus diebus plurimùm triginta. Ac [repoſitio] ipſius ſimilis erit ei, quam brachium fractum vendicat, præter ea quæ ipſi ſubiiciuntur.

ANNOTAT. CORNARII.

y *Et ſi non maior ſit cubito, illum tamen ipſum ſubiectum, &c.*

De ſumma manu, & ipſius digitis. *Cap.* CI.

BRachialis [& aduerſæ eius partis, & in digitis articulorum] oſſa, quùm laxa fiſtuloſaq; natura ſint, contunduntur quidem plerunque, rarò autem franguntur. Ægro igitur

in alto

in alto ſedili collocato, [z] medicus in altero quodam æquali aduerſus ſedebit, priuſquàm manum imponat: ac tenſis per miniſtrum iis quæ fracta ſunt, duobus digitis [ipſa] conformabit, pollice & indice [digito [a] prius compreſſa. deligatura vtetur, quo tempore vrget] inflammatio. Nam propter laxitatem facilè in ipſis callus amplior cócreſcit. † At ſi acies digitorum, aut digitus [ſimpliciter confractus eſt,] ſiquidem magnus & pollex appellatus fuerit, poſt commodam deligationem [ab inferiore parte, ipſum vtique cum manu] ligabis, ne dimoueatur: ſi ex aliis quiſpiam, vel index, vel paruus digitus, proximo colligabitur: ſin aliquis ex mediis, iis qui vtrinque habentur, vel etiam omnes deinceps ligari vnà debent: melius enim conquieſcunt, [quēadmodùm] ſi confracti ferulis quoque colligentur.

[medicus ipſa] *[digito: compreſſaq́; ligatura vtetur, niſi vrgeat]* *† Digitorū fractorū curatio.* *[ſimplici fractura læſus eſt]* *[cum volæ parte ei ſubiecta, quam θέναρ dicūt]* *[quàm]*

ANNOTAT. CORNARII.

Z præcipiendum eſt ei, vt in tabellam aliquam planam, manum pronam ponat, & extentis per, &c.

a Verùm appreſſa deligatione vtendum eſt, quo tempore inflammatio accedit.

De Femore. *Cap.* CII.

EAdem de femore dicenda ſunt, quæ de brachio prodidimus. peculiariter autem magis femur fractum, in anteriorem partem & exteriorem promouetur. etenim [in his] naturaliter [dilatatum eſt:] inſtauratur autem manibus, funiculis, & [antennis æquiualentibus,] vna, ſupra fracturam poſita, altera, ſubter. Quòd ſi [in parte] fractura euenerit, ídque iuxta femoris caput, dimidio faſciæ lana circundo, [ne corpora incidat, iuxta inguina] diſponemus, & initia ad caput reducta, famulo vt partem contineat, trademus: infra autem fracturam fune circumpoſito initia [ad intentionem] alteri miniſtro exhibebimus. Quòd ſi ad genu fractura habeatur, funem ſanè ſupra fracturam iniicimus, initia eius ad extenſionem [diſpenſamus,] genu etiam ipſum [implicito quodam] fune continemus: [b] hanc autem partem reſtituimus ægro decumbente, & crure exporrecto: quæ pungunt oſſa, vt ſubinde dictum eſt, [eleuata, ſuperius] tollemus. reliquam curationem in capite de brachio expoſuimus. cæterùm callo firmatur femur quinquaginta circa diebus. At quomodo reponi debeat, poſt totius cruris diſciplinam [c] cóprehenſum eſt.

[verſus ea] *[inclinant]* *[rudētibus æqualiter tēſis]* *[in extrema parte]* *[ne partes diſcindat in peritonæo]* *[vt diſtendat]* *[ſeruo damus]* *[lana etiam contectum]* *[inciſa ſumma cute.]*

ANNOT. CORNARII.

b *Atque ſic iacente adhuc homine, & extento crure fractam partem componimus. Oſſa verò pungentia ſurſum tracta tollimus.* τὰ ἐπινύσσοντα δὲ τῶν ὀστέων, ὡς πολλάκις εἴρηται, ἀνατείλαντες εἰς τὰ ὕπερθεν αἴρομεν.

[à multis partibus infernè ac ſupernè]

c *dicetur,* ἐῤῥήσεται.

Fracturarum patellæ curationes.

De Patella. *Cap.* CIII.

Patella [d] os laxũ eſt ac molle, validè [corporibus ſuperiore & ima parte] comprehenſum, frequẽter ſanè contunditur, rarò autem frangi ſolet. [ſuſtinet autem rupturã] per craſſitudinem, & in tenuia fragmenta [finditur,] cum vulnere, vel ſine vulnere. Nota verò conſpicua, ([e] motus enim continuitatis intercidit) & cauitas & ſonitus. [f] Inſtauratur autem pars cruris extenſa: nam quæ bifariam fiſſa eſt digitis euſque committitur, donec fracturæ labra [ſuprà ſeſe] contingant, & inuicem iungantur: quæ verò in tenuia fragmenta fiſſa eſt, manu conformatur. [etenim] callo non generato, eò quòd pars vtraque per muſculos [cognatos & neruos, à femore & tibia] [g] in contrarium non retrahatur, [tamen multitudo diſtentionis contrahet,] & functionis difficultatẽ affectis inducet: neq; enim [laborãibus] ipſis diutius genu [ſuſtinet,] & obambulando illi impediũtur, præſertim [aſcenſuri] ſiquidem [in æquabili per planiciem motu] actionis difficultas occultatur: in [aſcenſu] autem, eo quòd genu, in cruris eleuatione & [poſitu] non inflectatur, deprehenditur. Iam verò oſſiculum ſi quod pungit, [eleuatum priùs] eximito, ac curationem conſentaneam adhibeto.

[finditur autem per] [cõminuitur] [mutuo ſeſe. ita etiam Corn.] [porrò] [& tendines femori ac tibiæ impoſitos] [tamẽ cruris diſtenſio magnã diſtantiæ partem contrahit. quòd autẽ callus genitus nõ ſit, id functionis, &c.] [laborare] [permittit] [in accliui] [cũ per plana incedũt] [accliui] [ſublatione] [inciſa cute]

ANNOTAT. CORNARII.

d *Laxum os eſt genu patella.*

e *Solutio enim continuitatis occurrit.* ἡ λύσις γὰρ ὑποπίπτει τῆς συνεχείας.

f *Componitur autem pars crure extento. Legendum* καταρτίζεται δὲ τὸ μέρος τοῦ σκέλους ἐκταθέντος, *&c.*

g *in contrarium retrahatur: tamen multum de diſtantia contrahetur, & actionis, &c.* διὰ ἀντισπᾶσθαι μέρος ἱκανὸν ὑπὸ τῶν, *&c. negatione* μὴ *poſt* διὰ τὸ *expuncta.*

De Tibia. *Cap.* CIIII.

Tibia cubito reſpondens, eandem curationem recipit. etenim illa duobus oſſibus fulta, altero craſſiore & cognomini, altero tenui, quod ex ſimilitudine perone Græcis quaſi

quaſi fibula, latinis ſura dictum eaſdem fracturarum differentias recipit, in omnem enim partem diſtorquetur, quum ambo oſſa confracta fuerint: in treis autem, quum alterum, [intra & extrà: [tibia quidem, [retro:] ſura: [anterius.] qua propter etiã ipſa ſimiliter reſtituitur manibus, aut funiculis[h] ſuperioribus, quàm fracturæ funes ſunt, interim ipſi tibiæ circundatis, interim femori. Nam quùm genu ſit validius, [articulum integrum per tentionem ſeruabimus.] Similiter[i] & inferiore fracturæ funiculo, vt in cubito dictum eſt: reliqua vt in capite de brachio tradidimus.

[antrorſum & retrorſum] [intro] [extra]

Fracturarum tibiæ inſtauratio.

[*eius articulus in huiuſmodi tenſione minimè læditur*]

ANNOTAT. CORNARII.

h *Ita vt laquei ſupra fracturam aliquando ipſi tibiæ circundentur, aliquando fæmori.*

i *Similiter etiam loris infra fracturam vtendum eſt, velut de cubito dictum eſt. Græcè legendum.* ὁμοίως καὶ τῷ κατωτέρω τοῦ κατάγματος βρόχοις χρηστέον, ὥσπερ ἐπὶ πηχέων εἴρηται.

De Pede ſummo. Cap. CV.

TAlus nequaquàm frangi ſolet, eò quòd vndequaque tibia, ſura & oſſe, quod ob teſſeræ ſimilitudinem vocatur Cyboides, [cuſtodiatur] muniatúrque. At os quod à cymbæ figura dicitur Scaphoides, & [ſupernæ pedis regionis,] item pedis digitorum oſſa, ipſúmque Cyboides, ſimiliter iis quæ in [brachiali & oppoſita eius parte,] manúſque digitis ſunt, franguntur, quarè etiam quę de illis diximus, ne eadem repetantur, illinc huc transferre conſilium eſt.

[*circundetur*] [*tarſi*] [*carpo & metacarpio*]

Quomodo Crus reponi debeat. Cap. CVI.

FŒmore fracto, aut tibia, non minori cura repoſitionem ipſius, quàm reliquam curationem obibis. Nam partium confractarum æqualitas, hac potiſſimùm probè adminiſtrata, conſeruatur. [Nõnulli igitur canali, quam Solenem Græci dicunt, nunc lignea, nunc fictili, membrum] fractum, aut etiam crus ipſum repoſuerũt: alij verò ſola ea quæ cum vulnere fracta ſunt, eò quòd hæc ferulis nequeant conſtringi. in totum verò Solenarũ vſum poſteriores damnarunt, multis ſanè de cauſis, ſed præcipuè, quod ipſarum duritia partibus negotium faceſſeret. Neque tamen [alienum eſt,] artus cum vulnere fractos ferulis excipere, vt oſtendemus. Aeger itaque reſupinabitur, ac indumentum aliquod craſſum cruri æquale, [in longitudinem] vtrobique contractum & inuolu-

Reponendi cruris modus.

[*Ex Gal. lib. I. de fracturis legendum puto, Nonnulli igitur canali ligneo imbricum fictili teſtæ ſimili, membrũ, &c.*]

Canalium vſus.

[*vetant*] [*longitudine*]

tum, vt canali per mediam concauitatem oblongam proportione respondeat, [k] ſubiicietur: pellis ſuper † ipſam molliuſcula explicabitur, quæ ſuperfuſiones excipiat, deinde in longũ crus concauitati huic canalem referenti, inſinuabitur. à lateribus alia veſtimenta lanæ've apponentur, ne membrum in latera declinet, pedis autem ima pars aſſerculum rectum panniculo circundatum, propter mollitiem, [aſſumet: ac maioris ſecuritatis gratia,] media faſciarum duarum triúm've, veſtimento canalis modo præparato ſubiicientes fractum membrum [ipſi] leuiter deligabimus. At ſi æger non tolerans conetur pedem totum cõtrahere, [l] conuenit, [id facere quod in ſuperiore pedis parte dictum eſt: deinde] blandè cum aſſerculo deligare, ne inuiti inter dormiendum, [vt veriſimile eſt,] pedem [contrahant.] Aliqui verò etiam ſtragula lecti per medium pertundunt, vt [ipſi] ſint immobiles, & per foramen vrina & ſtercus reddatur, vſque dum callus [coaleſcat.]

† Sub indumenti cauitatem.
[attolletur,
[& vt tutior ſit]
ſimul cum ipſo]
[hunc pedio faſciis obuoluto]
[vt fieri ſolet]
[retrahant]
[ægri]
[ſolidetur]

ANNOTAT. CORNARII.

k *Cruri qua maximè parte fractura eſt ſubiicietur. pellis, &c.*

l *Hunc iuxta ſummum pedem obuolutum, leniter ad tabellam deligare oportet, vt ne, &c. & mox. Ad pedis vero veſtigium aſſerculum, &c.*

De Fracturis quæ cum vulnere incidunt. Cap. CVII.

FRactura cum vulnere facta, ſiquidem ſanguis profundatur, hunc priùs ſiſtemus: ſi inflammatio fuerit, præſidiis in eam efficacibus vtemur. Carnibus contuſis, partem affectam ſcarificabimus, metu, ne in Gangrænam incidat, ſublato: at ſi illa quoq; acceſſerit, aut alia quæpiam ſerpens putredo, conuenienter occurremus. habes autem horum ſingulorum curationem quarto volumine explicitam. At ſi nihil horum adfuerit, neque oſſa [largiter denudata] ſint, hamulis ſuturíſque vſi, remedio cruentis apto, his medebimur, ſic, vt oſſicula refracta, [vt veriſimile eſt,] & pungentia innatantiáque primùm auferamus. Quòd ſi magnum aliquod os emineat non commiſſum propter magnitudinem, [in intenſione] huic proſpicies. Siquidem Hippocrates fœmore & brachio confractis [m] oſſa excedentia ſtatim eiicere dehortatur, periculum his futurum prædicens ex inflammatione, quam tenſio crearit, vel etiam conuulſione, vt credibile eſt, muſculorum neruorúmque. Tempus verò nonnunquàm adminiſtratio

[valde nudata]
[vt accidere ſolet]
[dum membrum extẽderetur]

ſtrationem[commodam]inuenit. In quocunque igitur oſſe quod[ex ſede ſua excidit,]manum admouere volumus, nequaquàm in inflammatione aggrediemur,ſed primo ſtatim die,antequàm inflammatione occupetur:aut nono, inflammatione iam finita. Adaptamus verò oſſa vecte quam Græci Mochliſcon vocant,eſt autem ea inſtrumentum ferreum ſeptem octóve digitos longum,mediocriter craſſum, ne inter commouendum inflectatur,acutum in ſummo,latúmque,& leuiter inflexum, cuius acutum extremum ſuperpoſito oſſis [tuberculo] ſubiicientes, [ex altero in oppoſitum tendentes ſimul, & mediocri intentione membri facta, inter ſe]fineis fracturæ committiemus:quod ſi facere nequeamus, ſcalpris exciſoriis obuerſas acies habentibus quod eminet auferemus,aut ſerra ſubſecabimus, quemadmodùm in fiſtulis docuimus:oſſiúmque aſperitudine [adæquata,] & membro directo,medicamentis quæ in linteolis illinantur, curabimus. Maximè autem animum adhibere oportet in membris coniugalibus,aut[à iugis] appellatis,[n] [altero autem in ipſis oſſe particulatim ſerra abſciſſo, vt] membrum [in contractum] maneat,[etiam]intenſione accurata[vtemur.]deligatura verò hoc modo adhibenda eſt. Circulares [itaque faſciæ,]partibus [vulneris vtrobique] iniici debent, obliquæ verò, per vlceris longitudinem, vt [o] in literæ Græcè X ſimilitudinem [concluſio omnium fiat.] Si ſordidum adhuc vlcus eſt, purgantia adhibebimus: ſi purum, quæ carnem inducunt, linteolis illita, [aliámque] comprobatam vſu [materiam.] Hippocrates [piſſera emplaſtro] in linteolis vtitur, id autem eſſe dicunt tetrapharmacum baſilicum. Vbi caro increuerit, ferulæ iniicientur. aliqui verò per initia ipſas accommodant,vlceris locũ vitantes,& pro vſu vrgente ipſas conſtringentes, vel rurſus remittentes. In quibus autem † ſquama ab oſſe recedet, notabimus quidem hoc inde quòd copioſus humor & tenuis excernatur, caro autem vlceribus vacua ináníſque facta attollatur:deligatura quidem laxiore ad curationem vtemur,hamulo autem, aut eiuſmodi quopiam ſquamam euellentes, iterum validiore deligatura vtemur. porrò per totum vlceris tempus medicamen

[eã vtilem] [eminet] Nulla eminentia oſſa tempore inflammationis reponenda. Vectis deſcriptio. [extremo] [et ſuper altero in contrariã partem obnitẽtes, ſimul & mediocriter membrum diſtendimus, & inter ſe] [complanata], [biiugis] [alterius in ipſis oſsis parte ſerra præſecta, ne] [contractũ] [vt] [vtamur] Deligaturæ. [faſciarum ductus] [vulneri vtrobique

vicinis] [vt omnium circuitione vulneris hiatus claudatur] [quorum] [materiam habemus.] [picato cerato] † Squamæ oſsium.

aliquod ex iis quæ inflammationem arcent [linamento illitum,] vulneri incumbet, ac ſimplices faſciæ iniicientur, quæ ſingulis curationibus ſolui debent, quum aliæ ſuprà dictæ maneant, vt in capite de brachio expoſitum eſt.

[vt linamēta cōtineat]

ANNOTAT. ANDERNACI.

μοχλισμός.

Adaptamus verò oſſa vecte. *Hoc eſt in locum ſuum commodè reſtituimus. Cæterùm μοχλισμὸν quod à μοχλὸς deſcendit, vectem reddidimus. vide Hippocr. libr. de fracturis, vbi habet, σιδήρια χρὴ ποιέεσθαι ἐν τοῦτον τὸν τρόπον ὥσπερ ἔχουσιν οἱ μοχλοὶ οἷς οἱ λατύποι χρέονται, τὸ μέντοι πλατύτερον, τὸ δέ τι στενότερον, &c.*

Membra coniugalia. Membra aiuga.

Membris coniugalibus. *Dicuntur membra coniugalia, cum duo inuicem iungantur, vt in cubito duo oſſa, in tibia item duo. Rurſus aiuga, quæ ſola ſunt, nulli conſimili iuncta, vt brachium, femur, aliáque id genus. Apud Galenum in anatomicis φλὲψ ἄζυγος de vena, quæ ex paribus thoracem intercurrentibus, ſola abſque pari relinquitur, mentionem faciens.*

Vt in litera χ. *Græcè eſt κατὰ τὸν χιασμόνον, malè, pro χιασμὸν, vt in ſequentibus etiam habetur. Eſt autem χιασμὸς, imitatio literæ χ.*

μοτοφύλαξ. ἔμμοτον.

Linamento illitum. *Idem μοτοφύλαξ & ἔμμοτον apud Græcos eſt. prius qua in lintheolo ſeruatum ſignificat: alterum in lintheolo illitum.*

CORNARII.

m *Eminentia oſſa penitus reponere diſſuadet. Græcè, pro ἐκβάλλειν lege ἐμβάλλειν. hoc modo. ἐξίσχοντα ὀστᾶ καθάπαξ ἐμβάλλειν ἀποτρέπει. vide lib. Hipp. de fracturis.*

n *Vbi vtrunque in ipſis os ex parte deſectum eſt, quò incontractum maneat membrum, vt etiam exacta extenſione vtamur.*

o *Ita vt iuxta literæ Græcæ. χ. figuram Chiaſmum dictam, & Latinis decuſſationem à denarij numeri nota. X. ſimilitudine, faſciæ expandantur. Græcè legendum κατὰ τὸν χιασμόν.*

Si præter modum fracturis callus obducatur.

CAPVT CVIII.

Calli imminutio.

IN modici fracturarum calli indecoram omnino ſpeciem efficiunt, nonnunquàm etiam functiones impediunt, ſi propè articulū coaluerint. Si igitur recens adhuc callus coierit, remediis admodùm aſtringentibus vtemur p deligatura ipſa accōmodantes. Nonnunquàm verò & plumbea impoſita lamina, id quod requiritur, effecimus. At ſi lapidoſus ſolidúſ

lidúſque fuerit, incidentes ipſum rademus, id quod eminet, ſcalpris auferentes: ſi res exigat, etiam terebris vſi.

ANNOTAT. CORNARII.

p *Per deligationem ea apprimentes.*

Si diſtortum membrum callus firmarit. Cap. CIX.

QVibus membrum diſtortum callus firmauerit, difficultate functionum obeundarum haud exigua ſubſequente, præſertim ſi in pedibus fuerit, [repoſitionis] quidem modus non recipiendus eſt, vt qui extrema inferat diſcrimina. verùm ſi callus [nondum radices egerit,] laxãtibus ſuperfuſionibus, & cataplaſmatis ex ficis pinguibus & columbarum ſtercore, aliíſque medicamentis quæ à callo ſoluendo Porolytica dicuntur, vtimur. Inſuper per manus frictione, & confractione hunc diſſoluemus. Quòd ſi lapidoſus euaſerit, ſcalpello ſuperficie diuiſa, excisoriis ſcalpris [conſortium ab oſſe] liberabimus, deinde fracturæ medebimur, vt ſuperius à me dictum eſt.

[refractionis. Sic etiã Corn.]
[recens contractus eſt]
[oßis coalitum]

Si fracturæ callo non firmentur. Cap. CX.

FRacturæ nonnullæ ſine callo permanent, ſuprà definitum naturæ tempus, aut ob continuas reſolutiones, aut immodicas ſuperfuſiones, aut motum intempeſtiuum, aut faſciarum copiam, aut quia totum corpus alimentum non percipit, in quibus etiam tenuius fieri membrum contingit. Itaque cum alias occaſiones, tum maximè corporis inediam tollere conandum eſt, q partim per calidiora alimenta materiam [particulæ diſtribuendo,] partim cibum ſubminiſtrando ſufficientem, item lauacra, & reliquas [animi] voluptates. Porrò notæ eos qui callo iam firmantur comitantes, hæ inter alias ſunt præcipuæ: ſi faſciolæ cruorem referant, etiam non oborto vulnere, quod forſan accidit, calli ſubſtantia [quando] coaleſcit [fiſtulis] oſſium inſperſas ſanguinis guttas [extundente.]

Calli generationem impediẽtia.
Callum generantia.
[in partem eliciendo]
[corporis et animi]
Notæ calli obductionis
[quando circa oſſa]
[cauernis]
[exprimente]

ANNOTAT. CORNARII.

q *Ita vt partim per calidiorum adhibitionem, materiam ad partem attrahamus, partim vt alimentum ſufficiens ſuggeramus.* τοῦτο μὲν διὰ θερμοτέρας] προσφορᾶς ὕλην ἐπισπωμένους τῷ μορίῳ. τοῦτο δὲ τροφὴν ὑποτυποῦντες. αὐτάρκη. *Videtur itaque* διὰ θερμοτέρας προσφορᾶς *ſignificare calidiorum rerum forinſecus adhibitionem. & fortaßis pro* θερμοτέρας *legendum* θερμοτέρων. *tales autem ſunt frictiones, vnctiones calidiores, calidæ aquæ affuſiones, in qui-*

bus modus is ſeruandus eſt, vt tunc deſinamus, cum carnes in rubicundam molem attolluntur, velut Gal. 6. method. docet. Quanquam προσφορὰ *non externam adhibitionem, ſed alimenti aſſumptionem Græcis Medicis ſignificet. Sed de hac ipſum hîc non loqui, indicio eſt id quod ſubdit de alimenti ſufficientis exhibitione, & quod vox* ἐπισπωμένοις *forinſecus admotis magis competit.*

De oſſibus luxatis. *Cap.* CXI.

QVùm luxationes fracturis proximæ ſint, de iis verba facere aggrediemur. Luxatio igitur eſt, vt ſummatim dicam, quum articulus à proprio ſinu, ad inſolitum excidit, in qua motus arbitrarius impeditur. differentias ipſius alias dicere non habemus, niſi eam duntaxat quæ ex maioris minoríſque ratione ſumitur. quùm enim articulus in totum exciderit, communi generis vocabulo affectus Græcis Exarthrema, latinis luxatio dicitur: quùm autem aliquatenus duntaxat emotus eſt, [r] aut vſque ad ſuperficiem è ſinu elapſus, Pararthrema.

Quid Luxatio.

Luxatio.

Subluxatio

ANNOTAT. ANDERNACI.

Differentias. *Celſus ita ſcriptum reliquit. Mouentur autem ea ſedibus ſuis duobus modis. Nam modo quæ iuncta ſunt inter ſe dehiſcunt: vt cum latum ſcapularum os ab humero recedit, & in brachio radius à cubito, & in crure tibia à ſura. Interdum ſaltu, calcis os à talo. Modo articuli ſuis ſedibus excidũt, &c. primum* παράρθρημα *dicere poteris: alterum* ἐξάρθρημα.

Vſque ad ſuperficiem. *In Græco legitur* μέχρι τ̃ ἰσφύος *malè nimirum pro* μέχρι τῆς ὀφρύος.

παράρθρημα.

ἐξάρθρημα.

CORNARII.

r *Aut vſque ad cauitatis ſupercilium delatus. Græcè* ὀφρύος. *Eſt autem* ὀφρὺς *ſupercilium & margo cauitatis eius in quam os inſertum, cum altero oſſe articulum conſtituit.*

De Maxilla. *Cap:* CXII.

RVrſus à ſuperioribus incipientes de [maxilla] dicamus. Nam quùm [malæ ſint immobiles;] luxatione non periclitantur. maxilla autem [toto loco non mouetur,] quòd capita ipſius [malis] firmiter ac tutò inſinuata ſint, modicã verò peruerſionem quã Pararthrema vocauimus, ſubinde experitur, quòd ob muſculos qui ipſam continent ex continuo mandendi loquendiq; exercitio in mollitiem elangueſcenteis, qualibet de cauſa facilè laxetur, quod verbũ apud Hippocratem σχᾶται dicitur, in quibus ſine aliqua difficultate articu

[maxilla inferiore]

Superior maxilla nõ luxatur, inferior facilè ſubluxatur, raro omnino luxatur.

[ſuperior ſit immobilis]

[raro & ægrè prorſus luxatur]

[ſuperiori]

articulus ſponte in proprium locum reuertitur. verùm de maxilla in totum luxata, ſatis eſt illius verba exponere, quæ compendioſa, integra, & perſpicua exiſtunt. Scribit itaque hunc in modum. Excidit quidem maxilla raro, laxatur autem ſubinde oris hiatu, quomodo etiam aliæ plures muſculorum neruorúmque peruerſiones, id efficiunt. Clarum itaq; hinc potiſſimùm eſt, quandocunque exciderit. Nam maxilla in anteriora propellitur, & ad contraria eius vndè prolapſa eſt, peruenit, [oſſiſque tuberculum] iuxta malas tumidius apparet, difficulter ægri maxillam committunt. Qualis autem repoſitio ipſis congruat, manifeſtò liquet. alium enim continere caput oportet, alium comprehendentem ab interiore parte & exteriore digitis iuxta mentum hiante homine quàm mediocriter poteſt, primùm quidem maxillam commouere aliquandiu, & huc, illuc manu diducere, ipſíque homini iubere, vt laxam maxillam habeat, ſimúlque [remittat, & concedat,[vt repentè potiſſimùm [laxetur,] tribus pariter figuris, mente adhibita. [Ratio ſiquidem eſt illam ex]peruerſione in naturalem ſtatum[reducere.]Oportet autem maxillam in poſteriora propellere, item conſequenter [his] committere, neque hiare. Inſertio igitur hæc etiam in aliis figuris fieri non poterit. medicina autem modica ſufficiet, ſplenium appoſitum ceratum faſcia laxiore deligare. Sed tutius eſt, reſupinato homine firmare caput ipſius puluinis ſubiectis quàm pleniſſimis, vt [quàm minimè cedat.] Cæterùm vulnerati caput aliquis continebit. Sin autem vtraque [eadem] maxilla eluxata fuerit, curatio [quidem] adhibebitur: verùm committere minus hi os poſſunt, vt quibus [prominentiores maxillæ ſint.] rectitudinem autem [indeflexam] maximè cognoſces, dentium & ſuperiorum & inferiorum terminis, [ſecundum horum directam aciem] confert illas quam citiſſimè inſerere. quomodo autem inſerentur, expoſitum eſt. Quòd ſi locis ſuis non inſinuentur, periculum de [anima] ſubſequetur ex febribus continentibus, & torpido Caro. Nam muſculi hi dum alterantur, & præter naturam intenduntur, Carum inducunt. venter ſolet his villoſa deiicere, vel ſyncera pauca, & ſi etiam vomant [indiſcreta] eiiciunt. hi igitur decimo die potiſſimùm moriuntur. ac hoc modo ᵃ iniectionis nos ſubinde vſi ſumus, fomentis priùs ex hydrelæo calido per ſpon-

Luxationis maxillæ inferioris repoſitio.

[eiúſq; vertex]

[moueat & obſequatur]

[concutiatur]

[Nam ex]

[reducitur]

[ægrum os]

[vt nihil cedant]

[parte]

[eadem]

[prominentior maxilla ſit]

[non diſtortam]

[è directo ſitis]

[vita]

[ſyncera]

giam ſuper luxatam maxillam adhibitis, quando potiſſimum ægrè poteſt reſtitui, hominéque humi collocato, poſt ipſum nos [ſedentes,] quemadmodùm ab Hippocrate traditum eſt, [operamur.]

[ſtantes] [luxationẽ reponimus]

ANNOTAT. ANDERNACI.

De maxilla. *apud Græcos γένυς cum voce κάτω ſignificat maxillam: cum voce ἄνω, malas. quanquàm barbari maxillam inferiorem & ſuperiorem appellent. Græci etiam dictione γνάθος in eodem ſignificatu vtuntur.*

σχᾶται.

Σχᾶται. *Galenus commentario ſecundo in librum Hippocratis, de articulis exponit quid ſibi velit σχᾶται, in hunc modum: ὥστε τὸ σχᾶσθαι μυῶν καὶ νεύρων ἐστὶ πάθος ἄνευ ἀρθρήματος. ὁποῖον δέ τι τὸ πάθος τοῦτ' ἐστὶ, δῆλον μὲν κἀκ τοῦ φάναι παραλλαγαί. hoc eſt, quare σχᾶσθαι muſculorum & neruorum affectus eſt citra articulamentum. Qualis autem affectus hic ſit, conſtat quidem ex eo quod dicit, peruerſiones.*

Maxillam committunt. *Hippocrates legit συμβάλλουσι τὰς κάτω γνάθους. codex impreſſus Pauli dictionem κάτω non habet. Tu lectionem corrigito ſecundum Hippocratem, ex quo hæc ad verbum ſumpſit.*

Sin autem vtraque maxilla. *Græca ſonant, ἢν δὲ ἀμφότεραι αἱ γνάθοι. Hoc eſt, ſi maxilla vtraque parte luxata fuerit, non vt recentiores interpretantur, maxilla inferior, & ſuperior, quæ malæ rectius dicendæ ſunt. Galenus orationem Hippocratis, vnde hæc ſunt tranſcripta, in eum modum interpretatur. ἐν ταύτῃ τῇ ῥήσει δοκεῖ γνάθους ὀνομάζειν οὐ τὴν γένυν ὅλως, ἀλλ' ἑκάτερον τῶν μερῶν, καθ' ἃ πλατύνεται αὐτή. δοκεῖ δὲ καὶ τὰ κάτω πέρατα κατ' ἃ γυμνὸν καὶ ἄσαρκον τὸ ὀστοῦν ὀνομάζειν γένυας, &c. Quæ ita exponere poſsis. In hac oratione videtur γνάθους non abſolutè, maxillam appellare, ſed vtranque partem, in quibus ipſa dilateſcit. videtur etiam ima extrema in quibus os nudum & ex carne eſt, maxillas nominare.*

Interpretatio Hippoc.

Secundum horũ directam aciem. *Pauli codex Græcus habet κατὰ τάξιν, fortè καθ' ἶξιν & vt Gal. dicit καθ' εὐθυωρίαν, vt ſcilicet dentes primores in maxilla, primoribus in malis, Canini caninis, molares molaribus reſpondeant. Hippocratis verba hæc ſunt, τὸ δὲ ἀτρεκὲς μάλιστ' ἂν γνοίης τοῖσιν ὁμοίοισι τῶν ὀδόντων τῶν τε ἄνω καὶ τῶν κάτω καθ' ἶξιν.*

καρώδεες οἱ μῦες.

Nam muſculi hi dum alterantur & præter naturam intenduntur, carum inducunt. *Græca ita ſonant. καρώδεες οἱ μύες οὗτοι καὶ ἀλλοιούμενοι, καὶ ἐντεινόμενοι παρὰ φύσιν. Galenus*

locum

locum exponens commentario ſuprà citato inquit, vtrunque, & alteratio, & muſculorum tenſio carum poteſt efficere. Nam tenſio hæc fit, filamentis quæ prius erant laxa, nunc omnibus ſecundum rectam lineam exte[n]ſis. Alteratio, dum calefacti, aut refrigerati, aut humectati præter modum fuerint, aut inflammationem, aut eryſipelas fuerint experti.

Quomodo caros.

Hic igitur decimo die potiſſimùm moriuntur. *Mutilus eſt codex Græcus Pauli. habet enim* οὗτοι οὖν καὶ θνήσκουσι καὶ μάλιστα *: pro quo legendum eſt,* οὗτοι οὖν θνήσκουσι δεκαταῖοι μάλιστα, *vt habet Hippoc. lib. de articulis. Gal. ibidem exponit dictionem* μάλιστα, *pro* ἐπὶ τὸ πολὺ, *quod eſt plurimùm, magna ex parte, & vt nos diximus, potiſſimùm.*

CORNARII.

s *repoſitionis.*

D clauicula & ſummo humero. *Cap.* CXIII.

CLauicula interiori quidem extremo non excidit, vt quo pectori cõmittatur: vnde ne mouetur quidem in ipſo. At ſi violentia cuiuſdam acuti extrinſecus ferientis auellatur, quemadmodùm fractura ipſius inſtaurari debet. Extremum autem, ipſius quod humeri articulamento inſeritur, non admodùm ſanè excidit, à bicipiti muſculo ſummoque humeri tuberculo prohibitum. imò neq; violento quodam motu clauicula priuatim agitatur, [c] propter ſolam thoracis factam ſeparationem. Vnde homo ſolus inter animãtia clauiculam obtinet: quam ſi in palæſtra, vt [veriſimile eſt,] peruerti contingat, conformatione per manus dirigitur, & ſpleniis multiplicibus accommodatis vnà cum deligatura decenti: eadem curatione etiam ſummus humerus peruerſus in propriam ſedem reuertitur. Eſt autem oſſiculum cartilagineum quod clauiculam ſcapulis colligat, in reſiccatis mortuorum cadaueribus occultatum, quod loco motum, imaginem imperitis exhibet, brachij caput excidiſſe, etenim in hoc [exterior] humeri pars [acutior] apparet: concauum autem, id vnde excidit: verùm notis quas deinceps ſubiungam, ipſa diſcernentur.

Clauiculæ quà pectori cõmittitur luxatæ inſtauratio.

[accidit]

Subluxationum clauiculæ & ſummi humeri repoſitiones.

[ſuprema]

[tumidior. ὀγκηροτέρα *Hippoc.]*

ANNOT. CORNARII.

a *vt quæ propter ſolam thoracis diſtentionem facta ſit.*

De humero luxato. *Cap.* CXIIII.

BRachij caput ſcapularum ſinui inſertum, excidit quidem frequenter, verùm neque in ſuperiorem partem, vt

Brachij caput quas in partes luxari & non luxari poteſt.

quod ſcapularum proceſſus ancoræ ſimilis impediat: neque
in poſteriorem, propter ipſas ſcapulas: neque tamen in ante-
[& acromion] riorem, ob muſculi bicipitis tendinem, [ipſumq́ue humeri
faſtigium.] Sed rarò quidem in interiorem exterioréμque
[crebro] prolabitur, [continuè] verò, præſertim macilentioribus, ad
ima. atque his ſanè facilè & excidit, & rurſus inſeritur: mul-
ta autem carne præditis contrà, rarò quidem elabitur, ſed
ægrè in ſedem ſuam compellitur. Quibuſdam itaque etiam
[vulneratis nec luxatis] [non luxatis ex ictu] frequenter elapſi loco [membri] ſuſpi-
cio oritur, eò quòd valida inflammatio ſubſequatur. Por-
rò quibus in imam partem luxatus humerus eſt, hoc modo
[oßis] agnoſces: affectus humerus ſi cum ſano conferatur, multùm
Nota humeri in imã partem luxati differt,[u] quùm exterior eius pars vnde excidit, concaua ap-
pareat, vt in [ſummo humero] eluxato diximus, quod [acu-
tius] quàm naturaliter eſſe debet, apparet, & brachij caput e-
lapſum in ala manifeſtò occurrit, ac manus huius cubitus à
[acromio] coſtis magis receſſit: quibus quidem coſtis ſi ipſum adigas,
[tumidius] cum dolore admouetur, neque ægri manum [extenſo] cubi-
[extenſo foras] to ad aurem poſſunt reducere, neque alium motum multi-
tiplicem per eam moliri. In pueris itaque vel in quibus re-
Repoſitio luxati in ima humeri. cens nec ampla facta eſt eluxatio, etiam nodo medij digiti
flexi eminente medici manus, vel ipſius affecti ſanæ manus,
ſi non puer ſit, frequenter reſtituta eſt, vt inquit Hippocra-
tes. valentius autem hoc modo luxata inſeruntur. Homo lo-
tus, & ſuperfuſionibus laxandi virtute præditis vſus, reſupi-
nari humi debet, & pila mediocris vel coriacea, vel alia
quæpiam non admodum mollis alæ accommodabitur, ac
ſedens medicus aduerſus ægrum, iuxta latus affectum, ſi qui
dem dexter humerus luxatus ſit, dextri pedis calcem ſuper-
ponet pilæ alæ ſuppoſitæ, ſi ſiniſter, ſiniſtri. ac affectam ma-
num prehenſam ad pedes trahet, ſimúlque calcaneo alam in
[ſupremam retrahat humeri partẽ] diuerſum propellet, ita vt aliquis poſt caput [ad alterum hu-
merum reſiſtat,] ne corpus [circum diuellatur.] Eſt & alia ra-
tio immittendi, quæ humero ſubnixo perficitur, quod Græci
[trahentem ſequatur] κατωμίζειν dicunt. Adoleſcens, aut longior ægrotante, aut
altius conſiſtens iuxta affectum latus, ægri [indidem] collo-
[ex aduerſo] cati alæ ſuum ipſius humerum ſubiiciet, & manum eleua-
tam ad ventrem ſuum attrahet, vt reliquum ægri corpus
poſt eum qui humerum ſuum alæ ſubiecit ſublime pendeat.
At ſi æger leuior fuerit, alius quiſpiam puer leuis ex ipſo ſuſ-
pendetur.

ſpendetur. Nā manu ac reliquo corpore in contraria detractis ad ima, ſubiectus alæ humerus facilè elapſum articulum reponit. atque hoc etiam [ligno] quod Græci Hyperon dicunt, efficimus. Eſt autem id, lignum oblongum, rectum, quod in pauimento ſuper aliud quoddam ſolidum ponitur. huius igitur ſummum extremum rotundum, quod non admodùm craſſum, neque tamen tenue eſt, alæ ægri aut ſtantis, aut ſedētis, ſubiicietur, iuxta totam ipſius longitudinem. Ac manu [per] lignum iſtud porrecta & detracta: reliquo autem corpore contrà inferiùs vergēte, vel ſua ſponte, vel alio quodam [trahente,] reſtitutio fiet.[x] Atq; hoc in ſcalæ gradu fieri debet, quemadmodùm in confracto brachio per tenſionem fieri dicebamus. hic autem rotundū quoddam corpus ſuper gradum deligatur, quod ægrotantis alæ poſſit adaptari, & brachij caput propellere. Porrò ſi ob vetuſtatem affectus, aut corporis duritiem, repoſitio nobis faceſſat negotium, vtemur etiam ratione quæ per ſpatham ligneam, Amben appellatam fit. Eſt autem Ambe lignum quod longitudinem duorum cubitorum habet, latitudinem quatuor digitorum, craſſitudinem inſtar digiti, alterum extremum [rotundum, quòd] etiam promptè in alæ ſignum ingreditur, perinde vt ligni quod Hyperon vocatur, extremum. hoc itaque extremum panniculo circundatum, quò lenius exiſtat, capitulo brachij [iuxta alam] accommodabimus, totam verò manum ad lignum intenſam cum eo deligabimus, iuxta brachium, cubitum & eius extremum. deinde ligno obliquo inter duas columnulas rectas adaptato, vel rurſus ſupra ſcalæ gradum manu traiecta cum ligno, vt ala per tranſuerſum gradui accommodetur, manum infra trahentes, ſinemus in alteram partem reliquum corpus in ſublimi pendere. tunc enim articulus ingredietur. Vbi fuerit repoſitus, mediocris ex lana pila, ſi quidem inflammationem pars non ſentiat, ſicca, ſi ſentiat, oleo madēs alæ iniecta, deligabitur. per hanc autem alam & humerū & alteram alam y vinculi deligationes literæ X figura potiſſimùm apparebunt. ita vt in hunc modum facta deligatura ſuper affectum humerum accommodetur, brachium autem coſtis colligetur, ipſeque cubitus & ſumma manus ex ceruice [deuinciantur,] ne rurſus [de integro] articulus excidat. Poſt ſeptimum diem vel tardius vbi faſcias diſſolueris, mediocri vti frictione præ

Repoſitio per piſtillū. [*piſtillo*]

[*iuxta*]

[*deprimēte. quod fit manu iniectæ clauiculæ, & eā premente*]

Repoſitio per ſcalæ gradum.

Repoſitio per ſpathā. [*rotundum cum margine paulum eminēte, ad humeri caput conuerſa, nō in coſtas: quod etiam*]

[*in ala*]

Deligationes per decaſſationē.

[*ſuſpendantur*]

[*nuper luxatus*]

ne præſtat, eo quòd corpore ſolidiore facto, articulus ita firmetur, vt non facilè prolabatur. Quod ſi autem crebro prolabatur, aut humiditatis vitio, aut ob aliam quampiam iam diu factam elabendi viam, ad vſtionem veniendum eſt, ſicut ſuprà comprehendimus. Quùm autem vel infantibus in vtero, aut æditis quidem in lucem, ſed adhuc increſcentibus, [particula] fuerit luxata, necdum repoſita, in humero quidem carnes nihil à naturali figura deficiunt: neq; enim manus [quodcunque opus] perficere impeditur, os autem brachij breuius permanet, non augeſcens, ac tales nominantur Galiancones. In fœmore etiam os incrementum non ſentit, & totum crus contabeſcit, quùm enim corpus pondus corporis ferre nequeat, non exercetur, ac in aliis membris luxatis manentibus quæ ſubiiciuntur partes, [omnium iniuriis expoſitæ ſunt.]

Vſtio. *[pars ea]* *[omnes actiones]* *Galiancones.* *[omnes læduntur]*

ANNOTAT. ANDERNACI.

Proceſſus ancoræ ſimilis. *Eſt hic proceſſus interiore in parte exiguus, acutúſque ancoræ modo, qui etiam ab aliis κορακοειδὴς dicitur, quòd extrema ipſius pars, in corniculæ roſtrum exterius inclinat.*

Muſculi bicipitis. *Vide Galenum de vſu particularum, & de Anatomicis tractationibus. Eſt autem ex colli muſculis anterioribus, qui in duplici capite ligamenta fortia obtinet, vnum ex proceſſu ancorali, alterum ex elata ſuperficie ſcapularum ceruicis.*

Ipſumque humeri faſtigium. *Quidam anotomici ſcapularum cum iugulo compactionem Græcè nominant ἀκρώμιον, quaſi dicas, ſummum humerum: alij tertium os eſſe prædicant, quod in ipſis tantùm hominibus deprehenditur. Vbi igitur in Græco codice habetur ἀκρώμιον, ego reddidi ſummum humerum, aut humeri faſtigium.*

Lignum quod Græci hyperon. *Lignum eſt paſtilli modo factum, vnde etiam nomen habet, frequens apud Hippocratem de articulis.*

Atq; hoc in ſcalæ gradu. *Celſus lib. 8. de humero luxato Paulo conſentit, ſic (inquiens) brachium deligatum ſuper ſcalæ gallinariæ gradum traiicitur, ita altè, vt conſiſtere homo ipſe nō poſsit. Hippocrates hanc reſtitutionem per ſcalæ gradum ſeparat ab ea quæ fit per hyperium. eſtq; apud illum, quintus reſtituendi modus. quanquam in ſexto modo, ſcalæ etiam faciat mentionem.*

Ambæ. *Ad verbum tranſcripſi ex Hippocrate. & Celſus Hippocratem lib. 8. quaſi expreſsit in hunc modum. At ſi vaſtius corpus, neruiue robuſtiores ſunt, neceſſaria eſt ſpathula lignea, & quæ*

craſsitud

craßitudinem duorum digitorum habet, & longitudine ab ala ad digitos perueniat. In qua ſumma capitulum eſt rotundum & leniter cauum, vt recipere particulam aliquam ex capite humeri poßit.

Panniculo circundatum. *Celſus idem aliis verbis exponit. Eáque ſpatha faſcia inuoluta, quo neruis tactu lædat, ad alam à brachio dirigitur.*

CORNARII.

v Nam & ſumma humeri pars, vnde elapſus factus eſt, caua apparet, & ſummus humerus, velut de ipſo ſubluxato diximus, acutior quàm pro naturali modo videtur. & brachij caput, &c.

x Sed & hoc in ſcalæ gradu fieri poteſt.

y faſciæ deligationes iuxta chiaſmum ac decuſſationem factæ appareant, decuſſatione affecto humero incumbente. Brachium autem, &c.

[eminentiarum] *Cubiti luxati ſigna.*

De Cubito. *Cap.* CXV.

QVantò cubiti articulus humero magis varius creatus eſt, tantò plus negotij prolapſus exhibet, & tardiùs quidem excidit, ſed difficiliùs reponitur, propter [tuberculorum] ſinuúmq; frequentiam. Nonnunquam igitur ſolùm aliquatenus detorquetur, quem caſum Parathrema dixi, ſæpe verò etiam ex toro in omnem partem prolabitur, præcipuè in priorem & poſteriorem, quod facilè dignoſcitur, [eò quòd excidit oculis & tactui obiecto,] in quodcunque prolapſum ſit, & ſinu vnde excidit apparente. Hæc verò potiſſimùm ſani cubiti [inſpectio] coarguit. Conuenit autem protinus mẽbrum reponere priuſquàm inflammatione occupetur: ſiquidem eam expertum, difficulter curatur. Quædam etiam nullam prorſus curationem recipiunt, maximè ſi in poſteriora prolapſa ſint. Hæc enim luxatio omnium quæ in cubito fiunt, maximè dolorifica eſt & periculoſa. Quòd ſi modicè articulus [inuerſus] ſit, moderata etiam intenſione reſtituitur. ſic vt miniſtri [manum exporrectam iuxta brachium] cubitúmque contineant, & in aduerſa retrahant, medicus autem ſuæ manus palma quod exceſſit in ſuam ſedem compellat. Hippocrates in priora luxationem ſubito [manus inflexu inſtaurat :] vt palma ipſius humerum [iuxta rectum pulſet:] in poſteriora verò, ſubita rurſus & [diutius facta] extenſione, quoniam luxatio in priorem partem, violenta potiſſimùm extenſione efficitur: quæ in poſteriora, flexu ſimiliter vehementi. Quòd ſi luxatio [perſeueret,] etiam validam magis

[oculis & tactui eo excidit occurrente]
[collatio]
Luxatio cubiti in poſteriora, periculoſa & dolorifica.
Luxati cubiti repoſitiones.
[elapſus]
[brachium exporrectũ ad humerũ]
[& vehementi brachij inflexu]
[è directo ſitum feriat]
[magna]
[diuturna eſt]

magis intenſionem vſurpabimus, eiuſmodi verò eſt potiſſimùm quam Hippocrates in brachio confracto expoſuit, vbi ligonis manubrium adhibebat. Porrò recentiorum aliqui hunc in modum [adaptant.] miniſtris duobus manum, vt dictum eſt, intendentibus, ita vt alter ſurſum ad alam contineat, alter deorſum iuxta brachiale, medicus aduerſus ægrotanti conſiſtens, duabus palmis iuxta articulum, brachium circundat, ac vbi iuſſerit [veſtimentum contractum in] oblongum, vel latam faſciam manibus [ipſius] ſimul, & ægrotantis brachio circundare, & [in exteriora imáque propter ſummam manum retrahere,] ipſe deinceps [cum tenſione conſtrictas ipſas trahit,] donec cubiti articulum [excedant.] Cæterùm [manus] priùs oleo illini debet, vt lubrica fiat, & facilè medici [palmis deducatur.] Sic enim [prolapſa, ſi pertrahentium] manuum vi premantur, in propriam ſedem reuertuntur. Poſtquam ſunt repoſita, in anguli modum [figurata manu,] ex ſpleniis & conuenienti deligatura curationem petemus.

[reſtituũt] *[linteũ duplicatum]* *[ſuis]* *[prorſum ac deorſum verſus manum ægri trahere]* *[tenſis, obſtrictis, & tractis manibus ſequitur]* [excedat] [ægri brachium] *[palmæ ſublabantur]* *[oſſa luxata cum detractarum]* *[figurato brachio]*

ANNOTAT. ANDERNACI.

Sani cubiti inſpectio. *Methodus hæc eſt, quam Hippocr. lib. de medicina exponit: quámque Galenus ſimilitudinis, & diſsimilitudinis. Optimè enim affecta pars cognoſcitur, ſi cum ſana conferatur. Codex autem Græcus malè habet* πάθησις *pro* μάθησις. *Quid enim ſibi vult,* ἡ τοῦ ὑγιαίνοντος ἀγκῶνος ἐλέγχει πάθησις. *hoc eſt ſani cubiti affectus arguit. quomodo id quod ſanum eſt, ſimul affectum eſt? Melius igitur mea ſententia* μάθησις *quod eſt diſciplina. ego dixi inſpectio.*

De brachiali & digitis luxatis. Cap. CXVI.

Brachialis digitorúmque luxatio nullum faceſſit negotium per ſe, niſi cum vlcere facta fuerit. de hac igitur in capite de luxationibus quæ cum vlcere fiunt tractabitur. At ſine vlcere luxatis, mediocri intenſione, & remediis quæ inflammationem pellunt, medebimur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Appellaui Brachiale eam vincturam, qua brachium cum extrema manu committitur. Celſus palmam nominare videtur in octauo. Græci dicunt καρπὸν.

De vertebris ſpinæ. Cap. CXVII.

Luxatio vertebrarũ ſtatim mortem adfert.

Vertebræ ſpinæ ſi ex toto prolabuntur excidúntque, præſentaneam mortem inferunt. Medulla ſiquidem ipſius ſpinæ

ſpinæ vel quamlibet compreſſionem non ſuſtinet, quùm & ſolus ex ipſa neruorum proceſſus ſi contundatur, hominem in periculum perducere ſufficit. Peruerſionibus autem ſubinde affligitur, nunc in priorem partem diſtorta, ac vitium Lordoſin Græci appellant: nunc in poſteriorem, & Cyphoſin à loco gibbato vocant: interim verò in latera, quod Scolioſin nuncupant. Quùm igitur multæ ſimul vertebræ paululum [adeò] peruerſæ fuerint, plurium ſimul peruerſio ex circulari flexus rotunditate fieri apparet, ac putant nonnulli decepti, ab vna vertebra ampliter peruerſa id fieri. Nam magna diſtorſio non rotundum, ſed angularem ſpinæ flexum molitur, quando etiam magis periculum ſubſequitur. Si igitur introrſum ſpina eſt peruerſa, reſtitutionis ſpes nulla eſt, eò quòd per ventrem, anterius oppoſitio fieri nequeat. qui enim in ſcala ſic affectos intendunt, aut cucurbitulas admouent, aut ſternutamenta, aut tuſſim, aut flatus excitant, quid tandem promouere putati ſint, Hippocrates abundè oſtendit. Quoniam verò ſubinde cuiuſdam oſſiculi [ſpinæ] refractio facta, cauum locum repræſentat, quemadmodùm in capite de fracturis comprehenſum eſt, aliqui vitium Lordoſin eſſe crediderũt, deinde hoc celeriùs perſanato (promptè enim callo firmatur) Lordoſin curatu facilem exiſtere pronuntiarunt, & ſi nullam curationem, aut certè difficilem recipiat. his etenim vrina ſupprimitur, aluus non reſpondet, corpus inhorreſcit, poſteà etiam ſine voluntate excrementa prorumpunt. Hæc autem eueniunt, neruis & muſculis conſortij lege laceſſitis, ac celeriter ægri moriuntur: præſertim ſi ſuperiores & ceruicis vertebræ affectum fuerint expertæ. Cui verò iam inde à paruulo potiſſimùm vertebræ gibbatæ protuberant, vitium longum eſſe, neque celeriter mortem, ſed morbum accerſire, & inſanabile Hippocrates prodidit. At quibus recens hic gibber ex caſu prouenerit, machinæ quidem per ſcalam, & rectam ægri ſuſpenſionem, ac vtris inflationem adhibitæ, ridiculæ ſunt. ſola autem Hippocratis [adaptatio] ſufficiet. Conuenit enim, inquit, lignum magnũ quod tantam longitudinem ac latitudinem habeat, vt hominem excipiat, aut ſcamnum [huic] æquale, [z] propè parietem deponere, ac iuxta hunc ita extendere, vt in longitudinem pede non amplius abſit, & veſtimenta quædam ſuper ipſum explicare, ne hominis corpus infringatur, ([a] erit autem

Lordoſis. *Cyphoſis.* *Scolioſis.* [*ſimul*] *Lordoſis incurabilis.* [*in vertebrarum criſtam*] *Gibboſitas à puero incurabilis.* [*reſtitutio*] *Gibbi ex Hipp. reſtitutio*] [*ægro*]

autem hic lotus antequàm ſuper lignum ſcamnúmue inſideat,) deinde loro pectus ipſius bis circundatum, per alas iuxta dorſum vincire, initia lori ligno oblongo, piſtillo ſimili, deligare, atque hoc ſuper pauimentum iuxta ligni aut ſcamni ſubiecti extremum conſtituere, & miniſtro poſt ægri caput ſtanti ex ſuperiore parte continendum tradere, vt imo [quidem] extremo contrà [fixo,] altiore ſupra caput tracto, opportuna fiat intenſio: altero autem loro pedes ſimul & ſuperiores talorum partes deligantes, & rurſus alio, ſuperiora ilium & lumbos. ita vt huius in lumbis fiat connexio, iterum extrema horum [ligamentorũ] cõiungemus: [alij] autẽ ligno piſtillo [reſpõdenti,] ſimiliter prædicto illigantes, ſtatuemus in ligni aut ſcamni extremo quod iuxta pedes eſt, lignum piſtillum repræſentãs, [ad prioris ſimilitudinem,] deinde famulis iubebimus, vt [per ligna] retractionem in diuerſa moliantur. Quidam verò aſellis dictis hanc efficiunt. ſunt autem hi, axes qui [contra] rectum lignum vertuntur: vtroque huius magni ligni aut ſcãni latere, iuxta extrema ad pedes, capútque [ſita, lora inuoluantur.] Quùm autem ſic intenſio ipſa adminiſtratur, manus palma gibberũ [conſtringemus.] ſi autem vſus poſtulat, etiam ſuper ipſum inſidebimus, [nullum veriti periculum.] At ſi ne ſic quidem ſpina inſtauretur, & æger preſſionem ferat, vtile eſt parietem adiacentem in longum canalis modo exculpere è regione gibberi, vt ſculptura cubiti longitudinem habeat, neq; altior ſit ægrotantis ſpina, neq; multo humilior, imò ſcalpturam priùs præparatam eſſe oportet. huius enim cauſa etiam lignum ab initio prope parietẽ poni [maluimus.] [b] deinde aſſeris mediocris alterum [finem ad ima] comprimemus, donec ſenſibiliter ſpina dirigatur. verum, vt inquit Hippocrates, ſola intenſio citra aſſerem, rurſusq; per aſſerem ſola curatio, id quod requiritur poteſt efficere. Quòd ſi hoc verum eſt, non alienum etiam in Lordoſi & Scolioſi per initia intenſionem prædictam, [c] ſine conſtrictione videlicet, moliri. Poſt [adaptationẽ] verò, lamina lignea quæ latitudine treis digitos æquet, longitudine gibbero reſpondeat & aliquam ex ſanis vertebris comprehẽdat, loro lineo aut ſtuppa propter duritiem inuoluta, vertebris ipſis imponi & conuenienter deligari debet. victus adhibebitur tenuis. At ſi poſt hæc quędam gibberi reliquiæ remanſerint, laxantibus emollientibúſque remediis cum

[quidem] [ſcamni] [nitente] [lororum] [alteri] [ſimili] [perinde ac prius] [piſtillis]

Extenſio per Aſellos.

[ſupra] [ſita, quibus lora ad uoluuntur] [prememus] [ſi nullus periculi metus fuerit]

Reſtitutio per ſculpturam in pariete.

[iuſsimus] [finẽ rimæ exculptæ in pariete indemus, alterum ad ima] [repoſitionem]

cum laminæ appreſſu, perdiu vtendum eſt. aliqui verò plumbeam laminam vſurparunt.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Vertebræ ſpinæ. *Hoc caput Paulus magna parte ex Hippocrate tranſcripſit. Auicenna autem quaſi ad verbum ex Paulo tranſtulit. In hoc diſcrepamus vbi ego ſculpturam verti, ille foueam habet: vbi ego aſſerem, ille tabulam.*

CORNARII.

z *Ad parietem apponere in longitudinem extentum, non ampliori quàm pedis ab illo diſtantia.*

a *Deinde hominem lotum pronum ſupra lignum illud aut ſcamnum extendere. Deinde loro, &c.*

b *Et poſtea tabulæ moderatæ alteram extremitatem in parietis rimam immittimus, altera verò gibboſitatem deorſum deprimimus. Græca ſic reſtituenda ex Hipp.* κἄπειτα σανίδος συμμέτρου τὸ ἕτερον πέρας εἰς τὴν τοῦ τοίχου γλυφὴν ἐμβαλοῦμεν, τῷ δ' ἑτέρῳ τὸ κύφωμα ἐπὶ τὰ κάτω πιέσωμεν.

c *Citra videlicet depreſſionem.*

De Coxa luxata. *Cap.* CXVIII.

QVùm alia corporis oſſa interim paulùm excedant, interim toto loco excidant, coxæ humeríq; articulus ſoli luxationi opportunus eſt, qua tota ſede promouetur, atque ex his, magis coxæ articulus, quoniam ſinum & rotundum, & profundum poſſidet, ad hæc, quòd elatioribus marginibus munitus ſit. At ſi quandoque articulus ob vim quandam vehementem ſinu ſuo exciderit, etiam multæ luxationis ſecundum minoris maioríſq; rationem, differentiæ proueniunt: quatuórq; modis, imò locis, coxa luxatur: vel enim in interiorem partem, vel exteriorem, vel priorem, vel poſteriorem, prolabitur: verùm intrò quidem & extrà [continuè, &] multò frequentiùs intrò: in anteriora autem & poſteriora, rariùs. Quibus itaq; in interiorem partem coxa prolapſa eſt, iis crus affectum, ſi cum ſano conferas, longius ſpectatur, & genu [prominẽtius,] & ad inguina crus inflectere nequeunt, & in regione ſcroti & ani intermedia tumor manifeſtus occurrit, tanquàm fœmoris capite illic deſidente. Quibus autem in exteriora promota eſt, iis contrariæ notæ eueniunt. ſi quidem crus breuius apparet, & inter ſcrotum & anum [in ſinum dehiſcit,] iuxta clunes in tumorem attolli-

Luxationis coxæ 4. differentiæ.

[crebro: at]

Signa coxæ intro prolapſæ.

[magis demiſſum quã ſanum]

Signa foras prolapſæ.

[cauitas occurrit]

[introrſum magis conuertitur] *In priora emotæ.* *[ſine dolore genu, &c.]* *In poſteriora.* *[ad]*

tur, & genu [interius demergitur,] crus inflectere ægri poſſunt. Si in priorem partem prolapſa eſt, [crus ſine dolore] genu extendunt, non autem ad interiorem partem inclinare poſſunt, incedere conantes. Vrina his ſupprimitur, inguina intumeſcunt, nares rugoſæ excarnéſque apparent, calci inter ambulãdum innituntur. Porrò quibus in poſteriora excidit, non aut poplitem, aut genu extendunt, neq; inflectere poſſunt prius quàm inguina flexerint, atque his crus breuius, inguina laxiora apparent, & [per] nates fœmoris caput eminet. Quibus ſanè iam inde à pueritia, aut certè longiore temporis ſpatio articulus prolapſus curæ non fuit, [d] etiã præſidium nihil promouerit, membro iam in orbem coacto.[e] Quibus autem continenter excidit, hi curationem Hippocratis aſſument. quapropter ſtatim reponi luxata debent. vetuſtæ ſiquidem coxæ luxationes nullo modo conſaneſcunt.

Luxatæ coſtæ repoſitiones variæ.

Cõmuniter itaque in quatuor luxationibus inſtauratio congruet, tum quæ conuerſione articuli & circunductu fit, tum quæ intenſione. Si enim affectus recens fuerit, & æger iuuenis, nonnunquàm fœmur cõtinentes circumagentéſq; huc illuc, articulum repoſuimus. Quòd ſi in interiorem partem luxatio declinauerit, etiam crure tantum ſubitò & valenter ad inguina quàm intimè flexo, id quod requiritur effecimus: ſin autem his non ceſſerit, intenſione vtendum, primũ per manus adhibita, quæ crus ab inferiore parte trahant ac [per] fœmur tibiámq; [conſtringant,] ex ſuperiore autẽ parte, ſub alis corpus [circundent]. Quòd ſi etiam valentior deſideretur intenſio, funibus contextis aut implicitis, vel loris, crus deligare, omnino quidem ſupra talum: vt autem genu nihil patiatur, [hoc quoq; ſuperius,] oportet: at pectoris regionem vincire neceſſe non eſt, verùm, vt dictum eſt, manibus ſubter alas comprehendatur, lorique mollis & validi medium iuxta regionem inter ſcrotum & anum adaptatum in humeros reducemus anterius per inguina & clauiculam, poſterius[f] per ſummas partes, duóq; lori initia miniſtro trademus, deinde omnes ſimul trahentes, vt ægrotantis corpus eleuetur, intenſionem molientur. hic quidẽ intendendi modus communis eſt quatuor fœmoris luxationũ differẽtiis,[g] priuatim autem in ſingulis modus quo oſſa vecte in ſedem ſuam compelluntur, Græci Mocliam dicunt, euariat: Intenſo enim homine, ſi quidem in interiorem partem articulus

[per] *[conſtringantur].* *[amplectantur]* *[etiam ſupra id]*

exci

exciderit,lori per regionem quæ ſcrotũ & anum interiacet, traiecti medium inter fœmoris caput ipſámque regionem à ſcroto ad anum tendentem;diſpenſari conuenit,referri autem lorum per inguina adiacentia & clauiculam expedit. At adoleſcens quidam duabus vlnis affectum fœmur, quà craſſius eſt,circundatum,in exteriora valenter extrahet. Atq; hic modus [inſerendi] *[reponendi]* aliis expeditior eſt,cui ſi articulus nõ ceſſerit,aliis quoque vtendum,variis quidem magis,ſed hoc efficacioribus. intendi etenim hominem ſuper lignum grandius aut ſcamnum oportet, in quo etiam ſpinæ gibbero vitiatos intendimus. Inſculpentur autem per totum ferè oblongæ quædam ceu foſſæ, quæ latitudinem altitudinémque trium digitorum,non maiorem habeant, diſſidẽtes inuicem non magis quàm digitos quaternos, vt vecte [iuxta extremum in ipſis reſiſtente,] *[in ipſarum profundum ſubeunte]* in quamcunque partem conueniat reſtituatur membrum.Per medium autem lignum aut ſcamnum, aliud impingatur lignum pedalis longitudinis,ligonis manubrij modo craſſum, vt[h] ſub hoc intẽſo homine,lignum medium inter regionem à ſcroto ad anum porrectam & fœmoris caput conſiſtat. Simul enim corpus iis qui à pedibus trahunt porrigi prohibebit,eóque ne vſu quidem ſæpè venit in contraria ex ſuperiore parte intenſio:ſimul autem intenſo quoq; homine ipſum lignũ fœmoris caput foras propellet. ac intenſio ad [ſuperius] *[ſupra]* dictum modum adminiſtrabitur, præſertim pedis. Quòd ſi ne ſic quidem in ſedem ſuã redierit,impactum lignum rectum auferri debet, ex latere autem huius ſitus vtrinq; ſingula ligna infigentur, tanquàm poſtes, non minus quàm pedalis longitudinis. his aliud lignũ adaptabitur gradus ſcalæ modo, vt trium lignorum figura H literam repræſentet,[i]nam paulò[inferius ſummis, medium] *[infra lignorum verticẽ trãſuerſum lignum]* lignum accommodabitur.Deinde in ſanum latus iacente homine ſanum quidem crus inter hos poſtes ſubter gradum [quodammodò ducemus,] *[ſummittemus]* affectum autem crus ex ſuperiore parte ſuper hunc ponemus, vt ipſi fœmoris capiti accommodetur, ſubſtrato priùs ei multiplici veſtimento, ne femur contundatur.aliud autem lignum mediocriter latum tantam habens longitudinẽ vt à fœmoris capite vſq; ad talum ſubiectum pertineat, intrinſecus cruri alligabitur. [k] Vbi iam facta eſt [hæc intenſio,] *[aut per axes hæc tenſio, aut]* aut per piſtillum, vt in gibbero priùs diximus, detrahere ad ima crus cum alligato ligno oportet:

vt violentia hac fœmoris caput in propriam ſedẽ reuertatur. Cæterùm eſt & alius reponendi modus ſine intenſione per lignum, ab Hippocrate commendatus. Manus enim, inquit, ægrotantis molliter coſtis alligare oportet, & pedes vtroſq; valido loro molli per talos & ſuper genu deuincire, vt quatuor digitorum ſpatio inuicem diſtent: intenſo autem affecto crure duobus digitis magis quàm alterum, hominem ſuſpendere, vt caput cubitos duos à terra abſit. Adoleſcens verò aliquis peritus vlnis ſuis femur affectum comprehendens quà craſſiſſimum eſt, vbi & caput fœmoris, ſubitò [pendere ex homine cogetur.] facilè nanque articulus ingredietur. Hic reponendi modus aliis quidem ſimplicior eſt, vt qui nõ multo apparatu peragatur, ſed veluti miſerabilem ipſum, plerique medici auerſantur. Porrò ſi in exteriora membrum fuerit luxatum, homo [ſuperius intendi] debet, lorum autem [iuxta regionem inter ſcrotum & anum per] oppoſitas parteis ferri conuenit, inguina dico & clauiculam, medicum autem ab exteriore parte introrſum [agitare iuxta conuenientem foueam ex iis quæ inſculptæ ſunt, miniſtro quodam vectem ad ſanum clunem ne cedat, obiiciente.] Sin autem in priora promotus eſt articulus, homine intenſo vir quidam validus dextræ manus palmam affectis inguinibus imponens, altera comprimet, ſimul ad ima, [genu] verſus conſtringet. At ſi in poſteriora prolapſum eſt articulamentum, non opus eſt quidem hominem [in ſublime vſque intendi, ſed in ſolido iacere,] quemadmodùm etiam ſi in exteriora articulus exciderit. [Sicuti autem] in gibbero dicebatur, ſuper lignum aut ſcamnum homo pronus intendetur, vinculis non per ilia, ſed in crure, vt nuper dictum eſt, porrectis. Iam verò vti conuenit conſtrictione per aſſerem adhibita, iuxta clunium regionem, vbi & articulus excidit. atque hæc ſanè de coxendice ex cauſa [foris adueniente] luxata, dicta ſint. quoniam verò propter copiam humiditatis, veluti humerus, ſic etiam coxa prolabitur, vſtione vtendum eſt, quemadmodùm in capite ipſius comprehendimus.

[homini appenſus deorſum ſelibrat]
[in ſuperiorem partem tendi]
[per perinæũ ſuper]
[pellere lato vecte, miniſtro quodam ad ſanum clunẽ contranitẽte, vel manu, vel ſimili vecte in aliquam cõuenientẽ foſſam ſcalptã demiſſo, ne clunis cedat]
[et genu]
[crure ſuper ſcalæ gradũ elato diſtendi, vt in luxatione introrſum facta, nec ſupinum, & in humeros iacentem]
[ſed vt]
[externa]
Vſtio coxæ ex copia humiditatis luxatæ.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Intenſo autem affecto Crure. *Mutilus eſt codex Græcus impreſſus vel Baſileæ, vel Venetiis: id quod etiam ex Auicenna manifeſtè conſtat. Habet autem codex in hunc modum.* ἐντεταμένου τοῦ πεπονθότος ὑπὸ τῶν στέρνων ὡς δύο δακτύλους. *nimirum pro*

ἐντε

ἐντεταμένης δὲ τῷ πεπονθότος σκέλους πλεῖον τοῦ ἑτέρου ὡς δύο δακτύλους.

Comprehendens qua craſſiſſimum. *Hîc etiam malè in Græco legitur* κατὰ τὸ βραχύτατον, *pro* κατὰ τὸ παχύτατον.

CORNARII.

d *In his deſperata eſt curatio, callo membro iam obducto. Græcè* ἄπιστος ἡ θεραπεία φθάσαντος ἤδη τυλωθῆναι τοῦ κώλου.

e *Quibus verò recens luxatio contingit, his Hippocr. curatio ſuccurret. Celeriter itaque ad repoſitionem progredi oportet: vetuſtæ, &c.*

f *Per dorſum. Græcè enim legendum* διὰ τοῦ μεταφρένου, *pro* διὰ τοῦ ἀνωτάτου. *& paulò ante* ἐπὶ τὸν ὦμον *in humerum, pro* ἐπὶ τῶν ὤμων.

g *Verùm in vnaquaque priuatim modus impulſionis variat. Dum enim homo extenditur, ſi quidem intro, &c.*

h *Vt dum homo extenditur lignum hoc inter fæmoris caput, & inter fæmineum interueniat. Græcè legito.* ὥστε κατατεινομένου τοῦ ἀνθρώπου τοῦτο ξύλον μεταξὺ φθάσαι τοῦ περιναίου.

i *Hoc autem continget, ſi paululum infra ſumma.* τοῦτο δ' ἔσται, ἐὰν μικρῷ κατωτέρω.

k *Dum autem fit extentio, aut piſtillis, velut antea in gibboſitate diximus, aut aliquo alio inſtrumento detrahere. In Græcis deſunt,* ἢ διὰ τινὸς ἄλλου.

De Genu articulo. *Cap.* CXIX.

GEnu in treis parteis promouetur, interiorem nimirum, exteriorem, & iuxta poplitem. in priorem enim prolabi oppoſita patella prohibetur. Eiuſdem igitur intentionis vtentes modis, interim per manus ſolas, interim etiam funibus, decenter deligabimus, reliquámque adferemus curationem, hoc ſpectantes vt particula diutius immobilis conſeruetur.

Genu luxatio tribus modis.

De Tali articulo, vbi etiam de pedis digitis agitur.

CAPVT CXX.

TAli articulus ſi paulùm exceſſit, modica etiam intentione curatur: [ſi toto loco mutatus eſt,] vehementiore indiget auxilio. Tentandum itaque & hîc per manus validiore intenſione vti. Quòd ſi non reponitur, homine humi reſupinato, extenſóque, longum aliquem & validum palum inter duo femora [iuxta regionē ſcroto & ano interiectam]

Malleoli luxati reſtitutio.

[ſi prorſus eiectus eſt]

[ad perinæum]

[*alte depactum, ac*] [*in pedis tenſione*] [*palus defigatur*] [*ſcamnum*] [*alius miniſter ad ima trahet, &*] *Deligatio.* [*ad tarſum et*] [*partis actionem lædunt*] *Oſsis calcanei luxatio.* [*contrariis vtendum*] *Digitorum pedis luxatio.* [*quæ*] [*vel*] [*mẽbri functionem impedit*]

humi [per ima] rectum defigemus, vt corpus aduerſus eum renitens, [ad pedis intentionem] non cedat, imò prius [defigetur,] quàm homo decumbat. Quòd ſi magnum illud [lignum] adeſt, quod pedale aliud lignum per medium habere defixum diximus, ſuper hoc intenſionem moliemur, miniſtro vno fœmur cõtinente retrahentéque, alter manibus aut loro pedem trahet, medicus luxatum manibus diriget, alterúmque pedem [alius ad ima] continebit. A repoſitione deligari tutò pes debet faſciis [ad ſuperiorem pedis partem, aliis] ad talum diſtributis, cura abhibita ne poſterior tendo iuxta calcem conſtringatur. In hoc caſu vſque ad dies quadraginta in quiete homini perſeuerandum eſt. nam incedere ante abſolutam curationem tentantes, [particulam reddunt inutilem.] At ſi quis ex ſaltu, vt fieri ſolet, calcis os peruerterit, vel etiã aliam quampiam inflammationis affectionem excitarit, blanda quadam intenſione, conformatione, fomentis inflammationi [contrariis,] & faſciis firmis id dirigendum eſt, homine ſimiliter vſque dum conſanuerit, in lectulo perſeuerante. Cæterùm digitorum peruerſio, vt in manibus dicebamus, non difficulter moderata tenſione emendatur. In omnibus autem luxatis peruerſiſque, poſtquàm inſtaurata ſunt & conquierint, inflammationem in articulis, vt veriſimile eſt, remanentem, [aut] tumorem, [quæ] etiam diu [membra à functionibus impediunt,] mollientibus remediis perſanabimus, quorum materiem nullus qui in artis operibus verſatur, ignorat.

ANNOTAT. CORNARII.

De malleoli luxatione. Sic in contextu pro talo malleolum legit Corn.

De luxatis cum vlcere. Cap. CXXI.

Reſtitutio luxationis cum exulceratione quã periculoſa.

IN luxatis cum vlcere multa requiritur prudentia. Dum enim hæc inſeruntur, extrema pericula, nonnunquàm & mortem inferunt, inflammatis enim extenſione iis qui adiacent neruis & muſculis, dolores validi, conuulſiones, & febres acutæ oboriuntur, præſertim in cubiti gibbero genu, & ſuperpoſitis partibus. Nam quò principalibus ſunt viciniora, hôc maius periculum concitant. Hippocrates itaque horum repoſitionem, valentiorémq; deligaturam omninò auerſatur: ſolis autem quæ inflammationem abigunt leniúntq; præſidiis, per initia vti præcipit. Sic enim ipſis ſuperesse

eſſe forſan licebit. Quod autem ipſe in ſolis digitis conſulit, id nos reliquis etiam articulis facere tentabimus, ac inter initia ſtatim quùm pars adhuc inflammatione caret, prolapſum articulum mediocri intenſione reponemus: quod ſi ſecundum animi inſtitutum euenerit, perſiſtemus, ſola ratione quæ inflammationem arcet, vtentes: ſi inflammatio quæpiam, aut conuulſio, aut aliquid prædictorum contigerit, rurſus [eiicere] ipſos neceſſarium eſt, ſiquidem citra vim porrigantur. at ſi [hoc quoq; diſcrimen] metuamus, (non enim [porrigentur] forſan inflammata) ſatius eſt per initia in maioribus quidem articulis repoſitione ſuperſedere. vbi verò inflammatio declinauerit, (id autem fit poſt ſeptimum nonúmve diem) præfati etiam periculum, quod ex repoſitione futurum ſit, tum quòd ſi non repoſitum fuerit, claudi omnino ſuperuiuent, conabimur tutò, adminiſtrationem obire, vtentes, [propter commoditatem,] etiam vecte. Porrò vlceris curationem vt in fracturis cum vlcere dictum eſt, adminiſtrabimus.

Reſtitutio luxationis minorū articulorum cum vlcere.
[reponere]
[Ex ſupradictis periculis aliquod]
[cedent]
Reſtitutionem maiorum articulorum cum vlcere ſuperſedendum.
[citra vim vt commodius fiat]

De luxatione cum fractura facta.

CAPVT CXXII.

AT ſi luxatio ſine vlcere cum fractura euenerit, communi intenſione & per manus conformatione vtendum eſt, vt in ſimplicibus fracturis docuimus: cum vlcere autem rurſus, ex fracturis cum exulceratione & luxationibus priuatim expoſitis, congruam adminiſtrationem petemus.

***

PAVLI AEGINETAE LIBER VII. IOANNE GVINTERIO ANDERNACO INTERPRETE.

*

De temperamentis, quæ per guſtatus qualitates deprehenduntur. Caput I.

Ex odore de temperamento non eſt iudicandum.

DE ſenſilium corporum temperamento coniecturam ex odoratu aliquam ſumere, haud eſt ſecurum. Nam inodora, ſubſtantiis craſſa quidem ſunt, ſed quanto ſint calore, & frigiditate prædita non ita conſtat: odora verò, & tenuia quodammodò ſunt & calida, ſed quatenus id ſint, neutiquàm oſtenditur, eò quòd ſubſtantiam habeant inæqualem. Multò adhuc minus ex coloribus exactè quid licet colligere, cùm in ſingulis calida, frigida, humida & ſicca reperiantur. Verùm in guſtatu omnes ſimiliter particulæ corporum guſtabilium, vt hoc vocabuli vſurpem, linguæ obiiciuntur, ſenſúmque mouent: vt manifeſtò ex ipſo quoque temperamentorum vires deprehendamus. Quod igitur aſtringit, cogere, obturare, denſare, repellere, incraſſare, atque ante hæc omnia, refrigerare, ſiccaréque eſt idoneum. Acidum, incidere, diuidere, extenuare, aperire, & perpurgare citrà calefactionem poteſt. Acre, ſimilem acido affectum præſtat, extenuando purgandóque, ſed acidum refrigerando euariat: acre, calefaciendo: prætereà illud repellit, hoc attrahit, diſſipat, rumpit, cruſtas inducit. Pari modo etiã amarum, meatus expurgat, abſtergit, extenuat, incidit ſuccorum ſpiſſitudinem, ſine calore manifeſto. Aquoſum frigidum, incraſſat, cogit, contrahit, obturat, ſenſum aufert, ſtuporémque inducit

Neque ex coloribus.

inducit. Salſum contrahit, ſtringit, condit, ſiccat, citra inſignem caliditatem frigiditatémue. Dulce, laxat, concoquit, emollit, rarefacit. Oleoſum, humectat, emollit & laxat.

ANNOTAT. VNDERNACI.

Liber hic ſeptimus Pauli de ſimplici & compoſita medicina, partim ex Galeno, partim ex Dioſcoride, partim etiam ex Oribaſio, tranſcriptus eſt. Ordines Galenus præcipuè, vires & deſcriptionem Dioſc.rides, compoſitionem medicamentorum Oribaſius tradidit: quanquam hic quoque à Galeno & aliis miſturarum rationem acceperit. In codice Græco habetur ἐκνεκροῖ, hoc eſt ad verbum, emortuum reddit: nos diximus ſenſum aufert.

De ordine & interuallo temperamentorum. *Cap.* II.

MOderatum ſanè medicamentum ita vt temperatura ei reſpondeat cui admouetur, inde quod nec ſiccet, nec humectet, nec refrigeret, nec calefaciat, ipſum neque ſiccum, neque humidum, neque frigidum, neque calidum nominare conuenit. Quod autem ſiccius eſt, aut humidius, aut calidius, aut frigidius, à propellente appellatur facultate. Præſtat autem in vnoquoque exceſſu, quatuor, quantùm ad vſum ſpectat, ordines ſtatuiſſe: calidum quidem nominantes in primo ordine, quod vtique nos calefacit, ſed non euidenter, vt illius rationali quadã demonſtratione indigeat. Simili ratione, frigidum, & ſiccum, & humidum quodcunque demonſtrationem requirat, nondum actionem validam neque euidentem ſortitum. At quæ manifeſtò iam ſiccare, vel humectare, vel calefacere, vel refrigerare poſſunt, ad ſecundum huiuſmodi ordinem referentur: quæ vehementer iam, ſed non ſummè id faciunt, tertio annumerantur. quæ verò ſic calefaciunt, vt cruſtas inducãt, quarti ſunt ordinis. ſimiliter quæ refrigerant, vt iam ſenſu priuent, hæc quoque ad quartum relegantur. Porrò ſiccius medicamentum nullum eſt inuenire quarti ordinis, ſi non vrat: nam ſi quod ſummè exiccat, id planè vrit. Huius notæ ſunt, chalcitis, miſy & calx. Tertij verò ordinis ſiccantium poteſt aliquod eſſe etiam nõ vrens, quemadmodum quæ vehementer aſtringunt omnia, è quorum numero eſt omphacium, rhus, & alumen.

Temperatum.

Excedens.

Quatuor ordines exceſſuum.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Moderatum ſanè medicamentum. *Galenus ſecundum genera inquit, Medicamẽtum affectioni cui adhibetur, potentia reſpondere oportet. Cæterùm hic ordines quatuor enumerat, quos Græci τάξεις τάξεις.*

ἀποστάσεις. *καὶ ἀποστάσεις nominant. Galenus etiam ἀριθμοὺς, hoc eſt numeros appellat. nos ordines, interualla, abſceſſus, & gradus appellamus.*

Vt iam ſenſu priuent. *Græcè eſt, ὡς ἤδη νεκροῦν, quaſi dicas, vt iam mortificent: hoc enim frigida vehementer in membris efficiunt,* ἐκνεκροῦν. *vt emoriantur, ſenſuq́; priuentur. In ſumma nihil aliud eſt ἐκνεκροῦν, quàm vita & ſenſu priuare.*

De particularium ſimplicium medicamentorum facultatibus. Cap. III.

Abrotonum.

ABrotonum & calefacit & ſiccat in tertio abſceſſu, diſcutiendi incidendique facultate præditum, modicè verò aſtringit, totique corpori cum oleo infricatum, rigores circuitu remeantes perſanat, ſtomacho minùs amicum eſt. crematũ maiores in ſiccando vires acquirit, quàm quod ignem non eſt expertum. Capillorum defluuia (quas Alopecias vocant) cum tenui quodam oleo inunctum explet.

Agallochum.

AGALLOCHVM lignum eſt Indicum Thuiæ ligno ſimile, odoratum. Manſum animæ ſuauitatem commendat. Item in ſuffitum adhibetur. Radix eius pota drachmæ pondere, flaccidum ex ſuperflua humiditate ſtomachum reſolutúmque confirmat. Adhæc iocinoroſis, dyſentericis, pleuriticíſque opitulatur.

Agaricum.

AGARICVM radix eſt, in arboris trunco prognata, corpore fungoſo, quæ ex aëria terreſtrique ſubſtantia coaluerit. vis eius eſt diſcutere, & craſſos humores incidere. Viſcerum maximè obſtructionibus purgando medetur.

Ageraton.

AGERATON vim habet diſcutiendi, & leniter etiam inflammationem quodammodò arcet.

Agnus, qui vitex dicitur.

VITEX qui Græcè agnus vel lygos appellatur, in tertio ordine tum calefacit, tum ſiccat, ſubſtantia tenuis eſt, eoque flatus abolet, caſtitati conſeruandæ facere creditur, nõ modò commanducatus potúſq;, verùm etiam in cubitum ſubſtratus. Semen ipſius etiam iocinoris & lienis infarctus liberat epotum. Frixum autem minus eſt flatulentum, & facilè in membra diſtribuitur.

Agreſtis

Agreſtis, gramen.

GRAMEN Parnaſi admodum vtile eſt. Siccat, & modicè refrigerat: tenuiúmque partium & ſubacerbum exiſtit: eoque cruenta vulnera glutinat: Decoctum eius calculos confringit.

Anchuſæ quatuor.

QVATVOR ſunt anchuſæ, non eiuſdem omnes facultatis. Nam Onocleæ appellatæ radix aſtringendi vim habet, & quiddam ſubamarum, ad lienis renúmq; dolores efficax, cataplaſmatis autem modo cum polentis applicata eryſipelatis ſuccurrit: folia minus radice refrigerant deſiccántque, hinc ad alui profluuium bibuntur. Quæ dicitur Lycopſis, aſtringens quodammodò efficacius, ſimiliter eryſipelatis cõuenit. Onochelos verò ſeu Alcibiadios nuncupata medicatior quodammodò, viperarum morſibus ſuccurrit forma cataplaſmatis adhibita, alligata & comeſta. Quarta omnibus aliis breuior, ſine nomine propemodùm, maiore quàm Alcibiadios, amaritudine donata; latis alui lumbricis inſtar acetabuli pota benefacit. *Onoclea.* *Lycopſis.* *Onochelos & Alcibiadios.*

Adarce.

ADARCE veluti ſpuma quædam eſt aquæ ſalſæ in cremiis & arundinibus concreta, tantum verò acrimoniæ habet & caloris, vt extrinſecus cum aliis impoſita ferè vrat: intrò eam aſſumere nulli licet.

Adiantum.

ADIANTVM ſiccat, extenuat, & modicè diſcutit, calore ac frigiditate medium quodammodò eſt: Alopeciis igitur medetur, tumores diſcutit, calculos potu confringit, è pulmone reiectiones deſiccat, alui profluuium ſiſtit.

AiZoon, ſemperuiuum.

SEMPERVIVVM duplex, refrigerat quidem ex tertio abſceſſu, deſiccat autem aſtringítque mediocriter. Hac ratione igitur valet eryſipelatis, & ad herpetas inflammationéſque ex fluxione concitatas conuenit.

Aetonychon.

De Aetonycho in capite de lapidibus pertractabitur.

Athera.

ATHERA pulticula eſt ſorbilis è zea molita, aut è frumento confecta, infantibus accommodatur. Item cataplaſmatis vice illinitur.

Aegilops

Aegilops.

AEGILOPS diſcutiendi facultate prædita eſt, vnde etiã indureſcentibus inflammationibus & ægilopi, quæ oculorum fiſtula eſt, opitulatur.

Aegiros, populus nigra.

POPVLVS nigra m in primo ordine calefacit, modicè ſiccat, & tenuis eſt ſubſtantiæ, cuius folia cum aceto cataplaſmatis inſtar applicata, podagricos dolores ſopiunt. Quæ verò ex ea diſtillat reſina, floribus calidior miſcetur acopis, & malagmatis. fructus cum aceto potus comitiales auxiliatur.

Aedæon, hoc eſt pudendum maſculi cerui.

PVDENDVM cerui maſculi ſiccatum tritúmque ex vino potum, viperarum morſibus ſubuenit: miſcetur autem compoſitis remediis.

Aethale, fuligo.

AETHALE & lygnys in litera L, exponetur.

Aethiopis.

AETHIOPIS ſimilia verbaſco habet folia, radicis decoctum potu datur iſchiadicis, pleuriticis & ſanguinem reiicientibus, & arteriæ aſperitates cum melle lenit.

Aima, ſanguis.

Sãguis ſuillus. *Columbinus.* *Noctuæ ſanguis,* *Veſpertilionis,* *Ranarum,* *Chamæleõ.* *Ricin.* *Capræ,* *Gallinæ,* *Agni,* *Hœdi,* *Vrſi, &c.*

SANGVIS frigidus nullus eſt, verùm ſuillus humidus eſt, & minus calet, humano maximè temperamento ſimilis. Columbarum vero, palumbi & turturis, temperatus quodammodò, oculorum liuores ex ictu, Hypoſphagmata dicunt, medicatur, ſi calidus inſtilletur. Item craſſiori cerebri membranæ infuſus, in his quorum calua perforata eſt, inflammationem arcet. Noctuæ ſanguis cum vino aut aqua potus, ſpirandi difficultatem adiuuat. Veſpertilionum, virginum mamillas tuetur, & pilorum incrementa illitum prohibere dicunt. Similiter ſanguis ranarum, chamæleontis, & ricinorum qui in canibus hærentes inueniuntur, ſanguis facit. Galenus autem hæc facto rei experimento falſa eſſe pronuntiat. Caprarum verò ſiccitatis nomine aquas cutem ſubeuntes cum melle potus iuuat, renúmque calculos conterit. Gallinarum cohortalium ſanguis è cerebri membrana profluuia coërcet. Agninus comitialibus prodeſt: hœdinus nuper coagulatus circa heminæ dimidium cum pari aceto cõtra cruentas pectoris excreationes bibitur. Vrſorum, ſylueſtrium caprarum, hircorum, & taurorum, abſceſſus maturare fertur.

ſertur. Terreſtris crocodili, oculorum claritatem efficit. Equarum quæ ſunt expertæ admiſſuram, remediis exedentibus, σηπτικὰ Græci vocant, admiſcetur. Antidotum ex ſanguinibus quod in letalia medicamenta efficax eſt, anatis, hœdi, & anſeris, ſanguinem recipit.

Aera, lolium.

LOLIVM calore & ſiccitate ad tertium ferè ordinem pertingit, iridi facultate ſimile.

Acacalis.

ACACALIS fruticis, in Ægypto naſcẽtis fructus eſt, cuius dilutum collyriis claritati oculorũ efficacibus miſcetur.

Acacia.

ACACIA tertij quidem deſiccantium ordinis eſt, primi verò refrigerantium: at ſi elota fuerit, ſecundi. Eſt autem acerba & terreſtris.

Acalyphe, vrtica.

VRTICAE & fructus & folia tenuem habent ſubſtantiam, citráque roſionem ſiccant, tumores diſcutiunt, abſtergunt, ventrem ſubducunt, mediocriter flatulenta, quare etiã ad venerem incitant.

Acanthus.

ACANTHVM alij à nigro colore foliorum melamphyllon appellant, alij pęderoten, vis eius eſt diſcutere & ſiccare.

Acanthium.

ACANTHIVM tenui calidáque natura præditum, conuulſis auxiliatur.

Acantha leuce, ſpina alba.

SPINA alba radicem ſiccantem & modicè aſtringentem obtinet, eóque & ſtomachicis, & ſanguinem expuentibus, dentiúmque doloribus ſuccurrit: ſemen tenue calidúmque eſt, qua vi conuulſioni quoque medetur.

Acantha, id eſt, ſpina Aegyptia, vel Arabica.

SPINA Ægyptia, ſecundũ alios Arabica, aſtringit ſiccátq; impenſè, vnde & ſanguinem, & alias defluxiones retinet.

Acinos.

ACINOS ocymo ſimilis, mediocres aſtringendi vires habet, ideoq; aluum & menſeis pota ſiſtit: applicata verò panos & ſacros ignes perſanat.

Aconitum.

ACONITVM, quod quidem Pardalianches dicitur, exedentem *Pardalianches.*

dentem letalémq; vim habet, quam ob cauſam intrò nō aſſumitur: extrinſecus tamen in carnibus quas exedi oporteat, vti licet. quod verò à lupis Lycoctonon dicitur, ſimiles priori vires ſortitum, priuatim lupos, vt illud [n] pantheras, enecat.

Lycoctonū.

Acoron.

ACORON in tertio abſceſſu calefacit & deſiccat, radice ipſius ad ciendam vrinam, lieníſque ſcirrhum vtimur: cæterùm membranæ oculorum, ob cornu ſimilitudinem ceratoidis dictæ, craſſitiem extenuat.

Acrides, locuſtæ.

LOCVSTAE vrinæ anguſtiis præſertímque mulierum, odoris ſuffitu proſunt. At quæ alis caret, contra ſcorpionis morſus cum vino ſalutariter bibitur.

Acte, hoc eſt, ſambucus, & chamæacte, id eſt, ebulus.

SAMBVCVS, & ebulus qui chamæacte dicitur, quaſi humilis ſambucus, vterque deſiccandi facultatem obtinet, modicè diſcutit & conglutinat: potus autem & manducatus, aquam per aluum educit.

Als, ſal.

SAL quilibet vim habet vehementer ſiccam & aſtringentem: vnde quicquid in corporibus humidum eſt, id omne depaſcit, reliquum aſtrictione leuiter contrahit, qua ratione ad condimenta omnia adhibetur, putredinémque arcet: crematus verò ſal magis diſcutit.

Althæa.

Ebiſcus ſeu Hibiſcus.

ALTHAEA ſeu ebiſcus ſpecies eſt maluæ ſylueſtris, vis eius diſcutit, laxat, inflammationem abigit, lenit, & phymata concoquit: radix autem & ſemen reliqua ſanè intenſa habet, verùm exterit etiam vitiligines abſtergítque. præcipuè autem ſemen calculos quoque confringit.

Alimon.

ALIMON diſſimilarium partium eſt, ſalſum guſtu, & leuiter aſtringens, maxima ipſius pars calore temperata cum humiditate inſuperabili eſt, lactis itaque & ſeminis vbertatem conciliat.

Alcæa.

ALCAEA ſylueſtris maluæ & hæc genus eſt, in vino pota inteſtinorum torminibus & eroſionibus medetur, multò magis ipſius radix.

Alcyonium.

ALCYONII genera omnia quidem abſtergunt, diſcutiúntq;, acri qualitate prædita, ſed mileſium (eſt autem° vermiculum purpureúmq;) cæteris præſtat: quare combuſtum, pilorum defluuia, quæ Alopeciæ dicuntur, impetigines, vitiliginéſque abſtergit. Porrò, quòd in ſuperficie læuorem habet & vehementer acre eſt, non modò abſtergit, verùm etiam excoriat. Poſtremò, quod lanis ſuccidis reſpondet, omnium eſt imbecillimum. *Alcyonij genera.*

Alme, quæ muria dicitur.

MVRIA nulli alteri mixta ſubſtantiæ, ſimiles habet ſali vires, ſed imbecilliores aqua contemperata: at ſalſorum piſcium oliuarúmque colymbadum muria valentiùs abſtergit, contra inteſtinorum tormina & coxendicum dolores clyſtere iniicitur. *Muria ſimplex.*

Aloe.

ALOE calefacit in primo, ſiccat in tertio ordine, ſtomacho etiam amica eſt, abſtergit diſſipátque, aluum ſubducit: lota verò minùs detergit, ſed ſtomacho gratior eſt, inflammationem prohibet, & vlceribus cicatricem inducit, præſertim ſedem & naturalia infeſtantibus. *Aloe lota.*

Alos Anthos, id eſt, ſalis flos.

FLOS ſalis liquidum eſt medicamentum ſale concremato tenuius, acre, & abundè diſcutiens.

Alos achne, id eſt, ſalis ſpuma.

SALIS ſpuma lanugo ſalis ſpumoſa eſt, tenuior quidem illo, magiſque diſcutiens, ſed minùs contrahit.

Alſine, auricula muris.

ALSINE, quam alij muris auriculam vocant, vim habet helxinæ ſimilem quæ refrigerat humectátque, quapropter ad feruentes inflammationes conuenit.

Alypon.

ALYPI ſemen bilem atram per inferiora purgat pari epithymo menſura ſumptum cum ſale & aceto: veruntamen inteſtina leuiter exulcerat.

Alyſſon.

ALYSSON quòd à cane rabido morſos iuuet, ſic appellatum eſt, cæterùm ſiccatoria, diſcuſſoria, abſterſoriaque vi præditum, renum meatus aperit, ephelidem, quæ aſpera diſcolórque cutis eſt, exterit.

Alopex, vulpes.

VVLPES viua aut mortua, tota in oleo decocta, diſcutiendi vim oleo conciliat, adeò vt humores altè fixos in cutem extrahat, hinc articularij in ſolio eo repleto diutius immorati, incipientem quidem affectum finierunt, inueteratum verò moderatiorem reddidere.

Amaracus.

AMARACVS tertio in ordine calefacit, ſecũdo deſiccat.

Amarantus.

AMARANTVS extenuat, incidit, menſeis cum vino potus educit, ſanguinis grumos diſſoluit cum mulſo, omneíſq; fluxiones deſiccat, ſtomacho inimicus.

Ambroſia.

AMBROSIA cataplaſmatis modo impoſita vim habet aſtringendi repellendíque.

Ami.

AMI ad tertium calefacientium ſiccantiúmque ordinem refertur, tenue, diſcutiens, & vrinæ mouendæ efficax, ſemen ipſius longè vtiliſſimum eſt.

Amiantum.

AMIANTVM in Cypro naſcitur alumini ſciſſo ſimile, quod in ignem coniectum accenditur quidem inflammatúrque, ſed non comburitur. vtuntur eo nonnulli in deſiccantibus pſilothris.

Ammos, arena.

ARENA littorum maris affatim deſiccat, ferueſacta Sole aquas ſubter cutem exhaurit, corporibus hydropicorum in ea coopertis: torrefacta autem ad ſicca fomenta in ſalis, & milij vicem adhibetur.

Ammoniacum, thymiama, quod Latinis ammoniacum ſuffimen, & ammoniaci gutta dicitur.

AMMONIACVM thymiama liquor eſt tanta molliendi virtute præditus, vt ſcirrhos & tophos diſcutiat.

Amurca.

AMVRCA ſecundi calefacientium ſiccantiúmque ordinis eſt, eiúſque intenſi, hac etenim ratione vlcera in ſiccis quidem corporibus curat: in aliis autem intendit, irritátque.

Ampeloprasum, agreſte porrum.

AMPELOPRASVM, ſeu porrum ſylueſtre acerrimum eſt, calidiſſimúmque in ſummo ordine: quamobrem etiam exulcerat,

exulcerat, inciditque, viſcerum meatus recludit, ſtomacho inimicum.

Ampelos agria, vitis ſyluestris.

VITIS ſylueſtris racemi & germina ipſa abſtergendi facultate pollent, item nonnihil aſtringens obtinent.

Ampelos hemeros, vitis ſatiua.

VITIS ſatiuæ facultas reſpondet ſylueſtri, ſed imbecillior eſt.

Ampelos leuce, vitis alba, quæ & bryonia dicitur.

VITIS albæ, quam & bryoniam & pſilothron appellant, germina ſanè ceu ſtomacho grata eduntur, vrineque ciende ſunt: radix abſtergit, tenuis natura & mediocriter calida, vndè ſit vt lienes etiam potu conſumat, extrinſecus autem cum ficis applicata ſcabiei & lepræ medetur.

Ampelos melæna, vitis nigra.

VITIS nigra, quæ & ipſa bryonia nuncupatur, ſuperiori conſimilis eſt, niſi quòd inefficacior.

Amygdala.

AMYGDALA quę quidem amara ſunt, extenuant, viſcoſos craſſóſque humores altiùs hærentes euellunt, tum cutis vitia abſtergunt: arbor eandem vim repræſentat. dulcia verò amygdala moderato calore donata ſunt.

Amylon.

AMYLON ex puro tritico aqua ſub caniculæ æſtu macerato conficitur, quæ (aquam dico) quinquies in die mutatur: quum autem tenerrimum euaſerit, p colo traiecta aqua quã ſuperfuderis, furfures ſecernere ſiccaréque ad ſolem oportet protinus antequàm aceſcat. Cæterùm vis eius eſt refrigerare mediocriter, & ſiccare, & acria lenire.

Amomum.

AMOMVM acoro virtute, reſpondet, ſed hoc quidem ſiccat magis: illud autem expeditiùs concoquit.

Anagallis.

ANAGALLIS vtraque vim habet abundè abſtergentem, ſubcalidam quoq; nonnullam & attractricem, vt etiam aculeos euellat: item ſuccus ipſius naribus inſtillatus caput purgat.

Anagyrus.

ANAGYRVS frutex eſt grauis odoris, acriſque, calefacit & diſcutit, ſemen tenuius, & vomitui ciendo eſt.

Andrachne, portulaca.

PORTVLACA tertio quidem abſceſſu refrigerat, ſecundo autem humectat, qua de re etiam cauſone laborantes ventriculo impoſita, iuuat, & fluxiones repellit, lentore ſuo dentium ſtuporem ex acidis contractum corrigit: ob aſtrictionem verò, & inteſtinorum tormina & ſanguinis profluuia coërcet.

Androſæmon.

ANDROSEMI duplex genus eſt, alterum aſcyrrhon vel aſcyrrhoides nominatur ſpecie hyperici, alterum dionyſias. ſemen ipſorum purgat, folia autem magis deſiccant.

Androſarces.

ANDROSARCES amara acriſque herba eſt, vis eius eſt diſcutere & deſiccare, potu tum ipſa, tum ſemen ipſius vrinam promouet.

Anemonæ.

ANEMONAE omnes vim habent acrem abſterſoriámque item extrahendi, & oris vaſorum recludendis idoneam, qua pituitam illiciunt, lepras tollunt appoſitu, & lac in mammas ſuggerunt.

Anethum.

ANETHVM calefacit in ſecundo ordine intenſo, ſiccat paulò remiſſius, quod in oleo excoctum diſcutit, dolorem ſopit, ſomnum conciliat, & crudos tumores maturat, vſtum tertij calefacientium ſiccantiúmque ordinis efficitur, ex humiditate nimia flaccidis vlceribus applicatum confert: viride autem humidius minúſque calidum eſt, & concoquit.

Anthyllis.

ANTHYLLIS duplex quidem eſt, ſed vtraque vlcera perſiccat, quæ chamæpityi reſpondet, tenuior eſt, quare etiam comitialibus competit, cæterùm efficacius eadem abſtergit.

Aniſum.

ANISI ſemen acrius eſt, in tertio abſceſſu calefaciens, ſiccánſque: hinc vtique & vrinam mouet, & flatus diſcutit.

Antirrhinon, vel anarrhinon.

ANTIRRHINON ſiue anarrhinon perſimilem inguinariæ vim obtinet, ſed minus efficacem, atque ex illo hoc quoque cognoſces.

Anonis, vel ononis.

ANONIS ſiue ononis calida facultate eſt, præſertímque eius radix, cuius ſuccus cum vino potus vrinam ducit, calculos conterit, cruſtas rumpit & dentes mitigat.

Aparine.

APARINE, quam alij philantropon, alij omphacocarpon appellãt, modicè abſtergit & deſiccat, item tenue quippiam in ſe continet.

Apios, pirus.

APIOS temperatura inæqualis eſt, terreſtre aliud ſortita, aliud aquoſum, ob quod manducata ſtomachum iuuat ſitímque arcet, admota verò forma cataplaſmatis, ſiccat refrigerátque mediocriter.

Apocynon, aut cynocrambe, canina braſſica.

APOCYNON aut cynocrambe, dicitur autem & cynomoron quòd celerrimè canes enecet, eadémque vi maleficium & letalis homini eſt, fœdi admodùm odoris, & calida citra ſiccitatem, vndè etiam diſcutiendi facultatem applicata repræſentat.

Apochyma.

APOCHYMA pix eſt vetus quæ à nauigiis deraditur, tumores diffundit, ſiccat & diſcutit.

Arachne, araneus.

ARANEVS cum emplaſtro ſubactus, impoſitúſque fronti, & temporibus, tertianarum febrium circuitus finit, vt Dioſcorides memoriæ mandauit: tela ipſius applicata ſanguinis fluores ſiſtit, & vlcera in ſumma cute ab inflammationibus tuetur.

Argemone.

ARGEMONAE facultas eſt abſtergere ſimul & diſcutere.

Ariſarum.

ARISARVM multò breuius eſt aro, acriúſque, radicem oliuæ magnitudine obtinet.

Ariſtolochia, malum terra.

ARISTOLOCHIA omnis calida, tenuis, abſtergens, amara, & ſubacris, ad medicinas vtiliſſima. At Rotunda, tenuior, & in omnibus efficacior eſt. Clematitis hoc eſt ſarmentacea, odorata quidem, ſed imbecillior. Longa verò præter alia, media harum eſt, ſed non minus calida, quàm rotunda.

Arceuthos, Iuniperus.

IVNIPERVS calefacit & ſiccat in tertio ordine: fructus autem calefacit quidem ſimiliter, ſed in primo gradu ſiccat.

Arction.

Perſonata. ARCTION, proſopites, folia habet cucurbitæ ſimilia, maiora autem & duriora, diſcutit quidem, ſiccat, & aſtringit, quapropter & folia ipſius vetuſta vlcera perſanant.

Arction.

ARCTION verbaſco ſimile eſt, radicem habet teneram, candidam, & dulcem, vis eius eſt tenuis, ſiccans, & mediocriter aſtringens.

Armeniacum.

ARMENIACVM, vim habet abſterſoriam ſimul cum modica acrimonia & minore aſtrictione: hinc etiam ocularijs medicinis miſcetur, & augendis palpebrarum pilis vſum habet.

Arnabo.

ARNABO odoramentis adnumeratur, ob quod vnguentis potiſſimùm expetitur, calida ſiccáque potentia præditum in tertio ordine, caſſiæ & carpeſio ſimile, vnde Poſidonius vbi cinamomi copia non datur, hoc vtendum eſſe cenſet.

Arnabo cinamomo ſubſtitutũ.

Arnogloſſum, plantago.

PLANTAGO refrigerat pariter & deſiccat in abſceſſu ſecundo, temperata ex aquea & terreſtri ſubſtantia, cui etiam aſtrictionis nonnihil adſit, quare ad maligna vlcera, fluxiones, putredinéſque, ꝗ temperamenti moderatione accommodata eſt, ſanguinis quoq; profluuia cohibet & plurimis congruit: etenim ſiccitatis quæ nequaquàm rodit compos eſt, & frigiditatis quæ nondum ſtuporem inducit.

Plantago plurimis vtilis.

Aron.

ARON calore & ſiccitate primi eſt ordinis, ex terreſtri calida & abſterſoria ſubſtantia & hoc generatum, radices ipſius calidiores ſunt, dracunculus autem efficacior.

Dracontiũ.

Arſenicum, auripigmentum.

ARSENICI vis eſt cauſtica, vtuntur eo & in pilis abolendis, quod ſi diutius adheſerit, etiam cutem ipſam attingit, vſtum verò tenuius redditur.

Artemiſiæ.

ARTEMISIA vtraq; ſecundo in ordine calefacit, ſiccat in primo, tenui ſubſtantia prædita, cóque renum calculos commi

comminuit,& vteri fomentis accommodatur.

Artos, panis.

PANIS illitus magis diſcutit quàm triticum, ceu & ſalis & fermenti particeps. Nam ad extrahendum ea quæ altè hærent,fermentum idoneum eſt. *Fermentũ.*

Aſarum.

ASARVM ſimilem acoro virtutem habet, ſed magis intenſam.

Asbole,fuligo pictorum.

FVLIGO qua pictores vtuntur,ex vitrariis officinis ſumitur, vim habet diſcutientem, adeóque acrem, vt & vrat, & exedat, [r] cæterùm fracta cum roſaceo cerato ad cicatricem perducit.

Aſcalabotes, ſtellio tranſmarinus.

ASCALABOTES animal ad reliqua ſanè inutile eſt, ſed ſcorpionum ictibus impoſitum opitulari ipſum tradunt: expetitur etiam naturalia intendentibus medicinis.

Aſclepias.

ASCLEPIAS calida,ſicca,& tenuis ſubſtantiæ, torſionibus cum vino pota competit,venenatorum autem morſibus & maleficis mammarum muliebriúmque locorum vitiis applicatur.

Aſcyrrhon.

ASCYRRHON in androſæmo expoſitum eſt.

Aſpalathus.

ASPALATHVS diſſimili conſtat virtute, acri & aſtringente, & ob vtranque ſiccat, idcirco & putredini,& fluxionibus vtilis eſt.

Aſparagus.

ASPARAGVS petræus, aut myacanthinus abſtergit vtique, ſed calore, & frigiditate medius eſt: renes & iecur obſtructa recludit, præſertímque radices & ſemen. Item dentium doloribus medetur.

Aſplenon.

ASPLENON tenue quidem eſt virtute, non tamen calidum, hac vtique ratione, & calculos confringit, & lienes conſumit.

Aſtaphis, vua paſſa.

ASTAPHIS domeſtica ſanè concoquit ſimul & aſtringit, & leuiter diſcutit: ſylueſtris autem acris adeò eſt, vt

pituitam per os educat, & vehementer abſtergat.

Aſter atticus, ſiue inguinalis herba.

Bubonium ſiue inguinalis.

ASTER atticus, quam alij herbam inguinalem vocant, ob hoc ipſum quòd non tantum emplaſtri modo impoſita, verùm adalligata etiam bubonibus prodeſſe creditur, mixtæ eſt virtutis, diſcutientis, & refrigeratoriæ.

Aſtragalus.

ASTRAGALVS frutex eſt exiguus, cuius radices aſtringunt, ipſe non ignauiter deſiccat: vlcera itaque vetuſta ad cicatricem perducit, & aluum fluentem radix in vino pota ſiſtit: plurimus in Phæneo Arcadiæ naſcitur.

Aſphaltus, bitumen.

BITVMEN ſiccat, calefacitque in ordine ſecundo: quare vlcera cruenta glutinat.

Aſphodelus, haſtula regia.

ASPHODELI radix vim habet detergentem diſcutientémque: concrematæ autem ipſius cinis calidior, ſiccior, & tenuior euadit, quò fit vt alopeciis medeatur.

Atractylis.

ATRACTYLIS ſeu cnicum ſylueſtre ex ſpinoſorum genere habetur, vi ſiccante, & mediocriter calida.

Atriplex.

ATRIPLEX humectat ſanè in ſecundo, refrigerat in primo ordine, qua de cauſa etiam ventrem celeriter permeat: ſemen ipſius vi pollet abſterſoria, vndè ictericis ex iocinoris obſtructione accommodatum eſt.

Aphace.

APHACE lenticulæ modo aſtringit, ſed manducata ægriùs concoquitur, valentiùs ſiccat, mediocriter calefaciens.

Aphronitrum.

APHRONITRI vis eſt diſcutere & abſtergere, vt non ſolum ſordida exterat, ſed etiam pruritui, quippe ſaniem diſſipat, medeatur, potum verò ſtomacho nocet.

Aphros, ſpuma nitri.

SPVMA nitri proximam nitro facultatem obtinet, ſed tenuior ſubſtantia, ob quod & læuis, farinæ modo exiſtit.

Achras, pirum agreſte.

PIRVM agreſte eandem piro domeſtico virtutem habet, ſed magis intenſam, quapropter magnis vulneribus glutinandis eſt.

Abſin

Abſinthium.

ABSINTHIVM calidum primo abſceſſu eſt, ſiccum tertio, aſtringenti, amara, & acri ſimul donatum qualitate, qua bilioſos in ventriculo humores per aluum & vrinas inanit: quibus autem pituita redundat, hos propter aſtrictionem nihil iuuat. ſuccus ipſius, herba multo calidior eſt.

INCIPIENTIA A' LITERA B.

Balanus myrepſica, glans vnguentaria.

QVOD intra vnguentariam glandem veluti carnoſum eſt, abſtergendi incidendíque cum aſtrictione vim habet, eámque ob cauſam drachmæ vnius pondere cum mulſa pota, facilè vomitiones ciet, & inferiorem ventrem ſubducit, cum poſca verò ad viſcerum obſtructiones conuenit: item cutis vitia cum aceto perunctum abſtergit. Cortex verò ipſius valdè aſtringit.

Baccharis.

BACCHARIS odorata eſt herba ſimilis cinamomo, coronaria & acris: huius radicis decoctum meatus obſtructos aperit, vrinam & menſeis citat, folia ipſius quùm ſint aſtringentia, fluxionibus opitulantur.

Balauſtium.

BALAVSTIVM, ſylueſtris punicæ flos eſt, validè aſtringens, ſicca & frigida facultate præditum: itaque ſummæ cutis vlcera ad cicatricem perducit, & fluxiones cohibet.

Balſamum.

BALSAMI, quod veluti lignum eſt, ſiccat & calefacit in ſecundo ordine, ſubtilémque habet ſubſtantiam, liquor autem multò tenuior eſt, fructus proximè hunc virtute accedit, ſed minùs tenuis eſt.

Ballote, marrubium nigrum.

BALLOTE quod alij marrubium nigrum dicunt, acris eſt & abſterſoriæ facultatis, impoſitum cum ſale rabidi canis morſibus medetur.

Batus, rubus.

BATI fruticoſum, abundè aſtringit & ſiccat, qua de cauſa & vulnera committit, & defluxiones ſiſtit, radix auté præter aſtrictionem, non parum etiam ſubtilis eſt, vndè renum calculos confringere eſt idonea. fructus ſi maturus eſt, magis calefacit, ſimúlque mediocriter aſtringit, ac ideo cibo

idoneus eſt, immaturus autem & acerbus eſt & validè ſiccat, præſertim retorridus. Eadem etiam flos efficit.

Batrachion, ranunculus herba.

RANVNCVLI quatuor ſunt genera, omnia excellenter calida, ſicca, acria, vrentia, adeò vt vlcus cum dolore excitent: quibus ſi modicè vtaris, cutis vitia tantùm exterunt. radix autem arida ſternutamentis ciendis eſt medicamentum.

Batrachi, rana.

RANAE aduerſus virulentorum morſus in iuſculo eduntur. Crematarum ranarum cinis maximè ſiccans redditus, ſanguinis eruptiones ſiſtit & alopeciis cum pice liquida medetur.

Bdellium.

BDELLIVM tum Scythicum tum Arabicum ſcirrhos emollit, præſertímque recentes: Arabicum verò vrinæ ciendæ eſt, calculos comminuit, & cruda concoquit.

Betonica.

BETONICA herba eſt ramulis exilibus pulegio ſimilibus ſed tenuioribus, & propemodùm ſi guſtes, nullam qualitatem referentibus. Naſcitur potiſſimùm locis petroſis, qua & in renum medicinis vtuntur. Eſt autem apud Romanos alia quędam betonica dicta, quam Dioſcorides nominat ceſtron, alij verò pſychotrophon, eò quòd frigidis locis gaudeat. nihil ſimile cum prædicta habet, præter actionem. at vltrà quòd vrinam ciet, etiam aliis multis benefacit, potiſſimúmque radix ipſius, cum hydromelite pota vomitionem mouet, folia autem aluum ſubducunt.

Bechium, tuſsilago.

TVSSILAGO, quæ Græcis bechion ſiue bechicon inde dicitur, quòd tuſſes & recta ceruice ſpirantes, ſuffitu iuuet, conſtat ex calida aquoſáque ſubſtantia.

Blitum.

BLITVM eſculentum olus eſt, humidum frigidúmque in abſceſſu ſecundo.

Bulbus.

BVLBVS eſculentus amari ſimul & aſtringentis modicè compos eſt, ſiccat glutinátque vulnera, & abſtergit. Qui autem vomitum cit, calidiorem quàm alter repræſentat.

Bulbus vomitorius.

Botrys.

BOTRYS, quam alij ambroſiam, alij artemiſiam dicunt,

plan

planta eſt inſigniter odorata: hæc cum vino pota, ſubrecta ceruice ſpirantibus quos orthopnoicos appellant, ſuccurrit.

Bubonium, inguinalis herba.

BVBONIVM in attico aſtere dictum eſt.

Buglоſſum, lingua bubula.

BVGLOSSVM humidum calidúmque temperamento eſt, eámque ob cauſam vino iniectum lætitiam animi conciliare dicitur.

Bunium.

BVNIVM, quod alij arction appellant, calidum eſt, vrinæ & menſibus educendis accommodatum, huic reſpondet & pſeudobunium.

Bupreſtis.

BVPRESTIS animalculum eſt cantharidi ſimile: reponitur itaque ſicut & illa.

Butyrum.

BVTYRVM concoquit, & modicè diſcutit, in teneris corporibus. bubones igitur & parotides iuuat, gingiuas extenuat, & præſertim in infantibus dentientibus, item humores in pectore fixos, linctum concoquit.

Buphthalmon.

BVPHTHALMON ſimilem habet chamæmelo florem, ſed multò maiorem acriorémque, ideò & diſcutiẽtem, adeò vt cerato mixtum duritias remolliat.

Brathy, herba Sabina.

SABINA, cupreſſo ſimilis calefacit ſiccátq; in tertio ordine, tenuiſſimaque eſt, extenuat & diſcutit pota, tum in putredines cupreſſo ſimiliter efficax eſt.

Britannica.

BRITANNICA aſtringit & conglutinat, ſylueſtri lapatho ſpecie ſimilis, ſuccus ipſius putredines os infeſtantes perſanat.

Bromus, auena.

AVENA ſimilem hordeo obtinet facultatem, ſiccat autem & modicè citra corroſionem diſcutit. iam & nonnullius aſtrictionis compos eſt, vnde & alui profluuiis ſubuenit.

Bryon thalaßion, muſcus marinus.

MVSCVS marinus, refrigerat ſimul & aſtringit, eoque feruentes inflammationes cataplaſmate admotus, iuuat.

Bryon, muſcus.

BRYON, quod alij ſplanchnon dicunt, in quercubus & populis albis, piceíſque inuenitur, diſcutiendi ſimul & molliendi vim moderatam obtinet, potiſſimùm quod cedris adhæret.

Bryonia.

BRYONIA dicta eſt vitis alba.

INITIVM LITERÆ Γ.

Gala, lac.

LAC omne tribus conſtat ſubſtantiis, caſeoſa, ſeroſa, & pingui, quam copioſiſſimam bubulum obtinet, vnde etiam butyrum efficitur. Serum ipſius vim habet abſtergendi, vndè & aluum ſubducit, ſi ipſum per decoctionem ſecernas. id verò quod caſeum refert & craſſum eſt, magis obſtruit, atque ideo acrimoniam obtundit. coctum verò lac aut marinis calculis ignitis in ipſum iniectis, aut alio quodam modo, præſens fit remedium dyſenteriæ, & acrium in ventrem defluxionum. Cæterùm lac totum ad acres oculorum fluores, aliáſque acrimonias conducit. At temperatiſſimum lac, muliebre eſt, mox caprillum, hinc aſininum, ouillúmque, poſtremò vaccinum.

Lac coctū.

Gale, muſtela.

MVSTELAE concrematæ cinis abundè diſcutit: ex aceto igitur illitus podagricos, & articularios dolores iuuat: inarefacta autē inueterataq; muſtela comitialibus auxiliatur.

Galion.

GALION à coagulando lacte dictum eſt, aparinæ ſimile, ſiccandi vim, mediocrémque acrimoniam habet: flos eius ad ſanguinis eruptiones & ambuſta congruit.

Galopſis, vel galiopſis.

GALOPSIS, quam alij galibdolon appellant, vrticæ ſimilis herba eſt, læuior autem, & fœdi odoris, ſcirrhoſos tumores diſſipat & emollit: item ad vlcera ſerpentia facit in cataplaſmate impoſita.

Garum.

GARVM calefacit exiccátque efficaciter, ac ideo aduerſus vlcera putrida extrinſecus eo vtuntur, prætereà contra inteſtinorum tormina & coxendicis dolores ex partibus inferioribus iniiciunt.

Gentiana

Gentiana.

GENTIANAE radix efficax admodùm eſt extenuare, perpurgare, abſtergere, & meatus infarctos aperire.

Geranium.

GERANIVM id quod foliis reſpondet anemonæ, radicem habet eſculentam, quæ cum vino drachmæ modo pota vteri inflationes diſſoluit. altera geranij ſpecies ad medicinam inutilis eſt.

Ge, terra.

OMNIS terra deſiccat, quæ verò alterius ſubſtantiæ expers eſt, etiam ſine morſu id facit. at ſi ignea quædam ipſi qualitas admixta ſit lotione hanc quoque deponit. Inter cultas igitur terras quælibet pinguis omnium particularum quæ ſiccari poſtulant curationi accommodata eſt. Aegyptio *Terra Aegyptia.* igitur luto vtuntur contra aquas cutem ſubeuntes, & lienoſos affectus, item ad fungoſos laxóſque tumores euidenter proficit. Ex terris medicatis lemnium minium, quæ ſphra- *Lemnia.* gis dicitur, ſiccat pariter & aſtringit mediocriter, contra letalia medicamenta præſentis antidoti vires habet, vlceribus malignis cum aceto aut vino medetur, ſanguinis profuſionem quamlibet ſiſtit, & depaſcentem dyſenteriam inteſtino mulſa prius, deinde muria per clyſterem eloto, coërcet. Minium rubricum vehementius quàm lemnium obſtruen- *Rubrica Sinopica.* tibus quæ emplaſtica dicuntur, miſcetur medicinis, & pota lumbricos interimit, ſed multò lenior eſt Samia quàm Lem- *Samia terra.* nia terra, ceu glutinans & viſcoſa, quare vtendum ea eſt in his quæ leniri oporteat. & ſanguinis reiectiones, quacunque ex parte fiant, compeſcit. Selenuſia & Chia maiore abſter- *Selinuſia & Chia.* gendi virtute pollent, ideoque mulieribus ad nitorem cutis & læuorem in facie vtilis eſt, vlceribus carnem & cicatricem inducit, præſertim ambuſtis. Cimolia mixtæ facultatis eſt, *Cimolia.* refrigerantis diſcutientiſque, idque illota. lota verò magis refrigerat, & ambuſtis ex poſca medetur. Ampelitis (eſt au- *Ampelitis.* tem ea quæ vitibus inungitur, quòd innaſcentes ipſis vermes enecet) ſiccat & * diſcutit egregiè citra eroſionem. Cre- *Cretica.* tica, aëria eſt, & ſine roſione abſtergit. Erethrias euidenter *Erethria.* aſtringit, cõcremata verò & elota ſine roſione deſiccat. præſtantior verò eſt cinerea. Pnigitis ſimiles cimoliæ vires re- *Pnigitis.* præſentat, ſed colore nigreſcit. Armenia, quam etiam bolum *Armenia.* nominant, ſummè deſiccat, vnde dyſentericis, alui fluxionibus,

bus, ſputo cruento, tabi, ſpiritus difficultati ex humiditate, vlceribus humidis, & peſtilentialibus vitiis ſtrenuè opitulatur. Cæterùm cum vino tenui diluto bibitur: ſi febris adſit, cum aqua. Alana autem gleba, Armeniæ vim obtinet. ' Ochra vim habet diſcutiendi exedendiq́ue. reprimit igitur ſupercreſcentia vlcera, & caua cum cerato mixta replet.

Alana bolus.

Geras, ſenecta anguis.

Senecta anguis affatim ſiccat: aceto igitur ſubferuefacta, dentium doloribus medetur. Aſpidis exuuium cum melle tritum delitúmque, oculorum aciem maximè iuuat.

Aſpidis exuuium.

Ges entera, terræ inteſtina, ſeu vermes terreni.

Lumbrici terræ detriti neruorum vulneribus impoſiti, repentè eueſtigio mirabile adferunt præſidium.

Gigarta, nuclei acinorum vuæ.

Nuclei acinorum vuæ, deſiccant ordine ſecundo, refrigerant primò. cùm itaq; abundè ſint acerbi, omnibus alui vitiis fluidis conueniunt.

Gingidium.

Gingidium colorem non adeò manifeſtum ſortitum eſt, cæterùm ſiccat in abſceſſu tertio, & aſtringit, qua de cauſa & ſtomacho vtile eſt.

Glaucium.

Glaucium aſtringit, ſed ita vt etiam nonnihil guſtanti ſit ingratum, manifeſtè refrigerat, eaque vi eryſipelatis non tamen validis ſuccurrit.

Glaux.

Glaux herba calida & humida temperamento eſt, vndè ad lac generandum efficax eſt.

Glechon, pulegium.

Pulegium calefacit, & extenuat vehementer, vnde ſi cataplaſmate applicetur, ruborem excitat, & craſſos viſcoſoſque humores è thorace & pulmone emolitur.

Glœos, ſordes balneorum.

Sordes balneorum calefaciunt modicè, emolliunt, diſcutiunt, rhagadibus ani & condylomatis accommodatæ.

Glycyrrhiza, dulcis radicula.

Glycyrrhiza tepidi humidiq; temperamenti eſt, alicuius etiam aſtrictionis particeps, vnde & aſperitates læuigat, non arteriæ tantùm, ſed etiam veſicæ. ſcabiei medetur: eadem ſitim arcet.

Glycyſide, pæonia.

GLYCYSIDE quam alij pentameron, nonnulli pæoniam vocant, radicem habet acrem, & leuiter ſubamaram & ſiccantem, cui etiam aſtrictionis nonnihil ineſt: quapropter menſeis ciet, renes & iecur purgat, inſtar amygdalæ pota cum vino: at ſi hoc auſterum fuerit, alui quoque fluores coërcet: adalligata verò puero, morbum comitialem abigit.

Gnaphalium, centunculus.

CENTVNCVLVS dictus eſt gnaphalium, quòd foliis ipſius teneris loco tomenti, gnaphalon dicitur, vtamur. ſunt autem calida & modicè aſtringentia, atque hinc ad dyſenterias cum vino auſtero bibuntur.

Gongylis, rapum.

RAPI & radix & ſemen flatulenta & ſemini creando ſunt, venerémque excitant.

Gordylion.

GORDYLION alij ſeſeli appellant, calidum eſt, vrinæ & menſibus educendis habile, radix ipſius cum melle lincta, quæ in thorace hærent, educit.

Gyris, pollen farinaceus.

POLLEN virtute reſpondet amylo, ſed calidior eſt.

Gypſum.

GYPSVM vim habet ſiccantem opplentémque, propter quam ad ſanguinis eruptionem conuenit temperatum cum polline, candido oui liquore: vſtum vim opplendi non ſimiliter retinet, verùm magis ſiccat & repellit, præſertim cum poſca.

QVÆ A' Δ INCIPIVNT.

Dades, tedæ.

TEDAE acre quiddam habent, item vim concoquendi, & abſtergendi nonnullam, vnde aceto incoctę dentium doloribus ſi hoc aceto colluantur, ſuccurrunt: at ſi mel adiectum fuerit, pituitam per os educunt. mixtæ etiam eclegmatis faciles è thorace excreatus reddunt.

Damaſcena.

DAMASCENA, quum ad pruna ventum erit, exponam.

Damaſonium.

DAMASONIVM abſterſoriam quandam vim obtinet, qua

qua calculos conterit, & quæ per aluum diffluunt, ad vrinas deriuat.

Daucus.

ⁿ DAVCVS, quod & ſtaphylinus dicitur, duplex eſt, cuius radix flatulenta eſt, & venerem mouet. Sylueſtris dauci ſemen minimè flatus creat, ſed vrinam & menſeis citat, quẽadmodùm & herba ipſa.

Daphne, laurus arbor.

LAVRI arboris folia ſiccant & calefaciunt inſigniter, magis quoq; fructus: radicis cortex amarus & leuiter aſtringens calculos comminuit, & iocinoroſis opitulatur cum vino odorato triobolari pondere potus.

Daphne herba, laurus alexandrina.

DAPHNE herba, quæ & Alexãdrina dicitur, calida, acris, & ſubamara eſt, idcirco menſeis & vrinas commouet: laureola verò, quæ daphnoides Græcè nuncupatur, eiuſdem facultatis eſt: tum chamædaphne, quaſi dicas humilem laurum, quæ & ipſa commanducatur.

Daphnoides. *Chamædaphne.*

Derma, pellis.

PELLIS ouina recens detracta, calens adhuc iis qui flagris cæſi ſunt circumpoſita, mirificè auxiliatur. At hippopotami pellis combuſta, & cum aqua læuis impoſita Phymata diſcutit. At viperæ pellis detrita impoſitaque, Alopeciis mirabiliter pilos reficit.

Pellis Hippopotami. *Vipera.*

Dermata, hoc eſt, pelles ſeu coria veterum calceamentorum.

CORIA veterum calceamentorum crematorum cinerem reddunt ſiccatorium, vnde ex calceis pedum attritibus nondum inflammatis, ambuſtis, intertriginibus, & tuberculis medentur.

Dictamnon.

DICTAMNVM tenuius eſt virtute pulegio, cætera ſimile. quod autem vocatur pſeudodictamnon imbecillius eſt.

Dionyſias.

DIONYSIAS dicta eſt in androſæmo.

Diphryges.

DIPHRYGES mixtæ eſt facultatis: habet enim quippiam aſtringens, & mediocriter acre, ideoque malignis vlceribus præſens eſt remedium.

Dipſacos, quod labrum veneris dicitur.

DIPSACI ſpinæ radix in ſecundo ordine deſiccat, nonnullam

nullam verò abſtergendi vim ſimul obtinet.

Dorycnion.

DORYCNION ſimile temperamento eſt papaueri & mandragoræ, immodicè refrigerans: ſiquidem modicum, ſtuporem inducit: copioſius aſſumptum, interimit.

Dracuntium, dracunculus.

DRACVNCVLVS ſimile quiddam aro habet, ſed eo acrius, amarius, calidius, tenuiúſque eſt. Item aſtrictionis nõnihil habet coniunctum. Radix ipſius pota viſcera purgat, & peruicacium ſeu malignorum vlcerum excellentiſſimum eſt remedium, folia reſpondent: ſemen valentius eſt.

Dryopteris filicula.

FILICVLA dulcis, acris, & leuiter amara eſt: radix acerba eſt, cæterùm vim habet exedentem, qua & pilos abolet.

Drys, quercus.

QVERCVS & folia & fructus ſiccante & tepida vi pollent, quamobrem vulnera recentia glutinant, inflammationibus incipiẽtibus medẽtur: at quod ſub glandis corio mẽbranoſum, fructus carnem ambit, cùm valentius aſtringat, ad fluxum muliebrem, alióſque fluidos morbos exhibetur.

QVÆ AB E INCIPIVNT.

Ebenus.

EBENI ligni vis eſt excalfactoria, deterſoria, & ſubtilis: vnde etiam caliginem oculorum abſtergere creditur, aliiſq; ocularijs miſcetur medicinis.

Encephalos, cerebrum.

CEREBRVM leporis coctum detritum, comeſtúmq; infantium dentitionibus vtile eſſe fertur: nonnulli vero tremoribus ſuccurrere manducatum, literis prodiderũt. At galli cerebrum cum vino potum ad venenatos morſus efficax eſſe Dioſcorides pronuntiat, & ſanguinis è cerebri membranis eruptionem cohibere. Cameli cerebrum Galeno autore ſiccum cum aceto potum, comitiales perſanat. Idem facit muſtelæ cerebrum. Hirundinum cum melle in oculorum ſuffuſiones efficax eſt. Cerebrum ouillum ſimiliter præparatum, infantium dentitionibus exactè opitulatur.

Leporis cerebrum. *Galli.* *Cameli.* *Hirũdinis.* *Ouis.*

Elæa, olea.

OLEAE ramuſculi quantùm aſtringunt, tantùm etiam refrigerant: fructus qui exactè ematuruit, moderatè calidus

eſt, immaturus maiorem tum aſtringendi, tum refrigerandi vim repræſentat.

Elæa, hoc eſt olea Æthiopica.

OLEAE Æthiopicæ lacryma ammoniaco tenui ſimilis, vires habet exterſorias: quare ad cicatrices, albugines, hebetudinéſque oculorum ea vtuntur, & ad dentium dolores, ſi cauis ipſorum iniiciatur, efficax eſt: nonnulli verò ſyluaticam eſſe hanc oleam aſſerunt.

Elæon, oleum.

OLEVM ex oliuis drupis dulce calidúmque mediocriter eſt, magis humectans: at quod ex immaturis oliuis exprimitur, Græci Omotribes appellant, tantæ aſtrictionis particeps eſt, quantæ etiam frigiditatis. Elotum verò oleum morſu ac roſione caret. vetus quantò diutius reſeruatum, tantò magis calefacit, diſcutítque, præſertim ſi iam inde ab initio tenue extiterit. iudicatur autem id, ſi purum ſit, pellucidum, ſi paucum magnam corporis partem inungat, & ex facili cutem penetret, combibatúrque. huiuſmodi nimirum eſt Sabinum: quod autem ex agreſti olea funditur, abſtergit ſimul & aſtringit, ſqualidiſſimúmque id eſt, pro oleorum ratione. ricininum verò æquales veteri vires obtinet: reliqua verò, nempe ſeſaminum, aut raphaninum, & quæ eius ſunt generis pro ſubſtantiis ex quibus conſtant, vires quoque diuerſas præ ſe ferunt.

Oleũ omotribes. *Lotum.* *Vetus.* *Olei tenuis dignotio.* *Olea reliqua.*

Elæomeli.

OLEVM in Syria ex trunco quodam arboris emanat craſſius melle & dulcius, quod inſtar duorum cyathorum potum cùm aquæ hemina, crudos humores bilioſoſque ex aluo educit: qui verò id bibunt, torpeſcunt, quod extimeſcẽdum non eſt, ſed excitari ipſi debent.

Elaterium.

ELATERIVM ſuccus ſylueſtris cucumeris fructus appellatur, in ſecundo ordine calefaciens: quod menſeis prouocat, fœtus appoſitu propter ſummam amaritudinem necat, euacuationem etiam ex naribus cum lacte inſtillatum molitur: ab inferioribus partibus inditum, pituitam, nonnunquam etiam ſanguinem extrahit.

Elate, abies.

ABIES arbor calefacit ſiccátque vt nigra populus ſimiliter: de reſina ipſius in reſinarum ſermone agemus.

Elatine.

Elatine.

ELATINE herba eſt parietariæ ſimilis, mediocri frigiditate & aſtrictione donata.

Elaphoboſcus.

ELAPHOBOSCVS virtutis eſt calefactoriæ & ſiccæ in ſecundo abſceſſu, ſubſtantia tenuis.

Eleliſphacus, ſaluia.

SALVIA euidenter calefacit & leuiter aſtringit.

Helenium, inula campana.

HELENIVM calidum eſt & ſiccum cum excrementitia humiditate, quare & eclegmatis temperatū infarctos thoraci humores educit, ac ex eo in particulis ruborem excitant.

Eleoſelinon, paluſtre apium.

ELEOSELINON in aquoſis natum locis idem poteſt quod hortenſe apium, licet maius ipſo exiſtat.

Ebur.

EBORIS ex vngue ramenta ſi obducantur, reduuiis proſunt: item oſſium dentiúmq; ipſius quum ſint ſiccæ facultatis & abſterſoriæ, huiuſmodi miſcentur medicamentis.

Helcyſma, argenti recrementum.

HELCYSMA, argenti eſt excrementum, viribus plumbagini reſpondens: quippe aſtringit, ſimul atque extrahit, quò fit vt emplaſtris quas Phęas appellant & iis quæ cicatricem ducunt, admiſceatur.

Helleborus, veratrum.

VERATRVM vtrunque calefacit & deſiccat in tertio abſceſſu, item acre eſt & abſterſorium, vndè etiam ad leproſa cutis vitia conuenit: nigrum verò ſi fiſtulis inſeratur tribus diebus callum exterit.

Helechryſon.

HELECHRYSON alij chryſanthon, alij amaranthum appellant, coronarius eſt frutex, coma aurum referente, quæ cum vino pota vrinæ anguſtiis, ſerpentium morſibus, coxarum dolori, & ruptis accommodata eſt, ex mulſo pota menſeis educit, ſanguinémque concretum diſſoluit, & deſtillationibus auxiliatur.

Helxine, parietaria.

HELXINEM alij perdicium, alij parthenium, quidam ſideritim, quidam heracliam nuncupant, vis eius eſt abſtergere, ac leuiter aſtringere, cum humiditate ſubfrigida.

Helxine.

HELXINE quæ & ciſampelus dicitur, vim habet diſcutiendi.

Elymus, quæ & meline dicitur, panicum.

PANICVM ſimile eſt milio, ſiccans, refrigeránſque extrinſecus inductum: cæterùm & alui fluores deſiccat.

Empetron.

EMPETRON, quoda b aliis praſoides nominatur, pituitam & bilem purgat, eſt etiam ſalſum: quare abſterſionibus accommodatur.

Epithymum.

EPITHIMVM in tertio abſceſſu ſiceat & calefacit, thymo efficacius.

Epimedium.

EPIMEDII virtus eſt mediocriter frigida cum humiditate aquoſa: quod ſi obducatur, mammas erectas conſeruat. dicitur etiam ſterilitatem potu facere.

Epimelis.

EPIMELIS, quæ etiam ab Italicis ruſticis vocatur vnedon, malus eſt ſylueſtris, cuius fructus acerbus & ſtomacho inimicus eſt, capitíque dolorem mouet.

Epipactis.

EPIPACTIS, quæ & elleborine appellatur, aduerſus venena & iocinoris affectus bibitur.

Erebinthus, cicer.

CICER quod quidem conſuetum legumen eſt, flatus moceat, valentis materiæ, aluum facilem reddit, vrinam mouet, lacti ſeminíque generando accommodatum: idem menſeis elicit. at crios appellatum, hoc eſt, arietinum, aliis magis vrinæ ciendæ eſt, decoctum ipſius præſertim nigri calculos quoque in renibus conterit: quod autem orobiæum ab eruo vocatur, calidius his eſt & ſubamarum. Sylueſtria quouis modo domeſticis ſunt validiora.

Arietinũ. *Eruinum.*

Eria, lanæ.

LANAE quidem ſordidæ fomentis vtiles ſunt, nam pinguitudo ipſarum, quam œſypon Græci appellant, butyri modo, concoquit: at quæ ſordibus carent, materiæ rationem duntaxat obtinent: concrematæ verò vim habent acrem, calidam, ſiccam ſimul & tenuem, vt etiam flaccidas ex vligine vlcerum carnes protinus abſumant.

Oeſypus. *Lanæ puræ* *Vſtæ.*

Erice.

Erice.

ERICE vi pollet diſcutiente citra roſionem, ſed flore ipſius potiſſimùm, & foliis vtendum eſt.

Erinon.

ERINON aquatica herba eſt, cuius ſeminis drachmæ duæ cum mellis drachmis quatuor illiti, oculorum fluxiones ſiſtunt, ſuccus aurium doloribus benefacit.

Hermodactylus.

HERMODACTYLI radix & per ſe, & ipſius decoctum vim habet purgandi: priuatim etiam arthriticis tunc quùm humores defluunt exhibetur. verùm ſtomacho nimis quàm aduerſatur.

Herpyllum, ſerpillum.

SERPILLVM calefacit, vt & vrinam, & menſtrua commoueat.

Erythrodanon, rubia.

ERYTHRODANON rubra tinctorum radix eſt, acerba amaráque, lienem, iecur & renes ita purgat, vt cruenta quoque per vrinam & menſeis euocet: ac cutis vitia quæ abſterſionem poſtulant, exterit.

Eryſimon.

ERYSIMI ſemen igneum calefactoriúmque eſt, vti naſturtium, quare in fermento toſtum, thoracem purgat in eclegmatis aſſumptum, duritiáſque emollit, & cęcos cancros inductum adiuuat.

Euzomon, eruca.

ERVCA, & ipſa priori ſimilis temperamento, flatulenta eſt, ob quod ad venerem inſtigat, ſemen ipſius vrinam quoque mouet. Cæterum ſylueſtris domeſtica valentior eſt.

Eupatorium.

EVPATORIVM tenuem vim & incidentem ſine conſpicuo calore habet, qua iecur obſtructum expurgat: eſt & nonnullius aſtrictionis particeps.

Euphorbium.

EVPHORBIVM adurentem vim ſortitum eſt ſubtilémque, aliis liquoribus ſimiliter.

Ephemeron.

EPHEMERON, non venenum illud ſed quod iris ſyluatica nominatur, miſtæ poteſtatis eſt, & repellentis, & diſcutientis. *Iris ſylueſtris.*

Echidna, id eſt, vipera.

VIPERAE carnes calidæ & ſiccæ temperatura euidenter exiſtunt, quæ corpus totum per cutem expurgant, hinc multi quos elephantia malè habebat, eſu potúve ipſarum conſanuerunt: quæ in maritimis, aliíſque locis aridis degunt, magis ad ſitim faciundam ſunt efficaces.

Echinus herba.

ECHINVS herba quidem acerba eſt, quæ repellat, & ſiccet.

Echinus, erinaceus.

ERINACEI autem terreſtris caro inueterata ſiccatáque validè diſcutit exiccátque: pota igitur elephanticis, malo habitu præditis, & aliis plurimis auxiliatur: pellis ipſius concrementa vehementius ſiccat & diſcutit, alopecias cum pice liquida peruncta ſanat. Marini erinacei quod eſui idoneum eſt, vrinam citat, & aluum reddit facilem: teſta cremata, terreſtri reſpondet.

Pellis Erinacei.

Erinaceus marinus.

Echion.

ECHION, alij doriada, nonnulli alcibiadion vocant, ſpinoſa herba eſt, quæ non modò à ſerpente commorſis cum vino pota auxiliatur, ſed præſumentes quoque percuti non patitur.

Hepſema, ſapa.

HEPSEMA muſtum decoctum, quod alij ſiræon appellant, calefacit modicè & concoquit: eſt autem medicamentum & emplaſticum, & roſionis expers.

QVAE À Z INCIPIVNT.

Zea.

ZEA tritico viribus reſpondet, medium inter calorem, & ſiccitatem obtinens, leuiter exiccat. necnon vim opplendi quam vocant emplaſticen, obtinet.

Zingiber.

ZINGIBERIS radix impenſè quidem calefacit, ſed non primo ſtatim occurſu, quòd ineuictæ cuiuſdam & craſſioris humiditatis particeps ſit, propter quam etiam facilè perforatur: firmam autem conſeruat caliditatem.

Zythus.

ZYTHVS compoſitæ eſt ſubſtantiæ, etenim acris eſt, ceu ex putredine procreatus, & frigidus, ex qualitate acida,

cóque

eóque praui ſucci habetur.

Zyme, fermentum.

Fermentvm & ipſum contrariis conſtat qualitatibus, quippe acoris cuiuſdam frigidi, ac è putredine nati caloris, tum eius qui ex ſalis & farinæ natura contrahitur, compos eſt: quare non mediocriter calefacit atque diſcutit.

Zomos, Piſcium ius.

Recentivm piſcium ius eſculentum aluum per ſe, & cum vino potum deiicit. priuatim verò in hunc vſum conficitur ex phycidibus, ſcorpionibus, iulidibus, percis, & ſaxatilibus aliis teneris ſimpliciter cum aqua, oleo, anetho, & ſale. Item eorum quæ teſtacea cute integuntur, tellinarum, hiatularum, conchularum, & veteris galli cum ſale diutiſſimè excocti iuſculum, ventrem ſubducit, [x] econtrario gallinæ ius comprimit.

QVAE AB H INCIPIVNT, QVOD Latini in E longum vertunt.

Hedyoſmus, Menta.

Menta in tertio ordine calida, tenuis, acris cum humiditate ſemicocta exiſtit, cuius cauſa etiam in venerem incitat: ſed amari quoq; nõnihil obtinet, quo lumbricos enecat. Quà verò acerba eſt, recẽtes ſanguinis reiectiones coërcet.

Hedyſarum.

Hedisarvm aut pelecinos amarum eſt, leuitérque aſtringit, vndè potum ſtomacho gratum redditur, cæterùm viſcera obſtructa repurgat.

Heliotropium.

Heliotropivm maius, quod & ſcorpiurum vocant, calidam, ſiccam, & abſtergentem vim præ ſe fert, cuius decoctum potu educit pituitam, bilémque: applicatum verò ſemen ipſius myrmecias & huius notæ vitia perſiccat. Minus autem heliotropium, & hæc abolet & latas tineas interimit, ſi cum ſemine ſuo, adiecto, nitro, hyſſopo, & naſturtio bibatur.

Electrum, Succinum.

Electrvm populi albæ lacrymam dicunt, quæ iuxta amnem Eridanum deſtillat, & in ſpiſſitudinem coit, aureo colore: quod ſi læuigatum bibatur, ſtomachi & alui fluxiones, & ſanguinem compeſcit.

Hemerocalles.

HEMEROCALLIS radix viribus lilio reſpondet, perinde ac illud ambuſtis opitulatur.

Hemionitis.

HEMIONITIS aſtringens ſimul & amara eſt, idcirco lienoſis cum aceto pota ſuccurrit.

Hepar, Iecur.

Canis iecur IECVR rabidi canis toſtum comeſtúmque, iis qui ab eo commorſi ſunt ſubuenire fertur. *Capræ,* Caprilli iecoris inaſſati ſanies luſcioſos iuuare inſtillata, vaporémque eius decocti oculis recipi iubent: idem quoque iecur eſſe, manducatum verò comitiales coarguere. *Hirci,* Idem præſtare & hircinum ferunt. *Lacertæ,* Adhæc lacertæ iecur dentibus corroſis impoſitum, dolorem ſopit. *Lupi,* Item lupinum, medicamini hepatico quod conſtat eupatorio iniicitur. *Aſini,* Aſininum toſtum comitiales, ſi ieiuni id manducent, adiuuat. *Apri,* Apri iecur recens inarefactum tritúmque cum vino, ad ſerpentium morſus bibitur. *Mergi,* At mergi iecur ſiccum epotum, calculos eiicit.

Erigerum, ſenecio herba.

SENECIO mixtas habet vires, refrigerat & modicè diſcutit.

Eryngium.

ERYNGIVM calefacit quidem non manifeſtò, ſiccitatis autem haud obſcuræ, nec modicæ particeps.

QVAE A Θ INCIPIVNT.

Thalaßion hydor, marina aqua.

AQVA marina acris, calfactoria mediocriter, deſiccans, & pota ſtomacho quidem contraria eſt, ventrem autem turbat, pituitámque educit: ſi calida ſuperfundatur, extrahit, & diſcutit.

Thalietrum.

THALIETRVM ſiccandi vim ſine roſione habet, hinc vlcera inueterata cicatrice obducit.

Thapſia.

THAPSIA acris eſt, & valenter cum humiditate calefacit: ex alto igitur trahit inſigniter, attractúmque eadem diſcutit.

Theion, ſulphur.

SVLPHVR trahendi & ipſum vim obtinet, calidum &

ſubſtan

ſubſtantia tenue, vt aduerſus pleraque virulenta animalia reſiſtat, præſertim turturem marinum, draconémque, vel ſiccum inſperſum, vel ſaliuæ quoque miſtum, vel vrinæ pueri, vel oleo, vel melli: item ſcabioſa corporis vitia mirificè perſanat.

Thermos, lupinum.

LVPINVM eſculentum quidem, opplendi viribus pollet: amarum verò, abſtergit, diſſipat, & ſine roſione deſiccat: tineas occidit inductum & potum, item viſcera purgat cum ruta & pipere potum. Sed & cutis vitia extergit, tumores diſſipat, cum oxymelite applicatum: ſylueſtre autem amarius eſt & omni ex parte ſatiuo valentius.

Thelypteron.

THELYPTERON, quam nonnulli nymphæam vel pterin appellant, filici ſimilis facultate, quæ cum vino pota latas & teretes ventris tineas interimit, fœtum in vtero corrumpit: folia ipſius manducata aluum emolliunt.

Thlaſpi.

THLASPI ſemen eſt, viribus acre, vt inteſtinos abſceſſus potu rumpat, menſeis prouocet. ab inferioribus partibus iniectum coxarum dolores finit, cruenta vacuans, ac alioquin ſuprà infráque bilioſa inſtar acetabuli potum, expurgat.

Thridax, lactuca.

LACTVCA olus eſt non ſummè frigidum humidúmve, ſed pro fontanæ aquæ temperamento, quapropter calidis inflammationibus conuenit: prætereà ſitim potu reſtinguit, & genituræ fluorem veneriſque inſomnia cohibet. Sylueſtris lactuca hac minùs & refrigerat & humectat, verùm ſucculentior exiſtit.

Thymus.

THIMVS in tertio ordine calefacit & deſiccat, glutinoſos craſſóſque humores incidit.

Thymbra, ſatureia.

SATVREIA agreſtis quidem eadem quæ thymus præſtat: hortenſis autem in omnibus quidem imbecillior, ſed ad cibum laudatior.

Thymelæa.

THYMELAEA, vndè granum cnidium fit, ſimileis ei vires obtinet.

QVÆ AB I INCIPIVNT.

Idæa radix.

IDAEA radix guſtu acerba & viribus, ſanguinis eruptionibus & rheumaticis affectibus, tum pota, tum extrinſecus impoſita accommodatur.

Hidros, ſudor.

[y] SVDOR per ſe contrahere efficax eſt. miſcetur autem in palæſtris exercitantium ſordibus, quibus aſtringendi vis duntaxat ineſt, ac redditur totum diſcuſſorium. Mammis igitur inflammatione tentatis efficax eſt remedium, & feruori ipſarum reſtinguendo, benefacit etiam bubonibus: at ſi fuerint ſicciores, cum cyprino, aut roſaceo emolliri debent.

Ixos, viſcum.

VISCVM calefacit cũ acrimonia, humores ex alto validè elicit, & thapſiæ modo diſcutit, hac tamẽ multò eſt ignauius.

Ion, viola.

VIOLAE folia aquea frigidáque ſubſtantia præpollenti conſtant.

Ios, ærugo.

ÆRVGO acrem guſtu qualitatem præ ſe fert, [z] item diſcutit, conſumit, incidítque non teneram modò, ſed duram quoque carnem: at ſi momentum ipſius cerato copioſiori miſceas, medicamentum fiet quod citra roſionem abſtergat.

Hippocampus.

HIPPOCAMPVS marinum animal eſt, cuius cõcremati cinis cum liquida pice alopecias explet.

Hippolapathum, grandis rumex.

HIPPOLAPATHVM in paluſtribus locis naſcitur, lapatho conſimile.

Hippomarathron, grande fœniculum.

HIPPOMARATHRVM cachryi proximum, magis quàm fœniculum deſiccat, vndè & aluum fluentem ſiſtit, & calculos confringit, menſeíſque mouet. ſemen ipſius coriandro ſimile, reſpondet quidem ei viribus, ſed imbecillius eſt.

Hippopotamus.

HIPPOPOTAMI, quod eſt equi fluuiatilis, teſticulus aridus potus ad ſerpentium morſus efficax eſt.

Hipposelinon, grande apium.

HIPPOSELINON cum apio domeſtico virtute conuenit, niſi eſſet imbecillius.

Hippuris, cauda equina.

HIPPVRIS aſtringentem cum amaritudine qualitatem poſsidet, eoq́; valenter ſimul & ſine roſione deſiccat, ac vulnera maxima committit, inteſtinorum ramicibus opitulatur, & vitiis fluidis cum vino pota medetur.

Hippophaes, lappago.

HIPPOPHAES, quod alij hyppophæon vocant, quo veſteis expoliũt, ſurculoſus frutex eſt, è cuius radice thapſiæ modo liquor colligitur, qui cum erui farina inſtar drachmæ datus, bilem ac pituitam purgat: item totus ipſe frutex ſiccatus ad purgationes accommodatur.

Iris.

IRIS affatim calefacit, extergit, & maturat, tenuis ſubſtantia, tuſsi vtilis, humores in pectore contumaces faciles ad excretionem facit, torſionibus ventris medetur, ſordida vlcera purgat, cum mulſa pota aluum inanit.

Iſatis, glaſtum.

ISATIS domeſtica qua tinctores vtuntur, ſiccãdi vireis & aſtringendi habet. his etiam magna vulnera in duris glutinat corporibus, ſanguinem erumpentem compeſcit, laxos cedenteſque tumores diſcutit, ac omnibus malignis vlceribus reſiſtit. Syluestris autem cùm magis rodat, magiſq́; ideo ſiccet, valentius aduerſus humidas putredines pugnat, ad cætera deterior, vt quæ mordeat. cæterùm ob virium vehementiam lienoſis quoque vtiliter adhibetur.

Iſopyron, aut phaſiolum.

ISOPYRVM phaſiolúmue ſemen amarum ac modicè acerbum occupat, ob quod craſſos glutinoſoſque humores & abſtergit & incidit, ſic vt corpora contrahat ſtringátque, hinc etiam quæ altè deſident expurgat, excreationibus ſanguinis non aduerſatur.

Itea, ſalix.

SALICIS & folia & flos facultate conſtant quæ citra roſionem ſiccet, habent etiam nonnullam aſtrictionem: cortex autem paulò ſiccior eſt, cuius peruſti cinis ex iis habetur quæ vehementer exiccent, quippe clauos & myrmecias cum aceto exterit.

Ichthyocolla. gluten piſcium.

ICHTHYOCOLLAE vis eſt opplere & ſiccare. rectè miſcetur emplaſtris capitis & glutinantibus, & iis quæ ad le-

pras tollendas & erugationem faciei conficiuntur.

QVÆ A' K INCIPIVNT.

Cancanus.

CANCANI radis modicè ſiccat, & ſine roſione ad opplendum infarciendúmque accommodata, quare ex vino lincta manſaque tragacanthæ & dulcis radiculæ modo, arteriæ ſcabriciem iuuat.

Cancamum.

CANCAMVM lacryma eſt arboris in Arabia, myrrhæ ſimilis, odore grato, qua etiam ad ſuffitum vtuntur. vis eius eſt obeſos extenuare, abſtergere, & aperire obſtructa.

Cadmia.

CADMIA vtraque ſiccat, ſed quæ botryitis quaſi acinoſa appellatur, tenuioris eſt ſubſtantiæ, placitis autem dicta craſſioris. Cæterùm concremata cadmia ſine morſu deſiccat, abſtergit, caua vlcera tum in oculis, tum in toto corpore explet, & præſertim humidiora in naturis mollioribus, in durioribus efficacium magis vſus eſt.

Cacalia.

CACALIA viribus & vſu cum cancano conuenit.

Calamagroſtis, gramen arundinaceum.

CALAMAGROSTIS ſiccat, hinc ſuccus decoctúmque radicum ipſius oculariis miſcetur medicinis: ſemen vrinam cit, & ſtomacho benefacit.

Calamintha, nepita.

NEPITA tertio ordine calida & ſicca temperamento eſt, tenuis acriſque, menta longè valentior: ſiquidem eſt veluti ſylueſtris menta. facilè igitur quæ altè hærent ad ſe trahit, eoque ſudores mouet, totum corpus digerit, ac rigores febrium qui circuitu remeant, finit extrinſecus cum oleo infricata ſtrenuè. [a] quinetiam ad coxarum dolores ab inferioribus iniicitur, & vitioſos humores in cutem erumpentes abſtergit.

Calamus.

CALAMVS odoratus in ſecundo ordine calefacit, & ſiccat, ineſt ei quippiam & ſubtile & aſtringens: vrinam itaque citat, & ſtomachicis, tum quæ vtero & iocinori faciunt medicinis temperatur. Calamus autem phragmites extergit, folia ipſius viridia mediocriter refrigerāt, cortex crematus calefacit

lefacit ſiccátque in tertio ferè abſceſſu: radicem cum bulbis applicatam ſpicula & aculeos extrahere prædicant.

Campæ, erucæ olerum.

ERVCAE olerum cum oleo inunctæ, tutos à virulentorum animalium morſibus conſeruare dicuntur.

Cantharides.

CANTHARIDES quæ in tritico reperiũtur luteis tranſuerſim cingulis inuolutæ, aceti ferueſcentis vapore ſuffocatæ, ad plurima vtiles redduntur: quippe vngues ſcabros cum cerato eiiciunt, clauis ſcabioſiſque affectibus opitulantur. iam verò & exedentem vrentémque vim habent. nonnulli verò etiam medicamentis vrinam prouocantibus momentum ex ipſis admiſtum exhibuerunt.

Cannabis.

CANNABIS ſemen flatus diſcutit, & ſiccat, vt & genituram exarefaciat, ſuccus ipſius viridis ad aurium dolores ex obſtructione creatos efficax eſt.

Canopon.

CANOPON ſambuci flos eſt, de quo prius dictum eſt.

Capnion, ſecundum alios capnos, fumaria.

FVMARIA inde nomen ſortita eſt, quòd ſuccus ipſius copioſas lacrymas eliciat, etenim oculorum facit claritatem: acris amaráque eſt, vnde vrinas bilioſas liberaliter prouocat, iocinoris obſtructioni langoríque medetur, ſtomachum confirmat, & aluum emollit.

Capparis.

CAPPARIS radix extergit, probè purgat, incidit, diſcutítque tum amaritudine, tum acrimonia: at acerbitate contrahit, ſtringit & denſat. quapropter lienes induratos & pota & extrinſecus impoſita, iuuat, menſeis promouet, pituitam per os educit, maligna vlcera ſanat, dentium dolores ſopit, tumores diſcutit, & vitiligines, quas Alphos dicunt, aurium vermes enecat: folia autem & fructus ſimilem quidem, ſed imbecilliorem vim poſſident.

Cardamum, naſturtium.

NASTVRTII ſemen ſinapis modo vrit, vnde etiã inductum ruborem in cute excitat: cæterùm craſſos humores, cum aliis potum incidit. herba verò arida viribus reſpõdet, humida moderatior, ideóque crudam ipſam aſſumunt.

Cardamomum

Cardamomum.

CARDAMOMVM acre quidem & ipſum eſt, verùm naſturtio inualidius. compos eſt etiam nonnullius amaritudinis, qua tineas alui interimit, & ſcabiem cum aceto exterit.

Caris.

CARIS in pollinem detrita, & cum radice bryoniæ pota tineas occidit.

Cancri.

CANCRORVM concrematorum cinis, fluuiatilium ſanè ſiccat, erinaceorum & cochlearum modo, at totius ſubſtantiæ proprietate, canis rabidi morſibus potu mirabiliter efficax eſt: vt in aliis dictum eſt. marinorum cinis eximia donatus ſiccitate his quidem non conuenit, ſed iis qui magis ſiccari deſiderant, proficit. fluuiatilis cancer tritus ſi inducatur, ſpicula & aculeos eiicit.

Cancri marini cinis.

Caros.

CARI ſemen & ſiccat & calefacit in tertio ferè gradu, flatus diſcutit, vrinam mouet, idque non ſemen duntaxat, ſed etiam tota planta.

Carpeſium.

CARPESIVM odoratum eſt, tenue, viſcera obſtructionibus liberat, vrinas mouet, & renes calculo laborantes purgat.

Caria, nuces.

NVX arbor tum in coliculis, tum in foliis aliquid habet aſtringens, plurimùm autem in nucum coriis exiſtit. ſuccus itaque eorum decoctus cum melle, ſtomaticum fit medicamentum: interius inde putamen carinatũ vſtum extenuandi vim acquirit, & ſine roſione ſiccat. quod in eo clauditur edendo aptum, natura oleoſum, facilè in bilem conuertitur, confectúmque ex eo oleum extenuandi tumores, & putredines, quas Sepedonas dicunt, diſcutiendi vim obtinet. Flacceſcentes autem vetuſtate nuces, cutis vitia abſtergunt. At auellanæ, quas & ponticas vocant & leptocaria, frigidiores ſunt & auſteræ, in cæteris, iuglandibus æquales.

Nux Pontica.

Caryophyllon.

CARYOPHYLLON, quaſi dicas nucifolium, non eam habet ſubſtantiam quæ nomine prætenditur, ſed ex India veluti flores cuiuſdam arboris feſtucacei & nigri ſunt, longitudine ferè digitali, odorati, acres, ſubamari, calidi & ſicci

in tertio

in tertio propemodùm ordine: qui multiplicis vſus ſunt, tum ad obſonia, tum ad alia multa medicamenta.

Caſſamum.

CASSAMVM hoc nonnulli balſami fructum eſſe dicũt, de quo ſuprà egimus.

Caſsia.

CASSIA calefacit & ſiccat in tertio ferè abſceſſu, tenuis abundè, acris, & modicè aſtringens: incidit igitur ſimul & diſcutit, robúrque inſtrumentis adiicit, poſtremò & menſeis euocat.

Caſtorium.

CASTORIVM calefacit ſiccátque cum extenuandi viribus eximiis, quibus præter alias actiones, etiam neruorum qui ex copia humorum malè habent, affectibus, congruit, & refrigeratos facilè recalfacit, & extrinſecus applicatum & potui datum, ídque ita, vt nullam aliam offendat particulam, etiamſi mediocriter febris affligat, quemadmodùm in veternis & lethargis, ſed & menſibus retentis proficit, & ſecundas expellit. at in cerebri & pulmonis vitiis etiam ſuffitus caſtorij inſpiratu hauſtus, præclarè opitulatur.

Caucalis.

CAVCALIN alij daucum ſylueſtrẽ appellant, nam dauci modo calefacit, ſiccat, vrinam mouet, & ſalſamento ad repoſitionem conditur.

Cenchros, milium.

MILIVM refrigerat in primo abſceſſu, ſiccat in ſecundo, habet etiam modicam extenuandi facultatem: extrinſecus igitur in ſacculis ad fouendum & cataplaſmatis modo adhibitum, deſiccare conſueuit.

Cedrus.

CEDRVS & quæ fruticoſa eſt iunipero ſimilis, & quę arbor, calefaciunt, ſiccántque in tertio ordine. confectum ex eis oleum quod Cedræam appellant, etiam quartum attingit, ſubtilis admodùm ſubſtantiæ. hinc teneras carnes expeditè & citra dolorem exedit. duras autem præſertímque demortuas ſiccat, & à putredine aſſerit, pediculos, pulices, aſcaridas, & aurium vermeis interficit, aliaque plura facit. *Cedræa.*

Centaurium.

CENTAVRII maioris radix acris, calida, & terreæ aſtrictionis compos eſt. menſeis itaq; promouet, fœtus corrumpit,

pit, eiicítque, vulnera glutinat, ſanguinem ſpuentibus, & reliquis pectoris vitiis præſens eſt remedium. Minoris centaurij radix inefficax eſt, coliculi validè & citra morſum ſiccant, vnde non ſolùm ad quæ maius centaurium valet, ſed etiam coxendice laborantibus, ipſius decoctum inferius iniectum, biliosa vacuat, nonnunquam & cruenta, ac valde proficit.

Centauriũ minus.

Ceras, cornu.

Cornu capræ. CORNV caprillum hircinúmque concrematum denteis nitidos reddit, gingiuas nimia humiditate flaccidas compeſcit. *Cerui.* Cerui autem cornu cum vino maceratum tritúmque, deinde circumlitum mobileis ſiſtit denteis. Crematum, mox lotum, dyſentericis, cœliacis, ſanguinem expuentibus, & arquaticis, duorum cochlearium inſtar auxiliatur: miſcetur etiam ocularíis medicinis. *Tauri.* Taurinum cornu cum aqua potum, ſanguinis eruptiones cohibet.

Ceraſia.

CERASIA dulcia quidem citius per aluum deſcendunt, auſtera ſtomacho vtiliora ſunt. acida verò ob incidendi vim quam habent pituitoſis excrementoſiſque ſtomachis proſunt: *Gũmi ceraſi.* gummi verò ceraſi arboris arteriam exaſperatam læuigat, & calculo laborantibus cum vino potum ſuccurrit.

Ceratonia arbor.

CERATONIAE fructus quæ ceratia dicuntur, ſiccandi & aſtringendi virtutis, nonnullius etiam dulcedinis particeps eſt.

Cephalæ capita.

Capita menarum. MENARVM ſale conditarum capita cremata, vim ſiccandi non admodùm acrem acquirunt: hinc ſedis rimas & guttur diu induratum ſcyrrho ſanant. *Smaridis,* Smaridis caput totum combuſtum ad alopecias cum adipe vrſino proficit. *Muris,* Idem præſtat etiam muris caput crematum cum melle. *Milui,* Milui aridum ſine plumis, modo quo tribus digitis comprehendi queat, cum aqua potum [b] ani dolores finit. *Lacertæ.* Lacertæ verò caput aculeos educere tradunt, myrmecias, verrucas, & clauos exterere.

Cecis, Galla.

GALLA, omphacitis quidem medicamentum eſt affatim aſtringens, eamque ob cauſam ſiccat, fluxiones repellit, contrahítque, laxa ſtringit, & partes imbecillas firmat, fluidiſque

diſque omnibus affectibus accommodata eſt: ponitur autem in tertio ſiccantium ordine, ſecundo refrigerantium. Altera quæ flauo colore, inanis magnáq; eſt, non tantam in ſiccando & aſtringendo habet efficaciam. ſedis inflammationes & procidentias excocta iuuat: gallæ verò combuſtæ, & aceto reſtinctæ, ſanguini ſupprimendo ſunt. *Galla flaua.*

Cepæa.

CEPAEA portulacæ ſimilis eſt. folia ipſius contra veſicæ ſcabies vtiliter bibuntur: radix cum aſparago, quem myacanthinum, hoc eſt, corrudam appellant, pota, vrinæ ſtillicidia, quæ ex obſtructione fiunt, abigit.

Cera.

CERA quum temperata ſit, reliquorum medicamentorum materia efficitur. ipſa verò per ſe ex iis eſt, quæ leuiter abſtergunt: nam & diſcutientem & calidam vim exiguam obtinet.

Ceryces, buccina.

BVCCINORVM teſta concremata excellenter deſiccat citra roſionem, vnde vlceribus maleficis accommodatur: at in iis quæ putredinem experiuntur, cum aceto, aut vino, aut oxymelite ipſis vtendum eſt. oleum in quo veluti caro ipſorum adhuc viuentium excocta ſit, aurium dolores ſi inſtilletur, diſcutit.

Cici, ricinum.

RICINI fructus quemadmodùm purgat, abſtergit, diſcutit, ſic etiam folium, ſed imbecillius. de oleo tractatum eſt.

Cinnabaris.

CINNABARIS acreis mediocriter vires habet, item nonnihil etiam aſtrictionis.

Cinnamomum.

CINNAMOMI vis eſt ſummè tenuis, nō item æquè calida, ſed tertij ordinis, nihil autem ex iis quæ parem ipſi calorem referunt adeò ſiccat, propter ſubſtantiæ tenuitatem. Cinnamomis autem veluti inualidum quoddam cinnamomum eſt, quod nonnulli pſeudocinnamomum vocant. *Cinnamomis.*

Circæa.

CIRCAEAE radix calida eſt & odorata, quæ cum vino pota fœminarum locos purgat: ſemen in ſorbitione ſumptum lac generat.

Ciſſeris, pumex.

PVMEX abſterſorius eſt præſertim dentium, non modò viribus, ſed etiam ſcabritie. coniicitur autem in medicamẽta quæ carni vlceribus inducendæ ſunt, item in ea quæ cutis labes exterunt. Crematus tenuior quidem, ſed mordax redditur: lotus, id quod mordet, deponit.

Ciſthos.

CISTHOS aut Ciſſaros frutex eſt aſtringens & modicè frigidus virtute, folia ipſius & germina adeò ſiccãt, vt etiam vulnera conglutinent: at flores quum in ſecundo ferè gradu ſicciores ſint, dyſenteriis, aliiſque fluidis vitiis accommodati ſunt: extrinſecus illiti, putrida vlcera compeſcunt.

Ciſſos hedera.

HEDERA contrariis conſtat viribus, vt quæ aſtringat & refrigeret. Item acris eſt & calida, aqueæ ſubſtantiæ & tepidæ quum viridis eſt, particeps: cuius folia vino incocta vulneribus glutinandis, ambuſtis, & lienoſis ſalutariter adhibentur, ſuccus ipſorum naribus ad pituitam educendam infunditur. item diuturnis aurium defluxionibus ſuccurrit: lacryma hederæ, vt quæ acrior ſit, pediculos enecat, & pilos abolet.

Citrium, quod & malum medicum dicitur.

CITRII medium acidum aut qualitatis expers eſt, in quo ſemen tertij refrigerantium ſiccantiúmque ordinis habetur. cortex ſiccat in ſecundo quidem abſceſſu, ſed nõ item refrigerat, acri virtute præditus. caro ipſius craſſi ſucci eſt pituitæ generandæ apta, & frigida: ſemen diſcutit, & in ſecundo ordine deſiccat, folia arboris ſiccandi diſcutiendique vim repræſentant.

Cichorium, intybus ſylueſtris.

CICHORIVM picriſue tanquam ſyluatica ſeris eſt, refrigerans ſiccánſque in primo abſceſſu: habet etiam vim aſtringendi, qua ad hepaticas dyſenterias conuenit.

Clematis.

CLEMATIS quibuſdam daphnoides, aliis myrſinoides, nonnullis polygonoides, ſarmenta habet oblonga, craſſitudine iunci quem holoſchœnum dicunt, folium verò lauri, ſiccandi virtute pollet, qua alui fluores, quam diarrhœam dicunt, dyſenteriam, & dentium dolores finit: contra venenatorum morſus rectè imponitur.

Clematis

Clematis altera.

CLEMATIS altera arboribus ſmilacis modo circumuoluitur, acri & cauſtica facultate donata. huius ſemen cum aqua potum, pituitam & bilem per inferiora educit: folia autem ad lepras arcendas inducuntur.

Clinopodion.

CLINOPODII vis eſt calida ſiccáque, nondum verò adurens, ſed tertij ferè ordinis.

Cnicus.

CNICI ſemine ad purgandum aluum duntaxat vtimur. ſi quis extrinſecus eo vtatur, tertij ſiccantium ordinis erit.

Conchylia.

CONCHYLIA buccinis facultate proxima ſunt.

Cœlia, venter.

VENTER mergi, aut recens coctus, aut inarefactus, eſu ſtomacho vtilis eſſe dicitur: ſimiliter etiam gallinarum interior alui membrana ſicca potui data: verùm Galenus experimento falſum vtrunque ſe inueniſſe ſcribit. Palumbi verò auis ventrem paulatim potum calculos per vrinam elicere, teſtis eſt Dioſcorides. Muſtelæ aluus pota contra quælibet venenata amuletum dicitur. *Venter mergi.* *Gallinæ.* *Palumbi.* *Muſtelæ.*

Coccos, cnidios, granum gnidium.

GRANVM gnidium ſemen eſt thymelææ, non chamælææ, vt quidam opinati ſunt, acri & adurente facultate præditum. hoc epotum, per inferna aquas detrahit.

Coccos baphicos, granum tinctorium.

GRANVM tinctorium leniter ſiccat, vndè magnis & neruorum vulneribus, cum aceto aut oxymelite læuigatum, commodè imponitur.

Coccymelæa, prunus.

PRVNI fructus ventrem ſubducit, recens magis, aridus minus: decocto ipſius, gutturis inflammationes vtiliter colluuntur. Gummi quod ex arbore deſtillat, incidendi vim extenuandíque teſtatur, ob quod nonnulli frangendis veſicæ calculis eſſe cum vino potum affirmant: ex aceto, puerorum impetigines perſanare. Syluestrium prunorum baccæ euidenter aſtringunt, ventrémque reprimunt. Nominatur hæc planta in Aſia prumnum. Domeſtica verò pruna ſiccata apparent, quæ nunc Damaſcena appellantur, quemadmodùm Galenus memoriæ mandauit. *Gummi pruni.* *Pruna ſylueſtria.* *Damaſcena.*

Colla, glutinum.

Glvten quod ex ſimila & polline conficitur, emplaſticam vim & concoctricem repræſentat.

Colocyntha, cucurbita.

Cvcvrbita humidi, frigidíque in ſecundo abſceſſu temperamenti eſt, vndè tota ſi applicetur, calidas refrigerat inflammationes.

Colocynthis, cucurbita ſylueſtris.

Cvcvrbita ſylueſtris validam purgandi vim obtinet: viridis ipſius ſuccus infricatus, coxendicum doloribus auxiliatur.

Comaros, arbutus.

Arbvtvs, & arbor, & fructus acerbæ qualitatis eſt, vocant eum [d] memyrcœlon: cæterùm ſtomacho aduerſatur, & capitis dolorem facit.

Commi, gummi.

Gvmmi ſiccante vi & emplaſtica pollet, & nimirum aſperitatibus medetur.

Conia, lixiuium.

Lixiuium ex fici & tithym. cinere. Protoſtacton.

Lixivivm veluti cineris lotium nominatur: omnium maximè abſterſorium & ſiccans eſt, quod ex fici & tithymali cinere præparatur, ac ferè iam exedens: quòd ſi calx etiam cineri addatur lixiuium redditur adurens: quod iam etiam protoſtacton nuncupant, clyſterium potiſſimùm medicinis miſcetur. Vehementiſſimum verò omnium eſt, quod ex ſola calce conficitur.

Conyza.

Conyza vtraq; ſiccat & calefacit in tertio ordine, hinc etiam oleum in quo decoquitur rigores febrium circuitu remeantes diſcutit: flores idem præſtant, quorum decoctum menſeis citat, & fœtus extrahit: quæ verò in humidis regionibus naſcitur, odore grauior & inefficacior eſt.

Copros, ſtercus.

Caninum ſtercus.

Stercvs quodlibet calefacit, maximè ſiccat & diſcutit: variat autem pro animantis quod ipſum reddit temperamento, & victus ratione. itaque canum quum oſſa vorauerint fimus inarefactus, dyſenterias cum ſciſſo lacte, quod Græci ſchiſton vocant, potus, ſanat: idem vetuſta vlcera reficit, ſi medicamentis in ea efficacibus miſceatur. Hoc anginæ, tonſillarúmque inflammationes cum melle inunguntur.

At

At puerorum qui victu non ſuperfluo educati ſunt ſtercus, huic malo magis prodeſt. Luporum quod & ipſum candidius in fruticibus reperitur, coli doloribus ſtrenuè ſuccurrit, non potum modò, ſed corpori etiam adalligatum: alligetur autem ex lana ouis à lupo enectæ, aut pelle ceruina. † Caprillum ſtercus acrius, magíſque diſcutiens, ſcirrhoſos tumores applicatum diſſipat, præſertim in duris corporibus: crematum verò valentius abſtergit, extenuátque. Bubulum extrahendi quandam vim obtinet, ideóque veſparum & apium ictibus medetur: quinetiam toti corpori in ſole oblitum aquas inter cutem præclarè iuuat. Ouium verò cum aceto myrmecias, acrochordonas, furunculos & clauos, perſanat. Columbarum ſylueſtrium, quas palumbes latini dicunt, aliis longè acrius cum naſturtij ſemine cutem exulcerat. Gallinarum ex oxymelite, aut aceto, aut mulſo potum, vomitione ſtrangulantes fungos educit, præſénſque eſt remedium: hoc quoque colico dolore conflictantibus potui quidam exhibebant. Nonnulli verò & ciconiarum fimum orthopnoicos potum auxiliari affirmant. Murium fimus reliquis abſtergit efficaciùs, eóque alopecias curat, & infantium ſedi appoſitus, ad excretionem proritat. Sturnorum qui oryza paſti fuerint, abſtergendi vim præ ſe fert, qua cutis aſperitates, quas ephelidas Græci vocant, exterit. Terreſtrium crocodilorum fimus vitiligenes, quas alphos dicunt, extergit: quemadmodum fluuiatilium, oculorum albugines extenuare creditur.

Puerorum
Luporum.
† Aliter in antiquis codicibus, quæ ab Aetio tralata ſunt tu apud eũ lege. Goup.
Bubulum ſtercus.
Ouillum.
Columbinũ.
Gallinaceũ.
Ciconiarum fimus.
Murium.
Sturnorũ.
Crocodilorum.

Corallium.

CORALLIVM veluti arborea planta eſt in lapidis duritiem coaleſcens, [c] creſcit non in terra, ſed in alto maris, colore rubrum, lapidi ſimile, ſiccandi validam, aſtringendi mediocrem vim poſſidet, ideóque cruentis ſputis, & dyſentericis vtile.

Coris animal, cimex.

CIMEX acri virtute pollet. Scribunt igitur quidam cum aceto potum hirudines eiicere.

Coris herba.

CORIS herba, quam alij vocant hypericon, acris eſt, & odorata, ſemen eius ad vrinam & menſeis ciendos bibitur: ſuccurrit & phalangiorum morſibus, item ad opiſthotonon cum oleo inungitur.

Corianum ſeu corium, coriandrum.

CORIANDRVM ex contrariis viribus compoſitum eſt, tenuis ſubſtantiæ, terrenæ, amaræ, aquoſæ autem humiditatis tepidæ particeps, habétque modicam vim aſtringendi, quapropter inflammationibus, eryſipelatis non admodùm feruentibus conuenit, tumores molliuſculos cum quodam in id efficaci diſcutit. Semen modicè quidem cum paſſo bibitum, tineas pellit: liberalius autem ſumptum, mentem tentat.

Corydos, aut corydalus, Galerita ſiue alauda.

ALAVDA auis ſimplici iure elixa, coli cruciatibus opitulatur: aſſumi autem continuè & ſæpè cum ipſo iure debet.

Coronopus, pes cornicis.

CORONOPODIS radix & ipſa ad colicos cruciatus proficere manducata creditur.

Coſtus.

COSTVS modicum quidem amaritudinis, plurimum verò acris & calidæ qualitatis habet, vndè in quibus vel calefacere particulam quampiam cogites, vel ex alto in ſumma humorem aliquem elicere, ad coſtum confugiendum eſt: vrinam igitur & menſeis ducit, tineas enecat. Quùm verò & flatulenti cuiuſdam particeps ſit, venerem cum mulſo potus ſtimulat, coxendicum doloribus, reſolutis, febrium rigoribus antè acceſſiones, cum oleo infricatus, conducit.

Cotyledon, acetabulum.

ACETABVLVM refrigerat, repellit, abſtergit, & diſſipat: folia ipſius cum radice manducata calculos comminuere, & vrinam ciere creduntur.

Cochlea.

COCLEAE concrematæ impenſè ſiccant, & mediocriter calefaciunt, conferunt dyſenteriis, quas nondùm putrelago obſedit, ſi miſceantur harum partes quatuor, piperis albi pars vna, gallarum partes duæ. At quæ ignem non ſunt expertæ, ſi cum tegumentis in pollinem coactæ ventri imponantur, aquam ſubter cutem exinaniunt. proſunt item articulariis doloribus applicatæ, quoad ſua ſponte deciderint: in vniuerſum humorem altè inſertum validè deſiccant.

Crania, cornus.

CORNI arboris fructus acerbus, ſi edatur, validè ventrem aſtringit. folia autem & germina acerbitate vehementer

ter ſiccant, adeò vt etiam maxima durorum corporum vulnera conglutinent.

Crambe, braſsica.

BRASSICA quæ edendo eſt ſiccat, & manducata, & à foris impoſita, non tamen acrem conſpicuè vim oſtendit, eóque vulnera glutinat, & doloſa malignáque vlcera, ac tumores ſolui contumaces perſanat: habet etiam nonnihil abſterſorium, quo lepras exterit. Semen ipſius potum tineas occidit, præſertim Aegyptiæ: caulium crematorum cinis adurente vi conſtat, cum adipe longis laterum doloribus vtilis. Syluestris autem braſſica, ſatiua in omnibus validior eſt, vndè nec intra corpus citra noxam ſumitur. Marina, ſubſalſa leuitérque amara, aluum ſoluit.

Cratæogonos.

CRATAEOGONI herbæ ſemen & acre guſtanti deprehenditur & frigidum, milio ſimile.

Crethmon.

CRETHMON ſalſum eſt ſimul & amarum, ſed modicè, quarè & vis ipſius eſt abſterſoria & deſiccans.

Crithe, hordeum.

HORDEVM refrigerat ſiccátque in primo abſceſſu, verum nonnihil etiam extergit: cæterùm fabarum lomento ſiccitate præcellit, minus flatulentum eſt, polenta hordeo multo magis ſiccat, ptiſana præterquàm quod largius humectat, etiam † abſtergit vehementius.

† panes qui ex hordeo conficiũtur, minùs aluũ quàm qui ex tritico. Quæ huc traducta ſunt ex Aetio. Goup.

Crimnon.

QVOD in tritici & zeæ farina craſſius eſt, crimnon appellatur, validiùs nutriens quàm polenta: ægriùs autem conficitur.

Crinon, lilium.

LILII flos temperamento mixtus eſt, ex tenui ſubſtantia, terreſtri & nonnulla aquoſa temperata: quapropter oleum quoque ex eo confectum diſcutiendi vireis, molliendíque repræſentat, vuluæ inflammationibus accommodatum. Radix ac folia ſiccant, abſtergunt, diſcutiúntque mediocriter, quò fit vt ambuſtis conferant: ſuccus ipſorum, & neruorum vulneribus cum oxymelite prodeſt.

Crocodilion.

CROCODILII ſemen & ſuccus calidam, ſiccam & diſcutientem vim præ ſe fert, vrinas itaque & menſeis mouet:

radix excreationes è pectore iuuat, item ſanguinem per nareis ducit.

Crocus.

CROCVS ad ſecundum caleſacientium ordinem, ad primum ſiccantium refertur, aſtringit & concoquit.

Crommyon, cepa.

CEPA ex quarto calefacientium ordine habetur, ſubſtantiæ craſſioris, quamobrem hæmorrhoidas appoſitu aperit: item abſtergit: vitiligines, alphos dictas, cum aceto exterit, & [h] alopecias ocius alcyonio pilos reſtituit, ſuccus oculis ſuffuſis aut craſſi humoris vitio hebetibus auxiliatur.

Cyamos, faba.

FABA non multum à medio temperamento recedit, [i] ſiue refrigerando, ſiue ſiccando: caro ipſius nonnullius etiam abſterſoriæ qualitatis eſt, excreationibus è thorace & pulmonibus vtilis: quùm autem cortex fabæ nonnihil quoque aſtringat, tota ipſa faba in poſca decocta cœliacis, & dyſentericis conducit, inducta verò cataplaſmatis modo inflammationibus & tumoribus medetur, lac in mammis extinguit.

Cyanos.

CYANOS acrem habet vim detrahendi, & diſcutiendi maiorem quàm cinnabaris: aſtrictionis quoq; particeps eſt.

Cyclaminus.

CYCLAMINVS varias vireis habet: etenim extergit, incidit, aperit, attrahit, & diſſipat. ſuccus itaq; ipſius hæmorrhoidas ſedi admotus aperit, duritias cum aliis diſcutit: cum melle, ſuffuſis proficit, per nareis purgat, abdomini inunctus aluum ſubducit, fœtus corrumpit: radix autem tota ſucco quidem eſt imbecillior, ſed & ipſa vehemens adeò eſt, vt cum mulſa inſtar trium drachmarum pota, interanea expurget: cæterùm cutis vitia exterit. Altera cyclaminus, quam etiam ciſſanthemon vocant, radice donata inutili, ſemen habet efficax, vt potum priori ſimilia faciat,

Ciſſanthemon.

Cyminum, cuminum.

CVMINVM in tertio ordine calefacit, vrinam mouet, & flatus diſcutit.

Cynosbatos, rubus caninus.

RVBI canini fructus non inſtrenuè aſtringit: folia id præſtant mediocriter. at quod in fructu lanæ ſpeciem præ ſe fert,

ſert, ceu arteriæ inimicum caueri debet.

Cypariſſus, cupreſſus.

CVPRESSI galbuli & turiones ſiccandi viribus pollēt, nullo calore conſpicuo: quapropter vulnera magna in duris corporibus conglutinant, & ſuperfluis putredinibus in alto fixas humiditates, citra noxam depaſcuntur, inteſtinorûmque ramicibus opitulantur.

Cyperus, iuncus anguloſus.

IVNCVS anguloſus calefacit, ſiccátque citra morſum, hinc etiam humidioribus vlceribus cicatricem mirabiliter inducit, ac oris vlcera perſanat: habet & vim quandam inciſoriam, qua calculos comminuit, vrinam & menſtrua promouet.

Cypros.

CYPRI folia & ſurculi mixtis conſtant viribus, diſcutiente & aſtrictoria, tum ea quæ ſine offendiculo & morſu ſiccet: ideóq; decoctum ipſorum ambuſtis ſuperfuſum prodeſt, ac igneis inflammationibus congruit. Item oris eruptiones, quas Aphthas vocant, commanducata perſanat: item medicinis lieni dicatis miſcetur.

Cytiſus.

CYTISI folia diſcutientis leniter, & tepidæ naturæ ſunt, quemadmodùm & maluæ.

Conium, cicuta.

CICVTAE vires ſummè refrigeratorias eſſe, omnibus conſtat.

Conos.

CONI cortex & folia, pinum viribus repræſentant, ſed acriora efficacioráque ſunt: fructus, quem etiam ſtrobilon appellant, viridis, amarum quiddam & acre, cum humiditate poſſidet, quarè thoracis affectibus ad facilem excreatum accommodatur: eſculētus in aqua maceratus vt acrimoniam exuat, temperatus redditur, roſionis expers, opplens obſtruénſque, vt etiam aſperitates læuiget.

Nux pinea.

QVÆ AB L ORDIVNTVR.

Lagopus.

LAGOPVS ſiccæ facultatis eſt, qua alui fluores deſiccat.

Ladanon.

LADANON à ciſtho ladone dicta gignitur, quam de-

paſcentes capellæ barbis ſuis & villoſis cruribus ſucculentum & pinguius ex herba deferũt, quod congeſtum ladanon eſt medicamen præſtantiſſimum, in ſecundo ferè abſceſſu calidum, natura tenue, emolliens mediocriter, diſcutiens & concoquens, eóque vteri affectibus peculiariter conuenit: habet prætereà nonnullas aſtringendi vireis, quibus defluos capillos confirmet.

Lathyris.

LATHYRIN & ipſam tithymali ſpeciem eſſe dicunt, quòd eius ſuccus, illius modo purget: ſemen autem huius præcipuam purgandi vim habet.

Lapſana.

LAPSANA manducata ſtomacho nocet: inducta verò cataplaſmate nonnihil abſtergit diſcutítque.

Lapathum, rumex.

Oxylapathum. RVMEX mediocriter diſcutit: acuta rumex, quæ oxylapathum dicitur, præter id etiam pauxillum repellit: ſemen autem præſertim oxylapathi, aſtringens, alui profluuia, diarrhœas dicunt, & dyſenterias perſanat, folia verò ſemini contraria faciunt: hæc etenim comeſta aluum mouent, illud potum ipſam comprimit.

Lemonium.

LEMONII fructus auſterus cum vino cœliacis, dyſentericis, & ſanguinem ſpuentibus datur, item ad fluorem muliebrem acetabuli menſura.

Lichen herba.

LICHEN herba in petris naſcens muſcum repræſentat, vis ei eſt exterendo purgare, mediocriter ſiccare, & refrigerare: impetigines ſanat, inflammationes arcet, & vt Dioſcoridis verbis vtar, ſanguinis eruptiones ſiſtit.

Lichenes equorum.

LICHENES equorum triti cum aceto, comitialibus, & omnium venenatorum morſibus mederi feruntur.

Leontopetalon.

LEONTOPETALI radix & ſiccæ & calfacientis in tertio ordine facultatis eſt, nec non diſcuſſoriæ.

Lepidion.

LEPIDION, quam & hiberida vocant ex quarto calefacientium gradu eſt, naſturtio proximum viribus, minus autem eo deſiccat.

Lepis,

Lepis, ſquama.

SQVAMA omnis validè ſiccat, aſtringit, nec ignauiter mordet. Sed æris amplius ſiccat, extenuátque, cui nonnihil æruginis adeſt, magisque ea quæ ex Cypriis clauis raditur, quam propterea etiam helitim quaſi claualem appellant. At ferri ſquama liberaliùs aſtringit, atque hac magis ſtomomatis, quapropter ad contumacia malignáue vlcera præſtãtior eſt, ſed [k] æris, carnem magis purgat & conſumit.

Aeris ſquama.
Helitis.
Ferri ſquama.

Leucacanthum.

LEVCACANTHI, quod alij polygonatum, alij iſchiada vocant, radix incidit quidem, & in tertio ordine ſiccat, in primo autem calefacit.

Leucas.

LEVCVS calefacit ſiccátque in tertio ordine, acrimonia verò præpollet.

Leucoion, viola alba.

ALBAE violæ totus frutex abſtergendi extenuandique vireis poſſidet, magis autem flores, & ex eis, ſicciores: idcirco & menſeis ſtimulant, fœtus corrumpunt expellúntque. ac ſi quis aquæ miſtura vim ipſorum obtundat, etiam inflammationibus conducent, præſertim vteri: radices eadem præſtant, craſſiore magisque terreſtri natura præditæ: ex aceto inflammationibus in ſcirrhum indureſcentibus imponuntur.

Leuce, populus alba.

POPVLVS alba aquoſa, tepida, terreſtrique conſtat ſubſtantia, viribus abſterſoriis.

Libanotides, roſmarinus.

LIBANOTIDES tres numerantur, vna ſterilis, duæ fructum ferentes. vires illis extergendi, incidendi, diſcutiendi, & emolliendi: ſuccus earũ oculis ex humorũ craſſitie hebetibus ſalutariter ex melle imponitur. coronarię verò libanotidis decoctæ ius regio morbo laborantibus rectè bibitur.

Libanotos, thus.

THVS in ſecundo ordine calefacit, in primo ſiccat, habet & modicã quandam vim leuiter aſtringentem: cortex ipſius manifeſtò aſtringit, ſiccátque in ſecundo abſceſſu abſolutè, craſſior thure & minùs acris, hinc ſanguinem ſpuentibus, dyſentericis, cœliacis, & ſtomachicis, tum foris impoſitus, tum intrò aſſumptus, ſalutaris eſt. [l] Surculus ipſius calefacit

ſiccátque tertio in abſceſſu, atque nonnihil extergit: quocirca oculorum vlcera, & purgat & explet.

Lygnis, fuligo.

FVLIGO ſpecierum quarundam concrematarum, nempe thuris, myrrhæ, terebinthi, ſtyracis, picis liquidæ, cedri, veluti tenuiſſimus quidam puluis eſt, qui Græcis æthale dicitur, cum fumo aſcendens. obtinet quidem ſiccantem & terreſtrem tenuémq; ſubſtantiam, particulares autem ipſius differentiæ ſecundum materiæ combuſtæ rationem fiunt. Vtuntur ea potiſſimùm in medicinis ocularijs, & ad honeſtandas palpebras accommodatis. at thuris fuligo omnium eſt vtiliſſima, vt quę mitior: cõtrà pini, coni, & piceæ valẽtior eſt, quo fit, vt ad glabreſcentes palpebras, diſtillantes & eroſos oculorum angulos, illacrymantéſque, rectè adhibeatur.

Ligyſticum, liguſticum.

LIGVSTICI & radix & ſemen adeò calefaciunt, vt mẽſeis citent, flatúſque probè diſcutiant.

Lithargyros, argenti ſpuma.

ARGENTI ſpuma medij inter metallica ordinis eſt, eoq; ceu materie ipſa aliis medicinis miſta ſubinde vtimur, ſiccat tamen mediocriter, abſtergit & aſtringit: inde femorum attritus perſanat.

Lithi, lapides.

Hæmatites. LAPIDES omnes terræ modo deſiccant, ſed hæmatites aſtringit, & abundè ſiccat. quare etiam oculorum aſperitates exterit, quùm quidem inflammatione carent, ex aqua: quum verò illa tentantur, ex ouo: cæterùm ad ſputa cruenta *Schiſtos.* bibitur vtiliter, vlcera ſupercreſcentia compeſcit. Schiſtos lapis ſuperiori quidem conſimilis eſt, ſed imbecillior, mox *Galactites.* galactites, id eſt, lactarius ſequitur. *Melitites.* Melitites cuiuſdam etiam caloris compos eſt. *Moroxus.* Moroxus, quem etiam leucographida vocant, quò prædictis omnibus mitior eſt (nullas enim habet vireis efficaciores) eò moderatior, magiſque dolorem lenit, eámque ob cauſam in teneris corporibus cum cerato *Iaſpis.* ad cicatricem vlceribus obducendam illo vtuntur. Iaſpis qui ſubuiridi colore eſt, quum efficacior ſit, oculorum cicatrices & pterygia extenuat: viridis autem Iaſpis adalligatus & in anulo geſtatus ſtomachum adiuuat. Iudaicus dictus, renum *Tecolithos.* calculos conterit, vnde etiam recentiores tecolithon appel- *Pyrites.* lant. Pyrites ex eorum numero eſt, qui validè diſcutiunt tumores,

mores ſanguinémque in grumos concretum: cuius quum facultas nõ eſt, molari vtuntur. Phrygius præter quàm quòd valenter deſiccat, nõnihil etiam aſtringit roditq́;, vnde & repellere & diſcutere poteſt, eoq́; oculariis miſcetur remediis. Ageratus aſtringendi diſcutiendiq́; virtutis compos, gutturis inflammationem iuuat. Aſiæ petræ flos tam ſubtilem naturam habet, vt carnes humiditate flaccidas citra roſionem abſumat. Gagates affatim ſiccans inflationibus præſertim diuturnis expedit. Magnes, quem & Heraclium lapidem vocant, æquales hæmatiti vireis repræſentat. Arabicus ebori ſimilis, ſiccandi detergendique vireis habet. Alabaſtritæ combuſti cinerem ſtomachicis nonnulli bibendum exhibent. Smyris extergit, dentibus purgandis accommodatus. Qui in ſpongiis inueniuntur lapilli, renum calculos frangunt. Similes his vireis habent qui in [m] Argæo Cappadociæ monte naſcũtur. Similiter & ophites dictus, qui adalligatus contra viperarum morſus confert. Oſtracites, hoc eſt, cruſtaceus, & geodes à terra quam intra ſe complectitur appellatus, abundè ſiccare feruntur, ideoque inflammatis tumoribus mederi. Naxiæ cotis detrimentum refrigeratorium eſſe dicunt, vt & virginum mammas & puerorum teſticulos ne creſcant reprimat. Quod verò ex olearia cote detritum fuerit, abſterſoria vi donatum alopecias explet. Hieracitin & Indicum lapidem alligatum contra hæmorrhoidas valere perhibẽt. Sapphyrus potus, ſcorpionum ictibus aduerſatur. Aphroſelenes, comitialibus potui datur. Armeniacus, inferiorem ventrem purgat, ſed ſtomacho nocet.

Molaris. Phrygius. Ageratus. Aſiæ petræ flos. Gagates. Magnes. Arabicus. Alabaſtrites. Smyris. Spõgiarum lapilli, & Argæi mõtis. Ophites. Oſtracites. Geodes. Cos Naxia. Cos olearia. Hieracitis & Indicus. Sapphyrus. Aphroſelenes. Armeniacus.

Lithoſpermon.

LITHOSPERMON, quod alij Lioſporon, alij Heraclion vocant, herbæ aëthonychi dictæ, ſemen eſt lapidoſum, album, quod cum vino albo potum calculos frangit, & vrinas eiicit.

Linoſpermon, lini ſemen.

LINI ſemen ex primo gradu calidum eſt, inter humectantia ſiccantiaque medium, manducatum flatibus creandis eſt, etiam ſi frictum fuerit.

Linozoſtis, herba mercurialis.

HERBA mercurialis aluum liberaliter ſubducit, inducta cataplaſmatis modo diſcutit. Sciendúmque eſt eius ſemen infricatum corporis excreſcentias præter naturam, quæ

vulgus

vulgus vocat narphia, abolere, ſicut experientia comprobatum eſt. Sed viride ſemen eſſe oportet, & frequenter ipſum tuberculis illis infricare.

Litrum, nitrum.

LITRVM medium inter aphronitrum & ſalem virtute eſt. crematum magis extenuat diſcutítque, & ſi intrò ſumatur, craſſos viſcoſoſque humores [o] plus cæteris incidit & extenuat. Chalaſtreum verò (eſt autem Chalaſtra [p] Theſſaliæ locus) acrius ſiccantiúſque eſt, quare ad capitis deſtillationes & articularios cruciatus eo vtuntur.

Plin. lib. 31. cap. 10. Optimum copioſumq́; in Clytis Macedoniæ, quod vocãt Chalaſtricum, candidum, purumq́; proximum ſali.

Lonchitis.

LONCHITIDIS, cui ſemen triangulũ eſt, cuſpidis modo, radix dauco æqualis vrinam mouet: eius verò quæ ſcolopendrio reſpondet, folia viridia, vulnera glutinant, ſicca verò cum aceto pota lienibus ſcirrho induratis, medentur.

Lycopſis.

LYCOPSIS radix quum ſit aſtrictoria, cum polenta admota in cataplaſmate Eryſipelatis authore Dioſcoride conuenit: ſi læuis cum oleo inungatur, ſudores elicit.

Lycium.

LYCIVM ex diuerſis genere ſubſtantiis conſtat, calida, tenui, & diſcutiente, terreſtri verò frigida & leuiter aſtringente, vt in ſecundo abſceſſu deſiccet, calefaciendo refrigerandoque medium eſt. hac de cauſa ceu abſterſorio in oculis obſcuratis eo vtuntur, tanquam aſtringenti, in cœliacis, dyſentericis, & maleficis vlceribus: at contra inflammationes, vt diſcutienti. cæterùm primas obtinet Indicum.

Lyſimachium.

LYSIMACHIVM vim habet excellenter aſtrictoriam, qua & vulnera glutinat, & ſanguinem cõpeſcit, tum ipſum, tum ipſius ſuccus, dyſentericos & potum & ab inferioribus partibus iniectum, ſanat.

Lychnis.

LYCHNIDOS coronariæ ſemen calidum eſt & ſiccum in ſecundo abſceſſu, eoque abſoluto.

Lotus herba.

LOTVS domeſtica, quam nonnulli triphyllon appellant, abſterſorias vireis obtinet & modicè ſiccanteis, calore temperata eſt. At ſylueſtris loti ſemen ad ſecundum calefacientium ordinem refertur, habet autem nonnihil etiam abſterſorium.

Lotus ſylueſtris.

ſorium. Aegyptiæ ſemen in panes quoque effingitur.

Lotus arbor.

LOTVS arbor extenuat, ſiccat, & mediocriter aſtringit, qua de cauſa ad fluxum muliebrem, alui fluores pota cum vino aut aqua, aut etiam in aluum data, ſalutaris eſt, pilos defluos confirmat.

QVÆ AB M AVSPICANTVR.

Macer.

MACER cortex eſt qui ex India importatur, tertio ordine ſiccat, inter calorem & frigiditatem medium obtinet: eſt etiam aſtringens tenuisque, vnde cœliacis & dyſentericis auxiliaris habetur.

Malobathron.

MALOBATHRI folium æquales ſpicæ nardi vireis repræſentat.

Malache, malua.

† MALVA ſylueſtris mediocriter diſcutit & emollit: hortenſis autem, ceu humidior, etiam imbecillior eſt: ſemen tantò viribus præſtat, quantò & ſiccius eſt.

† *Plura apud Aetiū de hac legūtur. Goup.*

Mamiras.

MAMIRAS veluti radicula herbæ cuiuſdam eſt, ceu geniculis frequentibus nodoſis, quæ cicatrices & albugines extenuare creditur, exterendi nimirùm facultate prædita.

Mandragoras, mandragora.

MANDRAGORA tertij refrigerantium ordinis eſt: mala ipſius caliditatem quampiam & humiditatem referunt, vndè ſoporem grauem homini poſſunt accerſire: at radicis cortex vehementiſſimus, non refrigerat modò, ſed etiam ſiccat: interior eius pars imbecillior eſt.

Manna thuris.

MANNA thuris ſimileis thuri vireis habet, ſed remiſſas & ſenſim aſtringentes.

Marathron, fœniculum.

FOENICVLVM calefacit in tertio ordine, in primo ſiccat. hinc etiam lacti generando eſt, & ſuffuſis auxiliatur.

Maſtiche.

MASTICHE, Chia quidem calefacit ſiccátque in ſecundo abſceſſu: cæterùm compoſitæ eſt facultatis, aſtrictoriæ ſimul & emollientis: hanc ob rationem ſtomachi, ventris, inteſtino

inteſtinorũ & iocinoris inflammationibus conuenit. Aegyptia, nigriore colore quodammodo, ſiccat magis & diſcutit, minùs aſtringit, hinc furunculos quoque diſſipat.

Melan, atramentum Indicum.

ATRAMENTVM Indicum authore Dioſcoride in genere leniter aſtringentium eſt, quæ inflammationes laxosq́ tumores, œdemata vocant, rumpunt, vlceraque purgant.

Melanteria, creta ſutoria.

CRETA ſutoria impenſè aſtringit extenuátque.

Melan, atramentum ſcriptorium.

ATRAMENTVM quo ſcribimus abundè & ipſum deſiccat: ſolutum verò poſca ambuſtis ſi illinatur, præſenti eſt remedio.

Melanthion.

MELANTHION in tertio ordine calefacit & deſiccat. eſt etiam tenui natura præditum: vnde deſtillationibus in fauces, olfactu prodeſt, intus aſſumptum diſcutiendis flatibus ſingulare: eſt etiam amarum, vnde tineas interficit: abſtergit & incidit, hinc orthopnœis quoque conuenit. item lepras exterit, myrmecias eiicit, & menſtrua incitat.

Meli, mel.

MEL calefacit & ſiccat ordine ſecundo, abſtergítque inſigniter: coctum verò minùs quidem acre redditur, deterſorium, & ventri ſubducendo accommodum, ſed magis nutrit. Amarum mel, ſicut & id quod in Sardinia fit, miſtas habet vireis, terreſtrem & calidam. At mel Sachar quod ex fœlici Arabia conuehitur, minùs dulce noſtro eſt, ſed æqualeis vireis obtinet, præter quàm quòd nec ſtomacho noceat, nec ſitim faciat, quemadmodum hoc Noſtras.

Mel amarum.

Mel Sachar.

Melia, fraxinus.

FRAXINVS nota arbor eſt, folia eius pota viperarum morſibus ſuccurrunt: cortex crematus, illitúſque ex aqua lepras ſeparat, ligni verò ramenta ſi bibantur, letalia eſſe ferunt.

Melilotos, ſertula Campana.

SERTVLA campana mixtis facultatibus pollet: aſtringendi, diſcutiendi & concoquendi.

Meliſſophyllon, apiaſtron.

APIASTRVM viribus marrubio per omnia reſpondet.

Memecylos

Memecylos.

MEMECYLOS arbuti fructus, in litera C comprehenſus eſt.

Meſpila.

MESPILA, alij tricocca quaſi trigrania vocant, fructus eſt affatim acerbus, & vix eſculentus, aluúmque continens: germina foliaque meſpili impenſè acerba ſunt.

Medion.

MEDII radix vireis ſemini contrarias præ ſe fert, quippe auſtera eſt, & fluxiones comprimit, ideoque muliebrem fluxum ſiſtit: ſemen quum tenuis incidentiſque ſit facultatis, menſeis quoque proritat.

Mecon, papauer.

PAPAVER multiplex eſt: hortenſis quidem, quod etiam Thylacitin, ceu Vtricularium vocant, ſemen eſt eſculentum, ſi cum pane aſſumatur, mediocriter ſomnum concilians. *Hortenſe papauer.* At Rhœas appellatum, inde quòd ſemen ipſius celeriter defluat, validius hortenſi eſt: manducatur itaque non per ſe, ſed momentum copioſiori melli mixtum. *Rhœas.* Quod veluti decidenti, ac depreſſo calyce eſt, nigrum ſemen habet & medicatum, nimis quàm frigidum. *Nigrum.* [r] Quod prolixiore & proceriore conſtat calyce, medicatius quàm cætera omnia exiſtit, vt etiam ſtuporem inducat, quouſque interimat. *Sylueſtre.* Nam & ipſum & eius lacryma, quam per excellentiam opion nuncupant, quarto refrigerantium abſceſſui aſcribuntur. Corniculatum papauer abſtergendi vireis ſortitur, ideoque radicis ipſius decoctum potu iocinoroſis auxiliatur: folia autem & flores perquàm ſordida vlcera expurgant, cruſtáſque tollunt. *Corniculatum.* Heraclion & aphrodes, id eſt ſpumoſum papauer dictum, ſemen habet pituitæ purgandæ accommodatum. *Spumoſum.*

Mela, mala.

MALIS omnibus frigida & excrementitia ineſt humiditas: & quæ in eorum cenſu reſoluta & aquoſa ſunt, frigiditate cæteris & humiditate præſtant: *Aquoſa.* dulcia, aquoſa quidem, non tamen manifeſtè frigida ſunt, *Dulcia.* auſtera dulcibus quidem frigidiora, ſed minùs humida: *Auſtera.* acida frigida quidem & ipſa, verùm incidendi humores ventriculo inhærentes vim teſtantur: *Acida.* acerba, cuiuſmodi cotonea & ſtruthia ſunt, frigido & terreſtri donata temperamento, ventrem ſupprimunt, vulnera *Cotonea.*

nera

nera glutinant pari modo folia, ſucci, & cortices arborum inter ſe differunt.

Melea, malus Perſica.

MALI Perſicę ſurculi, & folia euidenter amara ſunt, eoq; conciſa tritaque vmbilico impoſita, tineas enecant: fructus autem ipſius, nempe perſicum hoc eſculentum, in ſecundo ordine frigidum humidúmque exiſt: t.

Melea, malus Armeniaca.

MALI Armeniacæ fructus, quæ nunc vocant mala præcocia, conſimiles perſicis vireis refert.

Meon.

MEI radices in tertio ordine calefaciunt, in ſecundo ſiccant, ideoque vrinam & menſeis cient: liberaliùs meon aſſumptum, capitis facit dolores.

Milax.

MILAX tam læuis quàm aſpera, arbores amplexa, calidam acrémque facultatem poſſidet.

Miſy.

MISY medicamentum eſt ex iis quæ cruſtam faciunt & adurunt, valentérque aſtringunt, minùs autem quàm chalcitis erodit, quoniam tenuius ea eſt: cæterùm chalcitis & ſori vetuſtate in miſy mutantur, vt ait Galenus à ſuperficie incipiente ſtatim mutatione.

Molybdæna, plumbago.

PLVMBAGO argenti ſpumæ vireis habet à medio temperamento ad frigidius digreſſa.

Molybdos, plumbum.

PLVMBVM refrigeratoriæ virtutis eſt, habet & humidæ ſubſtantiæ plurimum, quod ex frigore coaluerit. Quod ſi id perfundatur teratúrq; aut vino, aut immoturo oleo, aut quodam ſucco refrigerante, ad naturalium & ſedis vlceroſas inflammationes excellentiſſimum erit remedium: lamina verò plumbea ſuper lumbos geſtata, veneris inſomnia cohibet. Item bractea tenuis ganglio impoſita, ipſum diſſipat. Concrematum plumbum validiùs quidem ſiccat, ſed & acrimoniæ nonnihil obtinet: ſi eluatur, tum ſine roſione ſiccat, tum maleficis vlceribus præſentaneum eſt remedium.

Moræa, morus.

MORI fructus maturus quidem aluum ſubducit, & medicamentis ſtomaticis, & aliis quæ moderatam requirunt

aſtrictio

aſtrictionem vtiliter miſcetur: immatururus vbi exaruerit, perquàm obſtruens fit medicamentum. cortex autem radicis arboris etiam amaritudinis cuiuſdam particeps, purgare poteſt, eóque latas ventris tineas occidit: foliorum autem ſurculorúmque vis, ſubducentium & comprimentium media quodammodò exiſtit.

Myagros.

MYAGRI ſemen pingue eſt. quod in eo oleoſum habetur, opplendi vires repræſentat.

Myaces mituli.

MITVLI combuſti, eundem cum buccinis effectum præſtant. propriè verò eloti palpebrarum aſperitatem & albugines cum melle exterunt: caro ipſorum canum morſibus vtiliter imponitur.

Myaron.

MYARON, quam alij melampycnon appellant, herba ferulacea eſt & pinguis: videtur autem ipſius pinguitudo corporis aſperitates læuigare.

Myelos, medulla.

MEDVLLA facultatis eſt quæ indurata ac in ſcirrhum concreſcentia corpora emollit. Laudatiſſima eſt ceruina, mox vitulina: taurina verò hircináque acrior eſt, magíſque ſiccat, & quæ in artubus continetur, pinguior eſt magíſque emollit: quæ de ſpina elicitur, durior ſqualidiórque eſt.

Mycetes, fungi.

FVNGI frigidi & humidi admodùm temperamento ſunt: nonnulli ipſorum manducati, etiam exitium adferunt, præſertim qui inter ipſos natura conſtant putridæ qualitatis participe.

Myoſote, muris auricula.

MVRIS auricula dicta eſt alſine.

Myxa.

MYXA arboris fructus eſt minor quidem prunis, facultate verò conſimilis.

Myrica, tamarix.

TAMARIX incidit extergítque ita vt manifeſtè non ſiccet, habet autem aſtrictionem nonnullam, qua de cauſa decoctum ipſius potum lienes adiuuat, item dentium doloribus medetur: fructus autem & cortex ipſius gallæ virtute

proximus eſt: cinis arboris vehementiùs exiccat.

Myriophyllon, milleſolium.

MILLEFOLIVM tantam ſiccandi vim poſſidet, vt vulnera conglutinet.

Myrrha, vel myrrhis.

MYRRHA in ſecundo ordine calefacit, ac nonnihil etiã extenuat, radix ipſius odorata dulcíſq; eſt, menſibus mouendis, & humoribus ex thorace & pulmone repurgãdis idonea.

Myrrhine, ſeu myrſine, myrtus.

MYRTVS ex diuerſis compoſita eſt ſubſtantiis. pollet in ea terreſtris frigiditas, qua valenter ſiccat: at myrtula quæ ſoboles myrti eſt, tuberoſa, caudicem ipſius & ramos amplexa, vehementiùs aſtringit & ſiccat. iam vero & folia aridiora viribus magis ſiccant: item fructus ſuccúſq; tum foris applicatus, tum intus aſſumptus perſimileis vires præ ſe fert. *Myrta.*

Moly.

MOLY, quod nonnulli rutam ſylueſtrem, alij zarmalam dicunt, Syrij beſaſam, tertio calefacientium ordini annumeratur, ſubſtantia tenue, hinc craſſos humores viſcoſóſq; incidit, diſcutit & vrinam promouet.

QVÆ AB N INCIPIVNT.

Naſcaphthon.

NASCAPHTHON, ſunt qui nacaphthon dicunt, Indicum eſt odoramentum, quod ad aſtrictos fœminarum locos ſuffitu vaporetur.

Napi ſinapi.

SINAPI calefacit ſiccátque in quarto abſceſſu.

Nardoſtachys, ſpica nardi.

SPICAE nardi radix calfacit in primo, ſiccat in ſecundo ordine. particeps eſt etiam aſtringentis cuiuſdam qualitatis, acris, & ſubamaræ. iocinori igitur prodeſt & ſtomacho extrinſecus admota & ebibita, vrinam mouet & interaneorum fluxiones deſiccat: ſed Indica valentior eſt quàm Syriaca, & nigrior.

Nardus Gallica.

NARDVS gallica ſuperiori vireis habet ſimiles quidem, ſed imbecilliores, præterquàm ad vrinam ciendam: calidior enim eſt quàm illa, minúſque aſtringit.

Nardus montana.

NARDVS montana, quæ nonnullis thylacitis, pyritíſque dicitur,

dicitur, commemoratis eſt infirmior.

Nartex, ferula.

FERVLAE ſemen extenuat calfacítq;: medulla ipſius viridis adhuc, aſtringit, eóque ſanguinem ſpuentibus & cœliacis accommodata eſt.

Narce, torpedo marina.

TORPEDO marina viuens capiti impoſita dolores eius arcet, idque forſan eodem illo torpore quem membris eam contingentibus inducit: oleum in quo viua decocta fuerit, ad acriores articulorum cruciatus leniendos inungitur. eadem torpedo anum procidentem coërcere appoſita fertur.

Narciſſus.

NARCISSI radix adeò deſiccat, vt maximis vulneribus ſit glutinandis, imò etiam tendinum præciſionibus confert: cæterùm abſtergendi & attrahendi vim quandam habet.

Neuras, ſeu poterion.

NEVRAS, quod alij poterion vocant, ſine roſione deſiccat, vt & ipſa neruos præciſos glutinet: radices autem potiſſimùm hunc effectum præſtant, & impoſitæ, & potæ.

Nerion, aut rhododaphne.

NERION extrinſecus applicatum vim refert diſcuſſoriam: ſi intus aſſumatur, occidit.

Nymphaea.

NYMPHAEA vireis habet ſine roſione ſiccas, quibus & ventrem reprimit, & genituram arefacit: verùm alba radice donata valentior eſt, eóque fluxum muliebrem cum vino nigro & auſtero pota perſanat: quæ nigram refert, deterſoria quoque vi nonnulla pollet, eáque vitiligines, alphos dictas cum aqua exterit: alopecias cũ pice liquida illita replet.

QVÆ AB Ξ ORDIVNTVR.

Xanthion, aut phaſganion.

XANTHION phaſganiúmve fructum fert diſcutiendi viribus præditum.

Xiris, aut Xyris.

XIRIS naturæ tenuis eſt, diſcuſſoriæ, & extrahentis, ac nimirùm ſiccatoriæ, præcipuè ſemen, quod & vrinam cit, & lieni in ſcirrhum indureſcenti medetur.

Xiphion, gladiolus.

GLADIOLI radix trahit, diſcutit, & ſiccat.

QVÆ INITIVM HABENT AB O.

Oë, ſorbus.

SORBVS arbor cuius fructus oä, à nonnullis ὄα dicitur, aſtringendi vim obtinet, ſed minorem meſpilo.

Othonna.

OTHONNAM, alij herbæ eſſe ſuccum in Arabia ad Aegyptum naſcentis affirmant, alij lapidem Aegyptium: detergit autem erodítque, omnia quæ claritati oculorum officiunt, exterens.

Oenanthe.

PLVRIMVS ſanè vſus ſylueſtris vitis florem abundè aſtringentem eſſe fatetur: & ventrem potiſſimùm corroborare. Dioſcorides autem aliam deſcribit œnanthen contrariis donatam viribus, vndè ſecundas eam eiicere, & vrinæ ſtillicidio, morbóque regio mederi tradit.

Oenos, vinum.

VINVM ex iis eſt, quæ in ſecundo ordine calefaciunt, ſiccántque: quod admodùm vetuſtum eſt, in tertio. Muſtum verò in primo.

Oeſypus, lanæ pinguitudo.

OESYPVS in ſermone de lanis explicata eſt.

Olynthi, groſſi.

GROSSI acrem & diſcuſſoriam vim obtinent, liquoris gratia qui in ipſis continetur. cocti igitur duros tumores diſſipant: crudi myrmecias & thymos exterunt.

Oloſtium.

OLOSTIVM ſiccat aſtringítq;. hinc eo ad rupta vtuntur.

Omphacium.

OMPHACIVM ſuccus eſt vuæ immaturæ, aſtringens egregiè & ſiccans in tertio abſceſſu: eóque fluidis affectibus & præſertim ſtomachicis, accommodatur.

Oenagra.

OENAGRA, quam nonnulli œnotheram, alij œnothurin dicunt, frutex eſt arboreus, cuius radix inducta, ferocientia vlcera mitigat.

Onoſma.

ONOSMA, vel onomis, vel phlomitis, vel ononis, acrem amarámque vim obtinet: eámque ob cauſam folia eius cum vino pota fœtus occidunt expellúntque.

Onobrychis.

ONOBRYCHIS vi rareſaciendi & diſcuſſoria, tubercula, quæ phymata dicuntur, diſſipat, vrinæ ſtillicidio medetur, & ſudores prouocat.

Oni, aſini ſeu multipedæ.

MVLTIPEDAE quæ ſub aquariis vaſis agunt, & in orbem ſe conduplicant, diſcutiunt ſiccántque, potæ cum vino vrinæ anguſtiis & arquato medentur, anginæ itidem cum melle iiſdem illinuntur. Item detritæ cum roſaceo calfactæque in mali punici cortice, auribus dolentibus ſalutariter inſtillantur.

Onyches, conchulæ Indicæ.

ONYCHES conchyliorum Indicorum opercula ſunt, quæ ſuffitu ſtrangulatione vuluarum concidentes fœminas excitant, item comitiales: potæ verò aluum turbant.

Ononis.

ONONIS radice conſtat quæ in tertio ferè gradu calefacit, cortex ipſius extergit, & incidit, vndè etiam calculos conterit.

Oxos, acetum.

ACETVM mixtæ eſt naturæ frigidæ & calidæ, ſed vtriuſque tenuis: frigida tamen calidam excellit. cæterùm in tertio ordine ſiccat.

Oxyacanthos.

OXYACANTHVS arbor piro ſylueſtri & figura & viribus ſimilis eſt, habet & ſubtile quippiam coniunctum: ſed fructus ipſius myrti baccis reſpondet.

Opos, liquor.

LIQVORES, & Cyrenaicus, & Medicus, & Syriacus per excellentiam dicuntur, calidi natura, & ſpirituoſi inſigniter: verùm Cyrenaicus cæteris eſt calidior tenuiórque.

Origanum.

OMNIA origani genera incidendi, extenuandi, ſiccandi, & calefaciendi vireis in tertio abſceſſu oſtendunt.

Oreoſelinum, apium montanum.

APIVM montanum viribus domeſtico æquale eſt, ſed inualentius

Orobanche.

OROBANCHE ſicco & frigido temperamento eſt, ſecundum primum ordinem.

Orobos, eruum.

ERVVM calefacit in primo gradu, ſiccat in ſecundo, amarúmque eſt, quapropter incidit, detergit, obſtructa aperit: liberaliùs ſumptum ſanguinem per vrinam expellit.

Orminon.

ORMINON marrubio ſpecie ſimile eſt, calidum, mediocriter ſiccum & abſtergens: venerem igitur ſtimulat, & oculorum craſſities cum melle repurgat, tumores laxos quæ œdemata vocant diſcutit, & extrahit aculeos. Syluestre domeſtico eſt valentius.

Oryza.

ORYZA vim quandam aſtrictoriam præ ſe fert: qua etiam ventrem mediocriter cohibet.

Orchis herba.

ORCHIS herba (nominatur autem etiam cynoſorchis, id eſt, teſticulus canis,) radicem habet bulboſam & duplicem: vis autem maioris, humida & calida, eóque veneri incitandæ eſt: minoris, calida & ſicca, contrà igitur venerem coërcet.

Orchis, ſerapias.

ORCHIS, quæ & Serapias dicitur, aliis triorchis, priore valentiùs deſiccat, quare laxos tumores cedentéſq; diſſipat, vlcera ſordida & putredini obnoxia repurgat, herpetas abigit: inarefacta autem magis ſiccat. Quoniam verò ſubſtringere idonea eſt, aluum quoque cum vino pota retinet.

Oſyris.

OSYRIS, [t] ex qua medicamenta ad exterendam læuigandámque cutem, Græci coremata vocant, fieri ſolent, amara eſt, & iecoris laxandi vireis habet.

Oſta, oſſa.

OSSA concremata vehementer diſcutiunt ſiccántque: *Talus ſuillus.* præſertim id facere dicuntur humana: atqui ſuillus talus combuſtus inflationibus & circa vmbilicum torſionibus mederi dicitur. quinetiam oſſa cremata ſi potui quis exhibeat, morbum comitialem, & articularios dolores abigunt. *Bubulus.* Bubulus talus vſtus, mobileis firmare dentes prædicatur, cum melle potus teretes tineas educit, cum oxymelite lienem

nem conſumit, & vitiligines, quas vocant leucas, illitus abolet, item ad venerem commendatur: fœmora bouis cremata potu ſanguinis eruptiones, & alui fluxum compeſcunt.

Oſtraca, teſtæ.

TESTAE fornacium tritæ ſiccant extergúntque, hinc dentifriciis accommodantur, illitæ cum aceto prurigini, puſtulis, quæ appellantur exanthemata, conferunt, cerato exceptæ ſtrumas diſcutiunt.

Oſtrea.

OSTREORVM teſta cremata æqualem buccinis vim, ſed minùs craſſam repræſentat. abſtergit igitur faciei labes, & dentibus nitorem conciliat: elota roſionem amittit, ad carnem cicatricémque humidis vlceribus inducendam accommodata.

Ouron, vrina.

VRINA quælibet calida eſt & acris, ſed humana omnium aliorum animalium, exceptis maialibus, infirmior eſt. cæterùm vehementer abſtergit: quapropter nonnulli potione eius in peſte vſi, mortem euaſerunt, eadem lepras, vlcera putredinem experta, capitíſque manantia vlcera, quæ vocantur achores, & furfures perſanat. item pedum attritus nondum inflammatione occupatos. At pueri venerem non experti vrina omnium efficaciſſima eſt, vndè etiam chryſocolla conficitur. Mulorum, articularibus doloribus congruit. Caprarum & camelorum, aluum deiicit. ideóque contra aquam ſubter cutem bibitur. *Vrina hominis.* *Maialium.* *Pueri.* *Muli.* *Capræ & cameli.*

QVÆ A Π INCIPIVNT.

Pancration.

PANCRATION & ſpecie & viribus ſcillæ ſimile eſt, verùm imbecillius.

Paliuron.

PALIVRI folia & radix aſtringunt, eóque aluum fluentem ſiſtunt, tubercula, quæ dicuntur phymata, non nimis calida diſcutiunt: Semen eius tam vehementi inciſoria virtute valet, vt & calculos conterat, & excreationibus è pectore auxilietur. *Paliuri ſemen.*

Panaces.

PANACES Herculeum eſt ex quo opopanax dictus cõficitur, in tertio ordine calefaciens, in ſecundo ſiccans, emolliens, diſcutiénſque: radicis cortex liquore imbecillior, habet

nonnihil & abſtergens, & carni ducendæ idoneum: ſemen ipſius menſeis quoque citat. Aſclepion panaces & Chironium priori calidiora ſunt, hinc floribus ipſorum & ſemine ad malefica vlcera & phymata vtuntur.

Papyrus.

PAPYRVS ignem non experta, materia quædam efficitur: vſta, ſiccat chartæ crematæ modo, verùm papyri cinis viribus inferior eſt.

Paronychia.

PARONYCHIA inde nomen accepit quòd digitorum reduuiis, quæ Græcis dicuntur paronychiæ, medeatur. vis eius eſt extenuare & ſiccare, idque citra roſionem.

Pentaphyllon, quinquefolium.

QVINQVEFOLIVM in tertio ordine deſiccat, minimè acre, eóque in multos vſus accommodatur.

Peplon, herba.

πέπλος

PEPLON nonnulli papauer ſpumeum dicunt: & hic frutex liquorem habet, & tithymalorum modo purgat.

Peplion.

πεπλίς

PEPLION quoque liquorem habet, & magna ex parte maritimis locis naſcitur, cætera quidem inutile, ſemen autem ipſius feruidi ſaporis vt peplum expurgat.

Peperi, piper.

PIPERIS radix coſti vireis refert: fructus nuper quidem germinantis arboris, oblongum eſt piper, humidius natura & calidum: fructus veluti acerbus, immaturúſque, album eſt piper, nigro acrius, vt quod impendio magis aſſatum ſit: vtrunque verò & calefacit & deſiccat.

Pepon.

PEPON abſterſoriæ facultatis eſt, inde veluti caro ipſius ephelidas & conſimilia faciei vitia exterit, ſemen renes obſtructione liberat.

Periclymenon.

PERICLYMENI folia & ſemen incidendi ſimul & calefaciendi vireis obtinent, quapropter vrinam cruentam excernunt, ad ſex dies pota: [u] ſemen autem ad quadraginta dies potum lienoſos & ægrè ſpirantes adiuuant.

Periſtereon, verbenaca.

VERBENACA adeò deſiccat aſtringítque, vt vulneribus glutinandis, † & ſanguinis eruptioni ſiſtendæ ſit.

† Itaque ea vtuntur in malignis vlceribus & ad partes vicinas ſerpentibus. In Antiquis Græcis ſic. Goup.

Perſea,

Perſæa, ſeu perſica.

PERSAEA arbor eſt Aegypti, cuius folia & ſiccant & aſtringunt, eoque ſanguinis eruptionem compeſcunt.

Petaſites.

PETASITES tertio ſiccantium ordini aſcribitur, vnde ad malefica & phagedænica vlcera eam vſurpant.

Petroſelinon.

PETROSELINI ſemen calidum ſiccúmque eſt in tertio abſceſſu, vi inciſoria præditum, vrinam, menſeiſque copioſè trahit, flatibus diſcutiendis accommodatiſſimum.

Peucedanum.

PEVCEDANI liquore & ſucco affatim calefacienti, diſcutienti, extenuantique vtimur, tum naribus admoto, tum in potione aſſumpto, ad pulmonum & pectoris vitia ex humorum craſſitudine contracta: item ad lienem ſcirrho induratum. dentibus autem perforatis impoſitus, dolorem protinus ſopit, neruorúmque affectibus idoneus eſt: radix ſquamas oſſium ſeparat, maleficis vlceribus ſuccurrit, in tertio ordine & calefaciens & deſiccans.

Peucæ, pinus, vel pinaſter.

PINVS piceæ viribus reſpondet, ſed moderatior eſt.

Peganum, ruta.

RVTA ſylueſtris ad quartum calefacientium ſiccantiúmque ordinem refertur: ſatiua, ad tertium, cuius vis eſt craſſos lentóſque humores incidere, & diſſipare, vrinam mouere, attenuare, & flatus diſcutere, vnde & venerem coërcet.

Piſſa, pix.

PIX arida quidem in ſecundo abſceſſu deſiccat, minùs calefacit: liquida econtrario, imò etiam extergit, maturat, diſcutit, acriſque eſt: eámque ob cauſam vngueis ſcabros educit, impetigines exterit, tumores maturat. Valentior autem eſt liquida, vt etiam ſuſpirioſis & purulenta excreantibus, lincta ſubueniat: ſed arida vulneribus magis glutinandis eſt.

Piſſelæon, oleum picinum, ſeu picis flos.

PICINVM oleum ex liquida fit pice, qua natura tenuius exiſtit.

Piſtacia.

PISTACIORVM fructus eſus ſtomacho mediocriter conducit, iecur obſtructum laxat, præcipuè ſummi & odo-

rati eorum operimenti ex vino decoctum. proſunt etiam cōtra ſerpentium morſus.

Pityides.

PITYIDES fructus ſunt picearum, miſtæ facultatis, aſtrictoriæ & acris, quam ob rem reiectionibus è pectore opitulantur.

Pityocampæ, picearum erucæ.

PICEARVM erucæ eiuſdem ſunt virtutis quàm cantharis & bupreſtis obtinet.

Pityos phlæos, piceæ cortex.

PICEAE cortex aſtringendi vim eximiam poſſidet, qua intertrigines & ambuſta illitus perſanat, ventrem potus reprimit: folia etiam vulnera conglutinant.

Pityuſa.

PITYVSAM quoque nonnulli tithymali ſpeciem affirmant, quoniam & liquorem habet, & perinde vt illæ purgat.

Platanus.

PLATANVS vi humidiore & frigidiore pollet, eaque de cauſa folia viridia ad inflammationes naſcentes proficiunt: cortex & pilulæ quoniam maiorem ſiccandi potentiam habent, in aceto decoctæ dentium dolores ſopiunt, ambuſta cum adipe perſanant. Cortex autem crematus ſiccat vehementiùs & abſtergit, eoque lepras pellit, & humidis vlceribus medetur.

Pneumon, pulmo.

Pulmo agni. Suis. Vulpis. Marinus.

PVLMO agninus, ſuillúſque attritus pedum ex calceis curare creditur: vulpinus ſale inueteratus ſi bibatur, ſuſpirioſis proficit: marinus recens detritus podagris & pernionibus ſuccurrit.

Polemonium.

POLEMONIVM, quod aliis philetærion dicitur, tenue eſt, & ſiccandi viribus donatum, inde nōnulli contra coxendicis dolores, dyſenterias, lienem ſcirrho induratum, radicem eius cum vino propinant.

Polium.

POLIVM minus, quo & in antidotis vtimur, tertij calefacientium ſiccantiúmque ordinis eſt: itaque omnia viſcera obſtructa laxat, vrinam menſeíſque trahit: viride adhuc, magna glutinat vulnera, aridum maleficis inſperſum vlceribus proficit.

Polygalon.

POLYGALON folia habet guſtu mediocriter acerba: potum, lac quoque generare putatur, calidi humidiq́ue temperamenti compos.

Polygonaton.

POLYGONATVM variæ particeps eſt facultatis, aſtrictoriæ, acris, amaræ, & cuiuſdam guſtu ingratæ, quæ verbis nequeat exprimi: quapropter in multipliceis vſus haud eſt accommodatū. radicem ipſius nonnulli vulneribus inducūt, & faciei labes, ᵡquas ptilos dicunt Græci, eo abſtergunt.

Polygonon, ſanguinaria.

SANGVINARIA habet ſanè vim quandam aſtringendi, ſed humiditas in ſecundo ordine frigida in ea præpollet, ſtomachi feruori frigida inſpergitur vtiliter, eryſipelatis, inflammationibúſque calidis illinitur: ac talis quum ſit, fluxiones repellit, atque hac ratione ſiccatoria eſſe putatur. fœmina autem mas efficacior eſt.

Polycnemon.

POLYCNEMON in ſecundo ordine calefacit & deſiccat, eoq́ue vulnera glutinat.

Polypodium, filicula.

POLYPODIVM ſiccat abundè citra morſum: potum, inferius purgationem molitur.

Pompholyx.

POMPHOLYX ſine roſione ſiccat, ideoq́ue cancroſis vlceribus aliiſque maleficis opitulatur: item cum ocularii medicinis miſcetur.

Porphyræ, purpuræ.

PVRPVRAE crematæ teſtis ſimilem vim ſortitæ ſunt, opercula ipſarum cum oleo incocta pilos fluidos confirmant, cum aceto pota lienes tumidos ſanant: ſuffitu fœminas locorum ſtrangulatu concidentes excitant, ſecundáſque eiiciunt.

Potamogeton.

POTAMOGETON refrigerat & aſtringit, perinde vt herba ſanguinalis iiſdem virtutibus præditum.

Poterion.

POTERII, quod alij phrynion dicunt, radices conciſæ neruos præſectos & vulnera conglutinant. decoctum ipſius epotum neruorum affectibus auxiliatur.

Praſion, marrubium.

MARRVBIVM in ſecundo ordine calefacit, amplius autem ſiccat, iecur lienémque obſtructum laxat, excreationes è thorace & pulmonibus, menſeiſque promouet: in cataplaſmate verò inductum extergit, diſcutitque, præcipua extерſoria inciſoriaque vi præditum.

Praſon, porrum.

PORRVM mali ſucci eſt & acris. vt autem Dioſcorides memoriæ prodidit, grauia facit inſomnia, aluúmque bonam, vrinam ciet, & extenuat: habet & abſtergendi vim aliquam, qua pectoris excreationes elicit ptiſanæ incoctum, ſemen verò ipſius nephriticis temperatur medicinis: folia etiam nonnihil aſtringunt, ac eam ob cauſam ſuccus ipſorum ſanguinem ſupprimit.

Prinos, ilex.

ILEX ſimileis quercui vireis habet, ſed multò ea eſt validior.

Propolis.

PROPOLIS calefacit quidem in ſecundo abſceſſu, abſtergit autem mediocriter, tenuiſque naturæ eſt, & meatuum apertoriæ.

Ptarmicæ.

PTARMICAE folia ſternutamenta mouent, totus autem frutex viridis, ſugillata, liuoréſque alios diſiicit: eſt enim herba calida & ſicca, viridis ſecundi ordinis, arida tertij.

Ptelea, vlmus.

VLMVS ſiccare valet & abſtergere, eoq; vulnera glutinare, cortex autem magis, ſi recens faſciolæ modo vulneribus circumuoluatur, cum aceto lepras quoque tollit: radices idem præſtant, ſi oſſa fracta quæ ſolidari tophacea cicatrice, quam Poron dicunt, deſiderant, decocti ipſarum iure perfundantur.

Pteris, filix.

FILIX vim ſiccandi & amaram repræſentat, eaque fœtus corrumpit, latáſque tineas enecat, inſtar quatuor drachmarum cum mulſa pota: quoniam verò modicè conſtringit, vlcera citra roſionem deſiccare poteſt.

Pycnocomon.

PYCNOCOMON diſcutiente vi extrahenti acrique donatum eſt: folia igitur panos & furunculos diſſipant, ſemen

præterea

prætereà infixa corpori ſpicula extrahit, radix flauam bilem purgat.

Pyrethron.

PYRETHRI radix adurentem poteſtatem occupat, dentium qui frigori patuerunt dolores lenit, item ad febrium rigores ante acceſſionem infricatur cum oleo, adhæc iis quorum corpora ſtupent, & reſoluta ſunt, efficaciſſimè adhibetur.

Pyros, triticum.

TRITICVM in primo ordine calefacit, verùm ſiccando humectandoque medium eſt, nonnihil etiam glutinoſum, & obſtruendi efficax obtinet.

Pytia, coagulum.

COAGVLVM omne naturæ acris eſt, tenuis, diſcutientis, & nimirùm ſiccantis. ſed leporinum comitialeis ſanare cum aceto potum, literis mandarunt: florémque muliebrem emendat, lac in ventre concretum ſoluit, ſimiliter etiam ſanguinem: nonnulli verò cruentas pariter è thorace excreationes cohibere ipſum tradunt: equinum verò coagulum cœliacis & dyſentericis prodeſſe: phocæ autem caſtorij vireis præ ſe ferre. *Leporinum coagulum.* *Equinum.* *Phocæ coagulum.*

QVÆ AB P INCIPIVNT.

Rhacos, attritæ veſtis fragmentum.

ATTRITARVM è lana veſtium fragmenta concremata, ſimileis eidem lanæ vireis repræſentant. Linei autem panniculi quùm adhuc vruntur, tenuem ex ſe fumum reddunt, qui etiam deſtillationes in guttur liberet, & vuluæ surſum recurrenti ſalutaris ſit: cremati iam ad lanæ virtutem accedunt. *Linei panniculi.*

Rhamnus.

RHAMNVS ſiccat in ſecundo, refrigerat in primo abſceſſu, quare herpetibus & eryſipelatis non admodùm calidis medetur. ſed teneris eius foliis vtendum eſt.

Raphanus.

RAPHANVS in tertio abſceſſu calefacit, in ſecundo ſiccat: ſylueſtris efficacior eſt, in ambobus autem ſemen valentius. itaque ſugillata, alióſque liuores diſiicit.

Rheon, rha.

RHEON, quod alij rha dicunt, cõpoſitum eſt ex terreſtri

frigida

frigida & tenui ſubſtantia, aëreaque calida & leniter acri: eámque ob cauſam conuulſis, ruptis, orthopnœis opitulatur: quòd diſcutiendi vim habeat, liuores emendat: quòd aſtrictoriam, cruentas excreationes, cœliacos, & dyſentericos ſanat: vtraque verò facultate, iociuoroſos iuuat.

Rhetinæ, reſinæ.

RESINAE omnes & calefaciunt & deſiccant, verùm terebinthina principatum obtinet, diſcutientis naturæ, emollientis, tenuis & abſterſoriæ, eoque ſcabiem corrigit: & larix huiuſmodi eſt. [y] Quæ verò è pinu diſtillauerit, atque hac magis adhuc ſtrobilina, acrior eſt, non tamen aut diſcutit magis, aut attrahit: medium inter ipſas locum tenet, [z] & quæ de picea, & quæ de abiete raditur.

Rhoda, roſæ.

ROSAE mixta conſtant ſubſtantia, aquoſa ſcilicet, calida, aſtringenti, & amara: flos autem ipſarum magis adhuc aſtringit, eoque deſiccat.

Rhodia radix.

RHODIA radix calefacit in ſecundo abſceſſu, tenui & diſcutiente vi prædita.

Rhœa ſiue rhoe, malum punicum.

MALVM punicum omne aſtringendi vires eximias habet, quibus refrigerat ſiccátque: verùm dulce aliis minùs: auſterum magis refrigerat, ſicciúſque eſt, & ſtomacho amicum. acidum refrigerat quoque, & maiorem quandam incidendi virtutem repręſentat. verùm acini ſucco magis aſtringunt, ſiccántque: efficacius his adhuc malicorium, quod Sidion Græci vocant: huic virtute reſpondet mali flos, qui Citinus appellatur.

Rhus.

RHV coriariæ à medicis dictæ fructus præcipuè & ſuccus magno in vſu ſunt, [a] quùm illa aſtringendi ſiccandique vim ex tertio ordine habeat, detergendi è ſecundo.

Rypos, ſordes.

SORDES ex ſtatuis æreis, aut vaſis in quibus multũ olei inhæreſcit, detractæ ſic, vt nõnihil æruginis admixtũ ſit, diſcutiendi vireis habent, ſiccandiq́; mediocriter & emolliẽdi, eoq́; immatura phymata diſcutiũt. At de ſordibus quæ in palæſtris habentur, quas nonnulli etiã Patos vocant, in ſudore dictum eſt. Aurium ſordeculæ reduuiis mederi dicuntur.

Aurium ſordes.

QVÆ

QVÆ AB Σ INCIPIVNT.

Sagapenum.

SAGAPENVM, ceu ferulæ liquor eſt, calidus & tenuis, cui & abſterſoria quædam vis ineſt, qua & oculorum cicatricibus & ſuffuſionibus prodeſt.

Salamandra.

SALAMANDRAE vſtæ cinerem nonnulli medicinis exedentibus, tum iis quæ ad lepram & ſcabiem componuntur, admiſcent.

Sampſuchum.

SAMPSVCHVM calefacit, ſiccátque in tertio abſceſſu, eſt etiam enuis naturæ & diſcuſſoriæ.

Sandaracha.

SANDARACHA adurentis eſt facultatis, quemadmodum & auripigmentum.

Sandyx, vel ſiricum.

SANDYX, aut ſiricum extenuat & ſiccat, non tamen calefacit.

Saprotes, caries lignorum.

LIGNORVM caries, præſertim vlmi, humentia purgat vlcera & explet.

Sapo.

SAPO abſtergendi vim habet.

Sarcocolla.

SARCOCOLLA perſicæ arboris lacryma eſt, opplendi & citra roſionem ſiccandi vireis ſortita, atque ideo vulneribus eſt glutinandis.

[h] *Saxiphages, ſaxifraga.*

SAXIFRAGA vrinam mouet, & calculos conterit.

Satyrion, triſolium.

SATYRION, aut triphyllon humidi eſt temperamenti & calidi, item flatuoſum, vnde veneris appetentiam facit: nonnulli opiſthotonis cum vino auſtero potum ſalutare eſſe tradunt. Galenus in commentario de theriaca trifolium ait hyacintho ſimile eſſe, [c] quum aëre inturgeſcens, ſemen ſylueſtri cnico æquale habet: decocti ipſius ius ſuperfuſum phalangij aut viperæ morſus ſanare: ſano idem potui datum, ſimilem animalium horum ictibus affectum conciliare.

Saura, lacerta.

LACERTAE iecur & caput ſuo loco expoſita ſunt: [d] totum

tum autem caput diſſectum impoſitúmque ſcorpionum ictibus medetur.

Selinon, apium.

APIVM tanti caloris eſt, vt & vrinas & menſeis eliciat: cæterùm flatus diſcutit, præſertímque eius ſemen.

Seris, intybum.

SERIS ſubamarum olus eſt, admodum refrigerans humectánſque: habet etiam nonnihil aſtrictionis.

Seriphum.

SERIPHVM calefacit quidem in ſecundo, ſiccat autem in primo ordine, conſimile abſinthio, minus tamen eo aſtringit, magis calefacit, animalia ventris occidit, mediocriter ſtomacho aduerſatur.

Seſeli.

SESELIS radix magiſq́ue ſemen inſigniter calefacit, tenuíſque ſubſtantiæ eſt, vrinam quoque ciet, comitialibus, & orthopnœæ accommodatum.

Sepiæ teſta.

SEPIAE teſta perſimilis eſt oſtreo quod ad vireis attinet, ſed tenuior ſubſtantia & abſtergens, eoq́ue in cinerem redacta, vngueis cum ſale foſſitio extenuat: ignem non experta ſi infricetur, ficus exterit, & cutis labes abſtergit.

Seſamoides.

SESAMOIDIS albi ſemen calefacit, detergit, & rumpit.

Seſamum.

SESAMVM non parum lentoris, pinguíſque obtinet, idcirco opplere, mollire, & mediocriter calefacere idoneum eſt.

Seps.

SEPS, quam nonnulli chalcidicam lacertam dicunt, in vino pota, propriis morſibus ſuccurrit.

Sialon, ſaliua.

SALIVA hominis ieiuni maximè diſcutit & abſtergit, eoq́; infantium impetigines illita exterit & furunculos cum tritico, nimirùm manſo impoſita maturat, & ſugillata delet, feris hominem occidentibus maximè aduerſatur.

Sideritis.

SIDERITIS Heraclia & helxine dicta eſt. Achillea autem ſideritis illi quidem conſimilis eſt, ſed magis aſtringit, eoq́ue fluidis affectibus accommodata.

Sideros,

Sideros, ferrum.

Ferrvm aqua reſtinctum ſubinde, vehementem deſiccandi vim aquæ conciliat, quæ pota lienoſis conducit: vinum autem in quo id reſtinctum eſt cœliacis, dyſentericis, cholera infeſtatis, ſtomacho reſolutis, auxiliatur.

Sicyos, cucumis.

Cvcvmis eſculentus quidem viridis, refrigerat humectátque in ſecundo ordine: caro ipſius feruidas ſolatur inflammationes, ſemen abſtergendi incidendíque virtute pręditum, vrinas mouet, & corpus nitidum efficit. aridus ſiccat in primo ordine, magíſque abſtergit, & ſemen, & radix.

Sicyos agrios, cucumis ſylueſtris.

Cvcvmeris ſyluatici ſeminis ſuccus elaterium dictus eſt. qui autem è radice & foliis premitur, elaterio ſimilis eſt, ſed imbecillior: radix detergit, diſſipat, emollit: ſuccus ſiccandi vireis habet.

Silybon.

Silybon ſpinoſus frutex eſt, albo chamæleonti perſimilis, eſui accommodatus: radicis liquor drachmæ pondere cum mulſa potus, vomitiones excitat.

Silurus.

Silvrvs ſale conditus ſi edatur arteriam humentem expurgat, applicatus corpori ſpicula educit.

Silphe, blatta quæ in piſtrinis inuenitur.

Blattae quæ in piſtrinis inuenitur interanea decocta contritáque, aurium dolores perſanant.

Silphium, laſerpitium.

Laserpitivm probè calefacit, flatulentum eſt etiam & concoctu peruicax: à foris corpori applicatum efficacius deprehenditur, magíſque liquor ipſius, extrahendi potens, item & ſuperexcreſcentia amoliendi vim quandam obtinet.

Siſon.

Sison calidus eſt, vrinam mouet, concoctionem adiuuat, menſeis educit, & viſcera obſtructa aperit.

Sion.

Sion calidum, vrinam citat & diſcutit, renum calculos frangit, menſeis euocat.

Siſarum, ſiſer.

Sisaris radix cocta ſtomacho vtilis eſt, & vrinæ ciendæ: calida in tertio ordine. ſemen tenue eſt, diſcuſſorium,

validúmque, idcirco iis quos ſingultus & torſiones circa vmbilicum malè habent, cum vino exhibetur.

Siſymbrium.

SISYMBRIVM ſunt qui cardaminem vocant, cardamo, hoc eſt, naſturtio aſſimilatum: aridum quidem calefacit ſiccátque in primo abſceſſu: humidum autem in ſecundo.

Scammonia.

SCAMMONIA calfacit, diſcutit, & bilioſa extergit, magíſque eius liquor, qui iam & phymata diſſipat, fœtus appoſitu corrumpit, lepras exterit, diuturno capitis dolori cum oxyrhodino ſuperfunditur: radix autem tum ipſa, tum decoctum eius potum, purgat: cum aceto autem & farina hordeacea decocta, coxendicum doloribus applicatur.

Scandix.

SCANDIX ſylueſtre olus eſt, calefaciens ſiccánſque in ſecundo gradu, vrinam propellit, & viſcera obſtructione liberat.

Scincos, terreſtris crocodilus

SCINCI carnes renibus proximæ, naturalibus arrigendis bibuntur. rurſus ſemen lactucæ cum aqua potum eadem contraria virium lege videtur remittere: item lentis decoctum cum melle.

Scilla.

SCILLA incidit, calefacit & deſiccat in ſecundo ordine: præſtat autem eam aſſam aut elixam ſumere.

Scolopendra marina.

SCOLOPENDRA marina in oleo elixa inunctáq; pilos abolet: ſ vſta etiam pruritum excitat.

Scolopendrion.

SCOLOPENDRION aſplenon eſt.

Scolymon, carduus.

CARDVVS calfacit, ſiccátque in ordine ſecundo, radix eius cum vino decocta, vrinas fœtidi odoris liberaliter educit, & alarum totiúſque corporis graueolentias corrigit.

Scordion, trixago paluſtris.

SCORDIVM variis pollet facultatibus, vt quod amarum, acerbum, & acre ſit. purgat igitur ſimul & calfacit viſcera, vrinas & menſtrua concitat, refrigerata omnia excalfacit, vulnera glutinat, repurgátque: aridum inſperſum cicatricem inducit.

Scordon, allium.

Allivm calefacit ſiccátque in quarto abſceſſu: at ſylueſtre allium quod ophioſcordon, quaſi anguinum allium, & agrioſcordon dicitur, domeſtico valentius eſt. *Allium ſylueſtre.*

Scordopraſon.

Scordopraſon porri & allij mixtas habet vireis, & guſtatum.

Scorpioides.

Scorpioides excalfacit abſceſſu tertio, ſiccat, ſecũdo.

Scorpius.

Scorpivs terreſtris crudus impoſitus, aut toſtus in cibo, proprij ictus remedium efficitur: marinus autem fel habet oculorum ſuffuſionibus vtile. *Scorpio marinus.*

Scoria, recrementum.

Recrementvm omne validè exiccat: ferri ſtercus aliis amplius, quod excoctum & in tenuiſſimum pollinem detritum cum aceto auribus ſuppurantibus mirificè proficit, item iis qui aconitum biberunt: cum oxymelite potum remedio eſt. Plumbi recrementum eidem reſpondet, ſed magis aſtringit. *Ferri ſcoria.* *Plumbi recremẽtum.*

Smilax, aut cactus arbor taxus.

Smilax vel cactus arbor eſt viroſæ virtutis.

Smyrna, myrrha.

Myrrha è ſecundo calefacientium ſiccantiúmque ordine eſt: capitis igitur vulnera inſperſa glutinat, item amaram vim obtinet, qua tineas, & fœtus occidat: adhæc abſtergit, eóque ocularìis medicinis temperatur, & humores pectori infixos expurgat, ita vt guttur non exaſperet. Bœotica myrrha vireis habet calefaciendi, emolliendi, & diſſoluendi.

Smyrnion.

Smyrnion, quidam hippoſelinon, quidam apium ſylueſtre nominant, calefacit & ſiccat tertio ordine, apio quidem fortius, petroſelino autem inualidius, vrinæ & menſibus educendis accommodatum.

Sonchus.

Sonchvs aſtringit, & manifeſtè refrigerat, tum corpori admotus, tum manducatus: exarefactus autem mediocriter calefacit.

Sparganium.

Sparganivm ſiccandi & hoc vireis refert.

Spartos, geniſta.

SPARTI quo viteis ligant, & ſemen & flos cum mulſa inſtar quinque obolorum pota, per ſuperiora purgant, veratri albi modo ſine periculo: ſemen autem per inferiora quoque purgat: virgulæ ipſius ad coxendicum dolores proficiunt.

Speclarium, lapis ſpecularis.

SPECVLARIVM, alij per ph. ſcribunt ſpheclarium, quo nonnulli loco vitri in feneſtris vtuntur, eóque diaphanes à perſpicuitate appellatur, ſubſtantia gypſeum, vireis habet concrematis teſtis aut oſtreis ſimileis.

Spongos, ſpongia.

SPONGIA recens quæ marinum odorem adhuc reſeruat, ſi cum aqua, aut vino, aut poſca imponatur, vulnera glutinat. cremata acris eſt virtutis, & diſcuſſoriæ: cum bitumine autem & pice liquida vſta, appoſitáque ex igne, ſanguinis eruptiones compeſcit.

Spodium, cinerula.

SPODIVM pompholygi viribus æquale eſt.

Staphylinus, paſtinaca.

PASTINACA vrinas mouet. menſeis proritat, præſertim ſemen ipſius & radix, folia autem abſtergendi viribus prædita phagedænicis affectibus congruunt, & viridia cum melle: ſylueſtris autem paſtinaca ad omnia valentior eſt domeſtica.

Paſtinaca ſylueſtris.

Stachys.

STACHYS marrubio ſimilis frutex tertium in calefaciendo ordinem occupat, menſeis itaque excitat, fœtus, occidit, & ſecundas expellit.

Steata, adipes.

ADEPS omnis humanum corpus & humectat, & calefacit, ſed pro diuerſis animalium temperamentis virtus eius euariat. Suillus igitur omnium humidiſſimus eſt, vt ad olei naturam accedat, vndè etiam roſiones obtundit. Caprillus, ſiccior eſt, & celeriter concreſcit, eóq; iis qui in longanone roſiones experiuntur, ab inferiori parte iniicitur. Anſerinus calidior eſt, maiorémque tenuitatẽ obtinet. Inter vtrunque hunc gallinarum, gallorúmq; adeps conſiſtit. Leoninus calore omneis, & tenuitate ſuperat, & propterea etiam vi diſcuſſoria. Bubulus inter ſuillum & leoninum medius tempera

Suillus adeps. Caprillus. Anſerinus Gallinaceus. Leoninus. Bubulus.

peramento exiſtit. Vrſinus alopeciis medetur. Vulpinus aurium doloribus, quemadmodùm Viperinus pilos abolere, & oculorum ſuffuſiones impedire fertur. In omni autem adipum ſpecie calidior, ſicciórque eſt marium, atque ex his eorum animalium quæ teſtes habent, magis quàm illorũ quibus hi ſunt execti, & vigentium ætate efficacior quàm aliorum. cæterùm vetuſtate omnis adeps redditur calidior. *Vrſinus. Vulpinus. Viperinus.*

Stimmi.

STIMMI præter quàm quòd ſiccat, etiam aſtrictionem habet, ob quam oculariis collyriis miſcetur.

Stœbæ.

STOEBAE ſemen & folia in tertio ordine deſiccant, viribus donata aſtrictoriis, eámq; ob cauſam vulnera magna conglutinant: decoctum ipſorum dyſenteriis, ſanguinis eruptionibus, auribus purulentis auxiliatur: folia applicata oculis ex ictu ſuffuſis conferunt.

Stœchas.

STOECHAS adaperit, extenuat, detergit, & viſcera omnia, totúmque corporis habitum confirmat.

Stratiotes.

STRATIOTES aquaticus frigidus eſt natura: terreſtris etiam aſtringendi vim habet, qua vlcera committit: nonnulli eo & ad ſanguinis eruptiones, & ad fiſtulas vtuntur.

Strychnon, ſolanum.

SOLANVM hortenſe eſculentúmque aſtringit, & in ſecundo ordine refrigerat. Solanum halicacabum hortenſi ſimile, vrinæ ciendæ idoneum, ſemen habet acino vuæ æquale. hypnoitici, id eſt, ſomnifici ſolani radicis cortex, cum vino denarij pondere potus, ſomnum conciliat, ſemen habet ad vrinam mouendam accommodatum, ex tertio refrigerantium ordine: vndè corymbi eius plures duodecim epoti, furorem accerſunt. Quartum verò genus ſolani intus aſſumptum, inutile eſt, à foris autem applicatum vlcera depaſcentia curat, refrigerando, ſiccandóque ad ſecundum ordinem relatum. *Halicacabum. Somnificũ ſolanum.*

Stypteria, alumen.

ALVMEN omne, maximè acerbum eſt, ſubſtantiáque craſſum: tenuius autem reliquis eſt quod vocatur ſciſſile, mox rotundum, & aſtragaliote. Craſſum admodùm eſt liquidum, & quod placites & plinthites appellatur.

Styrax.

STYRAX calefacit, emollit, & concoquit: tuſſi, deſtillationi in fauces, & grauedini vtilis: menſeis idem & potus, & appoſitus extrahit.

Syca, ficus.

FICVS aridæ [h] in ſecundo ferè ordine ſiccant: pingueis autem, duros tumores magis maturant, acriores detergunt, diſcutiúntque, decoctum ipſarum mellis ſpeciem referens, quod iam nonnulli ſiræon appellant, viribus melli reſpondet. virides autem ficus, imbecillioris virtutis ſunt: vtræque tamen & virides & aridæ aluum ſubducunt. At ficus caprifici, acres diſcuſſoriæ ſunt, quemadmodùm ex domeſticis groſſi.

Ficus caprifici.
Groſſi.

Syce, ficus arbor.

FICVS arbor calidi tenuíſque temperamenti eſt, adeò vt liquor & foliorum ſuccus non rodat modò, aut abſtergat vehementer, ſed etiam exulceret, ora venarum aperiat, & myrmecias exterat: iam verò & purgandi vim obtinet. At ſylueſtris ficus, quam caprificum vocant, in omnia efficacior domeſtica eſt.

Caprificus.

Sycomorus.

SYCOMORI fructus nullius nutrimenti eſt, & ſtomacho noxius, liquor arboris vi pollet emolliendi, glutinatoria vulnerum, diſcuſſoria tumorum: bibitur inungitúrque ad ſerpentium morſus, lienes ſcirrho induratos, ſtomachi dolores, & in acceſſionibus febrium horrores ſanat.

Symphytum petræum.

SYMPHYTVM petræum contrariis conſtat virtutibus, habet enim aliquid quod incidat, pus in thorace & renes expurget: habet etiam aliquam contrahendi virtutem, qua ſanguinis excreationibus medeatur, conuulſis, ruptis, mulierum fluori rubro, inteſtinorum ramicibus. item calida quædam humiditas ei ineſt, qua ſitim arcet, & arteriæ aſperitates ſanat. Symphyton alterum nempe magnum, viſcoſum quippiam & quod pruritum excitet, repræſentat, ſcillæ ſimile. Vtuntur eo, vt ſuperiori.

Symphytũ magnum.

Spondylion.

SPONDYLII ſemina & radix virtute acri & inciſoria, ſuſpirioſis, comitialibus, & arquatis ſuccurrunt. radix autem circumraſa, fiſtuliſque impoſita illarum callos tollit: ſuccus

ſuccus è flore ipſius expreſſus, veterrimis aurium vlceribus inſtillatur.

Schinos, lentiſcus.

LENTISCVS in omnibus ſui partibus ſiccat ſecundo ordine abſoluto, calefaciendo autem & refrigerando medius eſt, adeò aſtringens, vt ad hypociſthidis ſuccum aſtrictione accedat.

Schœni anthos, iunci odorati & rotundi flos.

IVNCI odorati & rotundi flos modicè calefacit, minùs aſtringit, tenuem naturam ſortitus, qua vrinam mouet & menſeis trahit, obſtructáque reſerat in fomentis, potu & cataplaſmatis adhibitus: radix adhuc magis flore aſtringit, ſed ille calidior.

[i] *Schœnos elia, iuncus paluſtris.*

PALVSTRIS iuncus duplex eſt, ſed eius qui vocatur oxyſchœnos, ſemen eſt ſomnificum: holoſchœni autem dicti, minus: idem & capiti dolorem facit. vtriuſque ſemen frixum ſi cum vino bibatur, alui fluores deſiccat, & mulierum fluxiones cohibet.

Sori.

SORI vireis miſy æqualeis obtinet, longè illo natura craſſius.

QVÆ À T INCIPIVNT.

Tarichos ſalſamentum thynni.

[k] CONDITANEI thynni caro acris eſt & deſiccatoria: morſis igitur à vipera, quam præſterem dicunt, quàm plurimùm eius eſui datur, vinúmq; ſuperbibitur liberalius, & vomitus excitatur: eadem ad acrimonias eſitatorum valet, item rabidorum canum aliorúmque ſerpentium morſibus vtiliter applicatur.

Taurocolla, glutinum bubulum.

TAVROCOLLA aliis xylocolla dicitur, ex boum coriis confecta, vim habet inſigniter abſterſoriam, eóque aceto ſubacta impetigines & ſummæ cutis lepras exterit, ambuſtis, ſi aqua calida ſoluatur, inflammationem oboriri non ſinit: eadem oxymelite ſoluta vulneribus accommodatur.

Tellinæ.

[l] TELLINAE conditaneæ crematæ, adurentem cinerem reddunt, qui cedrino liquori miſtus euulſos radicitus palpebrarum pilos, ſi inſtilletur naſci iterùm prohibet.

Terminthos, terebinthus.

TEREBINTHVS calefacit in ordine ſecundo, ſiccat autem ſi viridis eſt in primo, ſi aridus ſecundo. fructus vbi inaruerit, ad tertium ſiccantium ordinem refertur: hac igitur ratione & vrinam mouet, & lienes adiuuat.

Tettiges, cicadæ.

CICADAE crudæ ſiccatæ ad colicum dolorem potui dantur, aut tres, aut quinque, aut ſeptem, cum totidem numero piperis granis. quidam toſtas contra veſicæ dolores potui exhibent.

Teutlon, beta.

BETA nitroſam vim habet, qua abſtergit, diſcutit, & per nareis purgat, ſed alba elixa pleniùs, inflammationi arcendæ fit idonea, & modicè diſcutit.

Teucrion.

TEVCRION calfacit in ſecundo, ſiccat in tertio ordine, vi inciſoria tenuíque, lienibus medetur.

Tephra, cinis.

Acerborũ cinis. CINIS non omnis idem exactè habet temperamentum, ſed pro materiæ combuſtæ differentia euariat: acerbarum ſanè arborum cinis, nempe quercus & ilicis, aſtringendi vim nõ modicam obtinet, qua ſanguinis eruptionem compeſcit, *Acrium.* quùm nullius alterius datur facultas: acrium verò, puta fici & tithymali cinis, acrior & magis deterſorius efficitur.

Telephion.

TELEPHION in primo abſceſſu calefacit, ſecundo autem deſiccat: eſt itidem abſterſorium, quapropter vlceribus putredinem expertis conuenit, & vitiligines, tùm leucas, tum alphos, cum aceto abolet.

Telis, fœnugræcum.

FOENVGRAECVM ex ſecundo ordine calidum eſt, è primo ſiccum, idcircò feruidas inflammationes irritat: minus autẽ calidas & induratas ſcirrho magis diſcutiẽdo perſanat.

Tithymalus, herba lactaria.

TITHYMALI omnes è quarto calfacientium ordine ſunt, acrimoniæ & validæ amaritudinis participes: ſed radix quùm ſit quodãmodò imbecillior, aceto incocta dentiũ eroſorum dolores finit: liquores vehementiore donati virtute, dentium cauis imponuntur, reliquum corpus ſi attingant, adurunt, quare etiam pilos modicè delitos auferunt, item

myrme

myrmecias, verrucas & huius generis alia tollunt: & cutis labes abſtergunt, maligna vlcera, & phagedænica curant. Cæterùm ex ſeptenario ipſorum numero validiſſimi ſunt, appellati characias, myrſinites, & qui in petris arboris modo naſcitur: hos ſequitur qui verbaſco ſimilis eſt, & cypariſſias, deinde paralius, quaſi dicas maritimus, poſtremò helioſcopius.

Tithymalorum genera ſeptem.

Titanus calx.

†CALX viua quidem vehementer adeò vrit, vt cruſtam inducat: [m] reſtincta verò cruſtam quidem ſubitò excitat, ſed poſt diem vnum non amplius: calefacit tamen & conſumit carnes: ſi lauetur, ídque aqua marina, validas diſcutiendi vireis acquirit.

†Calx viua vrit multùm, vt cruſtam inducat. extincta autẽ ſtatim cruſtã efficit, ſed poſt aliquot dies vis eius remittitur, calefacit tamen, & tabefacit carnes. Si autẽ lauetur ſine morſu redditur, præſertim ſi ſæpius lota fuerit: marina verò aqua abluta vim digerẽdi habet. Ex veteribus lib. Græcis. Goup.

Tragacantha.

TRAGACANTHA perſimiles gũmi vires repræſentat.

Tragium.

TRAGIVM frutex eſt in Creta lentiſco ſimilis, virtute calida in tertio abſceſſu, attractoria, diſcutiente, & tenui: aculeos igitur educit, calculos comminuit, menſeiſque ciet, inſtar drachmæ potum. Sed alterum tragium, hoc amarius eſt, ſcolopendrio aſſimile, naſcitur multis in locis, tanta aſtringendi virtute præditum, vt fluidis affectibus commodè faciat.

Tragoriganum.

TRAGORIGANVM origani virtutes habet, & nonnullam etiam aſtrictionem.

Tribolos, tribulus.

TRIBVLVS mediocriter refrigerat: ſed terreſtris ſiccando valentior eſt, aquaticus leuiter etiam humectat: vterque contra inflammationum generationes, omnéſque influxus conuenit: terreſtris fructus quum tenuis exiſtat, renum calculos conterit.

Tribulus aquaticus.

Tragoſitodes, tragus frumentaceus.

TRAGVS frumentaceus zeæ reſpondet, ſed difficilius in ſtomacho conficitur, & aluum emollit.

Trigle, mullus.

MVLLVS piſcis continuè eſus claritati oculorum nocet, crudus diſſectus & impoſitus marini draconis, ſcorpionis, & aranearum morſibus ſuccurrit.

Tripolium.

Tripolii radix calida eſt in tertio abſceſſu & acris.

Triches, crines.

Pili combuſti perſimilem lanis concrematis vim obtinent.

Trigon, paſtinaca marina.

Marinae paſtinacæ aculeus impactus denti infirmo, ipſum conterit excutitque.

Tryx, fæx.

Faex vini ignem non experta compoſitis viribus conſtat, vt quæ abundè deſiccet diſcutiátque: aſtrictoria autem facultas ei ex vini vnde conſit ſpecie, accedit. Vtendum igitur eſt ea tum in humidioribus, tum in fluidis affectibus, phygethla diſcutit, lac, mammis eo refertis impoſita, extinguit: cremata verò, quam etiam Sphecle n appellant, adurentem vim acquirit, quapropter & medicamentis quæ adurunt, ipſam miſcemus. vngueis igitur ſcabros cum reſina eiicit: pilos cum oleo lentiſcino per noctem totam inuncta, flauos efficit. Lota oculorum medicinis abſterſoriis temperatur. Aceti fæx in omnibus velentior eſt iam dicta, magiſque aſtringit.

Troglodytes, paſſer.

Troglodytes paſſer eſt omnium auium excepto regulo minimus, in ſepibus potiſſimùm degens, qui & toſtus & crudus ſalſus manducatus renum calculos conterit: cremati ipſius cinis epotus, idem præſtat.

Tyros, caſeus.

Caseus recens & mollis repellendi vim obtinet, leuiter refrigerans, quare & vulnera impoſitus conglutinat: at qui oxygalactinus dicitur, præter hanc facultatem etiam diſcuſſoriam modicam poſſidet, magiſque vulnera conglutinat: vetuſtus, iſque pinguis magis diſcutiendi virtutem præ ſe fert, qua articulariorum quoq; tophis accommodatus eſt, præſertim cum ſuillæ carnis & ſalſæ & pinguis decocto.

Oxygalactinus. *Vetuſtus caſeus.*

QVÆ AB Y INCIPIVNT.

Hyacinthus.

Hyacinthi radix bulbi ſpeciem repræſentans, primi in ſiccãdo ordinis eſt, ſecundi refrigerando. pueros itaq; impuberes diu cõſeruare cum vino inducta creditur: ſemen

leuiter

leuiter abſtergit aſtringítque, idcirco arquatis cum vino datur, vt quod deſiccet magis quàm refrigeret.

Hyalos, vitrum.

VITRVM læue cum vino tenui & albo potum, veſicæ calculos comminuere dicitur.

Hydnon, tuber terræ.

TVBER terræ terreſtri conſtat ſubſtantia cum modica quadam virtute tenui.

Hydrargyros, argentum viuum.

ARGENTVM viuum in medicinæ vſum non adeò accommodatur, quòd venenum repræſentet: nonnulli verò concrematum ipſum in cinerem, mixtúmque aliis ſpeciebus, colicis & ilioſis potioni exhibuerunt.

Hydropeperi, aquaticum piper.

HYDROPIPER herbula eſt calida, ſed non piperis modo. viride cum ſemine ſuo inductum, ſugillata & tumores ſcirrho induratos diſcutit.

Hydor, aqua.

AQVA præſtantiſſima & alterius ſubſtantiæ expers, refrigerat, humectátque, ex peculiari ſua natura: vbi autem aſcititium calorem aſſumpſerit, quandiu eum ſeruat, calefacit: frigida autem facta, refrigerat. Porrò quæ nonnihil mixta eſt, vt nitroſa aut bituminoſa, adiunctæ ſubſtantiæ vireis acquirit. Pluuialis autem nonnihil etiam aſtrictionis habet, ob quam ocularijs miſcetur medicinis. Qualem verò conueniat laudatiſſimam eſſe aquam, in primo libro comprehenſum eſt. *Aquæ mixtæ. Pluuialis.*

Hyoſcyamus, altercum, ſeu herba Apollinaris.

ALTERCVM cuius ſemen nigrum eſt, item cuius flauũ, venenoſum eſt: accommodatiſſimum verò curationibus, quod & ſemen & florem candidum habet, ex tertio refrigerantium ordine.

Hypericum.

HYPERICVM duplex eſt, alterum quod androſæmon & aſcyrrhon appellatur, expoſitum eſt: alterum verò calefacit & ſiccat, tenui ſubſtantia præditum, eoque vrinas elicit & menſtrua citat totum ipſius ſemen: quod ſi cum foliis inducatur viride, cicatricem vulneribus obducit, † arida verò folia ° inſperſa vlceribus medentur, dantur etiam potioni aduerſus coxarum dolores.

† Sicca autem inſperſa præhumida vlcera ſanant. Goup. ex veterib. lib.

Hypecoon.

Hypecoon.

HYPECOON refrigerat in tertio ordine, papaueri viribus proximum.

Hypoglоſſum.

HYPOGLOSSON frutex puſillus eſt, cuius radix & ſuccus emolliendi virtute pollent.

Hypociſthis.

HYPOCISTHIS eorum quæ ad radices ciſthi & ciſthari appellati ſubnaſcuntur, nempe cytinorum, ſuccus eſt, medicamentum ad omneis fluidos affectus efficaciſſimum, vt quod particulas ſiccet corroborétque.

Hypophæſton.

HYPOPHAESTON ſpecies eſt ſpinæ fulloniæ, quemadmodum & hippophaës, ex huius capitulo, foliis, & radicibus, ſuccus expreſſus ſiccatúſque trium obulorum pondere, cum mulſa pituitam & aquam euacuat. maximè congruit orthopnœis, comitialibus & neruorum affectibus.

Hyſſopum.

HYSSOPVM in tertio ordine & calefacit & deſiccat, tenuíſque ſubſtantiæ eſt.

QVÆ A Φ AVSPICANTVR.

Phaci, lentes.

LENTES in ſecundo ordine ſiccant, medio caloris & frigiditatis temperamento donatæ, ſed aſtrictionis quoq; nonnihil habent. Totum verò lentis corpus ſiccat, aluúmque ſiſtit: decoctum ipſius proritat, ideoque prior aqua defunditur, quum comprimendi gratia lentes aſſumuntur.

Phacos, lenticula paluſtris.

LENTICVLA paluſtris humectat refrigerátque in ſecundo abſceſſu.

Phalaris.

PHALARIDIS ſuccus, folia & ſemen pota, veſicæ doloribus auxiliantur: habet eadem herba & tenuem quandam vim, naturámque calidam.

Phalangites.

PHALANGITES quòd phalangiorum morſibus medeatur, nomen hoc inuenit: eſt & tenuis naturæ compos, qua torſionibus circa vmbilicum auxiliari putatur.

Phellos,

Phellos, ſuber.

SVBER præſertim ex vinorum cadis, combuſtum, cinerem reddit ſiccando vehementiſſimum, qui medicinis ad dyſenterias inſcriptis admiſcetur.

Philyras, tilia.

TILIAE arboris folia, ſylueſtri oleæ ſimiliter aſtringunt, quibus commanducatis, oris vlcera iuuantur, eorúmque decocto colluuntur: quod etiam potum & vrinam & menſeis trahit.

Phlomos, verbaſcum.

VERBASCI genera plura ſunt, inter quæ eſt & dicta thryallis: cæterùm folia omnium ſiccantem & mediocriter aſtrictoriam vim referunt: præcipuè eius quod aurei coloris eſt, & quod acerba ſint, fluidis conferunt affectibus: nonnulli & dentes ex eis colluunt.

Phœnix herba.

PHOENIX, aliis rhu, herba eſt lolio conſimilis, aſtringendi viribus donata, in vino auſtero pota, omneis fluidos affectus ſiſtit.

Phœnix arbor, palma.

PALMAE fructus qui iam ematuruit, calidus mediocriter eſt, viſceribus roborandis & ſtomacho idoneus, tum intus aſſumptus, tum foris applicatus: reliqua palmæ portio vehementer aſtringens eſt, quamobrem ſtomachicis, & hepaticis medicinis temperatur: longè magis aſtringit quod fructus enaſcentis veluti inuolucrum eſt.

Phormion.

PHORMION tenuis, abſterſoriæ & attractricis facultatis eſt: ſemen igitur cum melle albugines extenuat, & ſpicula è corporibus extrahit.

Phu.

PHV radicem habet nardi perſimilem, quæ tamen ad pleraque infirmior ſit, ſed vrinas magis quàm ea elicit, nardi gallicæ modo.

Phyllum, folium.

PHYLLON, Malabathri folium eſt, de quo in illius capite diximus.

Phycos, fucus.

PHYCOS refrigerat, ſiccátque in ſecundo abſceſſu, ac mediocriter etiam aſtringit.

Phylites.

Phylites.

PHYLITES quum acerba quadam prædita ſit qualitate non immeritò alui profluuiis pota auxiliatur.

QVÆ A X AVSPICANTVR.

Chalbane galbanum.

GALBANVM calore tertium ferè ordinem accedit, ſiccitate ſecundum, molliendi & diſcuſſoria vi donatum.

Chalcitis.

CHALCITIDIS vires aſtrictoriæ, acres, adurentéſque ſunt, & cruſtam inducunt. tenuitate media inter miſy & ſori conſiſtit: vſta tenuior redditur.

Chalcanthon, atramentum ſutorium.

CHALCANTHON aqua eſt in Cypri metallis coaleſcens, valentiſſimæ aſtrictionis cum calore nõ ignauo, quod omnium efficaciſſimè humidas carneis conſeruat ſuo condimento, deſiccátque. longiore temporis proceſſu in chalcitidem mutatur.

Chalcos, æs combuſtum.

AES combuſtum acre quiddam habet & aſtrictionis particeps eſt: quapropter ad cicatricem vlceribus obducendam in ſiccioribus corporibus præſtantiſſimum eſt: ſi eluatur, teneris vtilius eſt, quàm illotum.

Chalci anthos, æris flos.

AERIS flos tenuioris naturæ eſt, quàm æs cõcrematum, eiúſque ſquama: mixtus itaque collyriis palpebrarum & aſperitates, & ficus exterit.

Chamædrys.

CHAMAEDRYS in tertio ordine calefacit, ſiccátque. lienes igitur conſumit, vrinas & menſtrua elicit, viſcerum obſtructiones expurgat.

Chamæ ciſſus, hedera terreſtris.

HEDERAE terreſtris flos quum amarus inſigniter exiſtat, iecoris meatus adaperit: item contra coxendicum dolores exhibetur.

Chamæleuce.

CHAMAELEVCE in tertio abſceſſu calefacit, in primo deſiccat.

Chamæleon.

CHAMAELEONTIS nigri radix calefacit ſiccátq; propemod

pemodum in tertio ordine, eſt & abſterſoriæ facultatis particeps, qua cutis labes exterit: item duros tumores diſſipat emollítque, & phagedænica vlcera admota in cataplaſmate perſanat: ſi autem intra corpus ſumatur, veneni loco eſt. Albi radix ſuperiori proportione reſpondet, ſed amarior eſt: quæ ſi cum vino auſtero inſtar acetabuli bibatur, latas ventris tineas enecat: facit etiam ad aquam inter cutem.

Chamæmelon.

CHAMAEMELON ſiue anthemis calefacit ſiccátq; in primo abſceſſu, præterea virtute tenui, diſcuſoria, laxanti & odorata conſtat.

Chamæpitys.

CHAMAEPITYS ſecundo gradu calefacit, tertio deſiccat, quam ob cauſam & purgare & abſtergere viſcera, potiſſimùm iecur poteſt: item vrinas menſeiſque trahit, magna vulnera conglutinat, putredinem expertis medetur, duritias diſcutit, decoctum ipſius etiam coxendicum doloribus ſalutare eſt.

Chamædrops.

CHAMAEDROPS, quidam & hoc chamædryn vocant, alij etiam teucrion, viribus chamædryi reſpondet.

Chamæſyce, humilis ficus.

CHAMAESYCE abſterſoria & acri facultate pollet: quapropter & ſurculi ipſius & liquor myrmecias, verrucáſque abolent, craſſas oculorum cicatrices cum melle abſtergunt, hebetudini, & ſuffuſioni incipienti medentur.

Chamælæa, oleago.

OLEAGO abſterſoria facultate, ſordida vlcera & cruſtas cum melle purgat,

Chelidonium, herba hirundinaria.

CHELIDONIVM in tertio ordine calefacit, valentérq; abſtergit: ſuccus ipſius claritati oculorum vtilis eſt: radix arquatos cum vino & aniſo pota, obſtructione liberat: manducata dentium doloribus auxiliatur. Minus chelidonium quarto calefacientium ordini aſcriptum, acrius eſt, vt inductum cutem exulceret: vngueis ſcabroſos eiicit: ſuccus autem ipſius per nareis purgat. *Minus chelidon.*

Chelidones, hirundines.

HIRVNDINVM crematarum cinis cum melle illitus, angina-

anginarum inflammationes perſanat: idem oculorum claritati benefacit.

Chole, fel.

Fel ſuillũ. FEL omnium aliorum animantis humorum calidiſſimum eſt, colore tamen inter ſe differt: ſiquidem quod flauum, pallido calidius: & flauo, æruginoſum. prætereà variat pro animantium quæ id habent ratione, quatenus ſuillum omnibus aliis infirmius eſt, eoque circa roſionem aurium vlceribus medetur. Ouillum maioris acrimoniæ eſt quàm ſuillum, & ouillo caprillum efficacius. caprino æqualia vrſorum & boum exiſtunt. taurinum vehementius: hoc, fel hyænæ ſuperat, rurſus hyæna vincitur à piſce callionymo dicto, & ſcorpione, cuius animantis fel ſuffuſionibus oculorum, hebetudini, & albuginibus accommodatur: item marinæ hirundinis. at capræ ſylueſtris fel etiam luſcioſis conferre dicitur. cæterùm omnium volucrum fel, tum acrius, tum ſiccando vehementius eſt quàm quadrupedum: inter has ipſas autem gallorum & perdicum aliis eſt præſtantius: accipitrum & aquilarum acrimonia & roſione quodammodo ſuperat, æruginoſo colore, nonnunquam etiam nigro.

Ouillum. Caprinum. Vrſinum. Bubulum. Hyæna. Vranoſcopi. Scorpionis. Hirũdinis marinæ. Capræ ſylueſtris.

Chondrilla.

CHONDRILLA intybi ſpecies ſubamara guſtu eſt, proptereà etiam maiorem ſiccandi vim quàm illa obtinet.

Chondrus.

CHONDRVS tritico perſimilis eſt, niſi quòd glutinoſior.

Chryſocolla.

CHRYSOCOLLA altera in metallis reperitur, altera in rubri æris pila ac tali piſtillo in vrina pueri venerem non experti, ſub caniculæ æſtu contrita, præparatur. hæc igitur abſtergit, diſcuſſoria, ſiccantéque vi prædita maiore, quàm ea quæ in metallis inuenitur, vt etiam carnẽ abſumat citra roſionem: ob quod vlceribus maleficis accommodata eſt: concremata verò minùs erodet.

Chryſocome.

CHRYSOCOMAE, quæ etiam chryſitis dicitur, radix acri ſimul & aſtringente vi exiſtit: quare non multi in medicina vſus eſt, quanquam peripneumonicis & iocinoroſis in mulſo elixa exhibeatur: cæterùm menſeis educit.

QVÆ

QVÆ A ψ ORDIVNTVR.

Pſeudobunium.

PSEVDOBVNIVM bunij ſpeciem repræſentat, calefacit, diſcutit & abſtergit. torſiones igitur circa vmbilicum, ſtillicidia & laterum dolores ſoluit: ſtrumas etiam cum ſale & vino inductum diſiicit.

Pſeudo dictamnon.

PSEVDODICTAMNON imbecillis dictamni vires habet.

Pſimmythion, ceruſa.

CERVSA refrigerat & opplet.

Pſyllium, herba pulicaris.

HERBAE pulicaris ſemen ſecundi refrigerantium ordinis habetur, ſiccando humectandóque medium eſt.

Pſoricon.

PSORICON, chalcitide duplicata, argenti ſpumæ mixta, efficitur, vtriſque tamen aceto prius detritis, ac in recentem ollam coniectis, quæ diebus quadraginta ſub fimo delitеſcit: ſic enim maiorem ſiccandi vim, tenuiorem & minus rodentem quàm chalcitis, acquiret.

QVÆ AB Ω INCIPIVNT.

Oon, ouum.

OVI candidum & tenue, nullius planè eroſionis compos, mediocriter refrigerat. vtendum igitur eo in oculis, pudendorum vlceribus, aliíſque omnibus malignis: miſcetur etiam medicamentis emplaſticis, quæ ſanguinem ſupprimunt. luteum verò pari facultate præditum medicamentis temperatur ad inflammationem arcendam efficacibus: toſtum verò magis ſiccat, minùs lenit. Porrò totum ouum aceto incoctum ſi aſſumatur, ventris fluxiones deſiccat: ſi acerbum aliquod adiunxeris, vt, gallam, aut rhun, aut balauſtium, ac frixeris, multò redditur efficacius: ambuſtis autem crudum impoſitum, protinus auxiliatur. Sorbile aſſumptum, pectoris vitia concoquit lenítque, & arteriæ aſperitates læuigat. Præponetur autem recens veteri: & gallinaceum reliquorum animantium ouis.

Ocimum.

OCIMVM ſecundo calefacientium ordini aſcribitur: habet & humiditatem quandam excrementitiam, propter

quam neque vtile eſt intus aſſumptum: extrinſecus autem inductum diſcutit, & concoquit.

Ocimoides.

OCIMOIDES, nonnulli philæterion nuncupant, inutilis quidem radix eſt: ſemen verò tenue eſt, & ſine roſione ſiccat.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Lignum aloës.

Agallochum. *Aetius lignum hoc deſcribens, à ſimilitudine quadam coloris Aloes, Xylaloen nominauit. Hunc ſecuti recentiores quidam non dubitarunt Lignum aloës appellare. In Sumatra nuper à Luſitanis inuenta, magna copia eſſe fertur. Ad odorem gentes hæ vtuntur. Nam ſi in manu lignum hoc retineatur, optimum ſpirat odorem.*

πλάδος.

Flaccidum ex ſuperfl. *Gale.* πλάδον *interpretatur* περιττὴν ὑγρότητα. *Cùm itaque humiditate ea ſtomachus eſt irriguus, flacceſcit, reſoluitúrque. Hæc dixi, vt intelligas, Lector, verſionis meæ rationem.*

Anchuſæ quatuor. *Ex Galeno tranſcripſit: quanquàm & Dioſcorides ferè omnia habeat. Verùm Galenus & Paulus in hoc à Dioſcoride diſſentiunt, quòd Onochelon viperarum morſibus conuenire dicant, forma cataplaſmatis adhibitam, adalligatam, & comeſtam, his verbis,* καταπλασσομένη τε περιαπτομένη, καὶ ἐσθιομένη. *Dioſcorides de foliis* ἐσθιόμενα καὶ πινόμενα, καὶ περιαπτόμενα.

Polytrichū. Callitrichū. Trichomanes.

Adiantum. *Adiantum & Polytrichon idem ſunt, Callitrichum, & Trichomanes etiam idem. Duæ igitur ſpecies tantum ſunt, non quatuor, vt officinæ putant. Vna herba eſt adiantos in duas partes ſeparata. vna propriè adiantum dicitur, de qua Dioſcorides priuatim in vno capite tractat: foliis magis albis, coriandro ſimilibus & longioribus. Altera pars ſequenti capite explicatur, dicitúrque Trichomanes, foliis filicis tenuibus, nigrioribus primò, & breuioribus.*

Capilli veneris.

hæc propriè vocatur Callitrichon. Pharmacopolæ in duobus communi vocabulo Capilli veneris vtuntur.

Athera. *Ex Dioſcoride ſumptum. verum clauſula hæc apud illum non adeſt,* ἀπὸ σίτου *quod eſt è frumento. nec apud Galenum nec Oribaſium inuenitur.*

Quid loco acatiæ veræ ſumi poſſit.

Aegilops. *Auenæ ſecundum genus. Primum* βρόμος *dicitur.*

Acacia. *Veterum acaciam non habemus, vtimur autem quadàm ex fructu pruni ſylueſtris facta. verùm rectè aliquis vtetur loco acacia*

ciæ veteris, rhu obſoniorum, quod Sumach vocant officinæ, vt quidam eruditus annotauit.

Acanthus. Si Dioſcoridis acanthum, & noſtram Brancham vrſinam conferas, idem planè eſſe intelliges. Verg. dixit, mollis acãthus. Brancha vrſina.

Acinos. Ex Dioſcoride tantùm hoc tranſcriptum eſt, vbi φύγεθλον interpretatus ſum panum, & ἐρυσιπέλατα ſacros ignes.

Acoron. Acorus veterum, Galanga noſtra eſt. noſter autem acorus ſpecies gladioli. Acorus veterum.

Amaracus. Paulus & Galenus duo capita de amaraco & ſampſucho faciunt: eaſdemq; vires vtrique attribuunt. ac ſi autores conferas idem plane ſunt. Amaracus autem magis apud cyprum celebratus, ſampſuchus in tota Græcia. præterea amaracus paulò erit odoratior, quam hodie apud Gallos maioranam gentilem dicunt, quæq; magis humi ſerpit. Sampſuchus erectior minuſq; odoratus. Dioſcorides etiam diuerſa fecit capita de vnguento amaracino & ſampſuchino, quod alterum ex nobiliori maiorana in Cypro et Cyzicenis, alterum per totam græciam fieret. Galeni autem Amaracus eſt, quam hodie Matricariam nominamus. Amaracus. Sampſuchus. Matricaria

Amaranthus. Nota herba eſt apud Gallos. vocant eam paſſeuelutum, quòd coloris gratia ſericum coccineum vincat. annotauit Ruellius. Amaranthus.

Ambroſia. Frequens reperitur in Gallia inter exiles & madidas ſegetes qua meſſores ſe coronant. Vinoſa herba ruſticis dicitur, aliis vinoſa ruta, quòd folio rutam, & odore vinum imitetur. Quam officinæ ambroſiam nominant, polemonium antiquorum eſt, non ambroſia. Ambroſia Polemoniũ.

Ampeloprasum. Exulcerat. Græcus codex habet ἑλκοῖ. at ego legendum ex Galeno cenſeo ἕλκοῖ.

Anemonæ omnes. Hoc eſt omnes ſatiuæ ſpecies. Duo enim genera tantùm habentur. Satiuum, & ſylueſtre. Satiuum nos papauer rubrum appellamus: eóque vtimur in triticis naſcente. veteres autem nunquàm papaueris nomine vocarunt. Germani, clapperroſen, Galli paſſe fleur. Ipſa nomenclatura à vento ſumpta eſt, quòd eo flante, flos ipſius aperiatur Erratica nuncupatur Gallis coquerelles, primo vere creſcit flore purpureo. mulierculæ hac noua tingunt. Duo genera Anemonæ.

Lac in mammas ſuggerunt. Ex Galeno hæc omnia ſunt tranſcripta. Verùm in illo ἀνασπῶσι quaſi dicas, ſurſum in mammas adducunt: In Paulo autem & Dioſcoride κατασπῶσι. ἀνασπῶσι.

Aparine. Addenda in codice Græco particula τι. nam ſententia imperfecta eſt ſi tantum legas ἔχει δὲ καὶ λεπτομερὲς. fac igitur ἔχει δὲ καί τι λεπτομερὲς.

Ariſtolochia. *Duabus tantum ſpeciebus in officinis vtimur, Longa, & Rotunda. Sarmentacea negligitur, vnguentis alioquin vtiliſsima.*

Lappa. Maior. Minor. Arction proſopitis. *Herba eſt, quam officinæ vocant Lappam maiorem. Alterum, arction verbaſco ſimile, Lappam minorem appellant.*

Armeniacum. *Hoc eſt lapis armenius apud Dioſcor. lib. 5.*

Arnabo. Arnabo. *Idem eſt, quod Serapio vocat Zurumbet, Caſsiæ fiſtulæ, & cubebis viribus reſpondens.*

Arthemiſia. Artemiſia. *Duplex, monoclones, & polyclones, matricaria ſpecies illius eſt, per vnum & plures ramos diſtincta. Nam & hæc plures habet ramos.*

Baccara. Aſarum. *Vulgus Baccharum appellat. Germani Haſel vurtz, Galli, Cabaret.*

Fuligo. *In Græco eſt κατάγματα. Sic etiam habet Dioſcorides. Neſcio cur Oroſcius ῥαύματα legendum cenſeat: cùm ipſe quoque fracturæ oſsium ad cicatricem venire dicantur. ſi quidem rarò ſine vlcere carnis fractura accidat, nec κατάγματα ſolùm de capitis fracturis dicitur, ſed omnium membrorum. quod intellexiſſet Oroſcius ſi Hippocratis librum de fracturis legiſſet.*

Mumia. Aſphalthus. *Vero aſphaltho in officinis caremus. Poſſumus autem ipſa Mumia loco ipſius vti. Nam in Syria pauperes mortui bitumine implentur, venduntúrq́; poſteà. Diuites autem myrrha, aloe, croco, balſamo, aliíſque id genus conduntur.*

Aſphodelus. *Pharmacopolæ, aphrodilorum vocant.*

Atriplex. *In Græco codice videtur addendum ταχέως. Nam διὸ καὶ κατὰ γαστέρα διεξέρχεται, quod eſt, quare etiam per ventrem tranſit, imperfecta eſt ſententia, & communis cum aliis omnibus. Nam per ventrem vniuerſa quidem tranſeunt: alia verò citò, quæ ταχύπορα, alia tardè, quæ βραδύπορα dicuntur. Legendum igitur cum Galeno διὸ καὶ κατὰ γαστέρα διεξέρχεται ταχέως.*

Vngula caballina. Bechion. *Officinæ vocant vngulam caballinam.*

Borago. Bugloſſum. Bugloſſum. *Dioſcoridis & antiquorum Bugloſſum eſt, quam hodie boraginem vocamus. Ei verò quam bugloſſam appellant officinæ, reſpondet veterum Cirſion dictum. Itaque bugloſſum duplex erit, alterum minus, dicetúrque noſtra vulgaris borago: alterum maius, quod Cirſion apud veteres dici monuimus.*

Sabina. *Duplex eſt, altera Cupreſſo ſimilis, altera tarmarici. Germani ſeuerbaum, Galli ſauinier appellant.*

Corallina. Muſcus marinus. *Officinæ Corallinam vocant. In Græcia ad*

vermes

vermes puerorum quaſi præſentaneo remedio vtuntur. Imò etiam purgare dicitur: etiam vim aſtringentem veteres ei aſcripſerunt.

Lemnium minium. *Celſus minium vertit μίλτον. Manardus corrigit Barbarum, quòd minium dixerit, non rubricam, ipſe culpandus. Cæterùm officinæ vocant Terram Sigillatam, quam multis annis fictitiam, imò etiam hodie vendunt, rubricam quandam ex terra ſigillata & bolo armeno mixtam exhibentes. veram nunc Venetiis ex Lemno allatam habes: quæ ibi in colle quodam fuluo colore naſcitur. olim Dianæ ſigillo eam imprimebant, vndè etiam ſphragis dicitur. nunc Turcico inſignita eſt.* *Minium.*

Terra armenia. *Hactenus globulos quoſdam in medio impreſſos ex Germania allatos pro bolo armeno officinæ vendiderunt. verus autem bolus armenus eſt, terra illa ſigillata turcicis literis, ſi ſupremam & inferiorem partem auferas. nam cum in Turcia imprimunt, adiiciunt ſabulum album, vt melius ſignum recipiat.*

Senecta anguis. *Hoc eſt exuuium, quod verno tempore deponunt.*

Nuclei acinorum vuæ. *Græcus codex deprauatus eſt, qui habet, ψυχρὰ hoc eſt frigidi, pro στρυφνὰ quod eſt acerbi. Dioſcorides dixit στυπτικὰ hoc eſt aſtringentes.*

Gingidium. *Paulus ſiccare dicit ordine tertio: Galenus κατὰ τὴν δευτέραν ἀπόστασιν, hoc eſt ſecundo ordine vel abſceſſu.* *Nota.*

Pollen farinaceus. *Tritici intelligendum eſt.*

Tedæ. *Teda propriè dicta, à Græcis δᾶς & δάδιον vocatur. ſui generis arbor in Illyrico eſt, redundantior humore quàm reliquæ, parcior liquidiórque quàm picea, flammis & lumini ſacrorum quoque grata. Impropriè tedas appellamus, tum piceæ ſatiuæ partes imas, tum alia quoque ligna, quæ flamma olei vel picis illitu concepta faculæ modo lucent.* *Teda.*

Daucos. *Vero dauco caremus, qui in Creta naſcitur, Noſter daucus in officinis eſt ſpecies paſtinacæ ſylueſtris. Cùm autem eaſdem vires habeant, nil refert, hoc loco dauci vti.*

Dictamnus. *Hanc non habemus. In Creta tantùm naſcitur, vndè facilè haberi poteſt. quam officinæ pro Dictamno vendunt, non eſt, nec etiam pſeudodictamnus.* *Dictamnus.*

Dracunculus. *Duplex eſt: maior, & minor. maior Serpentaria in officinis appellatur.*

Quercus. *Quod ſub glandis corio. Dioſcorides etiam habet, Tunica glandis putamini ſubiecta.*

Ebenus. *Paulus habet Græcè ἀδιοστατοῦντα nullo ſenſu pro ἀδιενοτοῦντα. Sic etiam Dioſcorides.*

Veratrum. *Olim veratrum album in vſu frequentiſsimum erat: nunc nigrum, idq; ſolùm fortè quòd illud moleſtius euacuet. At veratrum album ſi rectè correctum exhibeatur, citra moleſtiam purgat, maximè atra bile laborantes, & lue Hiſpanica.*

Hermodactylus. Hermodactylus. *Alius hic eſt ab eo quem officinæ hermodactylum appellant. Hermodactylos, Serapion duos, comprehendit, ephemerum, et colchicum. Illud non lethale, hoc pernicioſum. Sed in Italia colchicum minùs noxium eſt: officinarúmque hermodactylus, colchicum exiſtit. Soluit ad ſanguinem vſque. Ephemero caremus.*

Eupatorium. *Eupatorium antiquorum eſt noſtra agrimonia: quid autem noſtrum Eupatorium ſit adhuc me neſcire fateor.*

Spelta. Zea. *In Germania inferiori, & Italia ſpeltam appellant.*

Zithus. *Potus eſt ex hordeo aqua reſoluto. vocant vbiq; cereuiſiam: quanquàm ea ex aliis etiam frugibus fieri ſoleat.*

Iſatis. *Glaſtum Latini vocant. Galli Guadum.*

Caucamum. *Serapionis lacca eſt, non autem ea quam officinæ vendunt. Tria enim nomine laccæ veneunt: Vnum verum caucamum: Alterum grana quædam arte facta: Tertium vndè color carmeſinus conſit.*

Cadmia. *Manifeſtus error in græco. Legendum enim βοτρυΐτις λεπτομερεστέρα, πλακίτις δὲ παχυμερεστέρα.*

Calamintha. *Nepita Romanis vocatur. Tres ſunt ſpecies. Prima foliis ocymi, Altera odorem pulegij habet, Tertia foliis mentaſtri. Officinæ ſecundam vocant herbam cattorum. Tertiam calamenthum, quæ cæteris eſt ignauior. Quidam ſecundam ſpeciem propriè Nepitam à Romanis nominari dicunt. Galenus autem libello de paratu facilibus inquit, Calamintham abſolutè Nepitam Romanis appellari.*

Calaminthæ.

Cubebæ. Caros. *Officinæ Carui appellant.*

Carpeſium. *Myropolæ Cubebas nominant.*

Nux. *In Græco deeſſe aliquid ex dictione κἂν intelligo. Nam Galenus ita habet, κάρυα τὸ δένδρον ἔχει μελίτι κἂν τοῖς βλαστοῖς στυπτικὸν, κἂν τοῖς φύλλοις. Tu igitur hinc reſtitue.*

Caſſia. *De caſsia odorata hîc intellige. Caſsia fiſtula antiquis eadem erat quæ odorata. Officinarum Cinamomum, ſeu canellæ vilioris fruſtra, Caſsia illa antiquorum videtur. Nunc autem vulgus caſsiam fiſtulam accipit pro ſiliqua illa humore nigro intus plena, veteribus incognita. qua purgamus hodie bilem.*

Cera

Ceraſia. *acida, inquit, conueniunt phlegmaticis & excrementoſis ſtomachis. Malè in codice Græco legitur* φλεγματώδεσι καὶ φλεγματικοῖς. *Mutanda autem ex Galeno* φλεγματώδεσι καὶ περιττωματικοῖς.

Ceratoniæ. *Pauli codex Græcus habet*, ξηραντικῆς ἐστὶ καὶ ψυκτικῆς. *hoc eſt ſiccantis facultatis eſt & refrigerantis. Galenus pro* ψυκτικῆς, *legit* στυπτικῆς. *hunc nos ſumus imitati.* *Nota.*

Galla. *Duo gallarum genera tantùm in vſu medicorum ſunt: vnum ſolidum, alterum perforatum. aliorum complurium nullus eſt vſus.*

Cinamomum. *Hoc caremus. Nam quod nos Cinamomum, aut canellam vocamus, caßia potius fiſtula antiquorum exiſtit. Nam cinamomum fiſtula aut canella non eſt, ſed arbuſtum. vide Galenum de Antidotis.*

Hedera. *Quod officinæ gummi hederæ, appellant, non eſt lacrima hederæ, ſed alterius cuiuſdam arboris quam ignoramus. poteſt autem haberi lacrima vera hederæ.* *Gummi Hederæ.*

Cichoreum. *Paulus vocat cichoreum, ſyluaticam ſerem, ſeu intybum. Græci tamen alij cichorei vocabulo tam domeſticam quàm agreſtem appellant. Domeſtica duplex eſt. vna latioribus foliis, lactucæ ſimilibus quam vulgus corrupto vocabulo Endiuiam, quaſi intybum nuncupant. Altera ſtrictioribus foliis. Officinæ has duas ſcariolam quoque nominant. Iam ſyluatica etiam duplex habetur: ac proprio nomine cichoreum ſeu picris, ab amaritudine dicitur. Quanquàm Græci alij cichorei nomine, tam domeſticam quàm agreſtem ſerem accipiant. At quam hodie vulgus herbariorum Endiuiam oſtendit in aruis ſponte naſcentem, folio lactucæ puſillo aculeato, caule ſpinulis horrido, candicante, cui ſuccus ineſt lacteus, ſylueſtris lactuca exiſtit.* *Intybi ſpecies.*

Clematis. *Pis habetur in codice Græco* κληματίτις *pro* κληματίς.

Cnicus. *Officinæ Cartamum appellant.*

Gummi. *Arabicum intellige, abſolutè dictum.*

Lixiuium. *Protoſtacton. multi etiam celebres viri tranſtulerunt cinerem qui primus diſtillauerit. verùm ideò non eſt dictum lixiuium protoſtactum: ſed quod primarium ſit lixiuium, & principale.* *Lixiuium protoſtactō.*

Coſtus. *Vero coſto caremus. Poteſt autem ex Arabia, aut Syriæ haberi.*

Hordeum. *Polenta Græcis* ἄλφιτα *dicitur. Eſt autem propriè hordeum torrefactum. Ptiſana verò hordeum decorticatum.*

Sigillum Mariæ.

Cyclaminus. *Duplex, prima ſpecies panis porcinus officinis, aut Rapum terræ latinis à rotunditate dicitur. Altera Sigillum Mariæ, officinis appellatur.*

Lichen. *Hæc eſt herba, quam officinæ hepaticam nominans, iocinorum fibris ſimilis.*

Leucoion. *Per ſe ſignat violam albam quam gariophyllatam albam vulgus nominat. Refertur tamen nomen hoc leucoion, etiam ad omnes alias violas: præſertim ad eas quæ primo vere naſcuntur, ſiue albæ, ſiuæ purpureæ, ſiue luteæ fuerint. Apud Columellam, habetur, Leucoia candida.*

πεύκης. πίτυς. κῶνος.

Fuligo. *Fuliginem pini, coni, & piceæ acriorem eſſe prodit. Mirum in modum variant interpretes in his vocibus reddendis, miseréque ſe torquent. Gaza πεύκην transfert pinum: πίτυν, piceam: κῶνον, Conum. Hunc ferè ſecutus eſt Marcellus, niſi quod πεύκην exponat tedam: Conum autem nucem pineam interpretatur, vt accipit Dioſcorides, aliíque veteres Græci. Galenus autem Conon arborem appellat, fructum eius, hoc eſt nucem, κόκκαλον, & στρόβιλον. Atque hoc pacto apud Paulum accipi debet.*

Lapides. *In Græco eſt μέροχος, lege μόροχος. Dioſcorides vocat μόροχθον. alij etiam μόλοχθον.*

Lycium. *Officinæ verum Lycium non habent.*

Atramentum Indicum. *Dioſcorides vocat lapidem Indicum. præterea aſtringentis eſſe naturæ tradit. vnde codex Pauli Græcus emendari debet, legendúmque τῶν στυφόντων pro τῶν ψυχόντων.*

Melanteria. *Verti, creta ſutoria, ex Scribonio qui ea caligulas calceamentorum tingi ſcribit.*

Melanthium. *Nigella eſt. Quam officinæ oſtendunt, vera non eſt. Nam ſemen eſt ſubflauum, cùm nigrum eſſe debeat, acutum, boni odoris. Galli nielle noyre. Germani ratten appellant.*

Myxa. *Officinæ Sebeſtem nominant.*

Oenanthe. *Duplex, vna ſolani foliis herba, quæ vitis non eſt, ſed ob fructum racemoſum vitis appellatur. Altera labruſca, quæ à vite domeſtica nihil differt, niſi quia ſylueſtrem habitum referat, nec colitur. vocant Oenanthe, labruſcæ flores, quanquàm & herba ſit eiuſdem nominis.*

ὀπός.

Opos. *Codex Pauli Græcus ὄπιον habet, Galenus ὀπός. Superius de lacryma papaueris quæ opium dicitur, actum eſt. Hîc de laſerpitij liquore: qui partim belzuinum, partim aſſa fetida dicitur officinis.*

Eruum

Eruum. *Dubitatur, an officinarum eruum verum ſit: nam intus flaueſcit, cùm album eſſe debeat.*

Orminum. *Vulgus in Gallia vocant Toute bonne, aut Balſamitie.*

Oryza. *Vulgus Rizum appellant, prima adempta litera.* *Rizum.*

Petroſelinum. *Verum petroſelinum non habemus. fortè noſtrum eſt apium hortenſe, quod Dioſcorides condimentis accommodatum dicit.*

Peuce. *Vbique interpretes Græcorum πεύκην pinum, interim pinaſtrum reddunt.*

Piſtacea. *Officinæ, phiſtica nominant, aut phyſticorum grana. codex Græcus malè habet λεπτῶν pro λεπῶν.* *Phyſtica.*

Pityides. *Dioſcorides pini, piceæq; fructus nominat. Galenus piceæ tantùm: illóſque abuti dictione ait, qui vtriuſque arboris fructum ita appellant. Sunt autem interni nucum pinearum nuclei.*

Poligonatum. *Officinæ Sigillum Mariæ, vel Salomonis dicunt, item genicularem & fraxinellam.* *Sigillum Mariæ.*

Pompholyx. *Officinæ Tutiam nominant. codex Græcus σαρκώδεσι, hoc eſt carnoſis vlceribus, pro σαρκινώδεσι habet.* *Tutia.*

Propolis. *Vnguentarij Ceram virgineam nuncupant.*

Reſinæ. *Dici non poteſt, quàm interpretes Græcorum tum antiqui, tum recentiores in arborum quæ reſinas fundunt, nomenclaturis euarient. E pinu dixi, quam Græci πεύκην vocant. hanc Marcellus Tedam exponit, qua ratione, ignoro. Gaza, Hermolaus pinum aut pinaſtrum. Strobilina, Hermolaus vertit, Reſina è Strobilo, vt hæc etiam ſit arbor. Nam Plinius de pinu & pinaſtro agens, Eaſdem arbores alio nomine eſſe per oram Italiæ, quas ſtrobilas vocant, plerique arbitrantur, &c. Eadem igitur arbor eſt ſtrobilus, quæ Conos ſuperius dicta eſt, pineas nuces ferens. Ruellius interpretatus eſt Reſinam Strobilinam, quæ ex nucibus pineis fiat: ſecutus Plinium, qui ſextodecimo libro inquit, Pinus fert minimum reſinæ, interdum ex nucibus ipſis. Itaque confundunt hæc nomina πεύκην, κῶνον, στρόβιλον. addit etiam πίτυν, pro pinu, aut pinaſtro, aut picea: cùm inter ſe etiam viribus reſpondeant, eoq; minus periculi eſt in expoſitionum diuerſitate.* *Nota.*

Rhus. *Officinæ ſumach appellant.*

Sagapenum. *Seplaſiarij Serapinum vocant.*

Sandaracha. *Officinæ veram ſandaracham non habent, aut falſam ignorant, vernicem eam vocantes. vera autem eſt, quæ in argenti fodinis cum auro & argento inuenitur, flammeo colore ruffeſcit, ita vt* *Sandaracha vera.*

cinnabarim quaſi referat, odore ſulphuris viui. Id quod in auripigmento rubrum eſt vera eſt, ſandaracha, licétque auripigmento loco ſandarachæ vti, cùm idem quaſi ſint, ſimúlque, alterum alteri iunctum ex fodinis colligantur. Hoc ſolùm differunt, quòd auripigmentum nondum à natura perfectum ſit: ſandaracha autem per concoctionem naturæ, debitum colorem acceperit.

Seſeli. *Tria ſunt genera ſeſelios, Maßilienſe, Aethiopicum, & Peloponneſiacum. Maßilienſis deſcriptio conuenit cum noſtro ſileri montano, vt vocant vulgares. at quod officinæ oſtendant, Aethiopici ſemen videtur. facillimum eſt, verum comparare.*

Sylphium. *Laſerpitium herba eſt. Liquor Laſer vocatur. Affertur partim ex Aphrica, Armenia, & India, ſuauiſsimo odore, præſertim Cyrenaicum, vnde etiam liquor Cyrenaicus apud autores*
Aſſa odorata. *vocatur: atque hic officinis dicitur, aſſa odorata, ſeu belzuinum: partim ex Media & Syria viroſo odore, quod liquorem Medicum, &*
Aſſa fœtida. *Syriacum nuncupant. officinæ verò, aſſam fœtidam.*

Siſymbrium. *In Gallia officinæ Mentam aquaticam appellant. In Italia Menta florentina vel menta gentilis aut nobilis. Nam magis odoratum eſt. Niſi colatur, in nepitam degenerat.*

Scammonium. *Officinæ raro verum habent.*

Scolopendrium. *Seplaſiarum Ceterac exiſtit.*

Scordion. *In fine ſententiæ legitur in Græco codice* ἐπιπλαττόμενον, *pro* ἐπιπαττόμενον. *non enim illini, ſed inſpergi ſicca debent.*

Myrrha. Myrrha. *Quam officinæ vendunt myrrham, eſt deterrima ſpecies myrrhæ. Optima ſubuiridis eſſe debet: confracta, candida vnguium modo. Legitur rurſus in codice Græco malè* ἐπιπλαττόμενον, *pro* ἐπιπαττομένην.

Solanum. *Vulgus Solatrum nominat.*

Aluminis ſpecies. Alumen. *Alumen ſciſsile officinæ vocant Alumen plumæ, nimirùm quòd ſi frangitur, capillamenta ipſius, veluti pluma eſſe videantur. Alumen rotundum rarò in officinis inuenitur. nonnunquam tamen inter figulorum lapides conſpicitur, quibus vſtis, plumbóque miſtis, vitrum paternum & laucium parant. Alumen liquidum, vocat ſeplaſia, rochæ alumen. cùm foditur, liquidum eſt, poſteà dureſcit: & ſi igni admoueatur rurſus liqueſcit. Quod placites & laterculàrium à Galeno & Paulo nuncupatur, fortè eſt officinarum alumen ſcaiolæ, ex Gipſi fodinis, pellucens tanquam ſubtiliſsima ipſius portio. Sunt adhuc alia aluminis Genera in officinis, ſed fictitia, Zuccarinum, quod ex alumine liquido aqua roſacea, & albumine oui conficitur. Mulieres hinc fucum parant. Item alumen catinum*

ex her

ex herba quadam cali vulgò dicta. quæ autem ſit adhuc ignoro.

Styrax. *Officinæ ſtorax dicunt. Sed quam illæ vocant ſtyracem liquidam, myrrha eſt ſtacte. Calamitis autem ſtorax, verus ſtyrax eſt, de quo veteres tractant.* *Styrax. Stacte.*

Symphytum. *Variant ſententiæ recentiorum in huius herbæ cognitione. Adiectum eſt in codice Græco γλισχρόν τι καὶ κνησμῶδες. Galenus habet γλισχρόν τι καὶ δακνῶδες, quod eſt viſcoſum quippiam & mordax.* *Nota.*

Schœni anthos. *Officinæ ſquinanthos corrupto vocabulo appellant. verti ego odorati ad differentiam paluſtris, & rotundi, ad differentiam quadrati ſeu anguloſi. Sæpè autem alterum tantùm adiicio, vel odorati, vel rotundi.*

Calx. *Perperam in codice Græco erat. σωσείνει pro θερμαίνει, hoc eſt calefacit. Gemuſeus diſsimulat me id ante eum annotaſſe.*

Tragus frumentaceus. *Ita dicitur, vt ab herba diſtinguatur. Nam herba quædam etiam Tragos dicitur.*

Altercum. *Deerat in codice Græco τῶν ψυχόντων. Inſtauraui ex Galeno.*

Aes. *In ſiccioribus corporibus conuenire dicit ad cicatricem ducendam. Sin autem eluatur, in teneris vltima clauſula, deerat in codice Græco, neceſſario addenda, propter ſuperiorem ſententiam, nempe in ſiccioribus, hoc eſt duris. Legendum itaque venit, εἰ δὲ πλυνθείη τὸ ἄπλυτον, ἐπὶ τῶν ἁπαλοσαρκῶν χρησιμώτερον. Ad verbum ferè ex Galeno.*

Chamædrys. *Quaſi dicas humilis quercus. vnde etiam vulgus, querculam minorem appellat.*

Chamæpitys. *Hoc eſt humilis pinus aut picea. officinæ Iuam muſcatam vocant hanc antiquorum chamæpitin.* *Iua muſcata.*

Chryſocolla. *Officinæ vocant Borax.*

Ocymum. *Vulgò Baſilicum dicitur.*

CORNARII.

m *tertio quidem ordine calefacit. Legendum enim Græcè, κατὰ τὴν γ. τάξιν, ex Galeno, qui apertis verbis ἐκ τῆς τρίτης ἀποστάσεως eſſe dicit. Ita etiam Aetius lib. I.*

n *pardos.*

o *vermi ſimile.*

p *excolatur, & rurſus affuſa aqua furfures ſeparantur, & in ſole ſiccatur citò priuſquam aceſcat. Græcè legendum, διηθύσαντας τὸ ὕδωρ, καὶ ἄλλο πάλιν ἐπιχέοντας χωρίσαι τὸ πίτυρον.*

q *conuenit. Et ob temperamenti commoderationem etiam ſanguinis erup*

nis eruptiones cohibet, & plurimis competit.

r *Vſta verò ad cicatricem perducit cum roſaceo cerato.* ἀπουλοῖ δὲ καὶ τὰ καύματα σὺν ῥοδίνῃ κηρωτῇ. *Dioſcor. tamen* κατάγματα *habet. Alij* τραύματα *legunt.*

s *& diſcutit fortiter, neque id citra eroſionem.*

t *Dioſcor. non gordylium, ſed tordylion appellat. Ipſe quoque Paul. ſuprà lib. 3. cap. 25. tordylium appellauit. Quare tordylium omnino vocari putarem, niſi hîc ex ordine ſub litera.* Γ. *relatum eſſet, vt vtraque appellatio recta eſſe videatur.*

v *Daucus qui & Staphylinus dicitur, duplex eſt. Satiuus, cuius radix flatuoſa eſt, &c.* δαῦκος ὁ καὶ σταφυλῖνος, διττός ἐστιν, ἥμερος οὗπερ ἡ ῥίζα φυσώδης τέ ἐστι, *&c.*

x καὶ ὁ τοῦ παλαιοῦ δὲ ἀλεκτρυόνος σὺν ἅλσιν ἐπὶ πλεῖστον ἑψηθέντος ὑπακτικὸς γίνεται. ὁ δὲ τῆς ἀλεκτορίδος τοὐναντίον ἐπικρατητικός. *Ex quibus apparet Paulũ* ἐπικρατητικὸν *oppoſuiſſe* τῷ ὑπακτικῷ. *Et hoc ex Gal lib. 2. ſimpl. medic. vbi ſic legitur:* ὁ γε μὴν τῶν ἀλεκτορίδων ἁπλοῦς ζωμὸς ἐπικρατητικῆς ἐστι δυνάμεως ὥσπερ ὁ τῶν παλαιῶν ἀλεκτρυόνων ὑπακτικός. *Quanquam Gale. locus non hanc quam Paulus intellexit contrarietatem inducat, &* ἐπικρατικῆς *legendum eſſe ſuſpicer pro* ἐπικρατητικῆς, *vt contemperandi vim accipiamus, quam Dioſcor. apertè gallinæ iuſculo attribuit.* ὁ δὲ ζωμὸς τῆς ἀλεκτορίδος, *inquit,* μάλιστα δίδοται ἐπικράσεως χάριν τῶν φαυλοτήτων, καὶ ἐπὶ τὸν στόμαχον πυρουμένων, λιτῶς σκευασθείς, *id eſt contemperandi humores gratia, & in ſtomachi ardore. Si itaque Dioſcoridis ſententia recta eſt, ſicut rectiſſimam eſſe cenſeo, apud Galenum* ἐπικρατικῆς, *vel* ἐπικεραστικῆς *legi debet, & non* ἐπικρατητικῆς, *id quod Paul. cùm non ſatis animaduerteret,* ἐπικρατητικὸς *dixit, &* τοὐναντίον *de ſuo adiecit, vt omnino contrarietatem horum iuſculorum induceret.*

y *Sudorem per ſe colligere operoſum eſt. Miſcetur autem in palæſtris eorum qui ſe exercent ad puluerem, paton appellatum, qui repulſoriam ſolùm vim habet, & euadit totum hoc diſcuſſorium.*

z *diſcutitque ac tollit & conſumit.* διαφορητικός τε, καὶ καθαιρετικὸς, καὶ τμητικός. *ſed pro* τμητικὸς *legendum,* τηκτικὸς, *id eſt conſumit. niſi quis* σηπτικὸς *malit, non longè diuerſa ſignificatione. In Gal. verò & Aetio hoc loco falsò* τυπτικὸς *legitur.*

a *tum ſi intra corpus bibatur. Sed & ad coxendicum dolores impoſita, ipſos ſoluit.*

b *podagricis prodeſt.*

c *ex leniter concoquentibus eſt.*

d *Memecylon.*

e *non in terra naſcens, ſed in cœnoſa maris parte.* ἐκ ἐν χέρσῳ φυόμενον, ἀλλ' ἐν τῷ πέλματι τῆς θαλάσσης. *Non autem legendum puto* πέλματι, *vt velut de pediculo, aut planta, aut alto maris accipiatur, ſed* τέλματι *vt cœnoſam partem intelligas.*

f *etiam ipſa cœliacis commoda eſſe in cibo accepta. Græca habent* κωλικοῖς ὠφελεῖν. *Sed Dioſcor. Gal. Aetius palam* κοιλιακοῖς *habẽt, quomodo etiam legendum eſſe eo clarum fit, quod radicem eius* ςυπτικὴν *eſſe Dioſcorides ſcripſit.*

g *acre guſtantibus eſt, & vehementer vtentibus. Ita legendum ex Gal. Nam* ψυχρὸς *falsò pro* σφοδρῶς *poſuit quis, &* χρωμένοις *vocem reiecit.*

h *& alopeciis affrictum citius quàm alcyonium pilos producit.* καὶ ἀλωπεκίαις παρατριβόμενον θᾶττον ἀλκυονίου, *&c.*

i *tum perfrigerando, tum calefaciendo. Græcè ſic:* κατά τε τὸ ψύχειν καὶ ξηραίνειν. *Idem habet Gal. vnde Paulus tranſcripſit. Idem Aetius. Sed non immeritò in dubium venit, quod ſit medium temperamentum quod faba habeat, tum perfrigerando, tum ſiccando: cùm medium videatur inter oppoſita interuenire, & id ſit quod ab vtriſque extremis æqualiter diſtet. Cùm igitur inter frigidum & ſiccum non ſit contrarietas, quomodo medium temperamentum inter ipſa eſſe poteſt? Mihi ſanè pro* ξηραίνειν *videtur legendum eſſe* θερμαίνειν, *vt inter calefaciendum & refrigerandum medium temperamentum faba habeat, velut Dioſcor. dixit:* κύαμος μέσος θερμοῦ καὶ ψυχροῦ ἐστι. *Et poteſt vox* ξηραίνειν *per incogitãtiam tranſſcribentis in Gal. irrepſiſſe, atque ita de Gal per Paulum & Aetium non ſatis animaduertentes tranſſumpta eſſe.*

K *Sed & carnem magis deprimit ac conſumit, quàm quæ ex aëre eſt.*

l *fuligo thuris calefacit & ſiccat. Hìc & in Paulo, & Gal. falsò legitur,* ὁ δὲ θαλλὸς αὐτοῦ θερμαίνει. *Non enim de ramo aut ſurculo thuris leguntur, ſed de fuligine, quæ* ἄιθαλος *&* ἀιθάλη *dicitur, item* λιγνὺς. *Quare in vtroque lege* ὁ δὲ ἄιθαλος.

m *Aegro.*

n *eminentiis corporis præter naturam affrictum, &c. Quæ ſint hæ eminentiæ, & an Narphia, velut exemplaria Pauli habent, aut Carphia, velut Aetius lib. 1. tradit vulgò appellentur, non ſatis conſtat. Videtur autem non Græca, ſed vulgaris & alicuius gentis barbara eſſe appellatio, vt res myſterij ſpeciem præferret. Suſpicor autem de cicatricum eminentiis ipſos loqui, quas* ἄλας *dicere inuiderunt.*

Certè

Certè cicatricum apud Germanos appellatio ναρφίων vocem penitus refert.

o *plus quàm ſal. In Græcis falsò legitur, πλέον τ͂ ἄλλων, pro πλέον τῶν ἀλλῶν.*

p *Theſſalonice.*

q *ex iis eſt quæ leuiter frigefaciunt, & rumpunt inflammationes ac tumores laxos. Hic locus eſt apud Dioſcorid. lib. 5. Sed στυφόντων falsò legitur illic, pro ψυχόντων, velut rectè habet Paulus. ψυχόντων enim vox ad φλεγμονὰς peculiariter refertur, ſicut ξηραινόντων ad οἰδήματα.*

r *Aut quod oblongiorem calycem habet, & aliàs contractiorem. De papaueris ſylueſtris altera ſpecie hæc verba habet, Græcè ſic, ἡ δὲ τὴν κωδίαν ἐπιμηκεστέραν ἔχουσα καὶ ἀναυξεστέραν. Atque hæc ex Gal. apud quem ſic legitur, ἡ δὲ ἐπιμηκεστέρα μὲν ταύτης, ὅλη δὲ ἀυξανεστέρα καὶ ἀυχμηρoτέρα. falsò tamen legitur ἀυξανεστέρα, pro ἀναυξεστέρα, quod declarat vox ἀυχμηροτέρα, ſqualidior,*

s *Myagros, quam alij vocant Melampyron, herba eſt ſarmentitia ac pinguis. Pinguedo ex ipſa corporis aſperitates explanare videtur. Et ſemen myagri pingue, &c. Primùm falsò legitur in Græcis μελάμπυκνον pro μελάμπυρον, vt ex Dioſcor. patet. Deinde ordo conturbatus eſt, & primùm habetur myagri ſemen, & interpoſitis Mitulis, ſequitur μύαρος, &c. quaſi myaros alia herba ſit, ab ea quæ ſemen illud de quo primùm dixit, producit. Reſtituatur autem ordo ex hac mea tranſlatione.*

t *ex qua ſcopas faciunt, amara eſt, & hepar ab obturatione liberat. ὅσιεις δὲ ἧς τὰ κορήματα γίνεται. Idem habent Gal. & Aetius. Quid autem hîc ſint κορήματα non ſatis conſtat. Alij medicamenta ad læuigandam cutem accipiunt, alij pupillaria medicamenta, alij ſimpliciter ſmegmata, Plinium in hoc ſecuti, qui dixit: Smegmata mulieribus faciunt ex his. loquitur autem de oſiridis ramulis. Nec ſatis etiam conſtat an linaria herba, vulgò dicta ſit ea quæ illis authoribus oſiris dicatur, etiam ſi multi ſint in ea ſententia. Ego verò κορήματα, neque ἀπὸ τ͂ κορῶν, id eſt à pupillis dicta puto, neque vlla ſmegmata, aut medicamenta ea voce accipio, ſed nomen ductum eſſe iudico à verbo κορεῖν, quod verrere ac purgare ſignificat, vt κορήματα ſint ſcopæ ac verricula exterſoria, qualia etiam hodie in vſu ſunt ad veſtimenta purganda. Nec de Plinij lectione ſtudioſos celare volo, eſſe apud me manu ſcriptum vetuſtiſſimum exemplar, quod non ſmegmata, ſed megmata habet: ita vt clarum non ſit megmata ne an magmata ſit legendum, vt fortaſſis Plinius, Magmata mulieribus*

faciunt

faciunt ex his, ſcripſerit, & poſteà magmata genuina Plinij vox in Megmata tranſierit. Sunt autem μάγματα eadem forma ac ſignificatione à verbo μάττειν, quod extergere ac mundare ſignificat, dicta qua κορήματα ἀπὸ τοῦ κορεῖν. Sed ſit hæc etiam coniectura.

v verùm ſi ad quadraginta dies bibantur, lienoſis, &c. Græca enim ſic emendanda: ὥστε τὸ οὖρον ἐκκρίνειν πιόμενα ἄχρι δʹ ἡμερῶν. πιόμενα δὲ ἄχρι τεσσαράκοντα ἡμερῶν, ὠφελεῖ.

x Legitur falsò, πίλους pro σπίλους.

y At reſina piceæ, atque hæc adhuc, &c.

z reſina ex pinu, & ex abiete.

a Abundè autem aſtringit, & ſiccat ordine tertio, frigefacit ſecundo. Græca falsò habent: καὶ ξηραντικοῦ ἐκ τῆς τρίτης τάξεως, ῥυπτικοῦ δὲ τῆς δευτέρας. pro ῥυπτικοῦ enim legendum ψυκτικοῦ. Nulli enim traditi ſunt ſecundarum qualitatum gradus. Et Gal. apertè dicit Rhoem eſſe pharmacũ ξηραντικὸν μὲν ἐκ τῆς τρίτης τάξεως, ψυκτικὸν δὲ ἐκ τῆς δευτέρας. Ita etiam Aetius.

b Saxiphages.

c quum veris tempore prægnans, ſemen habet cnico ſylueſtri ſimile. Et mox. Si verò ſano loco adhibeatur, &c. Locus eſt in lib. de Theriaca ad Piſonem, ex quo etiam Pauli locus emendatur: legendum enim, τοῦ ἔαρος ἐγκύμων. Et poſteà, ὑγιεῖ δὲ τόπῳ προσφερόμενον.

d Tota verò reſecta & impoſita, &c.

e Seſamoides magnum, quod & Anticyricum veratrum nominatur, eò quod ſemen eius ſimiliter vt veratrum purgat: hoc & reliqua facultate veratro ſimile eſt, & extergendo, & ſiccando ſimilem illi vim habet. Seſamoidis albi, &c. calidáque eſt ſecundo ordine.

f Siſymbrium tenuium partiũ diſcuſſoriæq; ac calefacientis & ſiccantis eſt facultatis ac temperamenti tertio ordine. At ſemen quoq; tenuium partium eſt, diſcuſſoriúmque ac forte. Quare etiam ſingultientibus datur, & iis quos tormina, &c. Deinde. Siſymbrium, quod & Cardaminen, &c. Et mox. Aridum quidem calefacit, ſiccátque ordine tertio. Sic reſtituenda ſiſari, & duorum ſiſymbriorum lectio ex Galeno.

g Sed & contacta pruritum excitat. Falsò legitur in Græcis καυθεῖσα: legendum enim ψαυσθεῖσα ex Dioſcoride.

h calidæ ſunt ſecundo ordine.

i Schænos leia, id eſt ſuccus læuis.

k Tarichorum, id eſt ſalſamentorum caro acrem, &c.

l Tellinæ aſiccatæ.

m Extincta verò vrit quidem ſtatim, ſed poſt dies non amplius.

Contrahit tamen, & conſumit carnes. Si verò lota fuerit mordacitatem amittit, ſæpe ex aqua lota. At ſi fuerit ex aqua marina, &c. Illud poſt dies non amplius declarant Galenus & Aetius ſic, quod poſt diem vnum atque alterum minùs vrat, ac minùs cruſtam inducat: verùm poſt tempus cruſtam omnino non efficiat, calefaciat tamen adhuc, & carnes conſumat. Quod igitur contrahit dixit, hoc eſt σιωτάνει, illi θερμαίνει, hoc eſt calefacit dixerunt. Non tamen in Paulo θερμαίνει ſubſtituendum pro σιωτάνει: commodiſsimè enim & de induſtria hoc verbo Paulus vſus eſt, quod inter cætera ſignificat contraho, ita vt propè ſequatur conſumptio. Porrò mox explenda eſt lectio ex Galeno & Aetio hoc modo: εἰ δὲ πλυθείη ἄδηκτος γίνεται ὕδατι πολλάκις πλυθεῖσα. διαφορητικὴ δὲ ἱκανῶς γίνεται θαλάσσῃ πλυθεῖσα.

n *Trifolium, triphyllon, alij aſphaltion, alij oxytriphyllon, alij menyanthes nominant. Eſt autem vis ipſius calida & ſicca tertio ordine. Totum hoc elapſum fuerat.*

o *vlceribus humidis ac putredinoſis inſperſa.* ἐπιπαττομένη τὰ πλαδαρὰ καὶ σηπεδονώδη.

p *moderatè exterſoriam.*

q *vrinæ ſtillicidia.*

De medicamentis ſimplicibus, quæ flauæ bili purganda ſunt. Cap. IIII.

Aloe mane danda. Aloës drachma cum aqua mulſa manè datur. qui veſperi eam exhibent, aut ſecundum cibum, noxam inferunt, [r] quippe alimentum in membra digerit, flauam bilem vacuat, minus trium obolorum inſtar aſſumpta, vt quæ craſsiora tantùm excrementa abundè educat. *Aloe ſtomacho grata.* Cæterùm cùm omnia purgantia medicamina ſtomacho aduerſentur, ſola aloë conducit. qui verò amaritudinem eius non ſuſtinent, in catapotia coactam aſſument. *Medicamẽta qua vi euacuant.* Sciendum verò eſt, medicamenta ea non ſimplici quodam temperamento, verbi gratia, caliditate purgare, (omnia ſiquidem calida, quale piper eſt, vacuationem molirentur) verùm totius ſubſtantiæ proprietate, quo modo lapis magnes ferrum attrahere demonſtratus eſt. *Purgantiũ ſcopus.* Porrò ex purgantium medicaminum numero ea quæ ventrem duntaxat emolliunt, primo libro ſunt expoſita: efficacioribus autem vtimur vel ad materiam deriuandam, vel ad affectum induratum agitandum remouendúmque, aut ad corpus reficiendum, mutandúmque ipſius

tempera

temperamentum, aut ad noxium humorem eliciendum. Iam verò ſunt nonnulli etiam mixti ex prædictis modi, inuicem connexi. Cæterùm purgationibus hos vti conuenit qui viribus pollent, & mente conſtant, primóſque ætatis limites euaſerunt, nondum verò ad extremos peruenerunt, item qui ſtomacho robuſto ſunt, & copioſam materiam inutilem in corpore collegerunt, non multi adeò ſanguinis compotes. Tempus autem purgationis, ſi nulla vrgeat neceſſitas, vernum maximè & autumnale opportunum eſt.

Qui purgandi, & quo tempore.

Quæ bilem vacuent.

QVAE bilem educunt, quouis anni tempore præterquàm in hyeme rectè vſurpantur: ætate verò florida, & declinante: habitu ſicco, muſculoſo, nigri coloris, vel rubri: viris magis quàm mulieribus: item in quibus cibi continuè corrumpuntur, aluus aſtricta eſt, amara bilis redundat, iracundis, paucam vrinam reddentibus, cibo vſis ſicco & calido. In affectibus, arquato, iecoris imbecillitate, pleuritide, phrenitide, angina, inſania, cephalæa, lippitudine, eryſipelate, lepra, febri, & quibus bilis ſuperat. Datur aloë capite grauatis, lippientibus, ſiticuloſis, & qui per ſomnum imaginibus torquentur ſine febri, adhæc qui horroris diſcurſum in corpore ſentiunt, flatus acreis ædunt, inteſtinis roduntur, quibus ſtomachus immodicè æſtuat, aut nauſea humoribus os eius rodentibus euertitur: poſtremò, quibus ob recrementorum abundantiam clyſter nequit iniici: abundè ſiquidem inanit. [s] ſic vt totum corpus non commoueat, niſi copioſa admodùm fuerit exhibita: bilem autem inteſtinis, aluo & ſtomacho inhærentem educat. Veratrum conuenit & acuto & longo morbo laborantibus, qui medicamentum bili ducendæ idoneum requirunt, quales ſunt qui inſania, altera capitis parte (Heterocranici dicuntur) humorum impetu in oculis decumbente, & pectoris affectibus torquentur: accommodatiſſimum eſt viſceribus vteri & veſicæ vitiis medicinam requirentibus. Laudatur etiam ad longam aſperæ arteriæ affectionem, arquatum, eruptiones quæ exanthemata dicuntur, impetigines, vel herpetas, vel eryſipelata, vel lepras. Veratrum nigrum bilem flauam potiſſimùm è toto corpore citra moleſtiam educit, quam ob cauſam iis qui non grauiter febricitant, magiſque febri carentibus inſtar drachmæ exhibetur,

Quibus & quando bilis ducẽda.

Aloe quib. danda.

Veratrum quando & quib. dandum.

radicibus in mulſa & aqua maceratis, aut cum melle catapotiorum modo: verùm ita exhibetur, vt ieiunium præceſſerit. Sunt qui miſceant ei pulegium, vel ſatureiam, vel aliquod ex iis quæ ſubitò tranſeunt, ſtomacho non inimica. Scammonia perinde vt veratrum purgat, magis flauam bilem: cæterùm inter omnia quæ purgationem moliuntur, aduerſiſſima ſtomacho eſt. datur igitur iis qui febri carent & ſtomacho ſunt meliori, ad pondus quatuor obolorum cum ſale aut pipere, aut zingibere, aut quodam ſtomacho vtili, quod protinus corpus permeet, aut etiam cum melle: item cum gummi quoque fiunt catapotia. Colocynthidis, hoc eſt, cucurbitæ ſylueſtris medulla bilem potiſſimùm vacuat, & mucoſa non à ſanguine tantùm trahit, quemadmodùm veratrum & ſcammonia, ſed etiam à neruis & neruoſis partibus inſtar drachmæ in aquæ mulſæ cyathis duobus, quibus & ruta incocta ſit, epota: læuigetur autem accuratè, quoniam aſperitates ipſius interaneis adhærentes, vlcera concitant, & neruos conſortij lege afficiunt. Exhibetur rectè, capite dolentibus, nempe quum cerebri membrana, vel ea quæ caluariam cingit, vitiata fuerit, vt vertiginoſis, heterocranicis, cephalæa infeſtatis, comitialibus, apoplecticis, conuulſis, vt in vtramlibet partem deprauata ſit facies, qui cynicus ſpaſmus dicitur, diuturno in oculos fluxu vexatis, orthopnoicis, ſuſpirioſis, vetuſta tuſſi conflictantibus, prætereà iis quos articularij dolores, & renum aut veſicæ affectus malè habent. Elaterium ſcammoniæ modo euacuat. deligendum verò porraceum, leue, & anno non vetuſtius, triobolari pondere cum lactis hemina læuigatum exhibetur. Tithymalus bilem elicit, non aliter quàm elaterium & ſcammonia. dantur liquoris guttę quatuor aut quinque cum polenta maceratæ, quæ ſtatim deglutientur. Nam in ore diu retentæ, linguam exulcerant, eiúſque viciniam.

Scammoniæ vſus. *Colocynthidis vis, & quibus exhibenda.* *Elaterij vſus.* *Tithymali vires.*

Lathyrides bilem purgant ſicut veratrum & ſcammonia: offerentur igitur ſeptem octóve, & vſq; ad quindecim: robuſtis ſanè & qui liberaliore indigent purgatione manducari pręcipe, imbecillioribus & malo prędítis ſtomacho, integras ipſas deuorare. Peplij turionum qui ſemper ſicci exiſtunt, inſtar octo obolorum in mulſa datum bilem educit, veratri modo, & flatus diſiicit. Agaricum ſimileis cucurbitæ ſylueſtri vireis habet, tardum ad functionem obeundam, non autem

Granorum Lathy. *Peplij.* *Agarici vis & electio.*

autem ſtomacho admodùm inimicum: datur læuigatum drachmis duabus cum mulſa. ſit autem albiſſimum, vehementer fragile, non adeò lignoſum, neque teredinibus obnoxium. Iris illyrica ſimili modo purgat octo obolorum inſtar ex mulſa aſſumpta. Sit autem nec vetuſta, nec teredines experta. Centaurium minus bili & mucis purgandis aptum, coxendicum doloribus peculiariter conuenit: ius ipſius drachmæ & ſemiſſis pondere in aquæ hemina decocti ad dimidias bibitur. Tragorigani flos cum ſemine inſtar duarum drachmarum ex mulſa datur, quibus etiam veratrum nigrum: verùm flos ille gratior quidem ſtomacho exiſtit quàm veratrum, minùs autem purgat. Chamælææ drachmæ quatuor in mulſæ heminis duabus ad quartas decoctæ, perinde vt veratrum, purgant. Nonnulli vero chamælææ & abſinthij dupla portione catapotia fingunt, exhibéntque. Ariſtolochiæ clematidis, hoc eſt ſarmentariæ ſeminis drachma in mulſa pota, colocynthidis more purgat. Polypodij radix arida, ſi læuis mulſæ inſpergatur, aut cum ea conteratur, eundem quem colocynthis effectum præſtat.

Iridis vſus. *Centaurij.* *Tragorigani.* *Chamælææ* *Ariſtolochiæ.* *Polipodij.*

Quæ bilem atram vacuent.

MEDICAMENTIS atram bilem ducentibus vtemur præcipuè in melancholicis, furibundis, iracundis, hominum conſortia exoſis, aut ſeceſſu gaudẽtibus, item in his qui dum à morbo reficiuntur, purgationem deſiderant, autumno feruidiore, habitu ſicco & parum muſculoſo. Epithymum laudatiſſimum eſt remedium inter ea quæ atræ bili vacuandæ ſunt. dantur ipſius drachmæ quinque læuigatæ ex lactis hemina. Epithymbrum quod thymbræ ſupernaſcitur vt epithymum ſimiliter euacuat, ſed imbecillius eſt. Pulegium atram ducit bilem inſtar acetabuli in mulſa potum. Tragorigani heracleotici idem modus, vti pulegium vacuat, [t] cæterùm ambo deſiccant. Alypi ſemen inferius atram purgare bilem pari epithymo menſura cum ſale & aceto dictum eſt, inteſtina verò ſi fidem Dioſcoridi accommodamus, leuiter exulcerat. Eſt autem meo iudicio, quæ nunc alypias vocatur: exhiberi debet in mulſa. Parthenium ſimiliter ſiccum ſi potetur eadem ſolet extrahere. Alyſſon cum ſale epotum non aliter quàm ſuperiora expurgat.

Atram bilem vacuãtia quibus & quando danda. *Epithymi vſus.* *Epithymbri.* *Pulegij.* *Tragorig.* *Alypi.*

Quæ pituitæ vacuandæ ſint.

Pituitam purgantia quibus & quando exhibenda.

EORVM quæ pituitam educunt vſus eſt in habitu frigidiore & ſenio confectis pérque hyemem, in reſolutis, apoplecticis, inturgeſcentibus tumore laxo fungoſóque, quod œdema dicunt, inſuper in his qui multum pituitæ in ventriculo, aut pectore, aut ſtomacho collegerunt, & in mulierum fluore. Congruunt etiam copioſa emungentibus, craſſa excreantibus, faſtidioſis, & coxendicum cruciatu detentis, quum[u] muci articulis incubuerint, aut elephanticis: maximè autem conueniunt iis qui aqua inter cutem laborant, cui nomen eſt anaſarca. Styracis albi drachmæ pondus cum reſina terebinthina æquali modo deuoratum, pituitam euacuat. Oleæ radicis cortex drachmæ inſtar cum vino aut aqua. Pyrethri oboli nouem ex aqua. Lychnidis ſeminis drachmæ duæ. Cyclamini radicis drachma cum hydromelite. Scordij drachmæ duæ cum melle. Chamæpytis in pollinem detrita, exhibitáque in catapotiis. Squamæ Cypriæ drachma ſemis cum reſina pari in catapotiis valentiùs purgat pituitam. Lauri foliorum viridium ſeſquidrachma. Cucumeris ſylueſtris radicis corticis oboli duo. Ricini grana quadraginta, crotones dicti, putaminibus detractis eduntur, ſimilémque effectum præſtant.

E Styrace purgatio. Oleæ radice Pyrethro Lychnide Cyclamino Chamæp. Squama Cypria Lauri fol. Cucu. ſylueſtri. Ricinis.

Apij dimidium quod ad radicem eſt manducatum: nonnulli id chamæraphanon appellant, hoc eſt, humilem raphanum, Bdellij drachmæ duæ ex hydromelite. Peculiariter autem gummi oculis defluentibus idoneum.

Chamæraphano.

Quæ aquam educant.

Aquas vacuantibus in quibus vtendum.

AQVAM elicientibus vti conuenit in his quos aqua ſubter cutem, ab vtre aſcites dicta, malè habet, in mulieribus albo fluore infeſtatis, item in iis quos vlcera fluida torquēt.

Squamæ Cypriæ drachma cum mulſa pota aquam educit: aceti verò momentum ſuperſorbere oportet, ne per vomitum reddatur. Coccum gnidium cortice detracto læue cum melle cocto [x] potum ne fauces attingat, aquas trahit. dantur autem grana aut viginti, aut vigintiquinque, aut triginta: valentioribus quadraginta. Euphorbij drachma cum melle cocto pota pituitam emolitur, magis autem aquas.

Squama Cypria. Coccũ Gnidium. Euphorb.

Lonchitidis ſeminis oboli octo cum mulſa aquas purgāt.

Lonchitis.

Cneoron ſimiliter aquas trahit cum polenta potum. Cnici ſeminis drachmæ quinque læuigatæ ptiſanæ incoquuntur

Cneoron. Cnicum.

cum

cum ſalis momento, ſorbentúrque. z Ammoniaci ſuffiminis drachma in mulſa pota aquam educit. Nonnulli verò lienoſis id cum poſca exhibent. Sambuci corticis radicis ſuccus inſtar vnciarum duarum potus cum vino aquas educit. *Ammoniacum.* *Sambucus.*

ANNOTAT. ANDERNACI.

Ad affectum induratum. *Rectè dixit* μοχλεῦσαι *quaſi vecte quadam agitare. Malè autem in codice Græco* συνηρρωμένην *pro* συμπληρωμένην.

Sed etiam à neruis & neruoſis partibus. *Oroſcius legit in codice Græco* ἀπὸ πλευρῶν, *quod eſt à coſtis aut latere vt idem vertit, pro* ἀπὸ νεύρων. *Aetius & Oribaſius nobiſcum ſentiunt.*

Elaterium. *Paulus aliter quàm Dioſcorides Elaterium commendat porraceum. Nam candidum colore optimum videtur Dioſcoridi, niſi porraceum aliter intelligi debeat, quod Græci* πρασίζον *nominant.*

Lathyrides. *Species Tithymali eſt. Capit hîc Paulus Lathyrides pro ipſis granis fruticis, cùm alioquin lathyris ipſe frutex vocetur. Dioſcorides, & Aetius* σπερμάτια *hoc eſt grana Lathyridis ſeptem aut octo propinant.*

Polypodium. *In Græco codice eſt* ἐπιπλασθεῖσα *pro* ἐπιπασθεῖσα.

CORNARII.

r *Corrumpit enim alimentum. Vacuat autem flauam bilem: ſi verò minus detur, nimirum trium obolorum pondere, ſtercorum ſolùm abundè euacuat. Græce legitur,* διαφορεῖ γὰρ τὴν τροφήν. *id eſt digerit alimentum. Et poterat tolerari hæc ſententia, ſi alimentum in corpus crudum adhuc, & non concoctum diſtribui intelligamus. Verùm mihi magis arridet vox* διαφθείρει.

s *Totum quidem corpus non euacuans, niſi valde multa detur, ſed inſidentem inteſtinis, ventríque ac ſtomacho bilem educens.* ὅλον μὲν οὐ συγκινοῦσα τὸ σῶμα. *Videtur pro* συγκινοῦσα *legendum* κινοῦσα *ex Aetio lib. 3. cap. 24.*

t *Sed ambo ſicca. Hîc de ſiccandi vi non loquitur, ſed ambo ſicca & non viridia exhibenda eſſe intelligendum eſt. vt paulo poſt de parthenio dicit. Parthenium ſiccum potum eadem ducit.*

u *Quum articulus ſubmucoſus aut pituitoſus fuerit.* καὶ ἰσχιαδικοῖς ἐπειδὰν τὸ ἄρθρον ὑπόμυξον ἢ ἐλεφαντῶδες ᾖ. *Quid hîc facit* ἐλεφαντῶδες? *Verùm quid pro eo reponendum oſtendit vox præcedens* ὑπόμυξον, *quæ ſimilem aut non multum diuerſam ſignificatione*

vocem exigit. Eam autem eſſe φλεγματώδεις nemini dubium eſſe debet.

x Deuoratum. Legendum καταποθείς, non enim bibi ſed deuorari debet. Sic mox euphorbij drachma cum melle cocto deuoranda exhibetur, quo loco πινομένη falsò pro καταπινομένη legitur. Et Cneoron cum polenta voratum habetur, vbi in Græcis itidem καταπινόμενον legendum pro πινόμενον.

z Ammoniaci thymiamatis drachm. duæ. Exemplaria Græca drach. vnam habent, quod pondus debilius eſſe videtur. Manuſcripta ∠. β. *habent, drach. duas. Sed hoc ſit vſuro liberum.*

De compoſitis medicamentis purgantibus.

CAPVT V.

Catapotia ex aloe.

COlocynthidis medullæ pars vna, abſinthij ſucci pars vna, aloës partes duæ, ſcammoniæ partes duæ: ex aqua granula ad erui magnitudinem finguntur, dantur vndecim numero.

Oxymeli Iuliani.

RVTAE, origani, ſingulorum quadrans, thymi comæ triens, anethi ſeſcuncia, iridis vncia, mãdragoræ radicis ſeſcuncia, agarici ſextans, tedarum pinguium vnciæ duodecim, cocci gnidij triens, lathyridum, alypiadis, ſingulorum quadrans, polypodij ſextans, phylli, coſti, ſpicæ nardi ſingulorum vncia, rheupontici ſeſcuncia, ſcillæ, ſambuci turionum, canopi, (qui eſt ſambuci cortex) ſingulorum quadrans, aſari vncia, pulegij quadrans, epithymi, veratri, acori, ſingulorum ſextans, ſij, amomi, hyperici, cumini, ſingulæ vncię, aniſi ſextans, aceti ſextarij decem, mellis ſextarij quinque: herbæ per triduum in aceto madeſcunt, deinde excoctis dum amplius dimidio conſumptum fuerit, mel adiicitur: vbi vnita fuerint, & illis abiectis admiſcentur lathyrides, coſtus, coccum gnidium, ſpica nardi læuigata, & ſi voles poſtquàm perfectè coctum fuerit oxymel, illa impones. Modus ſummus eſt vncia, aut pro virium ratione: benefacit podagricis affectibus & comitialibus, ac in quibus vacuare ſimul & craſſos humores educere opus eſt.

Canopum.

Purgatio ad ducendum aquas quæ conſtat caryophyllo.

Aloës, epithymi, caryophylli, cocci gnidij, petroſelini, rheupontici, ſingulæ ſemunciæ, euphorbij ſcrupuli quatuor, mellis

mellis quod ſatis eſt. datur cochlearis menſura.

Purgatio ex rhodomelite confecta, Alexandri.

ROSARVM ſucci ſextarij duo, mellis ſextarius, ſcammoniæ vnciæ quatuor. ſummus modus eſt quinque cochlearia: leuior, duo: medius tria.

ALITER. Mellis libra, roſarum ſucci libra, piperis drachmæ duæ, ſcammoniæ drachmæ octo, maſtiches drachmæ quatuor, zingiberis drach. duæ.

ALIO modo, quo ego vtor, Spicæ nardi, aſari, epithymi, ſingulorum ſemuncia: macerantur in aquæ hemina per triduũ: vbi mediocriter incoxeris, miſceto aquæ roſarum ſucci ſextarij dimidium, mellis tantundem. Poſtquàm aduſq; ſpiſſitudinem fuerint incocta, ſcammoniæ ſeſcũcia admiſcetur.

Purgatio ex malis cotoneis.

MALORVM cotoneorum toſtorum vnciæ quatuor, [a] piperis vnciæ ſex, ſcammoniæ drachma, mellis vnciæ quinq;: trita exhibentur cochleario inſtar vnciæ, aut pro viribus.

Compoſitio dia citriu, quod eſt, ex malo medico. ſtomacho vtilis.

MALI medici corticis carníſque pondo in aquæ ſextario vno & dimidio ad tertias decoquitur, mellis ſextarius dimidius adiicitur: vbi mellis ſpiſſitudinem ex coctione acceperint, inſpergitur læuigati piperis longi vncia, ſcammoniæ toſtæ in fermento tantundem.

Bucellatus purgans.

SCAMMONIAE toſtæ vncia, piperis, apij ſemini, ſingulorum ſcrupulum, fœniculi, aniſi, ſingulæ vnciæ, mellis libra: toſta mediocriter inſtar vnciæ dantur in condito.

Oliuæ purgantes.

SCAMMONIAE vncia, piperis tantundem, epithymi, cumini torrefacti, petroſelini, rutæ, foliorum menthæ viridis, ſingulorum drachmæ quatuor, laſerpitij drachma, palmularum vnciæ quinque, mellis tantundem, aceti heminæ duæ, oliuarum colymbadum ſextarius, ſciſſarum videlicet: quidam & gari momentum addunt. [b] Modus eſt quinque ſcrupula aut ſeptem aut nouem.

Paſtillus purgans.

SCAMMONIAE drachmæ quatuor, euphorbij tantundem, phylli, piperis, ſingulorum drachmæ duæ, mellis libra, datur inſtar vnciæ.

Phuſca purgans, & ſtomacho grata.

Cvmini, fœniculi, ſingulorum vncia, pulegij, apij, aniſi, ſingulorum ſemuncia, epithymi, ſcammoniæ, ſingulorum vncia, ſalis vnciæ duæ. Summus modus datur ſcrupulis duobus in poſca, nonnulli etiam euphorbij ſcrupula quatuor adiiciunt.

Vinum purgans in hydropicis.

Scillae tres vnciȩ, apij ſeminis vnciȩ ſex, piperis drachma, capparis radicis drachmæ quatuor, cocci gnidij cortice exuti drachma, folij malabathri galbuli duo, vini heminæ duodecim, mellis ſextarij tres: ſcillla contuſa vino ſuperfunditur, reliqua læuigata miſcentur.

Halatia, quaſi dicas ex ſale confecta, purgatio.

Salis communis torrefacti drachmæ ſex, apij ſeminis, zingiberis, panis ſicci, ſingulorum ſcrupula ſex, aniſi, piperis ſingulorum ſemuncia, ſcammoniæ, epithymi, ſingulorum vncia. datur circiter cochleare.

Compoſitio dia Hermodactylu, ad podagram.

Hermodactyli quadrans, aniſi, cumini æthiopici, ameos, thymi ſummitatem, piperis albi, zingiberis, ſingulorum ſcrupula tria, epithymi ſemuncia: exhibentur ſcrupulis quatuor. quidam ſcrupula ſex dant manè cum condito, aut mulſa, [c] aut aqua calida.

Aliter eadem purgatio. Hermodactyli vncia, cumini æthiopici, aniſi, agarici, zingiberis, ſingulorum ſcrupula ſex, maſtiches, ſpicæ nardi, ſingulorum ſcrupula duo, muſci ſiliqua, cnici ſcrupula duo. datur quatuor ſcrupulis cum hydromelo. Scammoniam, quòd ſtomacho ſit inutilis, auerſamur. Si autem liberaliore vacuatione opus ſit, ſcammoniæ ſiliquas treis menſuræ admiſcebis: loto exhibetur.

Catapotia, quæ conſtant lapide armenico, arthriticis potiſſimùm exhibenda.

Aloes vnciæ quatuor, ſcammoniæ ſemuncia, agarici vncia, epithymi tantundem, lapidis armenici ſcrupula duodecim, caſſiæ vncia, ſpicæ nardi vncia, ſcillæ toſtæ ſextans, croci ſcrupula duodecim: rhodomelite excepta duobus ſcrupulis exhibentur.

Compoſitio dia Coronopodiu, ad eadem efficax, ad quæ ex Hermodactylo confecta, ſtomacho vtilis.

Zingiberis ſcrupula duo, piperis ſcrupulum, agarici ſcrupu

ſcrupula decem, cnici partis interioris ſcrupula quatuor, coronopodij radicis ſcrupula ſex. [d] dantur ſcrupula tria: quibus aluus eſt difficilis, ſiliquæ viginti tres, quæ faciunt omnino obolos ſeptem, aut ferè octo. vbi venter inanitus eſt, ad lauacrum duces, inde ouis & pane enutries.

Medicamentum ex Cyrenaico liquore ad febrem quartanam.

LACTIS cyrenaici, piperis, zingiberis, rutæ foliorum, ſingulæ drachmæ. datur ad nucis auellanæ magnitudinem.

Puls ad purgandum, tumoribus laxis, & elephanticis ſingulariter efficax, & in quibus humorem craſſum glutinoſumq; emoliri voles.

CVCVRBITIS duabus ſylueſtribus circuncisis ſemen eximetur, interiore ipſarum carne relicta, dulci oleo ipſas replebis, & propriis operculis obtectas pernoctare ſines, in ſequẽti die vacuato oleo cucurbitas in aqua decoques dum tabeſcant, deinde ipſis proiectis, oleo aquæ temperato nigri veratri triobolum adiunges, ſcammoniæ drachmã: vbi iam cum his pulticulam è ſimila, aut panem ſiccum læuigatum incoxeris, inde ægroto dabis tenui pridie vſo victo, ad nucũ auellanarum octo aut decem, aut plurimum quatuordecim magnitudinem, & potioni aquam calidam exhibebis.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Colocynthidis medullæ. *Hæc ſunt Catapotia, quæ officinæ vocant Cochias. Deprauata autem eſt ſcriptura in codice Græco: habet enim ἀλόης μι. α. hoc eſt, aloes pars vna. Gale. vnde Paulus tranſcripſit, libro primo de compoſitione medicamentorum ſecundum locos, ἀλόης habet μι. β. hoc eſt partes duæ.*

Purgatio ex malis cotoneis. *Nimis magnum videtur pondus piperis, nempe vnciæ ſex, fortè drachmæ ſex.*

Oliuæ purgantes. *Habetur in compoſitione oliuarum colymbadum, ſciſſarum, hoc eſt, vt melius perfundi liquore poſſint. Aetius libro tertio, inquit, oliuas ſigillatim tribus ſciſſuris inſectas in eodem liquore aliquot diebus conficito & vtere.*

Catapotia ex lapide armenico. *Scammoniæ pondus erat nimis grande, vnciæ ſex, mendumq; in codice Græco eſſe puto. nam legitur <o. ς. hoc eſt vnciæ ſex pro ΓΟ. S. quod eſt ſemuncia: facilis lapſus, cùm quaſi eadem literæ vtriuſque facies ſit.*

Vbi venter inanitus. *In Græco lege poſt κένωσιν, γαστέρος. Non fuit verſa in γαστέρος, ὀβολοὺς dicto.*

Puls. *In titulo eſt Græcè, ὠδιλινοῖς, tu fac οἰδαλινοῖς, quaſi œdematoſis.*

CORNARII.

a piperis ſemuncia. Pondus ſex vnciarum nimium eſſe puto. Quare pro πεπέρεως ΓΟ.ϛ. legendum puto ΓΟ. S. id eſt vnciæ dimidium. Aetius lib. 3. cap. 92. piperis & zingiberis ſingulorum drachmas duas habet. At ſcammoniæ drachmæ vnius pondus minus eſſe pro reliquorum modo videtur. Aetius idem pondus in reliquis cum Paulo ſeruans, ſcammoniæ drachmas ſex habet. Nihil tamen hîc mutaui. Præterea Aetius cochlearium vnum dat, quomodo etiam in Paulo legendum, nimirùm δίδε κοχλιάριον. α. & non κοχλιάριον ΓΟ. α.

b Dantur ex his quinque, aut ſeptem, aut octo.

c aut mero feruefacto. ἢ ζεστακράτῳ. Per ζεστάκρατον vinum meracum feruefactum accipio, vt ſit quaſi ζεστὸν ἄκρατον.

d Græca ſic corrigito: ἡ δόσις γράμματα γ. τοῖς δὲ δυσκοιλίοις κεράτια Κγ. ἃ ποιεῖ πάντως. ζ. ἢ ὀκτὼ σωέγγυς ὀβολοί. vt quum in communi ſcrupuli tres, aut oboli ſex, aut ſiliquæ octodecim huius medicamenti exhibeantur, his qui ægrè ſoluuntur, dentur ſcrupuli ferè quatuor, aut oboli ferè octo, aut ſiliquæ viginti tres.

Quomodo eos qui purgantur tueri conueniat, quidq́; faciundum vbi medicamentum purgans aſſumptum nihil profecerit.[e] *Cap. VI.*

Dandum ieiuno pharmacum.

SVmmatim in omni purgatione afficaci, medicamentum homini quem certa priùs victus ratione alueris, ieiuno & concoctione obita trades, ac à ſomno quoad in totum purgatus fuerit, arcebis, motu mediocri ſi fieri poteſt adhibito, cibo omni & potu abſtinere vſque ad conſummatam purgationem compelles.

Ex commentariis Philagrij.

Cibus ſtatim ab epoto pharmaco.

AT ſi inediam non tulerit, aut quòd ventriculi os ad bilem contrahendam expeditum ex longa penuria præcedente habeat, aut alia eiuſmodi de cauſa, dabitur ipſi panis ex vino aquoſo, aut ptiſanæ cremor, aut chondri, idque nondum incepta vacuatione, (vt ne cibus corrumpatur) ſed protinus vbi medicamentum fuerit epotum: ſic enim nonnunquam ad celerem medicaminis motionem pondere ſuo opitulatur. Si verò quocunque medicamento ad aluum emolliendam aſſumpto quis non purgetur, neque vacuetur, nullo accedente periculo nihil moliendũ eſt. At ſi magnitudo morbi

morbi vrgeat, [f] aut æger vellicetur, diſtendatur, & lancinationem expertus fuerit, clyſter ſtatim neceſſariò iniicitur. Si ne ſic quidem venter reſpondeat, corpore roſionem & veluti euerſionem ſuſtinēte, lauare liberaliter inungendo oportet: vbi repletum eſt grauatúrque, ſanguinis dimiſſio congruet, præſertim vbi multi compos ſanguinis homo fuerit, oculos rubros habeat, & emiſſitios, non ex natura, ſed acquiſitò ex medicaminis potione. Vbi horum nihil infeſtat, ſed morſus & vellicatus affligit, à balneo cibum protinus offeres, vinum liberalius potui dabis, atque intereà clyſterem inſeres, niſi ſubſiſtat cruciatus, rurſusq́ue lauabis. Eſto autem oleum quod in aluum dabis rutaceum, aut ex alio quopiam flatus [g] expertè præparatum.

Non purgatorum dolores.

ANNOTAT. CORNARII.

e *Ex Philagrio. Hîc ſunt verba iſta reponenda.*

f *aut æger lancinetur, & diſtendatur, & velut ſerra ſecetur.* ἢ σπαράττοιτο, ἢ διατείνοιτο, καὶ πεπρισμένος ὁ κάμνων εἴη. *Per* πεπρισμένος *ſerratum accipio, qui ſe velut ſerra ſecetur, affligi ſentit, à verbo* πρίζω. *Poſſet etiam legi* πεπρησμένος *à verbo* πρήθω, *vt incenſus ac velut ardens accipiatur, & vtranque afflictionem veriſimile eſt non purgatis contingere.*

g *flatus diſcutiente.*

Si purgatio modum excedat. Cap. VII.

SI purgatio maior ſit impendio, cutis infricari debet, & lauari calida: ante balneum vinū tenue, fuluum & flauum dari, tale ſiquidem celerrimè in totum corpus diſtribuitur: item panis ex eo madens & malum punicum. Quòd ſi euacuatio perſeueret, artus vinculis excipientur, quæ è ſummo deorſum diſtributa, conſtringant, & nonnihil ſanguinis & ſpiritus excipiant: dabitúrque potui theriaces ex carnibus viperarum momentum. deducit enim in cutem, ſubitoq́ue reuellit humorum in ventriculum confluxum, obtundítque medicinæ purgantis quod ceu viroſum eſt & medicatum. huius penuria paſtillos theriacos, prætereà compoſitionem diaſpermaton, & Philonium appellatam: imò etiam cucurbitulis ſupra ſtomachum, & cataplaſmatis ex polenta & mulſo vti, prodeſt, deinde epithematis aſtringentibus: maximè verò ex totius corporis frictione, & medicaminum potu, adiuuantur. Aër ipſis vitandus, qui frigidus nimium aut calidus exiſtat: ille ſiquidem materiam à foris intrò compellit,

Vinum tenue.

Theriace.

Eroſioni inteſtinorum ex pharmaco cõmoda.

lit, fluorémque auget: hic diſcutit, & vireis reſoluit. At ſi ex inteſtinorum quæ medicamento irritantur, eroſione, vacuatio augeatur cataplaſmatis obducere commemorata oportet, & in aluum dare quæ acrimoniam retundunt, adipem anſerinum ſcilicet, vinum dulce, nardum, & conſimilia.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Frictione & medicaminum potu. *Non purgantium, ſed obtundentium vim medicaminis præſumpti, intelligito.*

De Hieris antidotis. Cap. VIII.

Hiera Antiochi.

CHamædryos, agarici, colocynthidis medullæ, ſtœchados, ſingulorum drachmæ decem, opopanacis, ſagapeni, petroſelini, ariſtolochiæ ſarmentaceæ, piperis albi, ſingulorum drachmæ quinque, cinnamomi, ſpicæ nardi, myrrhæ troglodytidis, croci [h] foliorum, ſingulorum drachmæ quatuor, mellis quod ſatis eſt.

ALITER. Colocynthidis carnis drachmæ viginti, ſcillæ toſtæ, agarici, ammoniaci thymiamatis, veratri nigri corticis, ſcammoniæ, hyperici, ſingulorum drachmæ tres, epithymi, polypodij aridi, bdellij, aloës, chamædryos, marrubij, caſſiæ, ſingulorum drachmæ octo, myrrhæ troglodytidis, opopanacis, ſagapeni, petroſelini, piperis communis & longi & albi, cinnamomi, croci, caſtorij, ariſtolochiæ longæ, ſingulorum drachmæ quatuor, mellis quod ſufficit.

Hiera Iuſti.

EPITYMI drachmæ duodecim, marrubij, ſtœchados, chamædryos, veratri nigri, ſcammoniæ, agarici, piperis longi, ſcillæ toſtæ, ſingulorum drachmæ ſedecim, euphorbij, colocynthidis carnis, aloës, croci, gentianæ, petroſelini, guttæ ammoniaci, ſagapeni, ſingulorum drachmæ octo, opopanacis, polij, cinnamomi, myrrhæ, ſpicæ nardi, iunci odorati floris, pulegij, ſingulorum drachmæ quatuor, ariſtolochiæ longæ & rotundæ, vtriuſque drachmæ duæ, mellis quod ſatis eſt. datur ſcrupulis duobus, aut tribus, aut quatuor cum mulſa & ſale.

Hiera Galeni.

CHAMAEDRYOS, piperis longi, piperis albi, ſtœchados, veratri nigri, ſcammoniæ, ſpicæ nardi, ſcillæ toſtæ, (nõnulli etiam epithymi) ſingulorum drachmæ ſedecim, myrrhæ,

rhæ, croci, ammoniaci ſuffiminis, euphorbij, ſingulorum drachmæ octo: excipiuntur melle.

Hiera Ruſi.

CVCVRBITAE ſylueſtris, quæ ſicyonia vel colocynthis dicitur, carnis drachmæ octo, chamędryos drachmę decem, ſagapeni drachmæ octo, petroſelini, ariſtolochiæ rotundæ, piperis albi, ſingulorum drachmæ quinque, cinnamomi drachmę quatuor, vel caſſiæ octo, ſpicæ, croci, polij, myrrhę, ſingulorũ drachmæ quatuor, mellis quod ſatis eſt.

Hiera Archigenis.

MARRVBII, agarici, chamædryos, colocynthidis carnis, ſtœchados, ſingulorũ drachmæ decem, opopanacis, ſagapeni, petroſelini, ariſtolochiæ rotundæ, piperis albi, ſingulorum drachmæ quinque, cinnamomi, ſpicæ nardi, myrrhæ, polij, croci, ſingulorum drachmæ quatuor. arida tunduntur ſimul & incernuntur: opopanax autem, ſagapenum, & myrrha contuſa, mulſa per noctem vnam in pila macerantur: deinde læuigantur, & ſicca his admiſcentur, melle optimo excepta reponuntur in vitreo vaſe aut plumbeo. hæc ratio omnium hierarum communis eſt. Summus ipſarum modus eſt drachmæ duæ: aſſumatur & ſalis drachma, mellis heminæ duæ, aquæ quantum ſatis eſt. Quòd ſi vehementiores ad purgandum voles efficere, quibus ſcammonia non ineſt, iniicietur & his ſingulis ex illa obolus.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Mellis quod ſufficit. *Poſt τὸ ἀρκοῦν. In codice Græco, adde ἄλλως. Hoc eſt aliter.*

Hiera Archigenis. *In Græco codice, pro πολίου quidam φύλλα legunt.*

Quæ ſedi & vmbilico illita purgent. *Cap.* IX.

Illitio ſedis ad flatus excutiendos.

RVta cum melle in tenuiſſimum pollinem redigitur, vt vnus ſuccus fiat, & penitiſſimè intra ſedem delinitur. Efficaciſſimum verò eſt ſi cumini momentum & nitri aſſumat, vel cyclamini ſuccum: ſtuppa exceptum imponitur, aut glandis forma melle appoſito, flatus ſiquidem multi erumpunt, ventrem leuantes.

Perunctio ſedis ventrem mouens, [k] *Chezanance.*

ALVMEN cum melle læuigatũ coquitur quoad fuluum reddatur,

reddatur, atque hoc ſedes perungitur, facilè enim copioſa citra laborem ſubducit.

Medicamentum quod vmbilico illinitur epomphalium dictum, ad aluum ſubucendam.

CYCLAMINI drachmæ quatuor, nitri drachmæ tres, veratri nigri & albi, ſingulorum drachmæ duæ, colocynthidis drachmæ tres, ſcammoniæ drachmæ duæ, elaterij ſucci drachmę quatuor, cocci gnidij totidem, caricarũ pinguium vnciæ duæ, fellis taurini vncia.

Aliud laudatiſsimum.

ELATERII, lathyridis, galbani, cyclamini, veratri nigri, ſingulorum drachmæ quatuor, colocynthidis carnis drachmæ octo, cucumeris ſyluatici recentis, ſcammoniæ, cocci gnidij, tithymali, ſingulorum drachmæ duæ, terebinthinæ drachmæ tres: excipito hæc felle taurino, & vnguinis modo vtitor.[l] Quidam verò adiungentes faui vncias ſeptem, & ſicyonij quod ſatis eſt, emplaſtri modo impoſuerunt.

ANNOTAT. CORNARII.

k *Chezananca, id eſt Cacagoga. Nam χεζανάγκη appellata videtur ὅτι τὴν τοῦ χέζειν ἀνάγκην εἰσφέρει, id eſt quod cacandi occaſionem inducat. vnde ad Græcæ vocis ſimilitudinem Cacagogam dixi.*

l *Quidam ceræ ſeptunce addito, & olei ſicyonij quantum ſatis eſt, &c. lungis falsò pro lungũ.*

Quæ medicamenta vomitum citent, & quomodo veratrum exhibeatur. Cap. X.

Vomitoriorum medicamẽtorum vſus.

VOmitu vtuntur & ſani, qui ciborum humorúmue copia grauantur: & acuto morbo laborantes quum à pituita aut eiuſmodi quodam infeſtantur. At medicamentis vomitum facientibus neque ſani, neque acuta ægritudine occupati, vti permittentur: ſed in longis proſunt affectibus, & præſertim induratis, quæ validam commotionem deſiderent, qualis eſt podagra, morbus comitialis à ſtomacho originem trahens, elephantia, aqua ſubter cutem, melancholia, & perſimiles. Aduerſatur vomitus ſanguinem excreantibus, malo præditis ſtomacho, & iis qui ſuffocationibus opportuni ſunt. Promptiſſimum igitur ad vomitum ciendum eſt Cyprinum, digitis aut pinnis in id intinctis, demiſſiſq; in guttur. item nardi gallicæ radicum drachmæ ſeptem, ex mulſa potæ ſurſum valenter purgant: ſimiliter etiam radicum betonicæ, quæ Ceſtron dicitur, quinque aut ſex drachmæ cum mulſa

Vomitus quibus noxius.

Vomitoria medicamenta.

mulſa ſumptæ, & daphnoidis tria folia viridia in læuorem coacta comeſtaque. Item elaterij obolus in aqua aſſumptus, ſurſum pituitam & bilem expurgat: & herbæ pedicularíæ grana quindecim cum mulſa craſſiore: ex bulbis autem qui manducari ſolent, ſi crudi aſſumantur. Narciſſi autem elixi ſurſum per vomitum purgant. idem facit apij radicis pars ſuperior, aëri proprior comeſta, vocant eam nonnulli Chamæraphanon: inferior autem pars per inferna purgat, tota verò ſumpta vtrinque: raphani prædictis minùs quidem purgant, ſed vtiliùs: cæterùm conuenit ipſas acreis & recenteis adhuc minutim conciſas, ante duas tréſue horas in oxymelite maceratas quàm fieri poteſt multas, aſſumere, ter quatérue à cœna vomitu excitato: ſemel autem ieiuni voment, & ſæpe oxymel abſorbebunt: vbi duabus horis inambulauerint, egelidam bibentes aquam, digitis aut pinnis in os demiſſis voment.

Bulbi ſubaudi.

Vomitus ex raphanis.

Quibus modis veratrum exhibeatur.

VERATRVM dari debet, vbi longi velentéſque morbi ſunt, & ſpes ex aliis præſidiis adempta eſt, quòd ægritudo omnibus ipſis fortior extiterit. Conueniet autem ſiue continuè infeſtauerit morbus, vt aqua inter cutem, elephantia, malus corporis habitus, reſolutio, & id genus alia: ſiue ſtatis temporibus repetat, vt morbus comitialis, podagra. Porrò quum plures hellebori exhibendi modi exiſtant, ſimplicior quidem & præparatio potior ad id aſſumendum, talis eſt. Raphano arundine compuncto diſſectoque veratri albi optimi radicum præſegmina inſeruntur: ac vbi vna nocte in eo permanſerint, proiiciunt: raphanus minutim conciſus, cum oxymelite in dictum modum ægro exhibetur, nimirùm vomitionibus aſſueto, atque is horis quot diximus interpoſitis ad vomitum cogendus eſt. At proprius veratri exhibendi modus hic fuerit. Veratri optimi ſextans, in aquæ hæmina diebus quinque maceratus, ad aquæ tertias incoquitur: vbi expreſſum veratrum eſt, aquæ miſcetur tantundem mellis: excoctum vſque ad ſpiſſitudinem prædicto modo, laboranti exhibetur, præterquam vomere prius exercitato etiam ieiuno, probéque defuncto concoctione, & cui aluus reſponderit, vel ſua ſponte, vel clyſtere ſemel bíſue ſecundum virium rationem ſollicitata. Omnium verò efficaciſſimus modus talis eſt. Diſſectis veratri radicibus

in ſeſami magnitudinem (nam in tenuiſſimum redactæ pollinem virium efficacia ſtrangulationes pariunt) veratri plurimum drachmas duas, modicè vnam, imbecillioribus ptiſanæ cremori aut halicæ, aut id genus alicuius incoctam, potui dabis: valentioribus ex aqua calida aut mulſa. Incipit autem purgatio poſt tres quatuórue horas: quibus tardior eſt, ij meliùs purgantur. Quod ſi vomitus lentè oboriatur mulſa potui data, vomere æger cogendus eſt, pinnis oleo madidis in os demiſſis. ſi ne ſic quidem proficiatur, in balneum deduci debet. Vbi iam vomere inceperit, ſi vacuatio paulatim reſpondeat, nullum ægro negotium faceſſere oportet. ſin autem vellicatum aut conuulſionem experiatur, hydrelæum potui dabitur, ſimul & in aluum ab inferiore parte indetur: quod alioquin in his qui helleborum aſſumunt, nonnunquam fieri ſolet, vnde medicamenti coaceruationem faciliùs ferunt. Si anima deficiat, naribus quæ odorem mouent admotis & conſimilibus vireis recolligere, aliíſque vt veriſimile eſt ſuperuenientibus caſibus, eadem accommodare oportet. At multa facta inanitione, cibus dari, ſomnúſque permitti debet, & alia ſicuti in his qui nimium purgantur diximus, factitanda ſunt. Si perſeueret vacuatio, cucurbitulas ſtomacho defigere, & artus vinculis excipere conuenit: ſin autem pro ratione facta ſit, mulſæ iuſta portio propinabitur, qua ſuperfluitates è medicamento reliquæ eluantur: mox cibus boni ſucci offeretur. Iam verò in iis qui medicamenta per os abominantur, omnino autem hellebori potionem requirunt, Antyllus huiuſmodi quodam vſus eſt clyſtere: hellebori albi drachmæ duæ in aquæ ſextario per diem & noctem vnam macerantur, ſequenti die veratrum in aqua ad dimidias coquitur, inde in aluum datur, vt vomitum concitet, ſuperius purgat paulò imbecillius quàm veratri potio. Vbi abundè purgatum eſt, glande acri impoſita, aluus irritatur, vt quod iniectum eſt reddatur, & æger non amplius vomat. Facta excretione, mulſa ſemel biſue inteſtinis abluendis iniicitur. ipſe verò Antyllus tradit fieri etiam glandem ex helleboro albo tuſo cribratoque: deinde decocto melle excepto, ac clyſteris modo ex helleboro præparati, ſuperiorē ventriculum purgare, verùm hic eſt modus probatior. Nam purgationem partire in vices nobis licet: pondus igitur ſit veratri drachmæ duæ: cæterùm

Clyſteres ſurſum purgantes.

Glans ſurſum purgãs.

cæterum glans circumaptetur aut vinciatur ſtuppa ſolidiore, cuius initium extrinſecus per ſedem recipiatur, quò glandem vbi ſatis purgando profecerit, auferre poſſimus. hic modus purgat quidem abſolutiſſimè, non autem ſuffocationem aut aliud quoddam periculum inducit.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Præcipuè induratis. *Melius in codice Græco legitur τῶν σκληρωμένων pro τῶν ἐσκιρρωμένων, quod eſt ſcirrho obductis. Nam ſcirrhus nunquàm poteſt emolliri aut diſcuti, aut medicamentis intrò ſumptis amoueri.*

Apij radicis. *Apios herba eſt, cuius radicis alia pars ſurſum, alia infrà purgat. ne putes hîc apium, quod Græci σέλινον dicunt, intelligi.*

Purgatio paulatim reſpondeat. *In Græco eſt κατὰ λόγον, fac tu κατ' ὀλίγον.*

De differentia antidotorum. *Cap. XI.*

PRæfatio Galeni de antidotis in hunc modum habet. Medicinas quæ non extrinſecus impoſitæ, ſed intra corpus aſſumptæ affectibus medentur, antidota veteres nuncupant: cæterùm triplex ipſorum eſt differentia, quædam enim letalium medicamentorum gratia offeruntur, quædam ob beſtias virus iaculanteis, quas Græci ἰοβόλους appellant, quædam verò morbis ex prauo victu contractis auxiliantur: nonnulla treis hos vſus promittunt, quemadmodùm etiam quæ theriaca dicitur.

Antidotus quid.

Antidotorum differentiæ tres.

Hedychroi quod theriacen ingreditur, confectio.

ASPALATHI radicis corticis, calami aromatici, coſti, aſari, xylobalſami, phu, amaraci, maſtiches, ſingulorũ drachmæ ſex, carpobalſami drachmæ duæ, mari drachmæ ſedecim, iunci odorati floris drachmæ duæ, cinnamomi drachmæ vigintiquatuor, amomi, caſſiæ, rha, ſingulorum drachmæ octo, nardi Indicæ, phylli, ſingulorum drachmæ duodecim, myrrhæ drachmæ vigintiquatuor, croci drachmæ duodecim: vino primi meriti excepta, in paſtillos coguntur, manu in opobalſamum intincta.

Quomodo paſtilli ſcillini præparentur.

SCILLA luto aut cruſta ex panificio & opere piſtorio oblita, modicè torretur, inde carnis ipſius partes, duæ, cum erui farinæ vna capiuntur, ſimúlque læuigantur & finguntur paſtilli.

Quomodo paſtilli theriaci fiant.

SVMVNTVR viperæ quatuor aut quinque, fului coloris & recens captæ, & quaternis digitis à capite & cauda amputatis, totáque cute detracta & interaneis exemptis, reliquum corpus in fictili nouo cum anetho & ſale modico diſcoquitur, dum ſpinæ à carnibus ſegregentur: deindè his exceptis ablatíſque accuratè à ſpinis carnibus, & panis puri æquali modo addito, læuigantur omnia pariter, formantúrq; orbiculi manu in opobalſamũ intincta: in vmbra[m] refrigerantur.

Quomodò paretur theriace antidotum.

PASTILLORVM ſcillinorum drachmæ quadraginta octo, paſtillorum theriacorũ, paſtillorum hedychroi, cinnamomi, piperis communis, lacrymæ papaueris, ſingulorum drachmæ vigintiquatuor, roſarum ſiccarum drachmæ duodecim, ſcordij, napi buniados ſeminis, iridis illyricæ, agarici, dulcis radiculæ, opobalſami, ſingulorum drach. duodecim, myrrhæ, croci, zingiberis, rheu pontici, quinquefolij radicis, nepitæ, iunci quadrati floris, marrubij, petroſelini, ſtœchados, coſti, piperis albi & longi, dictamni, thuris maſculi, terebinthinæ, maſtiches chiæ, caſſiæ, nigræ, nardi indicæ, ſingulorum drachmæ ſex, polij floris, ſtyracis, apij ſeminis ſeſelis, thlaſpis, ameos, chamædryos, chamępityos, hypociſthidis ſucci, malabathri, nardi gallicæ, [n] nardi, mèu, gentianæ, aniſi, fœniculi ſeminis, lemniæ terræ, chalcitidis toſtæ, amomi, acori, carpobalſami, phu pontici, hyperici, acaciæ, gummi, cardamomi, ſingulorum drachmæ quatuor, dauci ſeminis, galbani, ſagapeni, bituminis, opopanacis, caſtorij, centaurij tenuis, ariſtolochiæ ſarmentitiæ, ſingulorum drachmæ duæ, mellis attici pondo decem, vini falerni ſextarij duo: coniectis in pilam, liquore hypociſthidis, myrrha, ſagapeno, dulci radicula, ſtyrace, acacia, & opopanace, mellis momentum inſtillatur, contuſáque diſſoluuntur, deinde vino ſuperfuſo, vt illa ſuperet per triduum madeſcunt: inde reliqua contuſa in vnitatem coguntur, [o] mel deſpumatum: cæterùm in argenteo aut vitreo vaſe non adeò pleno medicamentum reponitur, frequenter operculum aufertur. Vſus eius eſt, quum vrget neceſſitas, in iis qui à feris commorſi ſunt & venena aſſumpſere, poſt annum ætatis ſeptimum, ſic vt inſtar nucis auellanæ, cum tribus vini cyathis, quotidie bis bibatur. Similiter facit ad eos qui ex quadam latente cauſa periclitati ſunt,

Vſus Theriaces.

ſunt, corruptela quæ corpus conficit, letalis medicamenti qualitatem imitata, p quemadmodùm in peſtilētia correptis potiſſimùm accidit, ſemel quotidie. in aliis verò affectibus à decem annis vſq; ad viginti, vſus eius celebratur, in tuſſi, thoracis doloribus aut laterum, ſi febris abeſt, cum mulſo: ſi illa vrat, cum hydromelite, ſub noctem ad fabæ Aegyptiæ magnitudinem exhibetur. Sanguinem autem excreantibus omnibus, ſi morbus recens eſt, ex poſca: ſi vetuſtior, ex ſymphyti decocto, quantùm faba Aegyptia explet, idq́; manè, & veſperi. At quos inflationes & torſiones circa vmbilicum, aut morbus cœliacus malè habet, ex aqua calida ad fabæ Aegyptiæ magnitudinem mane aſſument. cæterùm appetentiam vehementem excitat, rigores, perfrictionem, & bilis vomitum, præſumptum antè acceſſiones diſcutit, menſtrua ducit, & fœtus mortuos eiicit, fabæ Aegyptiæ inſtar potum ex mulſa, aut paſſo in quo ruta aut dictamnum decoctum ſit. Item ad vocem abſciſſam valet & per ſe, & cum duplicato tragacantho ex mulſo aut paſſo potum, atque ſub lingua retentum eliquatúmq; lienoſis, iocinoroſiſq́ue ex poſca, ſi ſcirrhus adeſt, ex oxymelite, aut aceti ſcillini ſeſquicyatho: in nephriticis cum mulſo circa fabæ Aegyptiæ magnitudinem: dyſentericis tantundem cum decocto rhu, mane & veſperi. Ad lippitudines autem ſummè etiam in hunc modum temperatum facit: antidoti & opobalſami vnciæ duæ, mellis cyathus: mixta paulatim vnguntur. Item denteis abſtergit. pleriq; verò vt ſanitatem ab iniuriis vindicent, noua Luna ad Grȩcanicæ fabæ magnitudinem ex eo ſumunt, concoctione benè obita cum vno mellis cochleari, & duobus aquæ cyathis. Similiter etiam in peregrinationibus eo vtuntur, quùm praui cuiuſdam aëris aut aquarum in itinere ſuſpicionem habent.

Sales Theriaci.

SVMVNTVR viperæ recens captæ numero quatuor, mox ſalis ammoniaci aut communis modius Italicus, deinde cum ipſo in pilam coniecto tunditur in craſſiores partes gentianæ ſeſquilibra, ariſtolochiæ rotundæ ſeſquilibra, centaurij tenuis comæ libræ duæ, cardamomi, marrubij, ſingulorum vnciæ ſex, ſcordij, apij, chamædryos, creticȩ, ſingulorum libra, rutæ ſatiuæ ſeminis libra: melle attico in vnitatem coguntur, & dimidia ipſorum pars in nouum fictile coniicitur, deinde quatuor viperæ viuæ, quibus adduntur

etiam ſcillæ tenerę recentes quinque minutim conciſæ, hinc reliqua miſturæ portio dimidia ſuperiniicitur: ac vbi olla cooperta diligenter fuerit, tribus quatuórve foraminibus operculum ipſius pertundes, vt per ea vapor toſtionis modum ſignificet. Primùm enim videbitur fumus exire copioſus, obſcurus, admodúmque turbidus, qui ignem beſtias iam inuaſiſſe nuntiet, quando te animum diligenter aduertere conuenit, ne tandem fumi huius aërem è viperarum exhalatu vitiatum inſpires. Poſteà, vbi vapor ceſſauerit, & tenuem quandam flammam per foramina eiaculatam conſpexeris, tunc ipſa toſta eſſe quàm optimè cenſeto, atque ita fictili ab igne ſublato tota die noctúque refrigerantur. Deinde ollam aperito, exemptóſque inde carbones diligenter tundito, & cum hiſce miſturis incernito: rutæ ſylueſtris ſeminis, hyſſopi cretici, ſingulorum vnciis nouem, fœniculi ſeminis, nardi gallicæ, ſtachyos Scythici, ſingulorum vncis ſex, petroſelini macedonici, malabathri foliorum, ſingulorum vnciis quatuor, amomi vuæ, ormini ſeminis torrefacti, ſingulorum vnciis tribus, origani ſummitatum, thymi ſummitatum, ſingulorum ꝗ vnciis nouem, baccarum iuniperi, ʳ piperis albi, piperis nigri, fœniculi, ſingulorum libris duabus, laſerpitij radicis vnciis decem, coriandri ſeminis, zingiberis non perforati, ſatirij ſeminis vel radicis, pulegij montani, ſeſelis maſſaliotici, tordyli montani ſeminis, menthæ, ſingulorum vnciis ſex, caſſiæ fiſtulæ vnciis duabus, cinnamomi vncia. Porrò ego ſales ipſos præparaui, non combuſtis beſtiis, ſed ipſarum paſtillis quemadmodùm in theriaca, ſic vt hos iis quæ cum beſtiis cremantur admiſcerem, quò ſi quam in ſe amarulentiam haberent, eam per aduſtionem deponerent: tantúmque paſtillorum modum inieci, quantum viperarum quaternionem habere coniiciebam, atque hac ratione longè præſtantiſſimi euaſerunt.

Antidotum Mithridatis, dia ſcincu.

MYRRHAE troglodyticæ, zingiberis, cinnamomi, ſingulorum drachmæ decem, ſpicæ nardi, thuris, thlapſis, opobalſami, iunci odorati floris, coſti, ſtœchados, ſeſelis, galbani, reſinæ terebinthinæ, piperis longi, caſtorei, hypocyſthidis ſucci, ſtyracis, malabathri foliorum, ſingulorum drachmæ quatuor, caſſiæ nigræ, polij, piperis albi, ſcordij, dauci ſeminis, carpobalſami, cyphios, bdellij, nardi gallicæ, gummi,

mi, petroſelini, opij, cardamomi, fœniculi ſeminis, gentianæ foliorum roſæ, ſingulorum drachmæ octo, dictamni, aniſi, acori, phu, ſingulorum drachmæ tres, mēu athamantici, acaciæ, alui ſcinci, hyperici ſeminis, ſingulorum ſeſquidrachma, vini & mellis quod ſatis eſt. Præparatur theriacæ modo. [s] Galenus tradit ad eadem hoc valere, ad quæ illa, præterquàm ad viperæ morſus: in eos enim Theriace efficacior eſt. *Præparatio* *Vſus.*

Antidotum dia hæmaton, hoc eſt ex ſanguinibus, ad omnia venenata, & lethalia medicamenta.

PIPERIS albi & longi, coſti, acori, phu, aniſi, dictamni cretici, ſingulorum drachmæ duæ, amomi, opobalſami, rutæ ſylueſtris ſeminis, fœniculi ſeminis, cumini æthiopici, anethi, anatis maſculi ſanguinis ſicci, hœdi ſanguinis, anſerini ſanguinis, anatis fœminæ ſanguinis, napi ſylueſtris ſeminis, ſingulorum drachmæ tres, gentianæ radicis, trifolij, iunci odorati floris, lacrhymæ thuris, roſarum ſiccarum, ſingulorum drachmæ quatuor, cinnamomi drachmæ duæ, ſcordij drachmæ octo, petroſelini, pollij, myrrhæ, nardi, ſingulorum drachmæ ſex, caſſiæ drachmæ tres, lactis cyrenaici totidem, ſtœchados drachmæ quinque, aſari drachmæ duæ, guttæ ammoniaci drachmæ tres, mēu athamantini drachmæ duæ, agarici tantundem, carpobalſami grana viginti, mellis cocti quod ſatis eſt.

Oxymeli ſimplex.

ACETI quàm acerrimi albi ſextarius, aquæ ſextarij duo, mellis ſextarius, ad liquidioris mellis ſpiſſitudinem incoquuntur, ſic vt mel intereà deſpumetur.

Acetum ſcillites.

SCILLAE albi coloris in taleolas conciſæ [t] libræ ſex, quadraginta diebus in vmbra ſiccantur, deindè vbi rurſus purgatæ fuerint, in aceti generoſi ſextariis duodecim, diebus ſexaginta in ſole madeſcere ſinuntur, vaſe bene operculato. poſt eum numerum dierum ſcilla ex aceto expreſſa proiicitur, ipſum verò acetum defæcatum transfunditur. Nonnulli verò [u] ſcillæ libram in aceti ſextarios ſex coniiciunt: alij viridem [x] ſcillam in acetum pari vtriuſque modo demittunt, ſinúntque vſque ad menſeis ſex, atque hoc modo maiorem incidendi vim acquirit. Valet autem acetum ſcillatum col-

lutum ad fluida oris vitia, & pleriſque interaneorum affectibus potum medetur, quibus exulceratio coniuncta non eſt. item aliis compluribus efficax eſt.

Oxymeli Scillinum.

SCILLAE partis internæ tenerioris libræ duæ, aceti acris albi ſextarij quindecim, piperis, petroſelini macedonici, ſingulorum vnciæ duæ, dauci cretici, ameos, aniſi, nardi gallicæ, liguſtici, aſari, cardamomi, ſpicæ nardi, amomi, rheu pontici, ſingulorum ſemuncia, fœniculi ſeminis, cumini, laſeris, zingiberis, pyrethri, hyſſopi cretici, coſti, pulegij, ſingulorum vncia, menthæ viridis faſciculus, rutæ viridis turiones quinque, mellis attici ſextarius, ſapæ ſextarij duo, apij viridis faſciculus: interior ſcillæ pars alba contuſa in acetum mittitur, ſinitúrque diebus ſeptem ſub caniculæ æſtu madeſcere, deinde ſcilla ſublata, arida quidem iam contuſa: viridia autem non contuſa in acetum coniiciuntur. Rurſus poſt dies ſeptem omnibus exemptis, mel & ſapa aceto adiiciuntur, excoctáque vſque ad ſpiſſitudinem in vitreum vas defunduntur. Cæterùm præſidio hoc & ieiunus y inſtar potionis vtere, & cum cibo inſtar condimenti: eſt enim longè vtiliſſimum.

Vſus.

Medicamentum[z] Galeni è ſcilla, comitialibus potiſſimùm efficax.

SCILLA minutim manibus contuſa in vas in quo mel ſolet colligi, demittitur, eóque diligenter operculato in loco ad meridiem ſpectante ſub æſtu caniculæ reponitur, quadraginta diebus poſt caniculæ ſidus in ſuperficie vaſe ſoluto ſcillę corpus effluxiſſe deprehendes, exceptus igitur ipſius ſuccus melle optimo edulcoratur, datúrque comitialibus quotidie cochleare, pueris exiguum, prouectis magnum. Ipſúmque ſcillæ corpus tritum cum melle datur cochleari, atque hoc virtute ſecundum eſt.

Philonis antidotum.

PIPERIS albi drachmæ viginti, alterci drachmæ viginti, lacrymæ papaueris drachmæ decem, croci drachmæ quinque, pyrethri, euphorbij, ſpicæ nardi, ſingulæ drachmæ, mellis attici vel alterius generoſi probè cocti quantùm ſufficit. datur prouectioribus ad nucis auellanæ magnitudinem: minoribus fabæ inſtar: pueris, ciceris. Medicamentum eſt quod dolorem ſopit, & ſomnum accerſit.

Vſus Philonij.

Athanaſia dolorem leniens, pleuriticis accommodata, authore Oribaſio.

CASSIAE drachmæ octo, ſpicæ nardi, amomi, croci, opij, ſtyracis, myrrhæ, coſti, ſingulorum drachmę quatuor, mellis deſpumati quod ſatis eſt. datur quemadmodùm Philonium.

Medicamentum ex duplici pipere, eiuſdem effectus.

CARDAMOMI, caſtorei, opij, ſingulorum drachmæ tres, myrrhæ, coſti, piperis albi & longi, galbani, ſingulorum drachmæ tres, croci totidem: excipiuntur melle decocto, & ad fabæ magnitudinem exhibentur.

Medicamentum dia codion, id eſt, ex papaueris capitibus, & ſapa.

CAPITA papaueris viridia minimè aquoſa octa decémve [a] die poſtquam decerpta ſunt, incoquuntur cum dulcis radiculæ vncia, madefacta in ſapæ ſextario rurſus incoquuntur dum tabeſcắt, vbi mediocris ſpiſſitudo facta eſt, ab igne ſublata defunduntur vſus medicamenti eſt in febribus vbi ſopire opus eſt, & quum tenuis defluxio à capite in thoracem defertur. Vſus.

Medicamentum ex capitibus papaueris & melle.

CAPITA papauerum, vt dictum eſt, & dulcis radiculæ vncia, in aquæ pluuialis aut [b] puteanæ ſextario donec intabeſcant excoquuntur. vbi expreſſa fuerint, ſemiſextarius mellis decocto iniicitur: excocta vſque ad ſpiſſitudinem, dantur, in quibus pręterquàm quòd dolorem lenire, & ſomnum conciliare oportet, etiam purgatione opus eſt, & abſterſione eorum quæ in pectore aut pulmonibus renibúſque inhæreſcunt. Vſus.

Dia codion, compoſitum.

AQVAE, in qua papauerum capita decocta ſunt ad prædictam commodè rationem, ſextarius, vini dulcis heminæ duæ, mellis libra, croci, hypociſthidis ſucci, ſingulorum drachmæ quatuor: concoquuntur vſque ad ſpiſſitudinem. verùm ſtomacho vtilius eſt medicamentum ex melle, capitum papaueris decocto, & malis cotoneis præparatum: efficacius ſi præter capita, ſertula campana & dulcis radicula aquæ incocta fuerint.

Eclegma ex marrubio, ſimplex, tabidis maximè accommodatum.

MARRVBII comæ libra in aquæ heminis ſex decoqui-

tur ad tertias, inde herba proiicitur, [c] adiicitur autem aquæ mel: ea incoquuntur vſque ad mellis ſpiſſitudinem. inſtar cochlearis exhibetur.

Ex marrubio, compoſitum.

MARRVBII comæ, iridis illyricæ, hyſſopi, pulegij, dulcis radiculæ, apij, ſingulorum ſextans, caricarum pinguium quadrans, nuclei pini reſinati tantundem: craſſius contuſa, arida cum caricis in aquæ ſextarios tres demerguuntur, coquuntúrque vſque ad tertias, illis exemptis, aquæ, mellis libræ duæ induntur, & ad craſſitudinem melleam incoquuntur.

Medicamentum ex eruis.

AMYGDALARVM amararum ſextans, farinæ erui trieñs, hyſſopi tantundem, iridis ſemuncia, nucleorum pini torrefactorum vnciæ duæ, mellis ſextarius, vel quod ſatis eſt.

Medicamentum[d] dodecatheon.

IRIDIS Illyricæ triens, erui triens, hyſſopi, vrticæ ſeminis, dulcis radiculæ, fœnugræci, ſingulorum ſextans, bulborum, ſeminis lini torrefacti, ſingulorum triens, melanthij ſcrupula octodecim, pulegij ſcrupula ſex, nucleorum pini torridorum ſextans, piperis ſcrupula ſex, mellis quantùm ſufficit.

Antidotum, ſotera.

SPICAE nardi ſcrupula trigintanouem, myrrhæ ſcrupula viginti ſeptem, croci ſcrupula trigintaſeptem, caſtorij ſcrupula trigintanouem, [e] opij ſcrupula trigintaſex, petroſelini ſcrupula quadragintaquinque, aniſi ſcrupula nouem, apij ſcrupula ſeptem, iunci odorati floris ſcrupula trigintaſex, caſſiæ ſcrupula duodecim, piperis longi totidem, ſinonis ſeminis ſcrupula ſex, ſtyracis ſcrupula octodecim, amomi ſcrupula duodecim, ſeſelis totidem, hedychroi, coſti, aſari, ſingulorum ſcrupula octodecim, mellis quod ſatis eſt.

Ex ſtyrace bechicon, hoc eſt, tuſſi efficax.

AMOMI, caſſiæ, ſingulorum ſextans, ſtyracis, ſpicæ nardi, ſingulorum ſeſcuncia, croci, piperis albi, ſingulorum vncia, mellis ſextarius. exhibetur cochlearium.

Medicamentum Philoxeni, purulentis & longa defluxione infeſtatis idoneum.

RESINAE terebinthinę drachmæ vigintiocto, nardi drachmæ ſedecim, myrrhæ ſtillatitiæ drachmæ ſex, cardamomi,

mi,bulborum tantundem,croci drachmæ duodecim,galbani drachmæ ſedecim,amygdala amara octoginta,mellis hemina:ex aqua potatur,quantum faba Aegyptia explet.

Eſdra,multiplicis vſus:vehementer enim deſiccat.

AMOMI ſcrupula ſex,croci ſcupula octodecim,dauci ſeminis ſcrupulum vnum & dimidium,fœniculi ſeminis ſcrupula tria,caſſię ſeſquiſcrupulum,iunci odorati floris ſcrupula quatuor & dimidium, cinnamomi ſcrupula tria, hypociſthidis ſucci ſcrupula quatuor & dimidium, ſulfuris [f] vnciæ quinque,papaueris ſeminis ſcrupula quinque,pyrethri ſcrupula tria,petroſelini ſeſquiſcrupulum, iridis illyricæ ſcrupula ſeptem & dimidium , alterci ſeminis ſcrupula tredecim & dimidium , ſpicæ nardi ſcrupula ſeptem & dimidium , rutæ ſeminis ſeſquiſcrupulum, anethi ſcrupula tria,[g] cardamomi vnciæ tres,roſarum ſiccarum ſcrupula quatuor &dimidium, [h]nerij floris ſeſquiſcrupulum : eſt autem veluti fibra ex qua oritur roſa , rhododaphnes & roſæ ipſius ſingulorum ſcrupula tria,rheu ſcrupula ſex,gentiahæ ſcrupula ſex,hedychroi ſeſquiſcrupulum,tragacanthæ ſcrupula quindecim:lycij ſcru pula ſex,citri arboris foliorum ſcrupula ſex , ocimi ſeminis ſeſquiſcrupulum, aniſi ſcrupula tria,coſti, myrrhæ, ſingulorum ſcrupula ſex , bdellij ſcrupula ſedecim , artemiſiæ ſucci ſcrupula tredecim,rhu ſyriaci ſcrupula vigintiquinque & dimidium,aſari,[i] vteri mergi,lapidis iaſpidis,ſingulorum ſcru pula tria , piperis ſcrupula quindecim , caſtorij ſeſquiſcrupulum , cimoliæ ſcrupula ſex , ſiſonis ſcrupula nouem , ſtyracis totidem , opobalſami ſcrupula duodecim , ſeſelis herbæ ſequiſcrupulum,mellis vnciæ vigintiocto, vini quantum ſatis eſt.

Medicamentum ex malorum cotoneorum carnibus.

MALORVM cotoneorum purorum libræ tres,coquuntur in vini peruetuſti ſextariis tribus , deinde conteruntur: quibus piperis, aniſi,liguſtici, ſingulorum contritorum vncia admiſcetur. Nonnulli etiam zingiberis ſemunciam incidunt.quidam in vicem vini,aceto vſi ſunt.

Medicamentum ex ſuccis malorum,ad appetentiam abolitam & ægram concoctionem probatum.

MALORVM cotoneorum maturorum ſucci ſextarij duo, mellis laudati tantundem, aceti ſextarius, zingiberis vnciæ tres,piperis albi vnciæ duæ : incoquuntur ad ſpiſſitudinem.

hoc Galenus ad eos qui perfrixerunt præparat: in quibus autem bilis redundat, ſine pipere & zingibere conficitur.

Quomodo paretur meloplacontium.

MALORVM cotoneorum purorum libræ ſex in vino coquuntur quouſque intabeſcant, [k] inde exemptæ conteruntur, nonnulli mellis libras octo adiiciunt, coquuntque igne lento, ferula agitantes. vbi tam ſpiſſum totum euaſerit, vt manus quodammodo non inquinet, etiam tunc addunt cõtuſi piperis vncias tres, aniſi tantundem, petroſelini vnciam. Sunt qui zingiberis vnciam & maſtiches tantundem miſceant: deinde mixta inſtar ſemunciæ formant, & cum lauri foliis componunt.

Cydonatum contuſum fragmentis ſaluis.

MALORVM cotoneorum purorum fruſtulatim conciſorum libræ octo, in vini ſextariis totidem incoquũtur temperatè, vt non diſſoluantur, deinde mellis deſpumati libræ octo, piperis vnciæ octo, petroſelini, aniſi, ſinguli quadrantes, zingiberis quincunx, ſpicæ nardi ſeſcuncia, caryophylli vncia, ipſis admiſcentur: omnia contuſa ac modicè incocta vſque ad iuſculi ſpiſſitudinem auferuntur, quibus refrigeratis fragmenta ſimul cum iure componuntur.

Medicamentum dia trion pipereon, ex triplici pipere.

PIPERIS communis, albi & longi, ſingulorũ drachmæ ſeptem, zingiberis, aniſi, thymi ſummitatum, ſingulorum drachmæ duæ, mellis quod ſatis eſt.

Aliud, Oribaſij.

PIPERIS albi vnciæ duæ, piperis nigri & longi, ſpicæ nardi, cinnamomi, ameos, caroi, hiſſopi, ſeſelis, dauci, petroſelini, ſingulæ vnciæ, zingiberis drachmæ quatuor, mellis libræ tres.

Aliud.

PIPERIS communis quadrans, albi vncia, longi tantundem, petroſelini, cinnamomi aut caſſiæ duplicatæ, zingiberis, ſingulorum vncia, mellis vncia vna & viginti, vel quod ſatis eſt. ego etiam thymi comæ vnciam miſcui.

Dioſpolites.

CVMINI aceto macerati torrefactique vncia, piperis, zingiberis, ſingulorum vnciæ duæ, rutæ viridis ſeſcuncia, nitri drachmæ duæ & ſemis: melle excipitur.

Medicamentum dia Calaminthes, id eſt, ex Calamintha.

PETROSELINI, pulegij, ſeſeleos, calaminthæ, ſinguli quadrantes, apij ſeminis vncia.[l]

Medicamentum dia citriu, hoc eſt, ex malo medico, tardè concoquentibus efficax.

ACETI heminæ tres, mali medici carnis libra, hyſſopi, rutæ,[m] ſingulorum faſciculus: per [n] noctem in aceto madefacta ad tertias decoquuntur, expreſſaque proiiciuntur: aceto miſcetur mellis ſextarius, rurſusque incoquuntur ad mellis ſpiſſitudinem: vbi incraſſata fuerint, inſperguntur aſari, mëu, piperis albi, ſinguli ſextantes. exhibetur cochleare manè, & dormituro.

Picra, hoc eſt amara, compoſitio Galeni.

ALOES drachmæ centum, xylobalſami, maſtiches, croci, ſpicæ nardi, aſari, cinnamomi, ſingulorũ drachmæ ſex. Quidam addunt etiam iunci odorati floris & caſſiæ vtriuſque drachmas ſex. exhibetur drachma ex hydromelite.

Picra ex oxymelite ad ſtomachicos, vterum, & aquam inter cutem.

ALOES vnciæ quatuor, phylli vnciæ duæ, coſti, caſſiæ, amomi, iridis, ſingulorum drachmæ, fœniculi radicis corticis libra, maſtiches, nardi gallicæ, zingiberis, ſingulorum drachma, piperis drachma, mëu drachma, aceti, mellis, vtriuſque ſeſquiſextarius: fœniculum in aceto priùs excoctum proiicitur: deinde mel additur. Vbi vſque ad melleam ſpiſſitudinem incoxeris, reliqua detrita inſperges.

Medicamentum ex lupino iecore præſtantiſſimum.

GENTIANAE, chamæpityos, petroſelini, marrubij,[o] ſucci arcij, ſinapis, ſcolopẽdrij, radicis panacis,[p] minij, erythrocidani, braſſicæ ſeminis, ariſtolochiæ longę, piperis albi, ſpicæ nardi, coſti, erucæ ſeminis, eryngij radicis, polij, echij, eupatorij, baccarum iuniperi, lupini iecoris, helenij, pares modi: melle diſcocto excipiuntur, mulſoque probè cocto, ad nucis auellanæ magnitudinem dantur.

Theodoretus dia anacardion.

ANACARDIORVM ſeſcuncia, croci, caſſiæ, phylli, ſpicę nardi, caryophylli, mëu, agarici, iunci odorati floris, rheu, epithymi, ſingulorum drachmæ quatuor, acori, piperis, ſingulorum ſeſcuncia, aloës vnciæ tres, ſaxifragæ, maſtiches, iridis illyricæ, ſingulorum ſeſcuncia, myrobalanorum vncia,

cia, [q] mellis libræ ſex, vel quantum ſufficit.

Theodoretus [r] *altera dia anacardion.*

Aloes drachmæ ſexaginta, agarici drachmæ vigintiquatuor, croci, caſſiæ, rheupontici, acori, cinnamomi, maſtiches, ſingulorum drachmæ decem: coſti, rutæ ſeminis, piperis albi, ſingulorum drachmæ octo, ſpicæ nardi drachmæ tres, xylobalſami, aſari, chamædryos, mëu, ſingulorũ drachmæ quatuor, mellis quod ſatis eſt. Nonnulli hîc quoque addunt anacardia duo. datur drachmis binis cum mulſa.

Medicamentum cyphoides, ad iecoroſos & pectoris vitia.

Vvae paſſæ carnis drachmæ vigintiquinque, croci drachma, calami odorati drachmæ duæ ſemis, bdellij drachmæ duæ & ſemis, caſſiæ ſeſquidrachma, cinnamomi tres oboli, ſpicæ nardi totidẽ, iunci odorati drachmæ duæ ſemis, myrrhæ, reſinæ terebinthinæ, ſingulorum drachmæ quatuor, aſpalathi ramenti oboli duodecim, mellis drachmæ ſedecim, vini quantum ſufficit.

Aliud cyphoides, Alexandri.

Croci, cinnamomi, bdellij, ſingulorum drachmæ quatuor, myrrhæ, calami aromatici, ſingulorum drachmæ duæ, aſpalathi, iunci odorati floris, ſingulorum drachmæ tres, caſſiæ, nardi, ſingulæ drachmæ, terebinthinæ reſinæ drachmæ ſedecim, vuæ paſſæ carnis drachmæ centum ſexaginta, mellis ſeſquihemina, vini Chij quod ſufficit.

Dia bacanu medicamentum, Hepati accommodatum.

Bacani vncia, coſti tantundem, phylli ſcrupula octo, piperis albi ſcrupula ſex, ſpicæ nardi totidem, mellis quod ſatis eſt. datur cochlearium cum temperatura conditi.

Medicamentum Zopyrios.

Myrrhae drachmæ quinque, croci, caſſiæ, ſingulorum drachmæ quatuor, cinnamomi drachmæ tres, ſpicæ nardi drachmæ duæ, iunci odorati floris tantundem, piperis albi ſeſquidrachma, thuris drachma, coſti drachma, mellis quod ſatis eſt.

Compoſitio pæonia.

Styracis calamitis drachmæ ſex, thuris, amomi, croci, ſingulorum ſeſcuncia, ſpicæ nardi drachmæ ſex, phylli drachmæ duæ, piperis albi drachmæ ſex, & communis octo, myrrhæ vncia, coſti tantundem, mellis quod ſatis eſt.

Catapotia

Catapotia Doſithei ad iecur inſcripta.

ALOES vncia, ſpicæ nardi, phylli, coſti, ſingulorum ſcrupula duo, agarici ſcrupula octo, maſtiches ſcrupula tredecim, epithymi ſcrupula quatuor, rheu ſcrupulum.

Oxymeli ſplenicum, hoc eſt, lieni dicatum.

CAPPARIS radicum corticis, ſcolopendrij, ſpicę nardi, aſari, iridis, iunci odorati floris, iunci quadrati floris, aniſi, cumini, fœniculi, acori, ericæ fructus, ſingulorũ vncia, myricæ foliorum, ſalicis foliorum, apij radicis, thuris arboris, ſcillæ, ſingulorum vnciæ duæ, aceti ſextarij tres, mellis tantundem, guttæ ammoniaci vnciæ tres. pręparatum modo ſcillini, duobus cochleariis exhibetur.

Oxymeli, calculoſis efficax.

SAXIFRAGAE, betonicæ, graminis adianti, ſpicę nardi, carpeſij, aſari, eryngij, ſingulorum vncia, petroſelini macedonici, rutæ ſeminis, ſingulorum ſemuncia, fœniculi viridis, iridis, ſcillæ toſtæ, chamædaphnes, ſingulorum vnciæ duæ, capparis radicum corticis vnciæ tres, ſij vnciæ duæ, aquæ, aceti, mellis, ſingulorum ſextarij duo.

Phuſca, ad conterendum calculos.

PVLEGII, maſtiches, apij ſeminis, menthæ ſiccæ, ſingulorum vncia, ſalis communis torrefacti libra, coriandri ſeminis, ſpicæ nardi, aniſi, ameos, ſingulorum ſcrupula ſex, phylli ſcrupula quatuor, piperis albi ſemuncia, vel communis vncia, lithoſpermi vnciæ ſex, betonicæ totidem, aceti generoſi ſextarij quinque: omnia contuſa, cribrata, & in tenuiſſimum pollinem detrita, per triduum aceto madeſcũt, deinde diebus quadraginta inſolantur: vbi vſus inciderit, nigrum cicer, aſparagi radicem, apium, & adiantũ decoquis, in huius decocti miſturam heminas duas aceti ſuperinfundis, & ęgro in calido balnei ſolio propinas. Nonnulli verò pulueris ex prędictis ſpeciebus, ſcrupula duodecim cum poſca dictarũ herbarum iuri temperata exhibent, & nihilo minus medicamentum proficit.

Conditum calculos confringens.

PIPERIS albi, ſaxifragæ, ſpicæ nardi, lithoſpermi, betonicæ, ſingulorum vncia, petroſelini, phylli, ſingulorum ſeſcuncia, rutæ ſylueſtris ſeminis ſemuncia, mellis ſextarius, vini aſcalonitis ſextarij ſedecim.

Medicamentum

Medicamentum ex ſanguine hircino.

QVVM vua inceperit matureſcere, hirci ætate florentis ſanguinis in ſole ſiccati cochlearia duo calculoſis exhibeto cum paſſo cretico. Quidam verò amomi & phylli, vtriuſque treis vncias miſcent. Alij etiam myrrhæ quatuor ſcrupula.

Ex cicadis medicamentum nephriticum.

LITHOSPERMI, raphidis piſcis combuſti, ſeſelis, ſingulorum vncia, ameos, cucumeris ſatiui, ſeminis, ſaxifragæ, & vuę paſſæ acinis exemptis, althęæ ſeminis, phaſeoli albi, lyncurij, ſingulorum ſemuncia, ſpicæ nardi, phu, mëu, lapidum ex ſpongiis, ſingulæ drachmæ, adianti, paliuri ſeminis interioris, ſij ſicci, rubi radicis, graminis, polypodij, ſingulorum drachmæ tres, hircini ſanguinis deſiccati, vt dictum eſt, ſcrupula ſex, cicadarum ſiccarum ſine capite, pennis, & pedibus, triens, piperis albi drachmæ ſex, mellis probè cocti quod ſatis eſt. datur inſtar nucis auellanæ in condito[s] tribus obolis, aut decocto ſaxifragæ, aut ſij, aut radicis aſparagi, aut roriſmarini, aut quinque folij, aut ſtruthij radicis.

Medicamentum ex lithoſpermo.

LITHOSPERMI, betonicæ, ſaxifragæ, petroſelini, piperis albi pares portiones, cum melle excipiuntur.

Medicamentum ex [t] marrubij ſemine.

PIPERIS albi & nigri, dauci cretici, cucumeris ſatiui, ſeminis fœniculi, ſeminis marrubij, ſeminis petroſelini macedonici, pyrethri, zingiberis, phylli, ſingulæ vnciæ, mellis quod ſatis eſt.

Medicamentum ex lapide Iudaico, qui Tecolithos dicitur.

SPICAE nardi, hyſſopi, lapidis Iudaici, ſingulorum ſcrupula octo, piperis ſcrupula duodecim, zingiberis, petroſelini, coſti, ſaxifragæ, ſingulorum ſcrupula ſex, caſſiæ, apij ſeminis, ſingulorum ſcrupula tria, cyperi ſcrupula ſex, ramenti eboris ſcrupula quatuor, cardamomi ligni ſcrupula ſex, [u] ſeminis lini ſcrupula quatuor, mellis quantum ſufficit.

Medicamentum ex ſylueſtris maluæ ſemine.

CVCVMERIS domeſtici ſeminis drachmæ duodecim, alterci ſeminis drachmæ ſex, cicutæ ſeminis drachmæ tres, (alij ſex) opij, fœniculi, maluæ ſylueſtris ſeminis, croci, ſingulorum drachmæ tres, apij ſeminis drachmæ ſex, caſſiæ drachmæ quatuor, [x] amygdala baſilica decem, nuces auel-

lanę

lanæ totidem, aſari drachmæ quatur: paſſo Cretico excepta dantur tribus obolis, ſi febris abeſt, cum ſapa. Nonnulli melle excipiunt.

Medicamenta ex bellariis nephriticum, veſicæ & renum exulcerationi idoneum.

VVAE paſſæ albæ cui acini ſint exempti, nucleorum pini recentium, ſingulorum vnciæ duæ, cucumeris ſeminis cortice exuti, baccarum myrti nucleo ablato, amygdalarum amararum, palmularum pinguium, apij ſeminis, papaueris ſeminis, croci, ſingulorum drachmæ, myrrhæ vnciæ duæ: inſtar drachmæ ex paſſo ieiuno propinatur.

Satyriacum antidotum.

ZINGIBERIS, ſatyrij ſuperioris, ſingulorum drachmæ octo, ſcinci caudæ, mëu, aſari, petroſelini, cardamomi, ſeſelis, ſingulorum drachmæ quatuor, erucæ ſeminis, cinnamomi, ſingulorum drachmæ tres, ormini, piperis albi, cnici ſeminis, ſingulorum drachmæ duæ, iunci odorati floris, ſpicæ nardi, ſingulæ drachmæ, ſanguinis hircini myſtrum, [y] datur drachma imbecillioribus cum lacte.

Catapotia ex xylomacere, dyſentericis vtilia.

XYLOMACERIS, opij, rheu, ſingulorum ſcrupula ſex, gallæ, myrrhæ, ſingulæ vnciæ. excipiuntur vino ſpathite.

Podagrica remedia.

Medicamentum ex corallio, quod diacorallii vocatur, podagricis idoneum.

RHEV barbarici, pæoniæ, myrrhæ troglodytidis, ſpicæ nardi, ſinguli ſextantes, phylli vncia, caryophylli grana quindecim, [z] anagallidis phœnicei coloris quam vocant Corallion, ſemuncia, ariſtolochiæ longæ vnciæ quatuor, & rotundæ totidem. datur inſtar ſcrupuli quotidie, cõcoctione probè defuncto. Incipiẽdum verò eſt ab æquinoctio autumnali, quod circa vigeſimumquartum menſis Septembris diem accidit, capiẽdúmq; deinceps ad dies quinquaginta, deinde relinquetur quindecim dierum interuallo, atque ſic facere oportet quouſq; dies quibus aſſumitur, abſoluantur trecẽti ſexagintaquinque. Sub caniculæ ortu omnino abſtinendum eſt, hoc eſt, à vigeſimoquarto die Iunij vſque ad Auguſti finem. Vitari debet venus, carnes præſertim ſuillæ, ſalſamentum, garum, beta, daucum, menta, & lactuca non cocta, ponéſque, [a] piſcium capita, cammari, tum qui molli, tum qui teſtacea

Aequinoctium autumnale.

Caniculæ tempus.

teſtacea cute præditi ſunt, legumina omnia, & ſummatim quæ craſſi ſucci ſunt, vinum nigrum & liberalius. Balneum conuenit & quotidianum exercitium, vel pedibus, vel equo, vel geſtatione obitum. Qui verò habitu ſicciore ſunt, etiam ſi plenius nutriantur, non offenduntur.

Aagpeti compoſitio ad podagram.

PHYLLI, rheu barbarici, croci, ſpicæ nardi, myrrhę, troglodytidis, coſti, chamædryos, ſinguli ſextantes, aloës hepaticæ quincunx, hyperici, pæoniæ, ſinguli quadrãtes, ariſtolochiæ longæ, phu, mëu, damaſonij, anagallidis, ſinguli trientes: vtendi modus idem eſt qui in compoſitione dia coralliu.

Compoſitio atactos ad podagram.

PHYLLI, mëu, damaſonij, anagallidis cui flos eſt cæruleus, erythrodani, maſtiches, cròci, caſſiæ, aloës hepaticæ, gentianæ, chamędryos, ſingulorum vncia, caryophylli, aſari, piperis albi & nigri, ſingulorum ſemuncia, ſpicæ nardi, myrrhæ, rheu barbarici, pæoniæ radicis, ariſtolochiæ longæ & rotundæ, ſingulorum vnciæ duæ. Similis vſus eſt.

Procli compoſitio, podagræ & coxendicum doloribus accommodata.

CHAMAEDRYOS vnciæ nouem, centaurij vnciæ octo, ariſtolochiæ vnciæ ſeptem, gentianæ vnciæ ſex, hyperici vnciæ quinque, petroſelini macedonici vnciæ quatuor, mëu vnciæ tres, agarici vnciæ duæ, phu vncia vna, mellis attici heminæ duæ.

Medicamentum ex rebus ſeptem conſtans, ad eadem.

HYPERICI, ariſtolochiæ longæ, ſingulorum vncia, centaurij, chamæpityos, agarici, ſingulorum tres vnciæ, chamædryos vnciæ ſex, gentianæ vnciæ quinque. Nonnulli etiam petroſelini vnciam addunt, [b] mellis drachmas quinque. datur inſtar drachmæ.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Hedychroi. *Paulus ad verbum quaſi ex commentario Galeni ad Pamphilianum tranſcripſit: ſed exemplaria mirum in modum variant.*

Carpobalſami. *Huc vſque conueniunt ſcripturæ. Galenus in citato libello Carpobalſamum non habet: verùm primo de Antidotis, opobalſamum addit, non Carpobalſamum. Prætereà in ponderibus diſſentiunt, & in nonnullis aliis ſimplicibus medicamentis. Galeni itaq; ad Pamphilianũ codex ita pergit, Iunci odorati floris drachmæ duodecim*

duodecim, ſecundum alios, vigintiquatuor. Cinamomi drachmæ duodecim, amomi, caßiæ, rhapontici ſingulorum drachmæ quindecim, nardi indicæ, folij ſingulorum drachmæ ſedecim, myrrhæ, croci, ſingulorum drachmæ duodecim, vino falerno excipito in opobalſamum manus intingens. Alia habetur in commentario de Antidotis, ſed variat magis.

Paſtilli ſcillini. *Carnis ipſius partes duæ, hoc eſt, vt Galenus ait drachmæ centum viginti, erui farinæ drachmæ ſexaginta.*

Paſtillorum Hedychroi. *Deeſt in Græco ἀρτίσκων. Anteà verteram magmatis hedychoi, ſecundum Galenum de Antidotis.*

Roſarum ſiccarum drachmæ duodecim. *Textus Græcus habet. ∠. ιε. hoc eſt drachmæ quindecim. Oroſcius caſtigans locum, ait legendum ∠. ΙΙ quod eſt drachmæ vndecim. Ego ∠. ιβ. hoc eſt drachmæ duodecim, ſcribendum eſſe iudico, Galeni exemplaribus tum de Antidotis, tum ad Pamphilianum, tum verſibus Andromachi conſentientibus.* **Nota.**

Napi ſeminis. *Galenus adiicit γογγύλιος ἀγρίας, quod eſt Rapi ſylueſtris.*

Dictamni. *Poſt dictamni habetur in Græco ἄνθυς, quod expungi debet.*

Maſtiches Chiæ. *Pauli codex Chiæ non habet. Ex Galeno addendum.*

Caſſiæ nigræ. *Galenus Caßiæ fiſtulæ nigræ.*

Nardi Indicæ. *Paulus ναρδοστάχυος hoc eſt ſpicæ nardi. Sed Galenus vbiq; nardi indicæ habet, quanquàm Aetius ſpicæ nardi etiam legat. Poſt nardi Indicæ, deeſt pondus in Græco ∠. ϛ. hoc eſt drachmæ ſex.*

Carpobalſami. *In Codice Græco tantùm erat βαλσάμου. Ex Galeno iſtaurandum καρποβαλσάμου.*

Phu pontici. *malè legebatur in Græco φοῦ ἰπύυ, pro φοῦ ποντικοῦ.*

Centaurij. *Omnes Theriacæ deſcriptiones apud Galenum habent κενταυρίου quod eſt centaurij tenuis.*

Liquore hypociſthidos. *Perperam in Græco ὄπνον ὑποκιαδίλος pro ὄπον ὑποκιστίδος.*

In nephriticis cum mulſo. *Malè Græcus codex habet ἐπὶ νεφρικῶν μετ' ὀξυμέλιτος pro ἐπὶ νεφριτικῶν μετ' οἰνομέλιτος, ex Galeno caſtigatum.*

Sumuntur viperæ. *Ex libello Galeni de Theriaca ad Pamphilianum ad verbum ſunt tranſcripta, niſi quòd deeſt in illo, apij.*

Rutæ ſatiuæ ſeminis libra. *Paulus habet ℥. β. hoc eſt ſex-*

tarij duo, malè nimirum pro λι. α, vt habet Galenus.

Malabathri foliorum. *Codex Pauli habet ſingulorum vncia. Galenus vnciis quatuor. Ita etiam Aetius.*

Thymi ſummitatum. *Hic quoque caſtigandus codex. Legendúmque γο.θ. pro γο.β. ſecundum Galenum & Aetium.*

Piperis nigri, fœniculi ſingulorum libris. *Malè in codice Græco Pauli λι.η. habet pro λι.β. ſed facilis error erat, ponere β. pro η. primum ſignat. β. ſecundum, literam ἦτα, quam Latini in e vertunt. valet autem in numero, octo.*

Tordyli montani. *Deeſt in codice Pauli, ex Galeno planè reſtituendum.*

Philonis antidotum. *In Græco eſt ὑοσκυάμου ∠.η. vbi legendum ὑοσκυάμου ∠.κ.*

Eſdra. *in fine compoſitionis quidam legunt σέρεως hoc eſt intybi pro σισέλεως.*

Medicamentum Cyphoides. *Textus Græcus & mutilus, & deprauatus eſt. Legendum enim καλάμου ∠. β. S. βδελλίου ∠. β. S. κασσίας ∠. α. S. κινναμώμου τριώβολον, νάρδου σάχυ∽ ∠. γ. σχοίνου ἄνθους ∠. β. S.*

Compoſitio atactos, Piperis albi & nigri. *Deeſt in codice Græco πιπέρεως.*

CORNARII.

m *Siccato.*

n *Vox νάρδου expungenda, quùm ante ſpicam nardi habuerit.*

o *Mel ipſum deſpumetur.*

p *Quemadmodum in peſtilentibus conſtitutionibus fieri ſolet. Legendum enim Græcè, καθάπερ ἐπὶ τῶν λοιμωδῶν καταστάσεων μάλιστα γίνεται.*

q *Singulorum ſextantem.*

r *Piperis albi & longi, ſingulorum lib. II. Græce habetur πεπέρεως λευκοῦ, μαράθου λι. η. Sed pro μαράθου lege καὶ μακροῦ ex Aetio: quanquam Gal. nigrum piper habet. Fœniculum autem hîc locum non habet: nam antea habitum eſt ſexuncis pondere. Pondus autem lib. 8. nimiũ eſt, & pro η. dualis numeri nota β. reponenda ex Aetio & Galeno.*

s *Nondum hæc reperi in Gal. neque hanc deſcriptionem. Eſt lib. 2. de Antid. compoſitio διὰ σκίγκου λεγομένη, ſed ab hac longè varia. Habetur eodem loco antidotus ex ſanguinibus, ſed in paucioribus ab hac euariat.*

t *Minam vnam lege. Nam malè habent Græca μνᾶς. γ. quum ſequan*

ſequantur aceti ſextarij duodecim, qui minas ſex ſcillæ vix intexerint. Rectè igitur Dioſco. minam vnam ſcillæ in aceti ſextarios duodecim immittit. At ſicut hoc in Dioſco. rectè, ita dierum quibus inſolari hæc debent numerus falsò legitur. ζ. enim ſuppoſitum eſt pro. ξ. id eſt ſeptem pro ſexaginta.

u *Scillæ minam vnam.*

x *Viridis ſcillæ idem pondus in acetum coniiciunt.*

y *Velut potione quæ ante cibum ſumi ſolet.* ὡς προποτίσματι. *Sunt autem* προποτίσματα *eadem quæ* προπόματα.

z *Medicamentum hoc Gal. habet in conſilio puero in morbo comitiali dato.*

a *Poſtride vt decerpſeris cum glycyrrhizæ vncia vna in ſapæ ſextario vno, ad diem vnum macerata coquito donec, &c. Græcè legito.* κωδυὰς χλωρὰς ἀνύδρους. κ. ἤ. ι. μετὰ τὸ ἐπαρθῆναι.

b *Fontanæ.*

c *Parem mellis menſuram aquæ adiicito.* ἐπιβάλλων δὲ ὕδατι μέλιτος ἴσον.

d *Hoc medicamentum à numero rerum quas duodecim recipit* δωδεκάθεον *appellatum eſt, vt quod velut duodecim deos vi ſua repræſentet. Noti autem ſunt verſus de* XII. *diis Romanis,*

Iuno, Veſta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars:
Mercurius, Iupiter, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

e *Neque opium, neque aſarum lego.*

f *Sulfuris ſcrupula quinque.*

g *Cardamomi ſcrupula tria.*

h *Floris nerij (eſt autem velut ſiliqua ex qua roſa rhododaphnes emergit) & roſæ ipſius, ſingulorum ſcrupula tria. Sic enim Græca legenda.* νηρίου ἄνθους (ἔστι δὲ οἷον λοβὸς ἐξ οὗ ἀνίσχει τὸ ῥόδον τῆς ῥοδοδάφνης) καὶ τοῦ ῥόδου αὐτῆς, ἀνὰ γρ. γ. *Eſt enim idem frutex qui nerium & rhododaphne & rhododendron appellatur.*

i *Ventris mergi.*

k *Deinde ad excolata ac trita quidam adiiciunt, &c.* εἶτα πρὸς τὰ σιρωθέντα καὶ τριβέντα.

l *Cacuminum thymi vnc.* I. *liguſtici trientem, piperis vnc.* XII. *Mellis quod ſatis eſt.*

m *Origani.*

n *Per diem ac noctem.*

o *Fellis vrſini. Legendum* χολῆς ἄρκτου *ex Aetio, pro* χ. ἀκίν.

p *Minij* μίλτου. *Aetius pro hac voce terram Lemniam habet, quæ ſphragis dicitur. Hæc igitur etiam in Paulo intelligenda videtur. Quanquam Gal. lib. I. Antid. melius eſſe dicit, vt non* μίλτος, *id eſt minium, ſed terra appelletur, quum ſit quædam Lemnia miltos, quæ in Lemno naſcitur, ad alios vſus commoda.*

q *Mellis lib.* I.

r *Abſque anacardiis.*

s *Aut decocto tribuli, aut ſaxifragæ, aut ſinonis, aut radicis aſparagorum, aut graminis.*

t *Ex ſemine porri.* ἢ διὰ πρασοσπέρμου. *Quare etiam in compoſitione* πράσου σπέρμα, *porri ſemen, & non* πρασίου, *id eſt marrubij legendum. Porri autem ſemen in renales compoſitiones miſceri ſuprà teſtatus eſt Paulus.*

u *Lithoſpermi ſcrup. quatuor.* λιθοσπέρμου. *Non enim lini ſemen huc facit, ſed lithoſpermon, quod etiam in præcedentibus renalibus compoſitionibus adhibetur, & calculos frangere traditur.*

x *Amydalas.* χ. *nuces regias.* χ. *nuces ponticas.* χ. *Sic Græca reſtituenda* ἀμύγλαλα. ι. κάρυα βασιλικὰ. ι. κάρυα ποντικὰ. ι.

y *Datur drachma.* I. *cum vino, debilioribus cum lacte.* δίδοται ∠.α. μετ' οἴνου, τοῖς ἀσθενεστέροις μετὰ γάλακτος.

z *Anagallidis ruſſeum id eſt puniceum florem habentis, quam vocant corallium. Dixit* ῥούσιον ἄνθος *florem anagallidis, qui ab aliis dicitur* φοινικοῦν ἄνθος, *Latina vſus voce. Marcellus Medicus antiquus etiam eruum ruſſeum appellauit. Hæc verò antidotus non ex corallio, quam ſuprà velut arboream plantam appellauit, quæ in lapidem indureſcit, nomen habet, ſed ex anagallide altera, quæ quia ruſſeum colorem habet, corallium nominatur.*

a *A piſcibus capitonibus, gobiis, mollibus, & teſta intectis.* ἰχθύων ἢ κεφάλων, κωβίων, &c.

b *Mellis heminam.* I. μέλιτος κο.α.

De Paſtillis. Cap. XII.

Paſtillorũ genera tria.

PAſtilli Græcè Trochiſci à figura rotularum nominantur. Tres ſunt eorum ſpecies, alij nanque ſunt potabiles, alij in aluum dantur, alij delinuntur. Ex his igitur qui potantur, alij comprimunt aluum, aut ſanguinem, aut aliam quampiam fluxionem, refrigerando, aut aſtringendo, aut opplen

Paſtilli qui bibuntur.

opplendo, aut deſiccando eam cohibentes: quemadmodùm qui conſtat ſpina ægyptia, & qui ſeminibus, conſimiléſque: alij dolorem ſopiunt, vel quòd ſenſum obſtupefaciunt, vt crocodes dictus, vel quòd humores diffundant, veluti ex aromatis confecti: alij lienem, aut renes, aut iecur obſtructione liberant, vt qui ex amaris amygdalis conſit. Eorum verò qui in aluum induntur, nonnulli acrimoniam obtundunt, vt in dyſenteriis, quemadmodùm ex pompholyge, amylo, terra ſamia, cum cremore ptiſanæ aut eiuſmodi aliquo iniecti, nonnulli alui aut ſanguinis profluuium aſtringunt, ſicuti qui alumine, acacia, & omphacio conſtant, qualis eſt qui Philippo aſcribitur, vel ex ſpina Aegyptia, cum roſarum ſucco, aut plantaginis inditi: nonnulli adurentes, dyſenteriæ quam vlcera depaſcentia exercent, idonei: ex ſandaracha, auripigmento, calce, charta combuſta, confecti. Inſerentur autem cum ſucco lenticulæ aut oryzæ, ſic vt inteſtinum prius muria elotum ſit, ægérque cibum & potum anteà aſſumpſerit, ne aliquid medicamenti virtutis reliquum, ad ſtomachum rapiatur. Cæterùm vtiles ſunt paſtilli qui ab inferioribus partibus iniiciuntur, ad affectus potiſſimùm qui infra vmbilicum infeſtant. Nam ſuperius vis ipſorum peruenire non poteſt. At qui delinuntur ſimileis illis vireis obtinent: verùm aſtringentes, in herpete, papulis, quæ dicuntur exanthemata, intertriginibus, ſanguinis eruptionibus, & fluidis vlceribus proficiunt: cuiuſmodi eſt Andronius & Polyidæ. qui verò obtundunt, carbunculis & maleficis vlceribus expediunt: vtpotè Leucus dictus, & dialotarion. vrentes, ſicut iam comprehenſi, cuius generis habentur & Fauſtiani, ſerpentibus naturalium & ſedis vlceribus, pterygiis, & carnoſis narium vitiis accommodatur.

Qui in aluum infunduntur.

Qui illinuntur.

Paſtillus æſter dictus.

Croci, opij, caſtorei, ſpicæ nardi, caſſiæ, myrrhæ, lemniæ cretæ, mandragoræ corticis, ſingulorum triens, dauci, apij, aniſi, ſeſelis, alterci ſeminis, ſtyracis, ſingulorum drachmæ octo: vino læuigantur.

Paſtillus trigonus.

Apii ſeminis, alterci ſeminis ſingulorum drachmæ duæ, aniſi drachmæ quatuor, opij drachmæ tres: aqua teruntur.

Paſtillus à ſeminibus dia ſpermaton dictus.

Anisi, ameos, fœniculi ſeminis, ſingulorum drachmæ quatuor, apij ſeminis, opij, alterci ſeminis, ſingulorum drachmæ duæ: aqua læuigantur.

Paſtillus crocodes, hoc eſt croceus.

Anisi, dauci cretici ſeminis, ſingulorum drachmæ quatuor, myrrhæ, caſtorei, ſingulorum drachmæ duæ, croci, opij, ſingulorum drachmæ tres, apij ſeminis, ſtyracis, ſingulorum drachmæ quatuor, alterci ſeminis drachmæ ſex: ex aqua deteruntur.

Paſtillus diarhodon.

Acaciae, gummi, roſarum floris, balauſtiorum, hypociſthidis ſucci, gallarum, ſingulorum drachmæ tres, roſarum viridium ſucci, plantaginis ſeminis, ſingulorum drachma, lycij Indici tantundem.

Paſtillus dia corallin.

Alterci ſeminis, thuris, ſingulorum drachmæ octo, terræ ſamiæ, corallij, minij Sinopici, opij, ſingulorum drachmæ quatuor, amyli, balauſtiorum, ſingulorum drachmæ duæ: ſucco polygoni excipiuntur.

Paſtillus dia electru, hoc eſt, ex ſuccino.

Herbae pulicaris vnciæ quinque, maſtiches vnciæ quatuor, ſuccini ſcobis, iridis, croci, ſingulorum vnciæ quatuor, opij vnciæ duæ.

Paſtillus ex ſpina Aegyptia.

Spinae Aegyptiæ, rhu, thuris, acaciæ, aluminis ſciſſi, hypociſthidis, ſucci, gallæ, lemniæ cretæ, corallij, ſymphyti, terræ ſamiæ, aloës, ladani, pares portiones: vino ſubiguntur.

Alius paſtillus, [c] quem Galenus aphrodiſiaſticon clidion ſcribit.

Sativae punicæ floris, ſpinæ Aegyptiæ, balauſtiorum, hypociſthidis ſucci, acaciæ, ſingulorum drachmæ ſex, lycij, rhëu pontici, opij, ſingulorum drachmæ quatuor, myrrhæ drachmæ duæ: excipiuntur vino myrteo, vel roſarum baccarúmve myrti decocto.

Clidion Oribaſij, ad dyſentericos & cœliacos.

Gallae omphacitidis drachmæ octo, opij drachmæ quatuor. ex aqua finguntur catapotia. dantur terna aut quaterna.

Paſtillus ex cornu ceruino dyſentericis et ſanguinē excreātib. ſalutaris.

Cochlearvm drachmæ duodecim, cornu ceruini combu

combuſti, gallæ torrefactæ, acaciæ inarefactæ ſingulorum drachmæ quinque oboli duodecim, baccarum myrti nigræ drach. quindecim, opij ſiccati, hypociſthidis ſucei ſingulorum drach. quinq;, labruſcæ floris drachmæ ſex, mandragoræ radicis ſucci, terræ ſamiæ, quæ aſter dicitur, ſingulorum drachmæ duodecim, rhu obſoniorum drach. quatuordecim, malicorij torridi drachmæ ſeptem, thuris drachmæ octo, piceæ corticis exarefacti drachmæ quatuordecim, alterci ſeminis ſiccati drachmæ decem, rhu coriarij ſextarij duo, vini nigri quantũ rhu in coquẽdo vt vinũ fiat craſſiſſimum, ſatis eſt, atq; hoc percolato reliqua excepta in paſtillos coguntur.

Paſtillus amazonum.

Apii ſeminis, aniſi ſingulorum drachmæ ſex, abſinthij comæ drachmæ quatuor, myrrhæ, piperis, opij, caſtorei, ſingulorum drachmæ duæ, cinnamomi drachmæ ſex, aqua ſubiguntur.

Paſtillus ex amygdalis amaris.

Anisi, apij ſeminis, aſari, amygdalarum amararum, abſinthij comæ, paria pondera: ex aqua finguntur paſtilli, qui drachmam pendeant. dantur febri carentibus ex mulſo: febricitantibus cum hydromelite.

Paſtillus ex erica, lieni dicatus.

Ericae fructus drachmæ quatuor, piperis albi, nardi ſyriacæ, ſuffiminis ammoniaci, ſingulorum drachmæ duæ: ammoniacum aceto ſoluitur, aridíſque admiſcetur. finguntur paſtilli qui ſinguli drachmam expleant. exhibentur ſingulatim cum oxymelitis cyatho.

Paſtillus ex veſicariis, diaphyſalidon vocant.

Cucumeris ſatiui excorticati ſeminis vnciæ quatuor, alterci ſeminis, cicutæ, ſingulorum vnciæ duæ, fœniculi, rumicis ſeminis, croci, nucleorũ pini, amygdalorum amarorũ, opij, ſingulę vnciæ, veſicariæ ſextarij tres, vini quod ſufficit.

Paſtillus Philippi, ad dyſentericos.

Balaustiorum, acacię, hypociſthidis ſucci, opij, rhu, thuris, myrrhę, croci, gallę, aloës rhëu pontici, malicorij, baccarum myrti, ſingulorum drachmæ quatuor: excipiuntur vino auſtero, formantúrq; paſtilli triobolares. dantur ſi febris abeſt, cum vino: febricitantibus, cum hydromelite.

Paſtillus muſæ.

Aluminis, aloës, myrrhę, atramenti ſutorij, ſingulo-

rum ſeſcuncia,[c] malicorij, [d] croci, crocomagmatis, ſingulorum drachmæ ſex. excipiuntur vino.

Quomodo crocomagma paretur.

Croci vncię duæ, roſarum, amyli, myrrhæ, aloës, thuris, gummi, ſingulorum vncia, coſti, ſpicę nardi, ſingulorum drachma: vino ſubiguntur. At in capite de oleo crocino alia quoque crocomagmatis confectura dicetur.

Paſtillus Neræ ex Heræ commentariis.

Myrrhae, aloës, croci, ſingulorum drachmæ octo, aluminis ſciſſi drachmæ centum: aqua excipiuntur.

Polyidæ, ſphragis.

Alvminis ſciſſi drachmæ tres, thuris drachmæ quatuor, myrrhæ drachmæ octo, atramenti ſutorij drachmæ duæ, floris ſatiuę punicæ drach. duodecim, fellis taurini drach. ſex, aliàs drachmæ ſedecim, aloës vncia: vino auſtero excipiuntur.

Paſsionis paſtillus.

Sqvamae æris drachmę duodecim, æris combuſti, ſalis ammoniaci, aluminis rotundi, æruginis raſæ, thuris, ſingulorum drachmæ octo, vini quod ſufficit.

Paſtillus Andronius.

Sativae punicæ floris drachmæ decem, gallæ drachmę octo, myrrhę drachmæ quatuor, ariſtolochiæ rotundæ drachmę quatuor, atramenti ſutorij, croci, aluminis ſciſſi, crocomagmatis, miſyos, thuris, ſingulorum drachmæ duæ. lęuigantur in vino aſtringenti, vel aceto.

Paſtillus Fauſtini.

Avripigmenti drachmæ duodecim, ſandarachæ drachmę ſex, calcis viuę drachmę octo, chartę combuſtæ drachma: myrti baccarum ſucco vel decocto excepta, in paſtillos redigito, & cum myrti baccarum, lenticulę, & rubi radicum decocto immittito.

Paſtillus ex charta dia chartiu appellatus.

Chartae combuſtę [e] triginta duę, calcis, auripigmenti, ſandarachę, ſingulę vncię: ſucco plantaginis excipiuntur.

Paſtillus cui nomen eſt thronus Marcellius.

Chartae combuſtę drachmę decem, ſandarachę, auripigmenti, ſquamę æris, aluminis ſciſſi, ſingulorum drachmę quatuor, balauſtij drachmę tres, opij drachmę duę, [f] calcis non reſtinctę drachmę tres, omphacij drachma, hypociſtidis

ciſtidis ſucci drachmæ tres: vino myrteo excepta coguntur in paſtillos qui drachmas quatuor pendeant: vbi decoxeris in vino malicorium, myrti baccas, & roſas vſque ad tertias, dato paſtillum vnum, [g] aut in totum quatuor, ex ſex vini cyathis.

Paſtillus à ſubere, dia phellon dictus.

GALLAE, chartæ, [h] fęculæ vini, panis, ſingulorum concrematorum drachmæ quindecim, in alio habetur etiam cornu ceruini combuſti drachmæ quindecim, auripigmenti drachmæ duæ, ſandarachæ, calcis, vtriuſque drachmæ quindecim, acaciæ, ceruſæ, ſingulorum drachmæ quinque, argenti ſpumæ drachmæ tres: vino læuigantur.

Bithynus.

MALICORII drachmæ decem, cadmiæ vnciæ tres, ariſtolochiæ, gallæ, panacis radicis, iridis, atramenti ſutorij, aluminis ſciſſi, chalcitidis, miſyos, ſquamæ æris, mannæ thuris (nonnulli etiam coſti) ſingulorum ſeſcuncia: aceto ſubiguntur.

Paſtillus dia caſtoriu, ad vlcera, nomas & defluxiones.

CROCI, aloës, thuris, ſingulorum vncia, florum mali punicæ, aluminis ſciſſi, caſtorij, mannæ thuris, æruginis raſæ, ſingulorum vncia, minij ſinopici libra: excipiuntur vino veteri.

Paſtillus dia caſtoriu, colicis efficax.

MYRRHAE, caſtorij, ſingulorum ſcrupula ſex, croci, opij, ſingulorum ſcrupula nouem, aniſi, apij ſeminis, dauci ſeminis, ſingulorum ſemuncia, alterci ſeminis ſcrupula octodecim.

Paſtillus dia ænelæu, hoc eſt, ex vino & oleo mixtis, ſedis & naturalium vitiis vtilis.

CERVSAE vnciæ decem, argenti ſpumę vnciæ quinque, thuris, recrementi plumbi, aluminis ſciſſi, ſingulorum vncię duę: vino marinæ expertè lęuigantur. in vſu vino & roſaceo, aut vino & myrteo ſoluuntur.

Paſtillus ex lapide phrygio, naturalium vitiis accommodatus.

LAPIDIS phrygij combuſti reſtinctique ter, primùm butyro vel roſaceo, deinde vino, poſteà melle, vnciæ duę, roſarum floris vnciæ quatuor, malicorij vncia.

Paſtillus dia lotarion, quod eſt ex loto ſylueſtri, ad ſedis & naturalium vitia.

CERVSAE, amyli, glaucij, croci, aluminis, æquales portiones: teruntur ſucco loti ſyueſtris, aut vino.

Paſtillus leucus.

TERRAE ſamiæ triens, pompholygis, ceruſæ, amyli, ſinguli ſextantes, opij ſcrupula quatuor: aqua ſubiguntur.

Paſtillus dia alicacabu, hoc eſt, ex veſicaria.

SPVMAE argẽti drachmæ vigintiquatuor, ceruſæ drachmæ duodecim, aut vna & viginti, veſicariæ drachmæ octo, atramenti ſutorij drachmæ quatuor, aluminis ſciſſi tantundem, minij quod ad colorem ſatis eſt: aqua excipiuntur.

Paſtillus ex duplici veratro. idem verò ex duabus acaciis.

ACACIAE nigræ & fuluę, glutini fabrilis (in alio piſcium glutinis) ſingulorum vncię quatuor, guttę ammoniaci, glaucij, aloës, ſingulorum vncię duę, thuris maſculi, veratri nigri & albi, ſingulorum vncia: aceto ſcillino excipiuntur, cùm vſus incidit eodem vel communi ſoluta, ante balneum, & rurſus poſt id inunguntur.

i *Paſtillus Criogenes.*

MYRRHAE, ęris combuſti, ariſtolochię rotundę, ęruginis raſę, ſquamę ſtomomatis, verbenacę rectę, aluminis rotundi, ſingulorum vncia, aceti quantum ſatis eſt. decerpi autem debet verbenaca, cùm Sol eſt in ariete. Fit etiam emplaſtrum in hunc modum: paſtilli, cerę, colophonię, olei, par menſura, aceti quod ad lęuigandum paſtillum ſufficit.

Paſtillus à nigro viridique colore dictus melanchlorus.

MYRRHAE, aloës, ſquamę ęris combuſti, auripigmenti, aluminis ſciſſilis, & rotundi, iridis, chalcitidis, miſyos, ſalis foſſitij, atramenti ſutorij, ceruſę, nitri, argenti ſpumę, panacis radicis, cadmię, malicorij, gallę, ariſtolochię rotundę, ſquamę ſtomomatis, ęruginis raſę, ſingulorum vncia, aceti quod ſatis eſt. Fit etiam hoc modo emplaſtrum: paſtilli vncię duę, colophonię, cerę, olei, ſingulorum vncię ſex, aceti quod paſtillo ſubigendo ſatis eſt.

Pantolmius ad chironia malignáque vlcera, & defluxiones.

CASSIAE, ęris cremati, ceruſę, argenti ſpumę, ęruginis raſę, aluminis ſciſſi, rotundi, liquidi, & lateritij quod plin-

thitis

thidis dicitur, panacis radicis, ariſtolochiæ longæ & rotundæ, malicorij, atramenti ſutorij, portulacæ, † iridis aſtragalitidis, chalcitidis, miſyos, guttę ammoniaci, ſalis ammoniaci, æruginis ferri, ſquamę æris, aloës, diphrygis, thuris, gallę, ſarcocollæ, plumbi cremati, foliorum oleæ, ſoreos, myrrhæ, cretæ ſutoriæ liquidę, balauſtiorum, ſpinæ Aegytiæ, ſulfuris ignem non experti, nitri, rhu rubri, rhu ſyriaci, chryſocollæ, rhu coriarij, acaciæ, ſalis ſpumæ, omphacij, auripigmenti, ſingulorum pares modi: cum aceto diebus triginta, ſub caniculæ ſidere lęuigantur.

† Huius meminerũt Gal. lib. 1. κατὰ τόπυς, cap. 1. & Aetius lib. 13. cap. 3. Dicitur autem Iris Aſtragalitis, quòd radice referat aſtragalum, quæ à Plinio eadẽ de cauſa Raphanitis dicitur, quòd ſcilicet aſtragalus raphani modo radicem gerat. Et eſt altera iridis Illyricæ ſpecies.

Paſtillus Nymphodoti.

APHRONITRI vncia, nitri Alexãdrini, ſaponis gallici, ſingulæ vncię, ſalis cappadocij, maſtiches, gallæ, ſingulorum drachmæ quatuor, foliorum roſæ, amomi, amyli, ſingulorum vncia, phylli drachma, aluminis ſciſſilis, coſti, ſingulorum drachmæ duæ, vini myrtei quod ſatis eſt.

Paſtillus ex thapſia, hemicranico dolori efficax.

SVCCI thapſiæ drachmæ ſedecim, myrrhæ drachmæ octo, opopanacis, euphorbij, ſingulorum drachmæ ſex, nitri, [k] liquoris parthenici, ſingulorum drachmæ quatuor, piperis, ſagapeni, ſingulorum drachmæ duæ, aceti quantum ſufficit. Vbi vtendum eſt, aceto inunctum poſt horas ſex abluito: at ſi voles remiſſiore vti, cerato pari exceptum illinito, noctémque ſinito.

Paſtillus qui ano ſubiicitur, hypotheton dictus, ad dyſenteriam, & ani dolores.

TERRAE ſamiæ, amyli, ſingulorum quadrans, croci ſextans, acaciæ, tragacanthæ, ſingulæ vnciæ, caſtorij, thuris, lycij, ſingulæ ſemunciæ: in calidioribus, etiam opij ſemuncia adiicitur: herbæ pulicaris ſucco excipiuntur, [l] finguntúrque paſtilli.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Terra ſamia cum cremore ptiſanæ. *In Græco eſt, διὰ χυλϋ πτισάνης, forte μετὰ χυλϋ.*

Herbæ pulicaris ſucco. *In fine capitis puto Græcum codicem eſſe deprauatum: quàm proximè autem licuit, ad veritatem conuerti.*

GORNARII.

c *Gale. lib. 7. κατὰ τόπυς Aphrodiſiaſticum clidion, clauiculam Veneream refert.*

d Crocum

d *Crocum verſio mea non habet.*

e *libræ 2.*

f *Calcis viuæ drach.20.*

g *aut ſimpliciter drach. 4.*

h *ſuberis vſti falsò legitur σφέκλου κε. id eſt fæcis vini vſtæ, pro φελλοῦ κε. id eſt ſuberis vſti, ex quo paſtillus nomen habet, vt Aetius lib. 9. cap. 49.*

i *Hic paſtillus nomen habet ex eo quòd verbenaca quam recipit colligenda eſt, quum ſol eſt ἐν κριῷ, id eſt in ariete.*

x *ſucci parthici.*

l *& paſtillos oblongos efforma Græca ſic reſtitue, καὶ πλάτει ἐπιμήκεις τροχίσκους. Aut καὶ πλάτει ἐπιμήκη κολλύρια. Nam collyria etiam dicuntur glandulæ in anum ſubdititiæ.*

De medicamentis quibus aridis vtimur, & ſmegmatis.

Cap. XIII.

Catapaſmata.

Aridorum medicamentorum quæ ſanè & catapaſmata ab inſpergendo vocantur, alia vlceribus congruunt, alia cuti applicantur: ex iis quæ vlceribus faciunt, quędam cauis carnem inducunt, quędam excreſcentia reprimunt, quędam cicatricem generant, quędam vrunt exedúntque, nonnulla ſanguinem coërcent. Quæ igitur carni generandæ ſunt, vel repurgando ſordida, carnem creant, vt quæ conſtant ex eruo, ariſtolochia, iride, panace, myrrha, thure, aloë: vel humiditatem circunfluam deſiccando, veluti quæ fiunt ex ære, diphryge, ſquama, charta combuſta, piceæ cortice, & ſpina, quę & ipſa cicatricem obducunt: vel acrimoniam roſionémque obtundendo, qualia ſunt ex pompholyge, amylo, ceruſa, fęce combuſta, [m] oſtreis crematis, terra ſamia, & conſimilibus, & quæ compoſitorum ex his vireis habent.

Puluilli carnem generantes.

Carnem deprimentes.

[n] Ex reprimentibus lenia quidem ſunt, quę conſtant ſquama æris, quæ miſy, chalcitide combuſtis, & galla: valentiora ſunt, quę atramento ſutorio, ærugine, miſy, chalcitide, ignem non expertis.

Vrentes.

[o] Vrentia verò exedentiaque fiunt ex calce, auripigmento, ſandaracha, & fęce vini combuſta, quam vocant Spheclen, hoc eſt fęculam: atque hęc omnia componuntur: cęterùm in tenuiſſimum redacta pollinem, ſi vlceribus inſpergantur minùs rodũt: ſi ſpiſſiora, magis, idq; vrendo faciendoque cruſtam.

Sãguinem cohibentes.

Sanguinem reprimentia aut aſtringendo, aut refrigerando, aut ſiccando, [p] aut opplendo illum coëcent: quorum materiam capite de paſtillis ſumus exequuti.

exequuti. At eorum quæ cuti admouentur, alia abſtergunt exterúntque, vt ex cimolia, pumice, lomento, fermento hordei, peponum carne, & ſalis flore confecta: alia extenuant & diſcutiunt, qualia fiunt ex veratro, alcyonio, ſulfure, herba pediculari, ſinapi, pyrethro, ſemine roriſmarini, q terra lemnia, ſepię teſta: atque hęc, aſſumpta calce & auripigmento cum liquore aliquo, pilis abolendis idonea, & ſmegmata fiunt. Quędam capiti admouentur, vt fluxum ex eo ruentem deſiccent: cuiuſmodi ſunt ex nitro, ſale, galla, malicorio, & id genus aliis pręparata. omnia verò ſmegmata cuti non inunctæ accommodari debent. *Cuti admouendi.* *Smegmata.*

Cephalicus puluis, capiti conueniens.

ERVORVM quincunx, iridis ſeſcuncia, mannæ thuris ſeſcuncia, ariſtolochiæ, ſquamę æris, ſingulorum ſeſcuncia.

Alius.

PICEAE corticis drachmę ſex, thuris drachmę quatuor, pumicis tantundem, iridis drachmę duę, reſinę ſiccę drachmę ſex, ariſtolochię drachmę duę.

Ex aloë, dia aloes dicitur.

ALOES drachmę ſex, erui drachmę octo, mannę thuris drachmę quatuor, gallę drachmę tres, aluminis ſciſſi drachmę duę.

Diaſphecles, hoc eſt, ex fæce vini combuſta, Manethonis.

CADMIAE combuſtę & [r] illotę vncia, terrę ſamię vncia, fęcis vini combuſtę vncię quatuor, lapidis ſpecularis vncię quatuor, thuris vncię quatuor. quidam & amyli vncias quatuor addunt.

Melitera Oribaſij.

CHALCITIDIS, ſquamę ęris, gallę, balauſtiorum, [s] ariſtolochię longę, ſingulorum vncia, malicorij, aluminis ſciſſi, ſingulorum ſemuncia.

Medicamentum ex oſtreis, dia oſtreon dicitur.

CADMIAE, thuris, ſingulæ vnciæ, oſtreorum combuſtorum vnciæ tres.

Medicamentum ex thure, dia Libanu.

ARGENTI ſpumæ, thuris, ſquamę æris, [t] mali punici, amyli, ceruſæ, pares modi.

Aphroditarium.

THVRIS. ſquamę æris, [u] mali punici, amyli, ceruſę, paria pondera.

Rhodia, ad ſupprimendum ſanguinem, vlcera depaſcentia, & excreſcentia.

GALLAE crudæ drachmæ ſex, gallæ combuſtæ reſtinctęque vino, aridę, drachmæ duodecim, ſquamę æris nigri, ſi non ſit, rubri, drachmæ octo, atramēti ſutorij drachmę vigintiquatuor, aluminis ſciſſi drachmæ vigintiſeptem: teruntur diebus ſat multis.

Medicamentum xanthon, hoc eſt, flauum.

CHALCITIDIS combuſtæ drachmę quadraginta, atramenti ſutorij vſti drachmæ viginti, miſyos cremati drachmæ decem, æris vſti drachmę quinque.

Medicamentum à murino colore pſaron dictum.

MISYOS quincunx, gallarum triens, chalcitidis ſextans, ſquamę æris tantundem, atramenti ſutorij vncia, æruginis raſæ ſextans.

Medicamentum heliocæs, adurens.

AVRIPIGMENTI libra, calcis viuæ libræ duę: aqua lęuigato per dies caniculę, deinde ſiccatis vtitor.

Antheron.

CYPERI drachmæ octo, myrrhę drachmę duodecim, ſandarachę drachmæ tres, roſarum floris drachmæ duę, croci drachma, crocomagmatis, aluminis ſciſſi, iridis Illyricæ, ſingulorum drachmæ duę.

Medicamentum ex charta, quod Græci dicunt dia chartu, ad nomas oris potiſſimùm & naturalium vlcera.

ÆRIS ſquamę, chartæ combuſtę, ſingulorum drachmæ octo, auripigmenti, ſulfuris viui, ſigulorum drachmæ duodecim, plumbi cremati drachmę ſex. Ad humidiores quidem ſepedonas, ſicco vtitor: ad ſiccas, roſaceo macerabis, nōnunquam & melle cum roſaceo.

Medicamentum ex myrto ſyluestri, dia oxymyrſines appellatum, ad eadem.

RHVS coriarij x vncię duodecim, myrti ſylueſtris foliorum, ſandaraches, ſingulorum drachmæ octo, ſalicis foliorum ſiccorum, malicorij, ſingulorum drachmæ ſex, aluminis ſciſſi, chryſocollæ, aloës, chalcitidis crudæ, ſquamę, auripigmenti, ſalis communis, ſingulorum drachmæ quatuor.

Medicamentum Maſſalioti,

y NITRI, opij, chryſocollæ, lapidis aſij, ſandarachæ, miſyos,

ſyos, chalcitidis, aluminis ſciſſi, diphrygis, æqualia pondera: ſicco vtitor.

Smegma aridum, quod aſclepios dicitur.

BACCARVM lauri, nitri alexandrini, ſalis torrefacti, ſalis cappadocici, ſtillæ ammoniacæ, aphronitri, pumicis, ſingulorum libra, veratri nigri, herbæ lanariæ, pyrethri, fæculæ quæ eſt vini fæx combuſta, herbæ pediculariæ, ſinapi, iunci rotundi, aluminis ſciſſi, iunci quadrati floris, iridis, gallæ, ſingulorum vnciæ ſex, ſampſuci libra, viticis ſeminis, pulegij, farinæ fabarum, & lupini, ſingulorum vnciæ ſex, chamęleontis nigri, ſulfuris, gummi, thuris, piperis, cucumeris ſylueſtris radicis, marrubij, cimoliæ, pæonię, ſepiæ teſtæ, fœnugręci, phylli, coſti, cumini, euphorbij, ſpicæ nardi, ſingulorum vnciæ tres. Alexander autem pręter hæc adiicit ſalis ex nitri fontibus, ſalis Tragaſei, ſingulorum libram, adarces vnciam, aluminis liquidi, nardi gallici, cnici, cocci gnidij, graminis aridi, bryoniæ ſiccæ, ſingulorum treis vncias.

Smegma peponatum.

THVRIS, maſtiches, ſtillæ ammoniacæ, ſingulæ vnciæ, tragacanthi ſeſcuncia, ſucci vuæ acerbæ dodrans, peponis, ſeminis recentis quadrans, ſimilæ ſextarij quinque, ouorum vnius & viginti albumina, iridis triens. quidam & veratri nigri ſextantem miſcent.

Aliter Critonis.

LOMENTI modius, ſimilæ ſextarij quatuor, trifolij, glãdis vnguentariæ, iridis Illyricæ, ſingulorum libræ quatuor, guttæ ammoniaci, coſti, ſingulorum libra, [z] ouorum tenuia aquata, peponum carnis ſextarij duo, vuæ acerbæ ſucci tantundem: [a] macerantur, redactaq; in paſtillos ſiccantur: deinde contuſa incretaque in vſum adhibentur.

ALITER. Tragacanthæ, thuris, maſtiches, guttæ ammoniaci, ſingulorum drachmæ decem, omphacij drachmæ quinque, ſimilaginis ſextarij quinque, candidi ouorum liquoris vncia, peponum carnis vnciæ decem: præparatur vt ſuprà dictum eſt.

Smegma quod capitis defluxiones exiccet.

NITRI Alexandrini rufi vnciæ quinque, ſalis communis torrefacti ſeſcuncia, ſalis cappadocij vncia: hæc aceto quàm acerrimo macerata [b] in patinam fictilem coniiciuntur, atque in furno vruntur, dum redigantur in carbones:

inde

inde refrigeratis læuigatíſque ad abſtergendum vtitor, vinum in balneo inſtillans.

Sapo Conſtantini.

ROSARVM ſiccarum, aloë, gallæ, malicorij, malabathri, ſarcocollæ, ſingulorum tres vnciæ, balauſtiorum, myrrhæ, ſandarachæ, ſpicæ nardi, ſingulorum vnciæ duæ, coſti vncia, ſaponis gallici libra. excipiuntur iure lupinorum.

Puluis pilos abolens, vnde pſilothrum dicitur, ad podagram.

MASTICHES, thuris maſculi, herbæ pediculariæ, veratri albi, ſpumæ argenti, ſingulorum vnciæ tres, phylli, amyli, veratri nigri, lapidis aſij floris, ſingulorum vncia, alcyonij, pumicis toſti, cimoliæ, ſampſuchi, ſingulorum vnciæ tres, ſpicæ nardi vncia. Nonnulli etiam aloës vnciam addunt. contuſum in vaſe puluerem reſeruato: vbi neceſſitas inciderit, oryzæ cremor & ptiſanæ in ollam coniicitur: poſtquàm inferbuerit, pulueris, ſaponis, gallici, auripigmenti, aluminis ſciſſi, ſandarachæ, ſingulorum ſeſcuncia additur, calcis viuæ recentis libra. Vtitor vnguento menſe ter, nono videlicet lunæ die, decimonono, & vigeſimonono, idque vſque ad annum: poſt hunc, ſemel menſe, quùm vigeſimumnonum luna diem agit.

ANNOTAT. CORNARII.

m *lapide ſpeculari.*

n *Ex his quæ ſuperexcreſcentem carnem deprimunt.*

o *Vrentia verò & erodentia ex calce, & auripigmento, & ſandaracha, & fæcula, quæ eſt fæx vini vſta, componuntur. Omnia verò hæc in tenuiſſimum, &c. Hæc transpoſita & malè diſtincta ſic collocentur.*

p *aut meatus obducendo, aut vrendo, aut cruſtã inducendo ſiſtunt.*

q *limnitide ſiue adarce, & ſepiæ. Limnitidem hîc exponit, ne quis in illorum errorem labatur, qui limnitidem terram lemniam accipiunt. Eſt enim limnitis idem quod adarce, ſiue adarcion, teſte Gal. lib. I. κατὰ τόπους. cap. I. Item paulo infrà cap. 19.*

r *& lotæ.*

s *erui, ſingulorũ quadrantẽ, ariſtolochiæ longæ vnc. I. malicorij, &c.*

t *Rhoidarij. In hoc puluillo, itemq; ſequenti habetur rhoidarium, quod non ſignificat malum punicum, veluti ſit diminutiuum ἀπὸ τῆς ῥοιᾶς. Sed rhoidarium confectio quædam eſt ex rhoe olere, quæ quomodo præparetur docet Aetius lib. 2. cap. 68.*

v rhoida

u *Rhoidarii.*
x *Rhois coriarij ſextantem.*
y *Nitritoſti. pro ὀπίου lege ὀπτοῦ. Nullius enim vſus eſt opium in puluillis.*
z *Ouorum albumina ſeptem.*
a *Miſce & efformatos paſtillos ſicca.*
b *In ſacculum lineum mittito, & vrito in camino donec, &c.*

De medicamentis liquidis quæ illinuntur, ad oris vitia, vndè ſtomatica dicuntur, ac guttur accommodatis. Cap. XIIII.

QVantò rarior molliórque eſt ſumma oris tunica cute, quæ corpus totum obtegit, tantò etiam magis ſtomaticorum medicaminum vſus euariat. Quùm igitur inflammatio incipit, ea requiruntur medicamenta quæ humoris influxum repellant, cuiuſmodi ſunt, arida quidem, omphacium, galla omphacitis, ſuccus rhu, hypociſthidis, alumen, cortex piceæ & thuris, balauſtia, & generatim omnia quæ aſtringunt, ita vt inſuauem ingratámque & letalem vim non repræſentent: liquida verò, ſuccus mororum tum quæ batina, tum quæ ſycamina dicuntur, item nucum viridium corticis, & mali punici, præſertim acidi, & malorum cotoneorum, [c] muſtum, aminæúmque. mel autem per initia ſolum vt medicamenta adhæreant temperatur. at quum humor ſubſtiterit, miſceri debent quæ concoquant & mediocriter diſſipent, cuius generis eſt crocus, myrrha, & dulcis radiculæ ſuccus. at per totum id temporis quod ſtatum & declinationem intercedit, rectè vſurpatur mixtum aliquod ambobus, repellente puta & diſcuſſorio: & per initia quidem ſuperabunt repellentia, deinde diſcutientia: in morbi declinatione ſolis vti diſcutientibus abſq; abſtrictione oportet, qualia ſunt nitrum, aphronitrum, origanum, hyſſopum, thymus, nepita, iris, beſaſa, conſimiliáque. liquor tunc ſapa eſto, tum quæ ex mulſo decocto, tum quæ ex caricis & palmulis conficitur, ipſúmque dulce muſtum cum melle: vbi verò veluti reliquiæ quædam inflammationis remanſerint, etiam ſulfur ignem non expertum miſcebimus: ſuccum autem primùm cum melle incoquemus, dum liquidioris mellis ſpiſſitudo fiat, inde ſic arida in tenuiſſimum pollinem pertrita inſpergemus, poſteà modicè coquemus, quoad omnia exactè in vnitatem cogantur, quo facto in vitreum vas medicamentum transfundemus.

Dia moron ſimplex.

MORORVM ſucci ſextarij tres, priùs excoquuntur dum tertia portio fuerit abſumpta, adiectóque mellis ſextario, rurſus incoquuntur ad melleam ſpiſſitudinem.

Dia moron compoſitum.

MORORVM ſucci heminæ ſex, vſque ad ſtrigmenti craſſitudinem coquuntur, deinde admixtis læuis croci drachma, myrrhæ duabus, ſucci vuæ acerbæ vna, aluminis ſciſſi ternis obolis, mellis hemina, quouſque ſpiſſeſcant, incoquuntur.

De moris batinis, quæ rubi fructus ſunt.

ITEM quod ex moris batinis conſtat, eodem modo præparatur, maiore vi aſtrictoria præditum.

Dia caryon, quod eſt ex nucibus, ſimplex.

VIRIDIVM nucum corticis contuſi ſucci heminæ quinque, mellis hemina, [d] coquuntur ad dimidias.

Dia caryon compoſitum.

PER initia quidem & in vigore oris inflammationum, miſceri debent croci, & aluminis, ſingulæ drachmæ, myrrhæ duæ: in declinatione verò ad diſcutiendum, nitri drachma, ſulfuris tantundem, cum prædicta nucum corticis ſucci, & mellis menſura.

Medicamentum ex ſucco mali punici.

MALI punici cui nuclei ſunt adempti, dulcis ſucci ſextarij quatuor, mali punici acidi ſucci ſextarij duo, mellis ſextarius, [e] myrrhæ amineæ drachmæ octo, crocomagmatis, gallæ ſingulorum drachmæ octo, aluminis ſciſſilis drachmæ quatuor, iridis illyricæ drachmæ octo, omphacij drachmæ octo: conficitur quemadmodùm quod moris conſtat.

Aliter idem.

[f] MALI punici dulcis cum corio ſuo combuſti ſucci ſextarij ſex, mellis generoſi ſextarius, aluminis ſciſſi vncia, myrrhæ ſemuncia.

Medicamentum è muſto, dia gleucous dicunt.

MVSTI ſextarij ſex, gallæ, aluminis ſciſſilis, ſingulorum drachmæ duæ, croci, myrrhæ, ſingulæ drachmæ. Si lenire voles, dulce eſto muſtum: ſi repellere, auſterum. quod autem neutrum eſt, mediam inter hæc vim obtinet.

Aegyptia ſtomatica.

MELLIS pondo, olei bes, reſinæ terebinthinæ ſextans, croci drachmæ quatuor: in cacabo liqueſiunt.

Medicamentum dia beſaſa, ex ruta ſylueſtri.

ANISI ſeminis, apij ſeminis, iunci odorati floris, ameos ſeminis, aluminis ſciſſi, iridis illyricæ, beſaſa, quod nonnulli harmala vocant (eſt autem ruta ſylueſtris) cinnamomi, myrrhæ, troglodytidos, croci, gallæ, ſingulorum vncia, ariſtolochiæ longę, caſſiæ, crocomagmatis, roſarum ſiccarum, ſingulorum vncia, coſti, hirundinum cineris recentis, ſingulorum vnciæ tres, nardi Indicæ, amomi, ſingulorum ſemuncia, mellis quod ſatis eſt. *Beſaſa. Harmala.*

ANNOTAT. CORNARII.

c *Et muſtum aminæum. Legendum Græcè* καὶ γλεῦκος τοῦ ἀμιναίου, *vt de ſolo aminæo muſto accipiamus.*

d *Coquitur velut ea quæ ex moris fit. Legito Græcè* ἕψεται ὡς τὸ διὰ μόρων.

e *Myrrhæ minææ.*

f *Malorum punicorum vnà cum putamine contuſorum ſucci ſextarij, &c. Legito Græcè* κεκομμένων, *id eſt contuſorum, non* κεκαυμένων. *Quis enim ex vſtis ſuccus elici poſſit? Huius autem ſextarij ſex recipiuntur.*

Dulces vtileſque potiones. Cap. XV.

DVlcium ſimul & vtilium potionum aliæ ex vino conficiuntur, coniectis in id quibuſdam ſpeciebus, exempli gratia, pipere, abſinthio, caſamo, aliiſque compluribus, vndè etiam appellationem nonnunquàm ſortiuntur, aliquando melle admixto, interim non: [g] aliæ ex aqua in qua decoquantur mala, vel roſæ, vel ſimilia quædam, nempe vua acerba, mala punica myrti baccæ, eóq; mel optimum deſpumatum miſcetur, [h] tum quod firmum ſit, tum quod dulce, interdum etiam vtile: ſi illud [i] excipias quod à cibyra in paruis vaſculis aſportatur, aſterum: item hydromalum vinoſum, quod etiam ſine melle fieri nouimus, quemadmodùm apomeli ex melle ſolo & aqua, citra alterius cuiuſdam ſubſtantiæ miſturam. Imò etiam ex vino confectæ potiones, quas & propomata Græci nominant, mellis deſpumati ſextarium vnum, ad vini quaternos recipiunt, componuntúrque citra coctionem. At quæ ex aqua & liquore fiunt, ſi quidem coquantur, vnum mellis ad treis liquoris, cuius duæ ferè partes inter coquendum ſint abſumptæ, ſextarios aſſumunt. [k] ſin minus, vnum mellis ad binos liquoris. cæterùm quæ non coquuntur, diu ſatis inſolare prorſus oportet, & præſertim ompha- *Propomata.*

comeli. Ex aqua verò temperatas potiones coquere conuenit, quòd propter imbecillitatem facillimè mutentur. omnes autem in fictilia vaſa exigua [1] oblita transfundendæ ſunt, iiſque tutò operculatis in apricis locis vſque dum excoquantur reponendæ. attenuantibus autem & probè aqua temperatis vti conuenit. Omphacomeli postquàm muſti modo inferbuerit craſſúmque euaſerit, tunc operiri vas debet. his igitur quæ vino conſtant, quum febris abeſt, potiſſimùm vtimur, vel ſolius voluptatis gratia, præter eas quæ ſcammonia aut grano gnidio aut eiuſmodi purgantibus medicamentis componuntur, vel propter eiuſmodi affectus in quibus & medicamentis in illas coniectis, per os vti licet. Ex aqua autem aut ſucco aliquorum confecturæ febricitantibus conueniunt, interdum ceu hedyſmata hoc eſt dulciaria, quum morbus vino vti non permittit: interdum ceu affectui commodæ, quemadmodùm apomeli ad ſaliuam educendam, aut vrinas citandas, aut aluum emolliendam, aut extenuandum humorem: hydromalum autem & hydroroſatum ſiticuloſis, febre ardenti preſſis, reſolutis, & ſtomacho vitioſis. Omphacomeli, myrtites, rhodoſtacton, hoc eſt, mel roſaceum, & rhœtes, cœliaco affectui, dyſenteriis, vomitionibus, aliíſque fluidis vitiis congruunt. Iam verò his collutionibus ſubinde in ſtomaticis affectibus vtimur.

Hydromalum ex malorum cotoneorum ſucco.

MALORVM cotoneorum nucleis exemptis contuſorum ſucci ſextarij duo, mellis ſextarij tres, aquæ ſextarij ſex, incoquuntur deſpumando ad tertias.

ALIVD. Malorum cotoneorum fruſtulatim conciſorum nucleis ablatis pondo quinque, in aquæ fontanæ ſextariis decem incoquuntur dum intabeſcant. ablata ab igne, refrigeratáque eximuntur, expreſſóque ſucco proiiciuntur, aquæ modo dimidia mellis menſura temperatur, iterúmque incoquitur deſpumando, quoad octaua portio abſumpta fuerit. Nonnulli verò ex dulcibus etiam malis ſimiliter hydromalum componunt.

Hydroroſatum.

ROSARVM vnguibus exemptis libræ quatuor, aquæ ſextarij quinque, mellis ſextarij duo.

Rhodomalum.

SVCCI malorum cotoneorum ſextarius, roſarum trepondo,

pondo, mellis ſextarij tres, aquæ ſextarij quinque. Verùm quoniam roſæ non eodem tempore cum malis inueniuntur, conuenit eas cum melle quando colliguntur componere, ac vbi mala prouenerint, totam compoſitionem moliri.

Omphacomelitis præparatio.

VVAE acerbæ ſucci ſextarij tres, mellis ſextarius: mixta diebus quadraginta inſolantur, vel diſcoquuntur.

Quomodo Myrtites fiat.

MYRTI baccarum ſucci ſextarij tres, mellis ſextarius, ad tertias decoquuntur.

Apomeli ex commentariis Philagrij.

FAVORVM melle ſcatentium alborum pondo, aquæ fontanæ trepondo & dimidium. confractis fauis vnitíſque aqua cum melle incoquitur, dum & ſpuma ipſius & id quod veluti ceroſum ſupernatat, particulatim relinquatur, atque tunc refrigerata diligenter transfunduntur.

Rhodoſtacti compoſitio.

ROSARVM quibus vngues ſint exempti ſucci ſextarios duos, mellis ſextarium, incoquito deſpumans quoad quarta pars fuerit abſumpta.

Rhœtis confectio.

MALI punici ſucci ſextarij tres, mellis vnus, ad tertias decoquuntur.

ANNOTAT. CORNARII.

g *Partim ex aqua, in qua decoquuntur mala aut roſæ, cum quibuſdam ſuccis, velut vuæ acerbæ, malorum punicorum, myrti baccarum. Admiſcetur his mel. Græca ſic reſtitue.* τὰ δὲ ἐξ ὕδατος, ἐν ᾧπερ ἀφεψοῦνται μῆλα ἢ ῥόδα μετά τινων χυλῶν, οἷον ὀμφάκος, *&c.*

h *Et conſeruationis & iucunditatis gratia.*

i *Excepto auſtero & vinoſo hydromelo, quod in paruis vaſis à Cebira affertur, quod etiam, &c.*

k *Si verò non coquantur, vnum, &c.*

l *Picata.*

De collyriis & adglutinamentis. *Cap.* XVI.

VAria ocularium medicamentorum materies exiſtit, etenim liquores, ſucci, ſemina, fructus, particulæ ſtirpium, & metallica his inſeruntur, ex quibus alia acrimoniam leniunt, & veluti opplent obſtruúntque, vtpotè pompholyx, ſpodium, amylum, plumbum, terra ſamia, quæ aſter dici- *Ocularia medicamenta acrimoniam leniẽtia.*

tur, cadmia, eáq; omnia lota, & candidus oui liquor. Quibus ita vtendum eſt, vt caput prius vacuationem experiatur: nam ſi repletum fuerit, metus eſt ne oculorum tunicæ humoribus diſtentæ perrumpantur. Alia cõtrariam his naturam obtinent, nempè acrem, recludendis vacuandíſque iis quæ diu impacta fuerunt accommodata, quemadmodùm liquores Cyrenaicus, Medicus, ſagapenus, euphorbium, & conſimilia. Nonnulla ſordidis vlceribus abſtergendis conueniunt, qualis eſt ſquama æris, ipſúmque æs, chalcitis, miſy, ſori, flos æris, ſtimmi, concremata omnia. Quædam his vicina ſunt, ſmectica ab exterẽdis ſordibus appellata, cuiuſmodi eſt auripigmentum, ſandaracha, & lapidis aſij flos. Sunt & aſtringentia, atque ex his quæ mediocriter id faciunt, vehementer lippitudini, vlceribus, & defluxionibus conducunt, nempe roſarum folia, flores, fructus, ſpica nardi, phyllum, crocus, glaucium, & hypociſthis. Quæ vehementiorem aſtringendi vim repręſentant, oculorum claritati conducentibus potiſſimùm medicinis miſcentur, cuius generis eſt omphacium, acacia, balauſtium, ſatiuæ punicæ flos & galla. Alia concoquunt diſcutiúntque, vt myrrha, crocus, caſtorium, lacryma thuris, fœnugręci ſuccus. Porrò ex compoſitis oculorum remedijs,[m] alia delinuntur, ſimplicémque appellationem habent, alia xerocollyria, alia hygrocollyria vocantur. Quę igitur delinuntur, omnem comprehenſam materiam recipiunt, omnibúſque conferunt affectibus: cæterùm vere præſertim præparari debent, æſtate ſiquidem virtus ipſorum perſpirat euaneſcitq;, hyeme ſpecies gelu rigidæ temperari nequeunt. Conterere autem ea oportet liquore non copioſè affuſo, ne metallica ſubſidant, aromata ſupernatent, verùm modicè, vt ſordium modo conterantur. Aqua verò pluuialis erit, tum quòd tenuis ſit, tum quòd modicè aſtringat.[n] Siquidem vino aut ſucco aliquo læuigare oportet, ipſa quoque terenda ſunt metallica ſanè longo tempore, quæ autem ſucco conſtant, exiguo. demum vbi ſatis læuia euaſerint, gummi adiicietur in formam redacta, vaſis maximè æreis aut vitreis reponentur. Cæterùm iis quæ è ſucco conficiuntur, protinus vti licet; metallica vetuſtate redduntur meliora. Porrò inter collyria, arida quædam conſumunt exterúntque callos, ficos, vngueis, ſcabioſáque vitia, è chalcitide, ærugine & miſy compoſita: quædam lacrymas mouent, obſtructio

Acria ab obſtructione liberantia.

Detergentia.

σμηκτικά.

Aſtringentia.

Concoquentia & diſcutientia.

Plaſta ocularia.

Arida collyria.

ſtructionibus & hebetudini accommodata, quæ tum ex his, tum ex pipere & ſpica nardi fiunt. Sunt quæ præſeruent, tueantúrq; oculos ab humorum influxu, cuiuſmodi ex lapide phrygio, ſarcocolla, glaucio, aloë, cadmia, ſtimmi, croco: omnia in tenuiſſimum pollinem coacta oculis applicantur. At liquida collyria fiunt ex melle attico, opobalſamo, oleo ob vetuſtatem tenui, fœniculi ſucco, diuerſorum animalium felle, liquore cyrenaico, aliiſque compluribus. Conferunt hebetudini, ſuffuſioníque incipienti, medicamenta quæ extenuent, calefaciant, purgéntque. Vtendum his eſt, & omnibus acribus, vbi caput repletione caret, ſub dio, aëre, puro, auſtrino, non nimis frigido, neque item calido nimiùm. At agglutinamenta quæ Anacolemata Græcè dicuntur, ex medicamentis præparantur quæ obſtruunt, oppléntque, glutinant, ſtringunt, aut refrigerant, aut aſtringunt, ſicántve, qualis eſt farinæ pollen, manna, terra ſamia, myrrha, cochleæ, acacia, opium, cum candido oui liquore. glutinantur fronti in° quibus humor non intra caluariam deliteſcit, ſed extrinſecus affligit. *Liquida.* *Agglutinatoria.*

Collyrium quod protinus dolorem ſedet monohemeron appellatum, ad incipientem vetuſtámque lippitudinem.

ACACIAE drachmæ trigintaſex, gummi drachmæ trigintaduæ, cadmiæ drachmæ vigintiquatuor, æris cremati & eloti drachmæ octo, opij drachma: vino auſtero læuigantur. Medicamentum diſcutit & ſiccat.

Chiacum collyrium.

MINII ſinopici, gallæ omphacitidis, croci, roſarum recentium vnguibus exemptis floris, quem Thylaca vocamus, gummi, ſingulorum vnciæ quatuor, opij vncia: vino aminæo, aut falerno, aut chio auſtero teruntur. Sit autem vinum marinæ expers.

Cygnarium.

CADMIAE vſtæ elotæque vnciæ ſex, ceruſæ lotæ vnciæ quatuor, pompholygis tantundem, amyli vnciæ duæ, tragacanthæ, opij torrefacti, gummi, ſingulorum vnciæ duæ: aqua pluuiali læuigantur.

Rubens cygnus.

CADMIAE crematæ elotæ ſextans, terræ ſamiæ, quæ aſter dicitur tantundem, ceruſæ triens, pompholygis bes, amyli ſextans, opij ſextans, acaciæ, tragacanthæ, ſingulæ

vnciæ, gummi triens: aqua cœleſti ſubiguntur.

Albus cygnus.

CADMIAE vnciæ quindecim, ceruſæ vnciæ ſeptemdecim, opij drachmæ octo, thuris drachmæ ſeptem, amyli vnciæ ſeptem, gummi drachmæ tredecim: aqua cæleſti teruntur.

Pelarion ad vlcera.

CADMIAE, ceruſæ, ſingulorum drachmæ vigintiquatuor, acaciæ, opij, ſingulorum drachmæ octodecim, gummi, tragacanthæ, amyli, ſingulorum drachmæ nouem, myrrhæ drachmæ tres, æris, croci ſingulorum ſeſquidenarius: aqua conteruntur.

[p] *Phæon ad oculos ſanguine ſuffuſos, & magnos affectus.*

CADMIAE teneræ drachmæ vigintiquatuor, ceruſæ drachmæ ſedecim, æruginis raſæ drachmæ duodecim, ſtimmi drachmæ octo, aluminis ſciſſi drachmæ tres, chalcitidis vſtæ drachmę tres, nardi Indicę drachmę quatuor, omphacij drachmę duę, æris drachma, ſquamæ ęris drachmæ octo, ericæ fructus drachmæ tredecim, lacrymæ papaueris drachmæ vigintiquatuor, croci drachmæ quatuor, caſtorij drachmæ tres, myrrhæ drachmæ, ſex, lycij Indici, acaciæ, gummi, ſingulorum drachmæ quatuor, roſarum recentium drachmæ duæ & ſemiſſis: vino falerno, aut ſurrentino, aut aminæo, aut chio auſtero perteruntur. [q] inungitur per triduum, aquæ inſtar dilutum ex fœnugræci ſucco inſtillatum, deinde ex ouo aut lacte, poſtremò aqua craſſius.

Collyrium ex decoctis, dia zematon dicitur.

CADMIAE vnciæ ſedecim, cæruſæ vnciæ octo, amyli, opij, tragacanthæ, acaciæ, ſingulorum vnciæ duæ, gummi vnciæ ſex: læuigantur decocto roſarum ſiccarum, meliloti, capitum papaueris, dulcis radiculæ, pari ſingulorum modo.

Collyrium dia hydrias, repellens.

[r] LIQVORIS qui in vaſis cerealibus tophi modo concretus reperitur, libræ tres, cadmiæ vſtæ & elotæ libra, ceruſæ, pompholygis, terrę ſamię, qui aſter dicitur, ſingulorum elotorum vncię ſex, thuris vncia, myrrhæ tantundem, ſucci lini ſeminis, herbę pulicaris, ptiſanę, fœnugręci, ſingulorum libra, tragacanthę vnciæ ſex, gummi libra.

Collyrium [s] *Ilambonis.*

CADMIAE vnciæ octo, pompholygis vncię quatuor, ceruſæ

ruſæ libra, tragacanthæ, gummi, opij, ſingulorum vnciæ quatuor: aqua pluuiatili teruntur.

Cinereum, quod ſpodiacon dicitur, ad inflammationes, defluxus, & chemoſin.

THVRIS, ſtimmi, ſingulorum drachmæ centum, cadmiæ, ceruſæ, vtriuſque drachmæ vigintiquatuor, terræ ſamiæ, papaueris lacrymæ, ſingulorum drachmæ tres, gummi drachmæ quindecim: leuigantur oleæ coliculi ſucco. fit autem is in hunc modum: teneriora oleæ folia elota contunduntur in mortario, paululo aquæ ſuperfuſo, per linteolum exprimuntur.

Collyrium ex oleæ turionum ſucco tenerum, dia thalias vocatur.

THVRIS drachmæ quatuor, ſtimmi drachmæ quindecim, cadmiæ drachmæ vigintiocto, ceruſæ drachmæ quadragintanouem, terræ ſamiæ drachmæ octodecim, opij drachmæ ſex, gummi drachma, plumbi vſti elotique drachmæ octo: excipiuntur oleæ turionum ſucco.

Dia thalias, ruſſum.

ÆRIS cremati drachmæ duodecim, ſandicis vnciæ vigintiquatuor, foliorum oleæ vnciæ duæ, opij tantundem, gummi vnciæ decem, vino ſpathite vel amineo excipiuntur.

Dia ſmyrnon claudiacum.

GLAVCII, ſarcocollæ, ſingulorum drachmæ quadragintaocto, croci drachmæ vigintiquatuor, opij, myrrhæ, lapidis hæmatitis, ſingulorum drachmæ ſex, tragacanthæ drachmæ quadragintaocto, gummi drachmæ ſedecim: vino Italico ſubiguntur. vſus eſt ex ouo.

Aliud dia ſmyrnon ad rhyadas & ægylopas.

CADMIAE lotæ, lapidis hæmatitis eloti, ſingulorum drachmæ vigintiocto, myrrhæ, ſpodij Cyprij, ſingulorum denarij vigintiquatuor, opij drachmæ octo, croci drachmæ quatuor (alij octo) piperis albi grana triginta: gummi drachmæ ſedecim: vino Italico teruntur. ex ouo adhibetur collyrium: ſi vitium ſit recens, aquatum.

Stacticum Proſechij.

CADMIAE, gummi, ſingulorum drachmæ viginti, ſtimmi, atramenti ſutorij, ſingulorum drachmæ octo, opij drachmæ quatuordecim, æruginis raſæ drachmæ decem, piperis albi drachmæ ſex, croci drachmæ octo, miſyos crudi tan-

tundem, opobalſami drachmæ quatuor: aqua conteruntur.

Hygidion Ammonij.

Cadmiae, æris, ſingulorum drachmæ ſedecim, ceruſæ, caſtorij, aloës, croci, ſingulorum drachmæ quatuor, ſquamæ drachmæ quinque, roſarum floris, plumbi vſti, ſingulorum drachmæ octo, lycij drachmæ tres, lapidis ſchiſti drachmæ quatuor, opij drachmæ decem, acaciæ drachmæ quadraginta, gummi drachmæ quadragintaocto: aqua excipiuntur.

Olympos, ſeu olympiacum.

Acaciae, ſpicæ nardi, thuris, ſingulorum drachmæ octo, æris cremati elotique, ſtimmeos vſti & loti, ceruſæ concrematæ lotęque, cadmiæ, ſingulorum drachmæ duodecim, myrrhæ, [t] opij areſacti, ſingulorum drachmæ quatuor, croci drachmæ quinque, æruginis raſę drachmæ tres, lapidis ſchiſti, ſquamæ rubræ, lycij Indici, omphacij, ſingulorum drachma, caſtorij, roſarum floris, ſingulorum drachmæ duę, phœnicobalanorum drachmæ quatuor: ſimiliter [u] oſſea palmularum vſtarum ligna numero quinque, gummi vnciæ quinque aqua pluuiali ſuperfunduntur, in qua commadeſcent tres dies, totidémque noctes, calami odorati, alterci ſeminis, roſarum ſiccarum, ſingulorum drachmæ quatuor, phylli drachma.

Nardinum.

Cadmiae, croci, gummi, ſingulorum drachmę trigintaſex, æris vſti drachmæ octodecim, ſtimmi, acaciæ, ſingulorum drachmę triginta, nardi Syriacę drachmę duodecim, opij, myrrhę, ſingulorum drachmę ſedecim: aqua ſubiguntur.

Theodotium minus.

Stimmi, acacię, ſingulorum drachmę viginti, ęris vſti drachmę octo, ceruſę drachmę quatuor, myrrhę totidem, ęruginis drachmę duę, aloës, ſucci papaueris, lycij, ſingulorum drachma: pluuiatili aqua lęuigantur.

Rhinarium.

Lapidis hęmatitis, lapidis ſchiſti, ſingulorum drachmę ſedecim, æris combuſti, cadmię, æruginis, ſingulorum drachmę octo, opij drachmę quinque, chalcitidis drachmę duæ, gummi drachmę octo: vino excipiuntur.

Xyſter.

Xyſter.

PVMICIS, miſyos, oſtreorum, ſingulorum cremato-rum vnciæ ſex, cadmiæ, opij, chalcitidis vſtæ, croci, aloës hepaticæ, caſtorij, phylli, ſingulorum drachmæ duæ, ſtimmios, acaciæ, ſingulæ vnciæ, æris combuſti vnciæ quatuor, myrrhæ troglodytidis drachmæ quatuor, ſpicæ nardi drachma, ceruſæ drachmæ octo, gummi drachmæ quatuor: aqua cæleſti ſuperfunduntur. Nonnulli etiam vinum miſcent.

Hecatombe, ad cicatrices craſſas.

CADMIAE vſtæ lotęque, æris cremati & eloti, vniuſcuiuſque drachmæ octo, ſtimmios combuſti, acaciæ rubentis, gummi, ſingulorum drachmæ quindecim, aloës, gallæ, æruginis vermicularis, caſtorij, lycij, ſpicæ nardi, croci, opij, myrrhæ, ceruſæ, hebeni ramenti, chalcitidis, ſingulorum drachma, roſarum drach. ſexaginta: aqua pluuiali teruntur.

Collyrium ex cornu, dia ceratos dicitur, Galeni.

PLVMBI combuſti, cornu ceruini cremati, ſingulorum vnciæ duæ: ceruſæ, ſquamę æris, amyli, thuris, ſepiæ teſtæ combuſtæ, æruginis, myrrhæ, gummi, ſingulorum vncia: aqua pluuiali excipiuntur.

Collyrium è thure, dia Libanu nuncupatur.

THVRIS vnciæ ſex, cadmiæ, pompholygis, terræ ſamiæ quæ aſter dicitur, amyli, gummi, ſingulorum vnciæ tres, ceruſæ vnciæ ſex, ſquamæ æris vnciæ quatuor, tragacanthæ vnciæ tres, opij vnciæ ſex: aqua cæleſtis adiicitur.

ˣ *Libanium.*

CADMIAE elotæ, amyli, ſingulorũ denarij duodecim, ceruſæ tantundem, ſpodij, pompholygis, terræ ſamiæ quæ aſter dicitur, plumbi vſti & loti, tragacanthę, ſingulorum denarij octo, opij denarij duodecim, gummi denarij quatuor: aqua pluuialis additur, & ouorum viginti albumina. Sunt qui etiam myrrhæ denarios quatuor addant.

Aſter magni.

POMPHOLYGIS, cadmię, ceruſæ, ſingulorum drachmę ſedecim, plumbi drachmæ octo, amyli drach. octodecim, thuris drachmæ decem, terræ ſamiæ quæ aſter dicitur drach. duodecim, myrrhæ drachmæ duæ, tragacanthæ, gummi, ſingulorum drachmæ octo: aqua additur.

Vranium.

y TERRAE ſamiæ, piperis, ſingulorum vnciæ tres, ſpodij

eloti

eloti vncia, gummi vnciæ quatuor, ſtimmios cremati elotique vnciæ duæ, ſquamæ lotæ vncia, opij drachmæ ſex, cadmiæ combuſtę & elotæ drach. duę: aqua pluuiatilis admiſcetur. Carnem inducit, repellitque.

Collyrium ex ſucco fœnugræci.

CADMIAE, tragacanthæ, ſingulorum vnciæ octo, ceruſæ vnciæ triginta, amyli tantundem, opij vncia: lęuigantur ſucco fœnugræci.

Collyrium Cleonis.

POMPHOLYGIS, plumbi, ſingulorum vnciæ quinque, croci ſeſcuncia, [z] ſquamæ æris quod ſtomoma dicitur vncia, gummi vnciæ duæ: aqua pluuialis additur, aquatum illinitur.

Dia rhodon, hoc eſt, ex roſis, quæ ſeptuaginta duas vncias pendunt.

ROSARVM viridium vnciæ ſeptuagintaduæ, cadmiæ vſtæ & elotæ drachmæ vigintiquatuor, æruginis raſæ drachmæ duæ, ſpicæ nardi drachma, ſquamę æris elotæ drachmæ duæ, ſtimmios combuſti elotique, opij, myrrhę, ſingulorum drachmæ tres, croci drachmæ octo, amyli drachmæ duæ, gummi drachmæ vigintiquatuor: aqua pluuialis admiſcetur.

Album dia Rhodon.

CADMIAE crematæ & lotæ, ceruſæ elotæ, ſingulorum libra, amyli, opij, tragacanthæ, ſingulorum vnciæ tres, aloës ſeſcuncia, gummi vnciæ tres, croci ſeſcuncia, roſarum vnguibus detractis vnciæ ſex: aqua miſcetur.

Collyrium ex aloe, dia aloes nuncupatur.

CADMIAE, ceruſę, aloës, ſingulorum vncię decem, roſarum viridium vncię ſex, amyli vncię tres, opij vncia, tragacanthę vncię duę, gummi vncię tres: aqua pluuiatilis adiicitur.

Crocinum dia rhodon.

SPICAE nardi, roſarum ſiccarum, aloës, ſingulorum drachmę duę, alterci albi ſeſquidrachma, croci drach. quatuor & ſemiſſis, glaucij ſex, ſarcocollę tantūdem, opij drach. duę, tragacanthę vncia: aqua pluuialis additur.

Nili dia Rhodon.

ROSARVM tenerarum drachmę quatuor, croci drachmę

mę duę, papaueris obolus, gummi drachmę quatuor: aqua cęleſti excipiuntur.

Lynceus ad claritatem oculorum.

CADMIAE, ęris combuſti, guttę ammoniacæ, ſingulorum drach. duodecim, myrrhæ, lapidis hæmatitis, opij thebani, ſingulorum drach. ſex, aloës hepaticæ, fellis taurini, galbani, ſagapeni, ſingulorum drachmæ quatuor, æruginis raſæ, opopanacis, ſalis ammoniaci, ſingulorum drachma, gummi drachmæ ſex: aqua pluuiali teruntur.

Proteus ad idem, cicatricéſque extenuat.

CADMIAE, ceruſæ, chalcitidis crudæ, ſingulorum denarij quadraginta, piperis ſeſquidenarius, liquoris cyrenaici drachmæ octo, croci denarij duodecim, opij thebani denarij decem, ſagapeni denarij duodecim, oliuæ Aethiopicæ denarij duodecim, auripigmenti, aluminis ſciſſilis, ſingulorum denarij octo, myrrhæ denarij duodecim, ſuffiminis ammoniaci denarij viginti, opopanacis denarij ſedecim, opobalſami denarij decem, gummi denarij viginti: aqua pluuiali excipiuntur.

Collyrium ex ſucco fœniculi.

CADMIAE drach. ſeptẽdecim, atramenti Indici drachmæ ſedecim, piperis longi drachmæ tredecim, & albi duodecim, liquoris cyrenaici drachmæ octo, opobalſami drachmæ ſex, ſpicæ nardi drachmæ ſex, ſagapeni, opopanacis, ſingulorum drachmæ quinque, opij drachmæ quatuor, euphorbij drachma, gummi drachma: ſucco fœniculi læuigantur.

Collyrium ex opobalſamo.

CADMIAE, ceruſæ, ſingulorum drachmæ octo, omphacij drach. quatuor, piperis [a] albi vnciæ ſedecim, opij drachmæ quatuor, opobalſami, gummi, ſingulorum drachmæ ſedecim: aqua pluuialis additur.

Thalaſſeros.

CADMIAE vnciæ octo, æruginis vnciæ duæ, atramenti Indici vnciæ octo, piperis albi vnciæ quatuor, liquoris medici vncia, opobalſami vnciæ duæ, gummi vnciæ ſex: aqua adiicitur.

Harmation.

GVTTAE ammoniaci, æris combuſti, corticis thuris, ſingulorum drach. quatuor, æruginis drachma, gummi drachmæ quatuor: aqua cæleſti excipiuntur.

Collyrium

Collyrium malabathrinum, quod & Iſotheon dicitur.

CADMIAE drachmæ ſedecim, æris vſti & eloti drachmæ quatuordecim, opij, lycij Indici, malabathri, nardi Indicæ, croci, aloës, ſingulorum drachmæ duæ, ceruſæ drachmæ octo, caſtorij drachmæ duæ, myrrhæ drachmæ quatuor, acaciæ, ſtimmi, ſingulorum drachmæ quadraginta: aqua teruntur. vſus ex ouo.

Craſsius ex vino.

CADMIAE, lapidis hæmatitis, & ſchiſti, ſingulorum drachmæ quadraginta, æris vſti drachmæ triginta, chalcitidis drachmæ trigintaduæ, papaueris ſeminis drachmæ tredecim: papaueris ſemen aqua decoquitur, ſuccus expreſſus aliis adiicitur: quæ læuigantur vino ſpathite vel aminæo.

Aliud ex vino.

ÆRIS combuſti, cadmiæ placitidis, ſingulorum vnciæ nouem, lapidis hæmatitis eloti vnciæ ſex, croci, myrrhæ, aloës, ſuffiminis ammoniaci, ſingulorum vnciæ tres, lycij Indici, ſpicæ nardi, ſingulorum ſeſcuncia, piperis albi grana centum quinquaginta, acaciæ rubentis vnciæ nouem, gummi vnciæ tres: vino falerno aut aminæo teruntur.

Collyrium ex duobus lapidibus ad aſpritudinem.

LAPIDIS hæmatitis, ſchiſtique, caſſiæ, ſingulorũ drachmæ octodecim, æris, cadmiæ, opij, æruginis raſæ, ſingulorum drachmæ nouem, gummi tantundem, chalcitidis vſtæ drachmæ ſex: aqua teruntur.

Aridum collyrium Galeni, quod oculos tuetur.

LAPIDIS phrygij minutim contuſi vſtique in ollula quouſque incandeſcat, & reſtincti butyro non veteri: deinde iterum ſimiliter cremati, extinctique vino falerno, ac tertium vſti & extincti melle ſiccatique libra, æris cremati, piperis albi, phylli, ſingulæ vnciæ, ſtimmi ſeſcuncia: omnibus in læuorem detritis quum medicamentum ab igne auferatur, liquoris balſami non craſſi (id enim areſcere medicamentum prohibet) ſed luc idiſſimi vnciam iniicies. Vti autem eo conuenit in palpebris duntaxat, ſic vt ſpecillo illato tunicę nõ attingantur, ſed vt ſolùm medicamentũ palpebris apertis illinatur. Inungi autem debet non ſemel, verùm ſæpius, tum ante cibum, tum ſecundum ipſum, magíſque vbi iam lippitudo ſentitur. Mirum enim eſt, quàm omni alio medicamento ſecurius ab iniuria vindicet.

Aridum

Aridum dia crocu.

SARCOCOLLAE drachmæ octo, croci drachmæ quatuor, glaucij tantundem: inungitur frequenter die. Nonnulli verò aloën quoque miſcent.

Aliud aridum ad ſiccam lippitudinem quæ xerophthalmia dicitur, ſycoſin, ſepedonas, carnis excreſcentias.

CADMIAE drachmæ decem, chalcitidis drachmæ viginti, piperis grana quindecim, nardi gallicæ drachma: teritur cadmia & chalcitis cum vino: vbi inaruerint, reliqua adiiciuntur, coguntúrque in tenuiſſimum puluerem.

Hygra, hoc eſt liquidum collyrium, ex Caucalide.

CAVCALIDIS ſucci, chamędryos, coronopodis, interdum & othonnæ ſucci par menſura. Eſt autem othonna magnum chelidonium.

Aliud ad ſycoſin, quæ eſt veterrima palpebrarum aſperitudo, encanthidas, & excreſcentiam carnis.

MISYOS toſti drachmæ ſex, atramenti ſutorij drachmę quatuor, mellis attici ſextarius.

Eraſiſtrati panchreſtos hygra, mirifica eſt in ocularius vitiis, tonſillis, pudendis & auribus ſuppurantibus.

ÆRIS drachmæ ſex, miſyos toſti, myrrhæ, ſingulorum drachmæ tres, croci ſeſquidrachma, piperis drachma, vini chij & paſſi cretici, vtriuſque ſeſquihemina: omnibus in vino lęuigatis, dum inaruerint, paſſum ſuperfunditur, & vſque ad melleam ſpiſſitudinem incoquuntur.

Agglutinamenta oculorum qui defluxionibus infeſtantur.

TERRAE ſamiæ, mãnæ, thuris, myrrhæ, pares modi, oui aquato excepti, in linteúmque illiti fronti imponuntur.

ALIVD. Alterci ſeminis drach. opij tantundem, myrrhæ drach. duæ, croci drachma, farinæ pollinis drach. quatuor, ouorum toſtorum lutea duo. albumine oui excipiuntur.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Siquidem vino aut ſucco. *Codex Græcus hîc rurſus deprauatus eſt. Habet enim,* ἐμμὴ οἴνῳ ἢ χύλῳ τινὶ λεαοῦντε καὶ ῥίβειν, *&c. pro* εἰ μὴ ἐν οἴνῳ, καὶ ῥίβειν δεῖ αὐτά.

CORNARII.

m *quædam effinguntur, & plaſta ſimpliciter appellantur, quædam arida collyria, quædam liquida exiſtunt. Quæ igitur in maſſas coacta effinguntur, omnem comprehenſam, &c.*

n *ſi non vino, aut ſucco quodam teruntur.* τὸ ἢ ὑ ἄλλῳ ὄμβελον ἐστι

διὰ

διά τι τὸ λεπτομερὲς, καὶ τὸ μετρίως στῦφον αὐτοῦ, εἰ μὴ οἴνῳ ἢ χυλῷ τινὶ λειοῦνται. καὶ τρίβειν αὐτὰ μὲν, &c.

o in quibus non ſub caluaria humor. ὑπὸ τὸ σκύφιον. Quid autem ſit σκύφιον, dictum eſt lib. 6. cap. 7.

p fuſcum. Ad ſuppuratos oculos. Græcè enim lege πρὸς ὑποπύους.

q Illinitur ter in die aquoſum cum fœnigræci ſucco dilutum: deinde, &c.

r Toſi qui in vaſis calfactoriis æneis reperitur. Corrupta ſunt Græca. πῶρος τοῦ ἐν τοῖς θεσμοφορίοις ἀγγείοις εὑρισκομένου. Nō enim in Theſmophoriis aut cerealibus vaſis (ſunt enim Theſmophoria Cereris ſacra) hic toſus reperitur, ſed in hydriis calefactoriis æneis concreſcit. pro θεσμοφορίοις itaq; legendum θερμαντηρίοις. Sunt autem θερμαντήρια ἀγγεῖα vaſa in quibus aquam calefacimus, quæ & Caldaria dicuntur. Gal. lib. 4. τῶν κατὰ γένη toſum hunc lapidi ſpeculari viribus ſimilē eſſe dicit. διὰ τοῦτ' αὐτοῖς δ' αὐτῶν δυνάμεώς ἐστι, καὶ ὕαλος κεκαυμένη, καὶ τὸ συνιστάμενον πωρῶδες ἐν τοῖς θερμαντηρίοις χαλκείοις. Idē Gal. cōm. 1. & 3. in ſextū Epidem. Hipp. calculorum generationē in homine eodem modo fieri dicit, quo generantur toſi in aquis natura calidis, & in vaſis in quibus aqua quotidie calefit. vide locum. At verò hic toſus aliàs etiam ὑποστάθμη dici ſolet. Sic Paulus lib. 3. cap. 67.

s Nilamonis. Cadmiæ vncia vna.

t opij torrefacti.

v oſſa palmularum vſta numero v.

x Libyanum.

y Terræ aſteris lotæ quadrantem. γῆς ἀστέρος πεπέρεως Γο. γ. falsò autem legi πεπέρεως pro πεπλυμένης, ex eo clarum fit, quod ſi duo medicamenta accipienda eſſent, particula ἀνὰ ponderi Γο. γ. præpoſita fuiſſet.

z ſquamæ ſtomomatis ferri vncia.

a piperis albi drachmæ ſedecim. Γο. ιϛ. vnciæ ſedecim. Quia verò hoc pondus nimium eſt reliquorum proportione: omnia enim ſex vnciarum ſunt, legendum videtur <. ιϛ. drachmæ XVI. vel ſenarij nota in notam quæ dimidium ſignificat, mutanda vt ſeſquiuncia accipiatur. Γο. α. S.

De emplaſtris, & medicamentorum quæ in illa mittuntur coctione, tum qui ceræ modus cum oleo eſſe debeat, ex commentariis Antylli.

Cap. XVII.

Quæ in emplaſtra recipiuntur.

Medicamentorum quæ emplaſtra ingrediūtur, alia ſunt terreſtria, vtpote metallica, lapidúmque, & terræ ſpecies

cies, floces, cinis, & conchylia, alia ſunt oleamenta, alia lacrymæ, alia liquari poſſunt: quædam liquores, quædam ſucci ſunt: ſemina verò, herbas, & radices pauca recipiunt. Cæterùm ex ipſis emplaſtris nonnulla ſunt vulneraria, quæ enęma Græcis quòd cruentis iniiciantur: colletica, quòd glutinent: & catagmatica, quòd fracturis accommodentur, appellamus. Conſtare autem ex ſiccantibus nō ſummè, verùm ſecundi ordinis abſoluti, & tertij incipientis oportet. cuiuſmodi ſunt ſalis, quercus, cupreſſus, piceæ & pini cortices, myrrha, thuris lacryma, bitumen, aloë, ariſtolochia, cinis ſarmentaceus, ceruſa, ſpuma argenti, & pleraque ex metallicis. Coqui debent quouſq; manus non amplius inquinent. Porrò quę cicatricem ducunt emplaſtra & ipſa ex ſiccantibus componuntur, verùm efficacioribus quàm glutinatoria, quod genus eſt, æs combuſtum, ſquama tum æris tum ferri, ærugo, chalcitis, æris flos combuſtus, alumen, galla, plumbago, cadmia, pumex, & oſtracea. Diſcutientia verò ex calefacientibus & ſiccantibus modicè fiunt, nempè ariſtolochia, thapſia, oleo veteri, & raphanino, melle, opobalſamo, pice, reſina terebinthina, galbano, ſale combuſto, ſalis flore. Quæ emolliunt, ex argenti ſpuma, adipibus, medullis, oleo veteri, propoli, ammoniaco, ſtyrace, galbano, bdellio, maſtiche, reſina terebinthina, vel radice althęæ, & cucumeris ſylueſtris, pręparātur. Siccātia, ex ſulfure, nitro, ſale, cinere, & bitumine. Ad extrahendam accommodata, fiunt ex ſale, nitro, propoli, ærugine, fermento, ſtercore, ſulfure, terebinthina. Quæ concoquunt, ex cera, ladano, vua paſſa, amomo, croco, thure, pice, maſtiche Aegyptia, ſtyrace, myrrha, galbano, butyro, œſypo, adipe, ærugine. Pus mouentia, ex hydrelæo, polline, pane triticeo, chondro, butyro, adipe ſuillo & vitulino, thure, pice, reſina. Quæ verò leniūt, argenti ſpuma conſtant, ceruſa, oleo, anetho, chamæmelo, amylo, cera alba. Iam verò enæma dicta, recentibus adhuc vulneribus & fracturis iniici debent, adiuuatíque è ſumma ſpleniorum parte ſpongiis poſca madentibus ſimul illigatis, ſolui tertio quoque die, & rurſus eadem ſplenia non alia accommodari oportet. At quæ emolliunt, extrahunt, diſcutiunt, concoquunt, & pus prætereà mouent, poſt cataplaſmatum ceratorúmq; vſum adhibentur. Quæ[b] leniunt etiam per initia ſtatim, ſummis potiſſimùm partibus applicantur.

Colletica & Catagmatica.

Sicatricem ducentia.

Diſcutientia.

Mollientia.

Siccantia.

Attrahentia.

Concoquentia.

Supputantia.

Lenientia.

Cæterùm quomodo coquantur, deinceps exequemur.

Baſilicum tetrapharmacum.

CERAE, reſinę colophoniæ, picis, ſeui taurini, pares portiones.

Emplaſtrum ex ſucco lini ſeminis[c] *diſcutiens detergenſq;.*

OLEI veteris dupondo, ceræ vnciæ viginti, reſinæ colophoniæ, adipis ſuilli, ſingulorum pondo & dimidium, argenti ſpumæ pondo, ceruſæ vncię ſex, ſucci lini ſeminis tantundem, farinæ pollinis vncia, thuris vnciæ quatuor.

Emplaſtrum ex melle, dia melitos dicitur.

ARGENTI ſpumæ, ceræ, olei, ſingulorum libræ quatuor, terebinthinæ reſinæ libræ duæ, mellis, adipis ſuilli, ſingulorum libra.

ALIVD. Argenteæ ſpumæ libræ ſex, olei libræ quinque & ſemiſſis, reſinæ colophoniæ libræ ſeptem & ſemiſſis, ceræ libræ tres & ſemiſſis, mellis libræ tres.

Emplaſtrum à ſucco dia chylon dictum.

ARGENTEAE ſpumæ pondo ſex, olei, æſtate quidem pondo ſeptem, hyeme verò pondo nouem, fœnugręci ſemiſextarius, lini ſeminis tantundem, althææ trepondo: althæa, ſeminàque in viginti aquæ ſextariis diſcoquuntur, quoúſq; paululum ex ea relictum fuerit, inde ſucci pondo quatuor exprimuntur miſcentúrque oleo ac incoquuntur dum ebullire deſierint, poſt hæc argenti ſpuma in tenuiſſimum pollinem detrita inſpergitur, poſtremò omnia igne non acri excoquuntur, vſque dum digitos intinctos non inquinent.

Emplaſtrum ex polline farinaceo, dia gyreos appellatum.

FARINACEI pollinis, guttæ ammoniaci, ſingulæ libræ, reſinæ è picea deraſæ, ceræ, adipis ſuilli, ſingulorum libræ duæ, ſucci lini ſeminis quod ſatis eſt.

Emplaſtrum ab herbis botanicum dictum.

LAPATHI,[d] rhe pelæi, anchuſæ chœroſpelethi, hoc eſt, onocleæ, heptaneuri, plantaginis, ſingulorum vnciæ tres, olei libræ ſex, adipis ſuilli tantundem: herbæ oleo excoctæ proiiciuntur, reliqua cum oleo eliquantur.

Emplaſtrum ex haſtula regia, dia aſphodelu dicitur.

HASTVLAE regiæ radicis ſucci libra, roſacei, chamæmelini, adipis anſerini, ſingulorum vnciæ duæ, adipis ſuilli vnciæ tres, ceræ vnciæ quatuor.

Empl

Emplaſtrum è fermento, abſceſſus rumpens.

FERMENTI, axungiæ, ſingulorum vnciæ ſex, ſalis vnciæ quatuor, piceæ reſinæ vnciæ tres, ceræ vnciæ quatuor, aphronitri vncia, guttæ ammoniaci vnciæ duæ, mellis vnciæ ſex, ſaponis vnciæ duæ.

Emplaſtrum dothiene.

SVFFIMINIS ammoniaci pondo, nitri Alexandrini vnciæ ſex, aphronitri tantundem, adipis ſuilli pondo duo, ceræ totidem, reſinæ terebinthinæ pondo, olei veteris vncia, aceti quod ſatis eſt.

Emplaſtrum ex radice lanaria, dia ſtruthiu dicitur, ſtrumas diſcutiens.

ARGENTI ſpumæ, radicis lanariæ, ariſtolochiæ ſingulorum triens, galbani, ſquamæ æris, aloës, ſingulæ vnciæ, mannæ thuris ſextans, ſtillæ ammoniacæ ſelibra, reſinæ è picea vnciæ ſedecim, aceti ſcillini ſextarij quatuor, ad aridorum læuigationem.

Smilion ad abſceſſus.

OLEI veteris ſeſquilibra, argenti ſpumæ, nitri rubri, ſalis ammoniaci, lixiuij è ficu cui calx ſit admiſta, protoſtactos dicitur, reſinæ, ſingulorum libra, galbani, guttæ ammoniaci, ſingulorum vnciæ tres, atramenti ſutorij vnciæ quatuor, ceræ vnciæ ſex, æruginis, opopanacis, ſingulorum vncia, aceti quod ſatis eſt. argenti ſpuma & ærugo in oleo coquuntur dum manus non inquinent, deinde reliqua admiſcentur.

Emplaſtrum dia ſcorodon, hoc eſt, ex alliis, ad rumpendum.

CERAE vnciæ ſex, reſinæ colophonię vnciæ quatuor, reſinæ pityinæ hoc eſt ex picea arbore vnciæ tres, ſeui taurini vnciæ quatuor, nitri rufi ſeſcuncia, allia pura viginti, olei dimidium ſextarij: allia in oleo excocta proiiciuntur, reliqua miſcentur.

Emplaſtrum dia apyranu ad diſcutiendum.

ADIPIS anſerini, & faſianorum, ſingulorum vnciæ tres, olei veteris vnciæ vigintiſex, herbæ pulicaris vnciæ tres, vrticæ ſeminis, [e] radicis apyrani viridis, ſingulorum libra, ceræ albę vncię decem, emplaſtri quod dia chylon inſcribitur vncię duæ, reſinæ terebinthinæ vncia. Radix apyrani minutim conciſa cum herba pulicari in oleo madeſcit, ſeménque vrticæ per noctem & diem: ac vbi excocta fuerint, ipſa quidem proiiciuntur: quæ liquari poſſunt, oleo mixta ſoluuntur.

Emplaſtrum [f] pyrine, ad duritias & ſcirrhos.

ALTHAEAE, palmularum, aut dactylorum qui nicolai dicuntur, ſingulorum libræ duæ, fœnugręci, lini ſeminis, ſingulorum ſextarij dimidium, chamęmeli, melilori, palmularum corticis ſingulorum vnciæ ſex, [g] vini aminęi ſextarij dimidium, ſpumę argenti libra, ceruſę, reſinę colophoniæ, ſingulorum librę duę, ceræ, reſinę terebinthinæ, ſingulorum libra, olei veteris librę quinque, aquę libræ duę, panis aridi contuſi cribratíq; librę quinq;: herbæ in vino decoctę exprimuntur, ſucco panis immadeſcit, [h] ſequenti die læuigatur, argenti ſpuma, ceruſáque in aqua, deinde oleo iniecto incoquuntur, dum medicamentum digitos non coinquinet, inde reliqua adduntur, ſublatis ab igne panis inditur, validéque rudicula agitatur. adiunguntur etiam æruginis raſæ, & ſalis floris, ſingulorum vnciæ ſex, iridis, ariſtolochiæ, ſingulorum vnciæ ſex, terebinthinæ reſinæ libra.

Pelarion ex ſcoria argenti, dia elcyſmatos dicitur, [i] ad ſimilia abraſis.

CERAE, ſeui taurini, ſingulorum vnciæ quinque, ſcoriæ argenti vnciæ ſex, reſinæ colophoniæ vnciæ quatuor, picis, olei, ſingulorum vnciæ duæ: ſcoria argenti arida lęuigatur vino vel ſucco fœnugręci, quòd ſi ſcoria deſideretur, plumbagine vtimur.

Emplaſtrum ex althæa, podagricis aliiſq; duritiis, accommodatum.

SVCCI fœnugręci, & lini ſeminis, & althęæ, ſingulorum trepondo, olei dupondo: incoctis vſque dum ſuccus abſumatur, colophoniæ reſinę pondo adiicitur, item terebinthinæ reſinę pondo, hederæ lacrymę quadrans: vbi ſoluta fuerint, & ab igne ſublata, cerę pondo iniicitur, galbani triens: vtraque ſimul contuſa, ſolutáque rudicula agitantur.

Ciſſinum ad neruorum vulnera, [k] punctus, & maximè diuturna.

SQVAMAE rubrę vnciæ quatuor & ſemiſſis, thuris vncia, miſyos ſeſcũcia, chalcitidis drachmę quatuor, [l] aceti ſex: lęuigantur æſtiuo ſole vſque dum acetum fuerit conſumptum, [m] deinde ſolutis cerę vncias octo, olei octodecim miſceto. Si autem diuiſus fuerit neruus & nudus ſit, in vicem galbani, reſinæ terebinthinæ vnciæ duæ induntur.

Melanchloron ad eadem, & cruentis aptum.

MALICORII, ęris combuſti, gallę, ariſtolochię rotundę, ſalis ammoniaci, ſquamę æris, aluminis ſciſſi & liquidi, (alij vice liquidi rotundum ponunt) iridis, miſyos, atramenti ſuto

ſutorij, chalcitidis, eruginis raſæ, cadmiæ, aloës, myrrhæ, thuris, panacis radicis, argenti ſpumæ, ceruſæ, pares omnium portiones, teruntur in ſole æſtiuo cum aceto diebus pluribus, finguntúrque paſtilli. Emplaſtrum verò fit hunc in modum: medicamenti vnciæ duæ, ceræ vnciæ ſex, olei vnciæ octo, in neruorum vulneribus veteris, in aliis communis, temperantur.

Emplaſtrum ex ſenetione, quod dia erigerontos dicitur.

SENETIONIS ſucci libræ duæ, olei veteris ſeſquilibra, cyprini olei vnciæ quatuor, axungiæ veteris libra, reſinæ terebinthinæ vncia, galbani ſemuncia, [n] reſinæ piceæ ſex, æruginis, thuris, [o] hyſſopi medicamenti, ſingulorum vncia, ſquamæ æris ſcrupula octo, ceræ vnciæ decem, apochymatis vnciæ quatuordecim: oleum & ſuccus ad ſordium ſpiſſitudinem incoquitur cum adipe ſuillo: arida cyprino læuigantur, galbanum cum cera contunditur & cacabo demittitur, apochyma ſi quidem ſiccum fuerit, læue incretum ponderato inſpergitóque: quòd ſi in læuorem deteri nequeat, portione olei ſolutum excipiatur, atque tunc omnia miſceantur.

Emplaſtrum Mnaſæi diſcutiens.

CERAE, axungiæ porcinæ, ſingulorum libra, reſinæ colophoniæ vnciæ ſex, argenti ſpumæ libræ duę: vini generoſi libræ quatuor adiiciuntur.

Ariobarzanion, ad eoſdem affectus.

ARGENTI ſpumæ ſeſcuncia, ceruſæ libra & quincunx, aquæ marinæ vnciæ vigintiquinque, olei veteris ſeſquilibra, buccinorum concrematorum vnciæ ſeptem & ſemis, ceræ ruſæ vnciæ nouem, reſinæ terebinthinæ vnciæ ſex, thuris vnciæ tres, ſcrupula tria & dimidium.

Emplaſtrum ex dracunculo.

CERAE, reſinæ colophoniæ, picis aridæ, axungiæ, reſinæ, ſingulorum libræ quatuor, guttæ ammoniacæ libræ duæ, dracunculi radicis libræ quinque: radix arida læuis aliis ſolutis inſpergitur.

Pſitacium.

CERAE, reſinæ colophoniæ, adipis ſuilli, alterci foliorum tenerorum, vel ſucci eorum, æqualis modus. In Alexandria autem ceræ libræ duæ ſemis, alterci libræ duæ, axungiæ libræ duæ ſemis, [p] colophonię reſinæ libræ decem miſcentur, magíſque diſcutit medicamentum.

Myrſinatum.

ARGENTI ſpumę, ceruſę, ſandycis, plumbi, combuſti & eloti, ſingulę vnciæ, ceræ vnciæ ſex, olei myrtei libra, vini quod ſatis eſt.

Emplaſtrum ex ceruſa, vel ouis.

CERAE tractę vncię ſex, roſacei ſeſquilibra, argenti ſpumæ vncię duæ, ceruſæ tantundem, amyli vncię, tres, ouorum quinque aquata.

Emplaſtrum, quod liquidum ſit, parhygrum vocatum, Oribaſij.

ARGENTEAE ſpumę ſeſcuncia, ceruſę tantundem, ceræ triens, pinguis ſuilli ſeptunx, reſinę colophoniæ dodrans, lini ſeminis ſucci, olei, ſinguli dextantes: mirificè facit ad calcanei rimas. in vlceribus autem (inquit) vitant, nam ea tetri odoris reddit.

Emplaſtrum dia Cadmias, cicatricem inducens.

CHALCITIDIS vſtę vnciæ duę, cadmię, mannę thuris, ſingulorum vncia, ceręę, reſinę colophonię, olei myrtei, ſingulorum libra, vini quod ſatis eſt.

Palmulatum, phœnicine dicitur.

AXVNGIAE veteris librę duę, olei veteris librę tres, argenti ſpumę tantundem, chalcitidis crudę vncię ſex: primùm chalcitis cum oleo in pila commodiore lęuigatur, vel in ſole: vbi ſordium ſpiſſitudo facta fuerit, etiam ſpuma argenti prius detrita ſuperiniicitur, poſteà adeps: poſtquàm probè in pollinem redacta fuerint, leni igne incoques, quoad digitos non inquinent, palmarum rudicula agitans.

Emplaſtrum ex Anchuſa, ambuſtis efficax.

CERAE albę vncię nouem, roſacei vncię octodecim: his liquatis porphyridos anchuſę radicis ſiccę lęuiſſimę vncias quatuor inſpergito. ALIVD. Anchuſæ radicis viridis, [q] marrubij, gummi, ſingulorum vnciæ tres, decoctę in olei vnciis nouem proiiciuntur, oleo ceræ [r] albæ vnciæ quindecim ſuperiniiciuntur, omniáque ſoluuntur.

Emplaſtrum ex Pompholyge, pompholygeron appellatum.

POMPHOLYGIS vnciæ duæ, argenti ſpumæ vnciæ tres, læuigantur cum lini ſeminis ſucco, adiiciuntur ipſis liquatæ refrigeratæque ceræ vnciæ ſex, adipis anſerini vel gallinacei vnciæ duæ, chamæmelini vnciæ ſex.

[s] Philocotyche, dolorem leniens, ad ſedem vtilis.

THVRIS vnciæ ſeptemdecim, myrrhę vnciæ, ſeptem, opij drach

drachmæ quatuor, aluminis ſciſſilis drachmę duę, butyri drachmę quatuor, [t]ouorum tenuium lutea quatuor, cadmiæ crematæ & elotę drachmæ quatuor, pompholygis drachmę ſex, ceræ tyrrhenicę drachmæ octo, adipis anſerini drachmæ ſedecim, medullę ceruinę drachmæ vndecim, plumbi cremati elotíque drachmæ nouem lapidis hęmatitis drachma, [u]hyſſopi liquidi drachmę quatuor: arida lęuigantur cum vino Italico. quę liquari poſſunt, admiſcentur.

Emplaſtrum Amithaonis, ad articulos recenti cicatrice contractos, conuulſoſq; : eſt etiam ad extrahendum efficax.

AMMONIACI, cerę, bdellij, ſingulorum drachmę octo, reſinę terebinthinæ, iridis illyricę, galbani, ſingulorum drachmæ viginti.

Emplaſtrum Ariſtophanium emolliens.

PICIS librę quatuor, apochymatis libræ duæ, ceræ libra, opopanacis vncia, aceti hemina.

Emplaſtrum ex plumbagine ad calidas affectiones.

PLVMBAGINIS vncię quatuor, ſpumę argenti vnciæ duę, ceruſæ tantundem, ceræ vncię octo, myrtei librę duę, vino læuigantur arida.

Coracon ex oxymelite, ad naturalium vitia & nomas accommodatum.

GALLAE vncię duæ, ſquamę ſeſcuncia, chalcitidis, thuris, ſingulorum vncia: teruntur aceto diebus compluſculis, deinde mellis vncię quinque miſcentur. vbi verò ſeorſim ceratum feceris, ex myrtei vel roſacei vnciis duabus, ſeui taurini vnciis octo, cerę vnciis quatuor, reſinæ terebinthinæ vncia, mixta ſimul lęuigato & vtitor, quemadmodùm medicamento quod charta conſtat, tum ex penicillo, tum ex linamento.

Emplaſtrum ex oxelæo.

ARGENTI ſpumæ pars vna, olei, aceti, ſingulorum partes duæ, nonnulli treis ponunt.

Emplaſtrum ex achate, diſcutiens emollienſq;.

LAPIDIS achatis ſemiuſti ſeſcuncia, ceræ vnciæ quinque, reſinæ frictæ vnciæ tres, olei vncia.

Iſis, cruentis accommodata, ad glutinandum, carnem inducendum, & purgandum.

SQVAMAE æris, æris combuſti, ariſtolochiæ rotundæ,

ſingulorum drachmæ octo, aluminis ſciſſi drachmæ ſex, ſalis ammoniaci, thuris, guttę ammoniacæ ſingulorum drachmæ octo, myrrhę, aloës, galbani, ſingulorum drachmæ duodecim, dracunculi radicis ſucci drachmæ octo, ceræ libra, reſinę colophoniæ libræ duæ, olei veteris vnciæ tres, aceti quod ſatis eſt.

Athena, ad vlcera ſordida, impacta, neruorum vulnera.

MALICORII, æris cremati, gallę, ariſtolochiæ rotundæ & longę, ſalis ammoniaci, guttæ ammoniacę, ſquamę æris, aluminis ſciſſilis, & rotundi, iridis, miſyos, atramenti ſutorij, chalcitidis, æruginis raſæ, cadmiæ, aloës, myrrhæ, propolis, galbani, ſingulorum vncia, ceræ drachmæ ducentæ, picis tantundem, reſinæ colophoniæ drachmæ centum, olei vnciæ ſex, aceti quod ſatis eſt.

Emplaſtrum dia dictamnu, glutinans, ad canum morſus, & omnigena vlcera.

ARGENTI ſpumæ pondo duo, ſquamæ æris vncias ſex, æris cremati vncias octo, aloës vncias octo, galbani vncias duodecim, olei veteris ſextarij duo, diphrygis vnciæ tres, gentianæ ſeſcuncia, ariſtolochiæ, æruginis raſę, ſingulorum vnciæ duæ & ſemis, dictamni tantundem, colophoniæ pondo, mannæ thuris vnciæ tres, guttæ ammoniaci vnciæ ſex, propolis vncię duæ, ceræ vnciæ ſex & ſemis. primùm oleum cum argenti ſpuma incoqui debet dum incraſſeſcat, nec digitos inquinet, deinde lebete depoſito æruginem & ſquamam iniicies, rurſúſque incoques, dum manum non inficiant, iterúmque cacabum ab igne tollens, reſinam & ammoniacum incretum adiicies, mouens donec feruere deſinant, mox in ignem repones, ac vbi modicè inferbuerint, æs & diphryges admiſcebis, ac rurſus coques vſque dum firma ſpiſſitudo facta fuerit, deinde ceram iniicies, eáque diſcocta vt digitos non coinquinet, propolin immittes, his abundè refrigeratis, mox aloën, mannam thuris, dictamnum, ariſtolochiam, gentianam, ſingula læuiſſima inſperges.

Barbara, emplaſtrum quod cruentis protinus vulneribus iniicitur, & fracturarum callos firmat.

BITVMINIS Iudaici, picis aridę, ceræ, reſinæ, ſingulorum libra, terebinthinæ vnciæ duæ, argenti ſpumæ, vncia, ceruſæ ſeſcuncia, mannæ thuris vnciæ duæ, opopanacis vnciæ

ciæ duæ, [z] zingiberis vnc. duæ, olei vnciæ tres, aceti quantum ſufficit.

Emplaſtrum ex ſalicibus, dia iteon appellatur, glutinans, cruenta excreantibus, & purulentis efficax, thoraci impoſitum.

MISYOS, chalcitidis, æruginis, ceruſæ, gallę, aluminis ſciſſilis & rotundi, cretæ ſutorię, ſingulorum vnciæ ſex, ceræ libræ duę, reſinæ piceæ libræ duę, picis tantundem, malicorij vnc. ſex, bituminis libræ duę, ſalicis foliorum totidē, olei roſacei vnciæ quatuor, atramenti ſutorij vnc. ſex, aceti quod ſatis eſt. ſunt qui terebinthinæ vncias nouem addant.

Emplaſtrum Nicolai ad recentia vulnera, & ſinus glutinandos aptum.

SQVAMAE æris vnciæ quatuor, æruginis raſę ſeſcuncia, argenti ſpumæ tantundem, ariſtolochię longę & rotundæ, ſingulorum vncia, aluminis ſciſſilis & rotundi, ſingulorum vncia, atramenti ſutorij vncia, ſulfuris viui vncia, gallæ omphacitidis vnciæ quatuor, ſalis ammoniaci vncia, miſyos vncia, origani vncia, chamęleontis vncia, cadmiæ botryitidis vncia, veratri albi vncia, peucedani vnciæ tres, apij ſeminis vnciæ duæ, ſymphyti radicis ſeſcuncia, ceruſæ ſeſcuncia, mandragoræ ſucci ſemuncia, chalcitidis ſeſcuncia, terræ ſamię, quæ aſter dicitur vncia, thuris maſculi vncia, aloës vncia, bdellij vnciæ duę, opij thebani tantundem, [a] zingiberis troglodytici ſemuncia, ſtillæ ammoniacę vncia, fœnugręci vncię ſex, perdicij herbę ſucci vncię ſex, [b] ceræ flauæ vnciæ tres, reſinę colophonię libræ duę, reſinę pityinę, hoc eſt è picea libra, [c] polentæ tantundem, maſtiches vncię ſex, picis nigræ libræ duę, olei veteris libra, ſtyracis vncia, opopanacis ſeſcuncia, aceti quod ſatis eſt.

Iceſios ad ſtrumas, abſceſſus, lienem, articulos, & coxendicum dolores.

ARGENTI ſpumæ denarij centum viginti, olei veteris ſextarij duo, aceti ſextarius, æruginis ſeſquidenarius, piceæ corticis denarij octo, chamęleontis radicis, euphorbij, hypociſthidis ſucci, propolis, [d] zingiberis, helenij, pyrethri, ſingulorum denarij ſedecim, ceræ libræ tres.

Emplaſtrum Neronis, ad ictus, omnémque particularum carnoſarum dolorem.

OLEI veteris ſeſquilibra, argenteæ ſpumę libra, ceræ,

reſinæ piceæ, ſingulorum vnciæ ſeptem & ſemiſſis, guttæ ammoniaci vncię quatuor, ceruſę tantundem, galbani, mannæ thuris, [c] zingiberis, thuris, ſingulorum vncia.

Oxera, multiplicis vſus.

PICIS aridę libræ duę, ceræ libra, guttę ammoniacæ vncia, reſinæ therebinthinę ſelibra, galbani vnciæ duę, mannæ thuris vnciæ duę, aceti ſeſquiſextarius.

Aceratos, hoc eſt ceræ expers, emplaſtrum Galeni, glutinat, concoquit, vlcera ad ſuppurationem perducit, ex ricinino aut veteri oleo, medicaminis in linteolos illiti modo, ſolutum.

ARGENTI ſpumæ trepondo, olei ricinini, aut veteris pondo quatuor, aceti quàm acerrimi dupondo, æris ſquamę nigrę, chalcitidis, æruginis, ſinguli ſextantes: argenti ſpuma cum oleo incoquitur, dum ſtrigmenti fiat ſpiſſitudo, deinde metallica compluribus diebus ex aceto lęuigata adiiciuntur.

Emplaſtrum ex metallicis.

CHALCITIDIS vncia, miſyos vncię duę, ſquamę æris vncię tres, thuris tantundem, colophonię vncię duę, galbani ſeſcuncia, cerę libra, olei quincunx, aceti quod ſatis eſt.

[f] *Armenia, fracturis accommodata.*

CHALCITIDIS vncię quatuor, ſquamę æris vnc. duæ ſemis, æris cremati vncia, thuris vnc. duę, olei libra, aceti tantundem: coquuntur metallica in oxelęo, dum manum non inquinent, inde thus adiicitur.

[g] *Melæne Serapionis.*

SPVMAE argenti libra, cerę vncię ſeptem, guttę ammoniaci vncię tres & ſemis, galbani, æruginis, ſingulorum denarij nouem, reſinę colophonię vncię ſeptem, myrrhę drachma, olei ſeſquihemina: argenti ſpuma cum oleo incoquitur, quouſque digiti intincti non inquinentur, deinde adiiciuntur reliqua.

Anicetos, ab inſuperabili vi appellatum emplaſtrum: glutinat, diſcutit, ſquamas ſeparat, & ad articulos recenti cicatrice contractos valet.

BACCARVM lauri, iridis aridę, thuris, ſingulorum drach. ſexaginta, ęris combuſti drachmę viginti, nitri, ſalis, ammoniaci,

moniaci, ſingulorum drachmæ viginti, pyrethri, herbæ pedicularię, ſeminis roris marini, grani gnidij, ſinapis, columbarum ſtercoris, ariſtolochię, cumini, æruginis, iunci quadrati, erucæ ſeminis, ſingulorum drach. octo, aceti heminæ duodecim: lęuigantur ſub æſtu caniculæ, quouſque acetum conſumatur: deinde decocti caricarum craſſiſſimi vncię nouem adduntur, quibus mixtis paſtilli fiunt, ſiccantúrque. vbi vtendum eſt, paſtillorum ipſorum vnciæ duæ lęuigatæ aceto miſcentur, reſinæ vnciæ tres, cerę tyrrhenicę vncię duæ, olei tantundem.

Emplaſtrum ex lolio, dia æron dicitur.

Picis libræ duæ, reſinæ piceæ vnciæ nouem, ceræ tyrrhenicæ vnciæ quinque, olei vnciæ tres, bituminis increti vnciæ duæ, lolij farinæ ſextarius, aceti quantum ſufficit.

Emplaſtrum ex liquore ſycamini.

Argenti ſpumæ, picis aridæ, ſeui taurini, ſingulorum vnciæ octo, terebinthinæ vnciæ tres, ceræ vnciæ quinque, æruginis raſę, opopanacis, galbani, ſingulorum vncia, olei ricinini, aut ſuſini, aut admodum veteris hemina, picis liquidæ tantundem, liquoris ſycamini, cuius fructus ſycomora dicuntur, hemina.

Emplaſtrum à duplici colore dichromon appellatum.

Æris combuſti, aluminis ſciſſilis, guttæ ammoniacæ, ſingulorum vncia, ceræ libra, reſinæ colophoniæ libra, ſeui ſuilli libra, aceti quod ſatis eſt.

[h] *Inde conglutinans ad vlcera quæ ſerpendo depaſcunt, & ſanguinis ſputum.*

Ceræ, reſinę frixæ, picis aridę, bituminis liquidi, zacynthi, ſingulorum libra, ceruſę, chalcitidis, miſyos, cretæ ſutoriæ, aluminis ſciſſilis & rotundi, gallę omphacitidis, ſingulorum vnciæ ſex, aceti quod ſatis eſt.

Emplaſtrum ex cinere aſpidum, diſcutit ſtrumas & podagras.

Resinae terebinthinæ, [i] lapidis hęmatitis, bituminis Iudaici, ſingulorum drachmæ trecentæ ſexaginta, ceræ, baccarum lauri, guttæ ammoniacæ, aphronitri, ſeui vitulini, ſingulorum drachmæ trecentæ quadraginta, lapidis pyritis, calcis viuę, ſingulorum drachmæ centum quadraginta, cineris aſpidum totidem, olei veteris heminæ duæ: refrigerato medicamento cinis inſpergitur. fit etiam ſine cinere,

nere, quòd nonnulli eum auerſentur, [k] & nihilominus etiam efficit.

Leæna, ſiccat, diſcutitque.

SVFFIMINIS ammoniaci, plumbaginis, ſingulorum drachmę centum, ſinapis drachmæ octo, chamęleontis radicis drachmę ſedecim, reſinæ colophoniæ drach. centum, ſquamæ æris, lanariæ radicis, ſingulorum drach. quinque, euphorbij, æruginis, ſingulorum drachmę octo, ariſtolochię drachmæ ſedecim, pyrethri drachmę octo, olei veteris hemina, raphanini quantum ſufficit.

Aliter leæna, noxia educit in ſuperficiem, humoreſque euacuat.

ATRAMENTI ſutorij vncię duę, auripigmenti vncia, veratri nigri, thoracum cantharidum, ſingulorum ſeſquidrachma, ſandarachę vncię tres, ceræ ſeſquilibra, reſinæ frictę libra, olei heminæ duę.

Macedonicum.

CERAE, reſinæ colophonię, picis, ſeui taurini, lacrymæ thuris, pares portiones: eliquatis, ac ſublatis ab igne lacryma thuris inſpergitur.

Sphærion ad ardores.

CERVSAE, argenti ſpumę, calcis viuę, ſingulorum vncię tres, ceræ ſeſcuncia, [l] aluminis berenicarij, roſacei, ſingulorum vncia: liquefacta aridis ſuperfunduntur, ac orbiculi formantur, quum vſus incidit, olei vncias ſex liquato cum duabus cerę: adiicitoque medicamenti vnciam, & agitato: refrigeratum ex aquæ vnciis nouem contundito: ego etiam ternas roſacei vncias addo.

Emplaſtrum ex ochra, inflammationem arcet, tum ſponte, tum in iudicio tortis idoneum.

OCHRAE atticæ libræ duę, cretæ libra, argenti ſpumę vnciæ octo, vino lęuigatæ cerę, reſinæ colophonię, picis, reſinę piceæ, ſingulorum libra, reſinæ terebinthinæ vnciæ octo, olei libræ duę, hunc in modum ſoluuntur: cerę libra, olei veteris libræ tres, medicamenti libra vino contunduntur.

Emplaſtrum ex cedria, glutinat, diſcutit, abſtergitq;.

CERAE, picis aridę, ſingulorum libra, reſinę colophonię vnciæ octo, cedrini liquoris vnciæ ſex: liquata ſimul incoquuntur, dum digitos non coinquinent.

Aliud

Aliud emolliens.

CERAE, picis, ſingulorum vnciæ octo, reſinæ colophoniæ drachmæ viginti quinque, propoleos drachmæ ſeptemdecim, cedrini liquoris drachmæ viginti.

Emplaſtrum ex pumice, ad cicatricem ducendam.

MYRTEI libræ duę, ceræ libra, pumicis cremati vinoq́; reſtincti drachmę ſex, ſquamæ ferri quod ſtomoma dicitur drachmæ ſex, æris vſti, cimolię, ſingulorum drachmę quinque: ſuper linamentum ſpongiamq́; ex aqua accommodato.

Emplaſtrum paula, ſtrumis & bubonibus efficax.

CERAE, reſinę colophonię, nitri, ſingulorum libra.

Emplaſtrum ex nitro, ad carbunculos.

NITRI toſti vncię tres, cerę, olei, reſinę colophonię, ſingulorum ni ſeſquidrachma, liquoris cyrenaici, aut medici drachmæ decem: imponitur in linteolis ſolutum.

Emplaſtrum ex anemone.

ANEMONAE vnguibus detractis vncię duę, cerę vncię quinque, olei vncię quatuor, reſinę vncię quinque & ſemis, colophonię reſinæ libræ duæ & ſemis.

Emplaſtrum Macharionis viride, ad coxendicum cruciatus, articulos infarctos, & abſceſſus.

OPOPANACIS, galbani, æruginis, myrrhę, iridis, guttæ ammoniaci, ariſtolochię, ſingulorum vncia, reſinæ terebinthinę, ceræ, olei omphacini, ſingulorum vnciæ ſeptem.

Viride aliud ſimplex.

RESINAE libræ tres, cerę libra, æruginis raſę ſelibra, thuris drachmæ vigintiquinque, aceti quod ſatis eſt.

Aliud viride, ad humida vitia, & carnis excreſcentias.

RESINAE colophonię vncię ſex, æruginis raſę ſeſcuncia, ceræ vncię duę, ſalis cappadocij vncia, roſacei vncię duę, aceti quantum ſufficit.

Peganera ad pleuriticos.

RVTAE viridis pondo, butyri ſeſquipondo, reſinæ terebinthinę pondo & quadrans, n hyſſopi medicamenti tantundem, opopanacis quadrãs, galbani tantundem, anethi põdo.

Emplaſtrum dia ſtactes, hoc eſt, ex lixiuio, coxendicum doloribus, articularis, & tumoribus œdema referentibus vtile.

CERAE, olei veteris, lixiuij quod habet calcem admiſtam, ſingulorum libra, reſinę frictę, nitri Alexandrini, nitri albi,

albi reſinę terebinthinę, ſingulorum vnciæ ſex: vtrunque nitrum lixiuio teritur.

Emplaſtrum è nitro ad abſceſſus, ſcirrhos, & tumores.

Olei veteris, ceræ, aphronitri, ſaponis, lixiuij, ſingulorum libra, reſinæ terebinthinę vncię ſex, galbani, propolis, guttæ ammoniaci, ſingulorum vncia: pręparatur quemadmodum ſuperius.

Emplaſtrum ex ſale, dia halon dicitur.

Cerae vncię quatuor, olei libra, ſalis communis vnciæ quatuor, aphronitri tantundem, ceruſę vncię octo, aceti vnciæ duę, ad arida conterenda.

Aliter. Salis communis, nitri, ſingulorum vncię quatuor, ceræ, olei veteris, ſingulorum vncię ſex, aquæ marinæ quod ſatis eſt.

Emplaſtrum diapternes, ex perna, tophos ſoluit.

Pernae ſuillę veteris pinguis, guttę ammoniaci, caſei veteris vaccini aut caprilli, ſeui taurini, apochymatis quæ eſt nauis raſura, ſingulorum libra, medullę ceruinę vnciæ octo, o hyſſopi cerati vncię tres, cyprini olei vncię ſex, vini Aegyptij quod ſatis eſt.

Emplaſtrum dia cinnabareos, hoc eſt, ex cinnabari ad tophos alioſq; omnigenos tumores induratos, dicitur p pamplethes.

Argenti ſpumæ libra, olei veteris ſextarius, ſquamę æris vncia, æris vſti tantundem, cinnabaris ſcrupula octodecim, lapidis magnetis viui vncia, lapidis phrygij drachmæ ſex, lapidis pyritis, cadmię æruginis raſę, thuris, ſingulorum vncia, diphrygis vnciæ duę, aloës ſeſcuncia, galbani tantundem, lapidis onitis ſcythici ſcrupula octodecim, lapidis hęmatitis vncia, propolis libra & ſcrupula vigintiocto, ceræ vncię ſeptēdecim, lapiditis perdicitis vncia, (in alio perdiciati habet) betonicę vnc. & ſcrupula octo, gentianę vncia, chamę-ariſtolochię longę & rotundę drachmę quatuor, chamęleontis nigri vncia, dictamni ſcrupula quadragintaduo, reſinę aridę libra, ſeui ſtruthiocameli libra. lapides cum ſpuma argenti teruntur ſeorſum, adiectis ſalis floris libris duabus, donec totum abſumatur.

Emplaſtrum ex auellanis, dia leptocaryon dicitur, ad articulorum tophos probatum.

Lixivii quod calcem habet adiectam vncię ſex, auellanarum

lanarum partis interioris vnciæ duæ, aphronitri vnciæ ſex, olei veteris libra, ſaponis gallici vnciæ quatuor, mellis vnciȩ octo, ouorum ſex aquata, ceræ vnciæ decem, reſinȩ terebinthinæ vnciæ duȩ: lȩuigantur ex lixiuio.

Dia turpænes ceratum ad podagram, dolorem leniens mirabiliter.

QVINTO Martij menſis die, olei commmunis ſextarios duos lebeti in domo ſubterranea inſundito, coquitoque lignis è vite: vbi inferbuerit, turpȩnæ marini piſcis libram adiicito, [q]aſphalacis animātis, quod nonnulli Madamudam vocant, ſanguinis vncias quatuor, incoquitoq; dum carnes piſcis diſſoluantur aut torreſiant, deinde exemptis illis, [r]olei & ceræ momentum adiicito in ſpiſſitudinem, vt molliſſimū fiat ceratum, quod linteolo illitum impones.

Emplaſtrum ex vrina muli, podagricis vtile.

VRINAE muli ſextarij quatuor, argēti ſpumæ librȩ duȩ, olei veteris myſtrum, trita diu omnia vt ſtrigmenti ſpiſſitudo fiat, incoquito donec digitos non inquinent.

Emplaſtrum ex lapidis Aſij flore, philagrij ad ſcirrhos.

PEVCEDANI radicis, aſij lapidis floris, ſi non adſit, ſalis, guttæ ammoniacæ, lanarum ſuccidarum crematarum, ſingulorum vncia, ariſtolochiæ rotundæ, pumicis, canini ſtercoris, æruginis raſȩ, ſquamæ æris, miſyos, ſingulorum ſcrupula octodecim, caſtorij tantundem, myrrhæ vnciȩ tres, aceti quàm acerrimi tantundem, ceræ vnciæ dudecim, & ſemis, reſinæ è picea, picis brutiæ, ſingulorum vnciȩ octodecim ſemis, ſcrupula ſex, olei veteris quod ſufficit.

Ex eodem Galeni.

CERAE, reſinæ terebinthinæ, ſingulorum libra, lapidis aſij, mannȩ thuris, ſingulorum tres vnciȩ, cyprini vnciȩ duȩ, aquæ lixiuæ quantum ſatis eſt.

Emplaſtrum ex ſalis flore, articularis in declinatione accommodatum.

RESINAE terebinthinȩ, reſinȩ frictȩ, reſinæ è picea, ceræ, ſingulorum libra, picis aridæ, aluminis ſciſſilis, ſalis floris, ſingulorum ſelibra: coquuntur in lebete.

Emplaſtrum quod nutriendæ vlcerum carni eſt.

ROSACEI, reſinæ terebinthinæ, mellis, ſingulorum vnciæ duæ, ceruſæ, butyri, ſingulorum vncia, alij etiam thuris vnciam addunt.

Empla

Emplaſtrum Italicum ad purgandum ſordida, inducendúmque carnem.

ERINAEI (dico autẽ ſylueſtris ficus) tenerum corticem oleo excoctum proiicito, ceræ rufæ quãtum ſatis eſt in oleo liquefacito, in linamenta illito vtitor.

Entaticon, quaſi dicas intenſorium.

SATYRII, pudendi ceruini, ſcinci caudæ, ſingulorum drach. duę, erucę ſeminis, pyrethri, ſeminis roriſmarini, cerę, ſingulorum drach. quatuor, reſinæ terebinthinæ drachma, oua paſſerum troglodytarũ tria, ſtelliones tranſmarini tres, olei laurini vel irini quod ſatis eſt: macerantur viui in aceto ſtelliones ad dies triginta, vaſe cui inſunt in fimo defoſſo.

Chryſe, cruentis vulneribus accommodata.

THVRIS, aluminis ſciſſilis, ſinguli ſextantes, colophoniæ reſinæ libra, olei quadrans, auripigmenti ſextans, [s] aceti cum oleo mixti quod ſatis eſt.

Catagmatice quod eſt fracturis idoneum medicamentum, Oribaſij.

PICIS brutiæ libra, vnciæ quatuor, argenti ſpumæ tantundem, thuris vnciæ octo, reſinę terebinthinæ vnciæ quinque, ſeui taurini libra, vnciæ quatuor, galbani, opopanacis, ſingulorum vncia, ceræ vnciæ quatuor, olei veteris libra, aceti vnciæ quinque.

Catagmatice ad fracturas cum vulnere citraq; id factas, [t] ex commentariis Heracleti.

PICIS aridæ mina, argenti ſpumæ tantundem, mannæ thuris minæ dimidium, ſeui vitulini mina, [u] ceræ tyrrhenicæ vigintiſex, opopanacis vnciæ octo, æruginis raſæ, æris cyprij, [x] ſingulorum minæ quinque & decima eius portio, reſinæ terebinthinæ ſeſquimina & quinta portio, æris vncia, ricinini, aut olei veteris hemina, aceti hemina ſemiſſis.

[y] Liquidi hyſſopi medicamenti præparatio.

SERTVLAE campanæ vnciæ quatuor, cardamomi vncię duæ, lanarum bene ſordidarum vnciæ ſex: macerata in vini duobus ſextariis ad triduum incoquito, dum paululum fuerit reliquum. his ablatis miſcentur vino olei vnciæ tres, coquuntúrq; dum exiguum ſuperſit, atq; vino etiam tunc adiiciuntur reſinæ colophoniæ vnciæ decem, terebinthinæ tantundem: nonnulli verò & ceræ dextantem miſcent, hyſſopi herbæ vnciam, aliíſque incoquunt: alij lanas vino eluunt: vbi deſiccauit,

deſiccarint, vinum cum ſordibus lanarum addunt, quas pinon etiam appellant quum vſus incidit, treis ex eo vncias mittunt, tum reliqua vt comprehenſum eſt.

ANNOTAT. CORNARII.

Oeſypo. *In principio Capitis Græcus codex habet, ὑσσώπῳ pro οἰσύπῳ hoc eſt Oeſypo.*

Lixiuij ficu cui calx. *Græci hoc lixiuium vocant κονίαν προτόστακτον. Multi vertunt, lixiuium quod primum diſtillauerit. Paulus autem libro ſeptimo ipſe interpretatur, lixiuium cui calx ſit admiſta.*

Emplaſtrum ex dictamno. *Textus Græcus deprauatus corrigi debet ex Galeno de compoſitione medicamentorum ſecundum genera in hunc modum, λεπίδος ∠.S. χαλκοῦ κεκαυμένου ∠.κ. ἀλόης. ∠.κ. χαλβάνης. ∠.ιβ. vt nos vertimus.*

Ariſtolochiæ rotundæ & longæ drachmæ quatuor. *In emplaſtro dia cinnabareos codex Græcus habet pondus præſcriptum γο. S. quod eſt ſemuncia. Sed quatuor drachmæ valent ſemuncia. puto ſuperfluum.*

Olei veteris. *In fine Emplaſtri ex lapidis aſij flore. Græcus codex ſuperfluè habet. ὄξους δριμυτάτου. Nam ſuperius mentionem aceti fecerat Paulus.*

CORNARII.

b *Mitigatoria verò etiam ab initio ſtatim in ſummis doloribus commodant. Græcè legitur. ἐπὶ τῶν ἄκρων μᾶλλον ἁρμόττουσι: ac ſi mitigatoria emplaſtra ab initio extremis partibus commodent. Verùm pro μᾶλλον legendum puto ὀδυνῶν, vt intelligamus mitigatoria emplaſtra à principio adhibenda eſſe ſi ſummi ſint dolores.*

c *Diſcutit & rumpit.*

d *Olei ſtrigmentitij. ῥυπελαίου vox ſatis obſcura mihi ſignificare videtur oleum illud cum ſordibus humanorum corporum permixtum, quum & in balneis, & in paleſtris ac gymnaſiis vngerentur. Deinde Anchuſam Onocleam Chæroſpelethroni appellari dicit, hoc eſt vt ego intelligo iugerum porcinum, quæ appellatio non temere neque apud Dioſco. neque alibi occurrit. Meminit eiuſdem lib. 3. cap. 42. Poſtea ἑπταπλεύρου ἀρνογλώσσου pro vna plantagine ſeptem neruos habente, quæ maior à Dioſco. appellatur, accipio.*

e *Quæ ſit radix Apyrani ex qua emplaſtrum hoc nomen habet, nondum compertum habeo.*

f *Pyrinum, id eſt triticeum ex pane appellatum.* Nicola idactyli

appellati per *Auguſtum Cæſarem* à *Nicolao Damaſceno* Philoſopho Peripatetico, qui illos quotannis *Auguſto* inde tranſmittebat, & alioqui ipſos dactylos & morum ſuauitate, & corporis proceritate, & rotundæ ac plenioris faciei rubore referebat.

g Vini Aminei ſextarij ſex. Græcè eſt. ξ. S. Sed tam exigua menſura ad cocturam non ſufficit. Lego itaque ξ. ς.

h Sequenti die ſpuma argenti & ceruſſa in aqua teritur, deinde adiecto oleo donec non inquinet, coquitur: inde reliqua, &c.

i Ad deſquamata, & alia ſimilia. Hanc deſcriptionem habet Aetius ad verbum Serm. 15. cap. 38. Ex quo loco docemur etiam hîc legendum eſſe πρὸς ἀποσύρματα καὶ ἄλλα ὅμοια.

Et puncturas maximè diuturnas.

l Aceti heminas ſex. Legendum Græcè ὄξους κο. ς.

m Deinde ſoluta ammiſce, ceræ beſſem olei vnc. XVIII. lacrymæ hederæ, galbani, ſingulorum quadrantem. Hæc exciderant κιτῶ δακρύου, χαλβάνης ἀνὰ γο. γ.

n Reſinæ piceæ vnc. S.

o Oeſypi.

p Colophoniæ lib. I. & magis diſcutit.

q Marrubij coma. Legendum enim πρασίου κόμης, non κόμμεως. Eſt enim gummi hîc ineptum, vt cum anchuſa & marrubio in oleo coquatur.

r Ceræ albæ vnc. V. γο. ε. non γο. ιε.

s Phycothyche, ex Aetio.

t Ouorum aſſatorum. ὠῶν ὀπτῶν non λεπτῶν legendum.

u Oeſypi.

y Ex Gal. lib. 5. κατὰ γένη, & ex Aetio lib. 15. cap. 13. ſic reſtituenda Pauli lectio. Spumæ argenti lib. II. S. ſquamæ æris vnc. I. S. olei veteris ſextar. II. diphrygis quadrantem, gentianæ vnc. I. S. ariſtolochiæ, æruginis raſæ, ſingulorum vnc. II. S. dictamni, æris vſti, ſingulorum vnc. II. S. colophoniæ lib. I. mannæ, galbani, aloes, ſingulorum quadrantem, guttæ, &c. In Græcis verò pro σχιστῆς lege ἰοῦ ξυστοῦ. & poſt δικτάμνου adſcribe χαλκοῦ κεκαυμένου cum particula ἀνὰ ante pondus. & poſt μάννης adde χαλβάνης, ἀλόης rurſus cum particula ἀνὰ ante pondus. Ad finem pro μολωθῇ lege παχυνθῇ. & pro διαψυγεῖσαν lege διαψυγεῖσιν.

z Myrrhæ ſextantem. Vnde verò nata ſit erroris occaſio vt Zingiber pro myrrha ſupponatur in ſecundum libri 5. caput oſtenſum eſt.

a Myrrhæ

a *Myrrhæ Troglodyt. &c.*
b *Ceræ flauæ lib.* III.
c *Bituminis.*
d *Myrrhæ.*
e *Myrrhæ.*
f *Harmonia.*
g *Empla. Melinum.*
h *Empl. Indicum.*
i *Lapidis Aſij.*
k *Et nihilominus efficax eſt propter Aſium lapidem.*
l *Nitri berenicarij. Paulus hîc* βερενικάριον *ſimpliciter pro nitro berenicario accipit. Falluntur itaque qui vernicem, item qui alumen ea voce accipiunt.*
m *Vnc.* I. *S.*
n *Terebinthinæ vnc.* XV. *opopanacis quadrantem, galbani quadrantem, olei anethini lib.* I.
o *Oeſypi cerati.*
p *Pampathes.*
q *Et ſanguinis talpæ animalis, quod à quibuſdam aſphalax, ab aliis Madaniudan dicitur, &c.*
r *Ad excolatum oleum adiice ceræ moderatum modum in ſpiſſitudinem, &c.*
s *Auripigmentum cum aceto teritur.* ὄξει λεάν τὸ ἀρσενικὸν *pro* ὀξελαίῳ τὸ ἀρηνοῦν.
t *Ex Heraclida.*
u *Ceræ tyrrhenicæ vnc.* XXVI.
x *Singulorum quintam & decimam minæ partem, terebinthinæ minam* I. *S. olei ricinini aut veteris, &c.*
y *Oeſypi liquidi.*
z *Huic capiti annectenda ſunt hæc. Qui ceræ modus cum oleo eſſe debeat. & quæ ſequuntur in fine cap.* 24. *de peſſis. Deinde ſubiungenda hæc. Quomodo medicamenta quæ emplaſtra ingrediuntur coqui debeant. & quæ huic titulo ſubſunt in eodem cap.* 24. *Et reuera iuxta tituli promiſſionem huc videntur transferenda.*

De Malagmatis & epithematis. Cap. XVIII.

INter ea quæ malagmata dicuntur, alia mediis corporis partibus iniiciuntur, longa inflammatione conflictantibus, aut induratis, aut æſtu flagrantibus, aut perfrictionem fluxionémve expertis: alia articulis, quibus humores ſint *Malagmata.*

impacti vel neruis refrigeratis, vel etiam aliis particulis ſcirrho obſeſſis congruunt. de his igitur tum in capite de emplaſtris tractatum eſt, tum vbi ad acopa ventum erit diſſeretur. Porrò inter malagmata mediis corporis regionibus accommodata, (epithemata propriè nuncupantur) quæ quidem ſtomacho, & iocinori admouentur, qualiacunque illa fuerint roborantem ex aſtringentibus vim poſtulant. Sine his etenim vitæ aliquod diſcrimen intulerint, cum illa nempe ſtomachus & iecur communes aliarum partium alimenti, ſint officinæ. Quamobrem eiuſmodi medicamenta ex aromatis potiſſimùm conficiuntur. Stomacho igitur iniici debent, ſi non concoquit, aut infirmatur, aut inflatione laborat, malagmata ex ſeminibus, meliloto, aloë, abſinthio, ſampſucho, nardo, & maſtiche. Iecori autem ex myrobalano confecta, ammoniaco, pinguibus, & chamæmelino. At lieni applicantur, quæ conſtant calce viua, auripigmento, cappari, ſalicibus, cardamomo, ærugine, ammoniaco, & aceto: iis autem qui alui fluore laborant, ex œnanthe, alumine, melino, & aliis aſtringentibus præparata. atque hæc etiam per abuſionem communiter malagmata nominant, & ſi diuerſam à molliendo vim repræſentent. Si verò ardor viſcera vrgeat, in febribus ardentibus, ex croco competunt malagmata, roſaceo, ſucco lini ſeminis, aut intybi, aut herbæ ſeminalis, adipe ſuillo, & ſpuma argenti: ſi perfrixerunt, ea quæ opobalſamum, phyllum, caſamum, & piper recipiunt. Pectori, quum ſanguis eiicitur, proſunt aſtringentia ſiccantiáque, ex alumine, ſalice, & bitumine. In tabe quæ phthiſis dicitur, conducunt ex baccis lauri, marrubio, cardamomo, & lixiuio confecta.

Epithemata. *Epithemata ſtomachi.* *Hepatis.* *Lienis.* *Ventris.* *Malagmata per abuſionem.*

Malagma ex ſertula campana, dia meliloton dicitur.

Croci, nardi gallici, iunci anguloſi, cardamomi, iridis, myrrhæ, ſingulorum vnciæ duæ, ſertulæ campanæ libra, ſtillæ ammoniacæ tantundem, ceræ libræ tres, reſinæ terebinthinæ libra, olei cyprini libræ tres, gleucini libræ duę, bdellij vnciæ ſex, nonnulli etiam cyphi vncias duas addunt, vini quod ſatis.

Polyarchion ex commentario Galeni de compoſitione medicamentorum ſecundum locos.

Cerae, reſinæ terebinthinę, bdellij, ſuffiminis ammoniaci, cardamomi, iunci quadrati, ſingulorum mina, ſertulæ campa

campanæ, amomi, nardi Indicæ, croci, myrrhæ, thuris, xylocinnamomi, ſingulorum drachmæ vigintiquinque, olei cyprini hemina, vini Italici quod ſatis eſt: præparato ac vtitor, interim meraco, interim cerato quod ex cyprino fit, ſoluto.

Aliter polyarchion.

XYLOBALSAMI, coſti, iridis, iunci quadrati, myrrhæ, iunci rotundi floris, cardamomi, thuris, ſpicæ nardi maſtiches, ſtyracis, bdellij, amomi, phylli, croci, caſſiæ, pyrethri, ariſtolochiæ longæ, ſingulorum vncia, guttæ ammoniacæ ſeſcuncia, reſinæ frictæ tres vnciæ, reſinæ terebinthinæ libra, medullæ ceruinæ vnciæ duæ, ceræ libræ duæ, opobalſami vnciæ ſex, vini vnciæ octo.

Philagrianum.

CROCI ſeſcuncia, aloës, ammoniaci thymiamatis, bdellij, ſtyracis, ſingulæ vnciæ, adipis anſerini ſextans, [a] hyſſopi medicamenti triens, palmularum ſextans, ceræ libra, nardi, ſelibra, melini vnciæ ſex, [b] vini quod ſufficit ad ſicca læuiganda: per triduum macerantur mouentúrque rudicula ter die, deinde incoquuntur oleo, ſecundo die cardamomum aqua pridie maceratum, tertio autem crocus, vino. Nonnulli cum croco etiam alias quinque myrrhę vncias adiiciũt: illis autem exemptis, oleum purum reponunt, omni verò ſpecierum fæce in paſtillos coacta ſiccatáque, id habent quod crocomagma dicitur.

Mendeſium.

DICTVM eſt Mendeſium quòd in Aegypto reperiatur, vbi & Mendes, hoc eſt, caper colitur. Recipit autem olei balanini [c] libram, aliàs ſextarios decem, myrrhæ, caſſiæ fiſtulæ, ſingulorum vncias treis, reſinæ terebinthinæ librã, [d] in alio, ſextarios decem, cinnamomi vncias treis: hoc non decoquitur, ſed aridis inditis diebus ſexaginta agitatur, inde liquefacta terebinthina in partem olei mittitur, poſteà rurſus diebus aliis [e] ſeptem mouetur, atque ſic reconditur.

Marciatum.

[f] MASTICHES, ceræ, ſtyracis, ſingulorum vnciæ tres, hyſſopi medicamenti ſemuncia, opobalſami ſeſcuncia, nardini, gleucini, olei omphacini, ſingulorum vnciæ tres, medullæ ceruinæ ſeſcuncia, terebinthinæ vncia.

Iniectio prima dia omphacos.

ASPALATHI, rudiculæ palmarum, ſertulæ campanæ,

iridis, iunci rotundi floris, xylobalſami, roſarum ſiccarum, calami aromatici, ſingulorum vnciæ tres, olei omphacini libræ decem, vuæ immaturæ ſucci tantundem.

g *Iniectio ſecunda, ex caryophyllo.*

AMMONIACI, ſpicę nardi, coſti, caryophylli, caſſiæ, caſami, ſingulorum vnciæ tres. in alio etiam habetur arnabo vnciæ tres, vini quod ſufficit.

Iniectio tertia.

THVRIS, guttę ammoniaci, ſtyracis, bdellij, myrrhæ, maſtiches, ſingulorum vnciæ tres, vini quod ſatis eſt, ceræ albæ vnciæ quinque, opobalſami vnciæ ſex, nonnulli vncias octo. Primæ iniectionis medicamenta, pridie in vuæ acerbæ ſucco oleóque macerantur, ſecundę ſeorſim in vino aminęo aut alio veteri ac odorato, mouentúrque quotidie rudicula palmea: h tertiæ ad triduum, poſt quod in cacabo nitente primũ iniectionis primę medicamenta incoquuntur, quouſque pauxillum ſucci vuæ acerbæ relictum fuerit: mox ſecundæ iniectionis ſpecies cum vino immittuntur, rectiùs autem fiet ſi priùs aliis exemptis, puro deinde oleo ipſæ adiiciantur, coquantúrq; donec paululum vini ſuperſit, ne aduratur oleum: ſublata ab igne eximito, ſupérque adiicito rurſus oleo puro tertiæ iniectionis medicamenta, priùs ex vino in pila ſoluta præter ſtyracem quemadmodùm prædixi, hic enim cum aliis inditus promptè ſoluitur. Coques autem carbonibus quouſque bene habere tibi videantur: ſublata ab igne refrigerari ſinito, inſequenti die exceptis diligenter ex oleo calfactíſque abundè ſuper ignem ceram adiicito, inde ſublata, rudicula agitato, vbi refrixerint, opobalſamum admiſceto, & vitreis vaſis reponito.

Gleucinum, iniectio prima.

OLEI ſextarij decem, muſti aminæi ſextarij ſex, aſpalathi vnciæ quatuor, palmæ fructus operimenti quod ſpathe dicitur vnciæ ſex, iunci rotundi floris tantundem, ſertulæ campanæ vnciæ quatuor, roſarum vncia, myrrhæ vnciæ tres, foliorum lauri vnciæ duæ, arboris thuris vnciæ ſex, xylobalſami totidem, inulæ campanæ vnciæ ſex, ariſtolochiæ longæ vnciæ tres, iridis tantundem: hæc macerantur in muſto.

Altera iniectio.

NARDI gallicæ vncię quatuor, caſami, qui eſt balſami fructus vncię duæ, cyperi, caſſiæ, ſpicæ nardi, aſari, amomi, coſti,

coſti, ſampſuchi, ſingulorum vnciæ tres, calami aromatici, caryophylli, phylli, ſingulorum vncia, cardamomi vnciæ quatuor, balſamum vino odorato madeſcit.

Iniectio tertia.

MASTICHES triens, myrrhæ troglodyticæ, bdellij, ſinguli ſextantes, ladani quadrans, ſtyracis liquidi, thuris maſculi, ſinguli trientes, opobalſami ſelibra, nonnulli & croci ſextantem addunt, præparatur quemadmodùm medicamentum ex vua acerba, niſi quod ceram non recipiat: hic autem ſeptem diebus oportet ſpecies duarum iniectionum macerari.

Nardus cizicine, iniectio prima.

OLEI primi meriti ſextarij decem, aſpalathi, cyperi, inulæ campanæ, iridis, xylobalſami, ariſtolochiæ, cardamomi, iunci rotundi floris, ſingulorum vnciæ ſex, ſampſuchi vnciæ quatuor, herbæ ſabinæ vnciæ duæ, nonnulli & calami odorati vncias duas immittunt: hæc in vini odorati ſextariis quaternis commadeſcunt.

Altera iniectio.

CASSIAE, caſami, arnabo, ſingulorum vnciæ duæ, ſpicæ nardi vnciæ tres, caryophylli vncia, coſti, amomi, ſingulorum vnciæ duæ, nonnulli etiam nardi gallicæ vncias duas addunt, atque hæc in vino macerantur.

Tertia iniectio.

MYRRHAE troglodyticæ, aloës, thuris, ſingulorum vnciæ duæ, ſtyracis vnciæ tres, maſtiches vnciæ quatuor, opobalſami vnciæ ſex, quidam & croci vino læuigati vnciam miſcent. præparato & hoc ſicut comprehenſum eſt.

Decamyron.

SPICAE nardi, phylli, euphorbij, piperis, coſti, adarces, ſingulorum vncia, maſtiches ſeſcuncia, opobalſami vnciæ ſex, nardini libra, [i] ceræ libræ tres.

Pentamyron.

STYRACIS vncia, maſtiches vnciæ duæ, ceræ albæ vnciæ tres, [k] opopanacis vnciæ quatuor, nardini vnciæ quinq;.

Euodes, à grato odore dictum.

CROCI, aloës, maſtiches, abſinthij, ſtyracis, œnanthæ, caſami, caryophylli, ſingulorum vnciæ tres, nardi libra, ceræ tantundem, melini vnciæ ſex, palmulæ duodecim, vini quod ſatis eſt.

Baion.

CARDAMOMI, caſſiæ, œnanthæ, nardi gallicæ, balauſtiorum, propolis, ſingulorum ſcrupula octo, herbæ ſabinæ, caſami, amomi, ſingulorum ſcrupula ſex, iunci rotundi floris ſcrupula octodecim, iridis ſcrupula quatuor, caryophylli ſeſquiſcrupulum, ſuffiminis Crinati vnciæ duæ, thuris, myrrhæ, ſingulorum vncia, ladani vnciæ ſex, bdellij, maſtiches, aloës, nardi, olei lentiſcini, ſingulorum ſemuncia, reſinæ acernæ quæ zygia dicitur, reſinæ piceæ, reſinæ terebinthinæ, ſingulorum vnciæ tres, opobalſami vncia, guttæ ammoniaci ſcrupula ſex, ceræ vnciæ ſex: œnanthino liquida læuigantur, aridáque contuſa. in alio exemplari piperis quoque ſcrupula octodecim inuenio: nonnulli & moſchi ſcrupulum vnum addunt.

i. liliacei.

Galenium.

CROCI ſemuncia, aloës vncia, maſtiches tres vnciæ, abſinthij ſeminis ſcrupula octo, œnanthes tantundem, palmulæ maiores tres, ceræ vnciæ tres, olei melini vnciæ ſex.

Erythrium.

STYRACIS vnciæ quinque, malorum cotoneorum vnciæ viginti, maſuchæ vel maſuaphij, croci, ſingulorum drach. decem, [1] pſichę, cyphios, ſingulorum drachmę quinque, œnanthæ vnciæ duæ ſemis, caſami, abſinthij, ſingulorum drachmæ decem, caryophylli ſcrupula quindecim, guttæ ammoniaci ſcrupula decem, opobalſami ſcrupula ſex & ſemis, nardi vnciæ quinque, reſinæ colophoniæ, gleucini, melini, ſingulorum vnciæ decem, roſacei drachmæ decem, propolis vnciæ quinque, reſinæ terebinthinæ vnciæ decem, mellis cochlearia decem, phylli drachmæ decem, ſpicæ nardi tantundem, ceræ vncię ſeptem & ſemis: vino falerno aut aminæo conteruntur.

Malagma Nili ad lienem, omnémque duritiem.

CERAE pondo, guttæ ammoniaci pōdo, olei cyprini pondo, croci ſemūcia, ſecundū alios vncia, aceti quantū ſatis eſt.

Citrinum.

CERAE, reſinæ colophoniæ, ſingulorum libra, ſuffiminis ammoniaci, auripigmenti, calcis, aluminis, aceti, ſingulorum cyathi octo, læuigantur arida in aceto.

Malagma quod ad Cureum autorem refertur.

PICIS aridæ libra, ceræ, reſinæ piceæ, guttæ ammoniaci, nitri,

nitri, baccharum lauri aridarum, ſeui taurini, ſingulorum libræ duæ, farinæ fœnugręci ſextarius, pollinis frumentacei tantundem, chamęleontis nigri radicis ſiccæ libra.

Malagma ex ſtercore caprillo Oribaſij, ad lienoſos, hydropicos, & iecur induratum.

CYPRINI, aut vetuſtiſſimi olei libræ tres, ceræ libræ duæ ſemis, fimi caprarum, baccarum lauri cortice detracto, iridis Illyricę, ſingulorum ſextarij decem, reſinæ terebinthinæ libra, ſinapis, nitri, cyperi, raphani ſeminis, capparis radicis corticis, ſingulorum vnciæ tres, cucurbitæ ſylueſtris carnis vnciæ duę, fœnugręci vncia: interim arida excipiuntur liquidis, interim aceto macerata: quòd ſi aluus profluat, cucurbita iniici non debet.

Ex fimo caprillo ſphongion, hydropicis efficax.

PICIS brutiæ librę duę ſemis, nitri libra vna, cucurbitæ ſylueſtris carnis, pyrethri, opopanacis, cocci gnidij, ſingulorum vnciæ tres, capparis radicis corticis, thuris, iridis, adipis taurini, elaterij, ſquamę æris, apij ſeminis, lathyridum, ſingulorum vnciæ ſex, baccarum lauri ſextarij dimidium, fœnugręci farinæ ſemuncia, fellis taurini vnciæ duę, olei cyprini ſextarij dimidium, ceræ libra, reſinæ frictę librę tres, caprilli ſtercoris montani, cachryos, cyperi, cardamomi, ſingulorum vnciæ ſex.

Ex baccis lauri.

CERAE, reſinæ, picis, baccarum lauri, ſeui taurini, ſingulorum libra, nitri, guttæ ammoniacę, ſingulorum vncię ſex, aceti quantum ſufficit.

Medicamentum dia ſpermaton, hoc eſt, ex ſeminibus.

CARDAMOMI, cyperi, herbæ ſabinę, nitri, baccarum lauri, caſſię, ſertulæ campanæ, fœnugręci, nardi gallicæ, apij ſeminis, ſampſuchi, aniſi, panacis radicis, thuris, guttæ ammoniaci, terebinthinæ, ſingulorum vnciæ tres, mellis, ceræ, nardi, ſingulorum libra, ſeui taurini tantundem.

Malagma à fœdo odore dyſodes dictum, ad pleuriticos.

RESINAE piceæ libra, cerę, rutę viridis, cyprini, ſingulorum vncię ſex, ſulfuris viui, opopanacis, ſagapeni, ſingulorũ drach. quatuor, nonnulli & galbani tantundem addunt.

Malagma dia ſampſychu.

CERAE pondo, reſinę terebinthinæ pondo duo, ſampſu-

chi, baccharum lauri, fœnugręci, ſingulorum ſextarius, nardini quod ſatis eſt.

Malagma Apollophanis, ad iecoroſos.

CERAE drach. octoginta, reſinę terebinthinę, mannæ thuris, ſingulorum drach. quadraginta, mortario irini ſedimento vncto contunduntur.

Copton ad duritiem ſtomachi & iocinoris.

PROPOLIS vnciæ ſex, ſtyracis vnciæ duę, maſtiches vncia, reſinæ terebinthinæ ſemuncia, fęcis nardini quantum ſatis eſt.

Malagma ex œnanthe.

ŒNANTHAE, aloës, croci, acacię, aluminis ſciſſilis, roſarum ſiccarum, abſinthij ſucci, gallæ, omphacij, rhu ſyriaci, mannę thuris, ſingulorum drachma, olei myrtei, cerę, vtriuſque libra, palmulæ magnæ quinque, vini quod ſufficit.

Antylium.

ALVMINIS ſciſſilis ſemuncia, aloës vncia, maſtiches ſcrupulum, œnanthes ſcrupula ſex, omphacij ſcrupula octo, roſarum ſiccarum tantundem, rhu ſyriaci ſcrupula decem, ſpinæ Ægyptiæ totidem, balauſtiorum ſcrupula viginti, gallarum ſcrupula quindecim, cerę vncię quinque, olei melini quod ſufficit.

Malagma ex vinaceis, dia gigarton dicitur.

CROCI, ſandycis, labruſcę, ſingulorum vncia, aluminis ſicci vncię quatuor, balauſtiorum, omphacij, roſarum floris, myrtorum ſiccorum, ſingulorum vncię duæ, cerę albæ libra, olei melini libræ duę, malorum cotoneorum vnciæ quatuor, dactyli qui Nicolai dicuntur, decem, vini aminęi quod ſatis eſt, vinaceorum aridorum vnciæ octo. in vſu, medicamenti vnciis tribus, ceræ vnam miſces.

Anethine.

ANETHI viridis vnciæ ſex, ſertulæ campanę vnc. duę, chamęmeli tantundem, [m] capitum papaueris viridium decē, excoctorum iuris librę tres, & olei quod ſufficit: vbi verò cōſumptum fuerit ius, adipis ſuilli recentis librę duę adduntur, tritiſque priuatim ſcillę toſtę interioris vnciis duabus, & medullę ceruinę totidem, omnia miſcentur.

Ambroſia ad febreis arcendas apta.

ARGENTI ſpumę libra, adipis ſuilli recentis vncię ſex, lini ſeminis ſucci tantundem, cerę albę vncię nouem, roſacei libra,

libra, mellis vnciæ tres, croci vncia, nonnulli etiam ouorum decem lutea cruda addunt.

ANNOTAT. ANDERNACI.

Sertulæ campanæ. *In malagmate polyarchio, Deeſt μελιλώτȣ. Inſtauratum ex Galeno.*

Pentamyron. *In medicamento quædam ſunt ſuperflua, & nomen ipſum Græcum indicat, quinque tantùm ſignificans. & Oribaſius conſentit. Ita autem ſonant ea quæ adiiciuntur. folia tum, phylli vnciæ tres, ammoniaci vncia. Caſsiæ vnciæ ſex, Ladani, &c. aut in fine addendum, ladani vnciæ ſex.*

Seui Taurini. *In medicamento diaſpermaton deeſt codici Græco λ.α. Vt ſit ſeui taurini libra. Sic etiam habet Alexander medicus.*

Copton. *Sic dicitur medicamentum, quod non coquitur, verùm tunditur, & ſuccis aut liquidis affuſis, ad figuram malagmatis redigitur.*

CORNARII.

a *æſypi.*

b ὄινȣ τὸ ἀρκȣ̃ν ἐι τλὼ τ̃ ξηρῶν λέιωσιν. *Vini quod ſatis eſt ad arida terẽda. Huius malagmatis finis eſt. Quæ verò ſequũtur pertinent ad Crocinum, quod deſcribitur cap. 20. Quæ verò in Crocino habentur poſt hæc verba ὄινῳ λεῖα, vino trita, etiam aliò pertinent, & non ad Crocinum oleum ſiue vnguentum. Sed & ſequentia vſque ad malagma Euodes, id eſt odoratum, omnia huc non pertinent, ſed ad finem 20. cap. poſt Crocinum locanda ſunt. Non enim malagmata ſunt, ſed olea & vnguenta Mendeſium, Marciatum, Gleucinum, Nardinum, Decamyron, Pentamyron, foliatum, ad cuius finem pertinent ea quæ Græci codices poſt Crocinum habent: ita vt hoc loco poſt Malagma Philagrianum, ſequatur mox Malagma Odoratum, & interpoſita omnia ad 20. caput referantur, & poſt Crocinum locentur. Eodem errore etiam ſuprà, ceræ ad oleum addendæ modus, & cocturæ eorum quæ in emplaſtra mittuntur ratio, ad cap. 17. finem pertinens poſt peſſos tranſlata fuit ad cap. 24. finem, vt ſuprà dictum eſt.*

c *lib. x.*

d *terebinthinæ lib. x.*

e *ſexaginta.*

f *æſypi.*

g *Iniectio ſecunda. β. ἐμβολὴ. tituli loco ſimpliciter legẽdum. Deinde ſequuntur medicamenta ſecundò iniicienda. φύλλȣ, ἀμώμȣ, ναρδοςτάχυ. folij amomi, ſpicæ nardi. Sed & hîc ἀμμωνιακȣ̃ falsò legitur*

gitur pro ἀμώμου. Hîc enim aromata iniiciuntur, tertio loco ſucculenta, inter quæ ammoniacum.

h *palmea ter, in dies tres. Poſt quos in cacabo ſtanno oblito coquito. Primùm primæ iniectionis medicamenta, &c.*

i *Ceræ vnc. ſex. κηροῦ λι. γ. corruptum ex Aetio emendandum, κηροῦ Γο. ς. à quo hoc vnguentum Decamæron à decem partibus. hîc Decamyron à decem rebus quibus conſtat nominatur.*

k *opobalſami vnciæ tres. ex Aetio.*

l *micarum panis.*

m *capita papaueris viridia x.*

De acopis, inunctionibus, dropacibus, & ſinapiſmis.

Cap. XIX.

Acopa propriè.

Acopa inde nomen ſortiuntur, quòd præcipuè ad laſſitudinis, quæ copos Græcè dicitur, nempe tenſiuæ, vlceroſç, & eius quæ oſſa defatigat, ſenſum conueniant, quanquam aliis quoque morbis compluribus ſint ex vſu. Alia ſiquidem ipſorum calefaciendi vim habent, [n] alia emolliendi. † Quæ calefaciunt, pipere, pyrethro, ſemine roriſmarini, & conſimilibus conſtant, neruorum vitiis, perfrictionibus validis, & quæ vix vllo calore poſſunt euinci, accommodata. Quæ emolliunt, durities, ſcirrhos, & infarctos articulorum ſinus diſcutiunt, quorum materies capite de emplaſtris cõprehenſa eſt. [o] At emolliẽtibus quæ adarce, ſemine roriſmarini euphorbio, cocco gnidio, & id genus aliis componuntur, in diuturnis affectibus, & qui ægrè poſſunt elidi, quibus etiam ſinapiſmus congruit, vtimur. Porrò ſpiſſitudinem vniuerſa acopa inter cerata & emplaſtra mediam habere conuenit. Vnguina verò acopis ſimilia, liquidiorem propemodùm ſubſtantiam obtinent. At dropax duplicem recipit præparationem, hanc emplaſtro, illam malagmati conſimilem, nonnulli & calidum ipſum illinunt: materiam verò acopis & emplaſtris confinem. Cæterùm vſum cataplaſmatis exhibet, diuturnis affectibus iiſdem quibus & ſinapiſmus, vtilis, ideoque ante illum aſſumitur, quo corpus ſinapi reddatur idoneum, à ſinapiſmo adhibetur, vt affectus reliquias diſcutiat. Sinapiſmus materiam quidem variam non habet, verùm diuturnis potiſſimùm affectibus poſt deprehenſam probatámque aliorum præſidiorum vim, efficaciſſimus eſt, vtiliſſimè autem applicatur capiti in eius dolore, quẽ cephalæam dicunt, & quum altera duntaxat ipſius pars affligitur, Græci Heterocra

† Τὰ ȝ ἀμυκτικὰ. Oroſcius tamen legit ἀμυντικά. Goup.

Illinitiones.

Dropax.

Dropacis materia & vſus.

Sinapiſmi materia, & vſus.

heterocraniam vocant, in morbo comitiali, vertiginibus, & inſania: pectori autem in ſuſpirio, orthopnœa, hoc eſt, cùm non niſi recta ceruice ſpiritus trahitur, & tuſſi longa. At in diuturna humorum è capite in fauceis deſtillatione, & caput & thorax ſinapi oblini debet: Item ſtomachus & venter in longis ipſorum morbis eodem obducuntur. Iam conueniens eſt præſidium ſinapi coxendicum & podagricis doloribus, omnique parti reſolutę, aut alio quodam modo perfrictionem expertæ, vt difficulter excalfieri poſſit. At tunc profeciſſe ſatis id putato, vbi dolor ſubſequutus fuerit validus, & caro liuidior altiorque euaſerit: P & poſtquàm ablatum fuerit, mitius puſtulæ eruperint. Quòd ſi etiam ſenſus perierit, animum adhibere negotio conuenit, parte quam oblieueris ſæpius detecta: nam ſi vel immodicè adurantur ita affecti, non perſentiſcunt. Prætereà in acutis morbis, vtpotè lethargo, profunda in ſomnum delatione (cataphora dicitur) & catocho, ſinapi inducitur, per initia quidem, cruribus: vbi verò materia radices egerit, capiti. Porrò qui ita frigori patuerunt, vt vix vllo modo queant incaleſcere, iis crura & inguina ſinapi oblinuntur. In his autem qui continua febre laborant, vlcúſque habent, tum in cartilaginoſis, tum locis excarnibus, vitari debet ſinapiſmus: nam partes carnibus vacuæ ſi obducantur ſinapi, vruntur, interim etiam nigreſcunt.

Bromion acopon.

CERAE, reſinæ colophoniæ, ſingulorum libra, adipis ſuilli vnciæ quatuor, butyri vnciæ ſex, althææ, fœnugræci, ſeminis lini, ſingulorum libræ duæ, olei libra, galbani vnciæ duæ & ſemiſſis, excocto ſucco cum oleo quouſque magna illius pars fuerit abſumpta, reliqua cum cera & galbano adiiciuntur.

Acopon à varietate pœcilon dictum.

SVCCI althææ, fœnugræci, ſeminis lini, rutæ, cumini, ſingulorum libræ duæ. medullæ ceruinæ, olei veteris, adipis anſerini, opobalſami, nardi, ſingulorum libra, cerę, colophoniæ & reſinæ, ſingulorum ſeſquilibra, euphorbij, reſinæ terebinthinæ, opopanacis, ſingulorum vnciæ ſex, caſtorij vnciæ tres, herbarum vnde ſuccus exprimitur, ſingularum libra iniicietur: coques vt ſuperius.

Acopon

Acopon Azanitæ.

ADIPIS ſuilli libræ duæ, ſeui taurini, reſinæ colophoniæ, ꝗ hyſſopi medicamenti, ceræ, ſingulorum libra, galbani vnciæ tres.

Acopon Baſilij.

ALTHAEAE, chamæmeli, ſertulæ campanę, lini ſeminis, fœnugræci, ſingulorum ſeſcuncia, amomi vnciæ tres: hæc macerantur in vini Aſcalonij aut Cilicij ſextariis octo, per triduum, coquuntúrque ad melleam ſpiſſitudinem, deinde ſucci libræ quinque cum olei veteris libris quatuor & ſemiſſe, decoquuntur quouſque modicum ſucci fuerit relictum, adiiciuntur butyri vnciæ ſex, reſinæ terebinthinæ vnciæ quatuor, adipis anſerini vnciæ quindecim, medullæ ceruinæ cum momento olei læuigatæ vnciæ quinque, ceræ albæ libræ tres.

Lyſiponium.

PIPERIS, caſtorij, ſtyracis, maſtiches, aloës, inulæ campanæ, iridis, ſingulorum vnciæ quatuor, euphorbij, coſti, guttæ ammoniaci, myrrhæ, ſampſuchi, thuris, cyperi, caſſiæ fiſtulæ, ſeminis roriſmarini, ſingulorum vnciæ tres, adarces, amomi, bdellij, xylobalſami, ſingulorum vnciæ duæ, malabathri, ſpicæ nardi, pyrethri, croci, ſingulorum vncia, opobalſami libra, nardini, cyprini, gleucini, ſingulorum libræ duæ, ceræ libra.

Acopon à fœdo odore dyſodes appellatum, ex opere de compoſitione medicamentorum ſecundum genera.

CERAE, reſinæ, terebinthinæ, ſingulorum drachmæ vigintiquatuor, galbani, ſuffiminis ammoniaci, ſingulorum drachmæ ſex, olei veteris heminæ duæ, medullæ ceruinæ drachmæ octo: vtitor mero & diluto.

Aliud dyſodes.

RESINAE terebinthinæ drachmæ ſedecim, ceræ drachmæ vigintiocto, œſypi, mellis, ſingulorum drach. ſex, medullæ ceruinę vnciæ ſex, ſtillæ ammoniacæ, galbani, aphronitri, baccarum lauri, ſingulorum vnciæ ſex, olei veteris ſextarius, vini cyathi duo: quidam etiam caſtorij drachmas treis admiſcent.

Barbaricum, dia euphorbiu, ad coxendicum dolores, & alia pleraque.

OPOPANACIS vncia, ceræ tyrrhenicę libra, reſinę terebinth

rebinthinę libræ duæ & ſemis, galbani vncia, ſtillæ ammoniacæ vnciæ duæ, euphorbij, caſtorij, piperis albi, ſingulorũ vnciæ duæ, medullæ ceruinæ vnciæ quatuor, œſypi tantundem, [r] lemneſtidis (eſt autem adarce) ſemuncia, olei ſtyracini, laurini, irini, amaracini, ſingulorum vnciæ ſex, olei veteris libræ duæ, hedichroi vnciæ ſex.

Acopon cui nomen eſt pyxis.

RESINAE colophoniæ ſeſquilibra, reſinæ terebinthinæ vnciæ octo, guttæ ammoniaci vnciæ tres, thuris vnciæ nouem, olei veteris libræ duæ, ſucci lini ſeminis libra, lactis vaccini tantundem, adipis anſerini vnciæ ſex, butyri vnciæ octo, ouorum vigintiquatuor albumina, pręparatum buxeo vaſe reponitur.

Acopon ex abiete Galeni.

ABIETIS ſeminis [s] cocti modius Italicus, hoc eſt, ſextarij duodecim, olei libræ quindecim, ceræ libræ quatuor, reſinæ ſtrobilinæ, aut terebinthinę vnciæ quatuor. Contuſum abietis ſemen, oleo iniicitur. Vbi quadraginta diebus in eo ſiueris, expreſſum proiicito, mixtis reliquis vtitor, ad labores ſpontaneos, reſolutiones, & articulorum perfrictiones. At ſi neceſſitas vrgeat coquere oportet ſemen abietis cum oleo mixtum, ne nimium aduratur, & aquæ ſextariis quatuor, idque in podagricis & articulariis affectibus.

Aliud ad idem.

OLEI heminæ vigintiquinque, id eſt, ſextarij duodecim & ſemis, fructus abietis modius, [t] hoc eſt, libra ſemis, reſinæ abiegnæ libræ tres, ſtrobilinæ vel terebinthinæ libræ tres, ceræ libra.

Acopon ex nigra populo, dia ægyros dicitur, ad eadem.

LOCO fructus abietis, nigræ populi fructus æqua portio additur, & reliqua ſimiliter illi præparantur.

Vnguentum Zoſimi ad tremulos celebratum.

RESINAE piceæ [u] vncię ſedecim, ceræ vnciæ quatuor, olei veteris libra, opopanacis vnciæ duæ, adarcæ vncia, euphorbij tantundem, nitri vnciæ quatuor, aphronitri teneri totidem: nitrum, euphorbium, adarce cum vino læuigantur, deinde adiicitur opopanax, ſimúlq; in lęuorem teritur, ſeorſim autem quæ liquari poſſunt, cum anchuſa ad colorem accipiendum eliquantur, refrigerata excipiuntur.

Dropax

Dropax Gallus, Oribaſij.

Resinae colophonię quæ thus redolet, piceæ & ligno-
ſæ dictæ, quę ſola in Italia naſcitur, apochimatis, picis ari-
dæ, ceræ, ſingulorum libræ quatuor, reſinę frictæ vnciæ
quindecim, picis brutiæ libræ duę, nitri libra, bituminis, gal-
bani, adarces, pyrethri, ſingulorum vnciæ ſex, opopanacis,
euphorbij, veratri albi, piperis, ſingulorum vncię quatuor,
ſulfuris viui vnciæ tres, caſtorij, ammoniaci, vuæ paſſæ ſyl-
ueſtris, ſtaphis agria dicitur, ſingulorum vnciæ duæ, olei ſi-
cyonij libra, opobalſami vnciæ ſex.

Aliter ſimplex.

Cerae pondo, picis ſiccæ pondo, picis brutiæ pondo,
reſinæ piceæ ſeſquipondo, frictæ pondo & quadrans, loco
prius nitro exterſo imponitur.

Quomodo ſinapiſmus fiat.

Ficvs ſiccatæ pridie in aqua tepida macerari debent,
die inſequenti probè expreſſæ valenter lęuigari, deinde acre
ſinapi, cuiuſmodi eſt ſyriacum ægyptiúmque priuatim con-
teri, diluto illarum affuſo, factaque maſſa admiſceri, & ſiqui-
dem vehementem ſinapiſmum voluerimus inducere, par-
teis duas ſinapis cum vna ficuum temperabimus: ſin imbe-
cillem, econtrario: ſi mediocrem, æqualeis. Cæterùm ſinapi
antequam deteratur, aceto commadeſcens, vt nonnulli fa-
ctitant, languidius euadit. At ſinapi ablato, etiam balneum
vtile eſt. Si dolor vehemens rubórue acceſſerit, & puſtulæ,
linteolum ſucco maluæ aut fœnugręci cum roſaceo made-
factum imponemus, deinde roſaceo cerato cum ceruſa vte-
mur. Verùm in reſolutis in quibus ſenſus labefactatus eſt,
cura adhibebitur, vt ſæpius partẽ retegamus, inſpiciamúſq;.
Quum enim admota non percipiant, ſępe immodicè exuſti
ſunt. Item caprarum fimus cum aceto illitus ſinapi eſt effica-
cior, & præſertim in coxendicum doloribus.

Acopon ex atramento librario, cutis ruborem peculiariter inducens, idq; potiſſimùm in iis, quibus altera capitis pars dolet, ex commentariis Alexandri.

Evphorbii, atramenti librarij, ſingulorum drachmæ
quatuor, myrrhæ troglodyticæ, crocomagmatis, piperis al-
bi, ſingulorum vnciæ tres, croci drachmæ duæ, aceti quod
ſatis eſt ad hæc probè læuiganda, vtque ſpiſſitudo ſordibus
ſimilis

ſimilis ipſi fiat: quo facto illines, à media ſuperciliorum parte, incipiens, aduſque tempora tota, præſertim ſi æger pilis careat: vbi refrigerata fuerint, rurſus illines: & quum præſidium bene profecerit, in balneum hominem deduces.

ANNOTAT. CORNARII.

n *Quædam mollitoria, quædam lancinantia.*

o *At lancinantibus.*

p *Et vt poſt balneum leniter puſtulæ erumpant.*

q *Oeſypi.*

r *Limnitidis.*

s *Maturi modius Italicus vnus, hoc eſt ſextarij.* XVI.

t *Modius, hoc eſt ſextar.* XVI.

u *Vnciæ ſex.*

Quomodo diuerſa olei & vnguentorum genera conficiantur.

CAPVT XX.

IN unctionum vnguentorúmque vel olei generum quę vnguenta repræſentent, alia ſunt ſimplicia, vna olei ſpecie iniecta, alia compoſita ex pluribus conflata. Ac ſimplicium alia ex floribus oleo incoctis efficiuntur, verbi cauſa roſaceum, chamæmelinum, ſuſinum. Quædam ex fructibus, & ſeminibus conficiuntur: quædam ex ſurculis quibuſdã nempe rutæ, qui etiam ſimul cum oleo coquuntur. At cùm nullus florum coctionem recipiat, inſolantur potius. verùm ſi validam odoris gratiam repræſentent, [x] & pluribus diebus conſtantem, ex inſolatu tenuius ipſorum oleum magíſque vtile redditur, quemadmodùm roſaceum & chamęmelinum. Qui inualidiores ſunt faciliúſq; difflari poſſunt, minus inſolatum tolerant, vt quorum virtus promptè euaneſcat, vtpotè lilium & viola. Ex iis quæ fructibus & ſeminibus conſtant, nonnulla illis integris oleo iniectis conficiuntur, veluti melinum, nonnulla contuſis vel læuigatis, oleamine ipſorum ſequeſtrato, vel expreſſis [y] ipſis in conchulas: vel ex aqua calida, ſic vt ipſa diſcernantur, exempli cauſa, caryinon, ſeſaminum, amygdalinum, lentiſcinum, laurinum, ricininum, raphaninum, atque eius notæ alia. Porrò quæ ex ſtirpibus odoratis componuntur, præparari potiſſimùm ſolent, illis oleo incoctis cum vino vel muſto, vel aqua, atque eiſdem deinde exemptis. [z] Liquoribus autem quibuſdam oleo contemperatis, interim & adipibus vel medullis, ex huiuſmodi aliquo exactam olei ſpiſſitudinem ſortita, ſimplici ſermone

Olea & vnguenta ſimplicia.

Illitiones ſimpliciter dictæ.

vnguenta vel inunctiones nominantur, vt gleucinum, nardinum, ſicyonium & cyprinum. Sunt quæ acopa craſſitudine repræſentent, ceram aut reſinam aut eiuſmodi quippiam recipientia, vocantúrque myracopa, veluti decamyron, amaracinum, atque his ſimilia.

Myracopa.

Cocturæ variæ.

Iam verò aliqua vna vice coquuntur, quæ non diuerſam recipiunt materiam, ſicuti metopion, maſtychinum, ſicyonium: aliqua duabus tribúſve, & quatuor iniectionibus. Primùm contumacioribus incoctis, vt aſpalatho, ſpatha, thure arbore, lauro: inde aromatis, phyllo, ſpica nardi, amomo, herba ſabina: poſtremò liquoribus, adipibus & medullis: ſi autem eueniat, cera quoque & reſinis inditis. At balſami liquor neutiquàm coquitur, ſed poſt abſolutam coctionem vnguento mediocriter refrigerato inſtillatur. imò ex ipſis vnguentis ſunt quæ nullam coctionem recipiant, ſed tantùm miſceantur, quale eſt mendeſium.

Viridia vt fiant vnguenta.

Nonnulli verò viride vnguentum reddere cogitãtes, vbi ab igne ſuſtulerint, in olei ſextarium intingunt, æruginis raſæ in exactum detritæ læuorem ſeſcunciam, immiſcentes, quemadmodùm in cyprino & amaracino.

Simplicium vis.

Cæterùm ſimplicia quidem vnguenta ſpecierum quæ in ipſa mittuntur, naturam, vel eorum ex quibus contuſis facta ſunt, obtinent, vt oleum veluti materiæ rationem obtineat.

Olea ſimplicia, & eorum vis.

At quæ variam magis compoſitionem ſortita ſunt, tota eorum natura ad calidum inclinata eſt, ſed quædam validè calefaciunt emolliúntque, vt etiam articulis recenti cicatrice obductis & ſinibus eorum infarctis conueniant, veluti metopium, mendeſium, marciatum: mediocrius autem eſt pentamyron, quemadmodum decamyron valentius, vt etiam ſumma rodat: [a] mediocriter autem calida tenuiáque. At verò modicè calida extenuant leniunt & concoquunt, quale eſt ſuſinum, amaracinum, irinum, crocinum, foliatum. Alia præterquàm quòd calefaciunt, abundè ſiccant incidúntque, veluti cyprinum & ſicyonium. Alia calefaciunt quidem inſigniter, ſed vires magis confirmant, vndè ſtomacho potiſſimùm & viſceribus reſolutis competunt, qualia habentur maſtychinum, nardinum, & gleucinum. Valentius adhuc corroborat, quod ex vua acerba conficitur. Iam nonnullis vnguentis ob gratum duntaxat odorem vtuntur, vt foliato, ſpicato, commogeno [b] & quæ moſchelæa, quaſi dicas, ex muſco & oleo confecta nuncupantur.

Roſacei confectio.

ROSARVM rubrarum detractis vnguibus marceſcentium die noctéque vna, vnciæ tres, olei omphacini ſextarius, vrna diligenter conſtricta ne perſpirent, inſolabis ſub dio diebus quadraginta, atque ſic repones non in pauimento, ſed aſſere. Aliqui verò vice inſolatus in puteum vrnam diebus quadraginta mittunt, vt ex frigiditate odoris gratia conſeruetur. Alij verò ipſam ſub terra defodiunt.

Chamæmelinon.

CHAMAEMELI floris ſine albis foliis marceſcentis per diem noctémque vnam, olei ſextarius Italicus, vaſe linteo ſimplici contecto vt perſpiret, inſolatur, idque diebus quadraginta, inde[c] ſecurè hoc percolatum repones.

Anethinum.

ANETHI viridis comæ areſactæ vncia, olei dulcis ſextarius Italicus. Simili modo inſolantur, fiet autem & pro temporis ratione anethinum cum inſolatus deſideratur, ſicci enim anethi comam decoquentes cum oleo in cacabo vtuntur, & chamæmelino ſimiliter: verùm hæc imbecilliora ſunt iis quæ ex viridibus fiunt & præſertim inſolatis.

Liliaceum alij ſuſinum dicunt, quòd in Suſis forſan reperiatur.

FOLIORVM alborum liliorum ſimiliter marceſcentium vnciæ duæ in olei ſextarium Italicum coniectæ, exactè circumſtringuntur, ne euaporent, & per triduum inſolantur, inde primis exemptis proiectíſque, aliæ duæ vnciæ iniiciuntur per triduum ſubſequens, atque ſic reponuntur.

Suſinum compoſitum.

OLEI ſextarij tres, calami odorati libræ[d] quinque, myrrhæ vnciæ quinque, [e]cardamomi libræ tres, lilij foliorum vnguibus ablatis areſactorum libra, cinnamomi vnciæ tres, croci cilicij vnciæ quinque: tota confectio tribus iniectionibus diſtinguenda eſt. Primùm myrrha & calamus odoratus, vino ad dies quinque macerata ter die mouentur, inde oleo modicè incoquuntur, deinde cardamomum aqua maceratum triduo mouetur, ſimiliterq; rurſus cum oleo ad horam vnam incoquitur, inde exemptis illis tertiam liliorum partem oleo puro inſeremus, tribus diebus pòſt his quoque exemptis reliqua liliorum tertia portio immittetur, iterúmq; poſt triduum exemptis proiectiſque primis, poſtremò tertia pars cum croco læuigata iniicietur. Secūdùm alios tres dies

ablato oleo cinnamomum contuſum indetur. Huius in vicem, Arnabo, aut carpeſium, aut caſſiæ duplicatum, atque reponetur.

Violaceum.

VIOLACEVM præparant, modò purpurearum, modò crocearum, modò candidarum violarum foliis vngue deſecto, trium vnciarum pondere coniectis [f] in olei omphacini ſextarios quinque Italicos: circumſtricta exactè, ne perſpirent, ad dies decem inſolantur, tertióque eadem mutantur ad triduum, quemadmodùm lilia: ad repoſitionem autem pauca iniiciunt exactè arida.

Subaudi folia violarũ.

Melinum.

HOC efficitur ex malis cotoneis extrinſecus [g] panniculo inuolutis, & in fruſta cum ſuis corticibus diſſectis, [h] deinde vnciis ternis illorum, in decem olei omphacini ſextarios Italicos coniectis, atque quadraginta dies inſolatis.

Seſaminum.

SESAMINVM oleum fit, contuſis vel læuigatis ſeſamis, expreſſiſq; per fiſcellas in cochleis, oleo ipſo ceu in aqua calida ſegregato, vaſiſque vitreis repoſito.

Raphaninum.

EODEM modo fit raphaninum in Aegypto, ex ſemine raphani qui tenuem radicem habeat contuſo ſegregatóque.

Ricininum, ſiue cicinum.

Croton. HOC quoque ſimiliter in Aegypto fit, ex ſemine ricini qui croton dicitur, pari modo contuſo aut læuigato.

Aegirinum.

VERNO tempore oleum fit Aegirinum, hoc eſt, ex nigra populo, quum reſina circa ſemen copioſa exiſtit: etenim grana populi contuſa vnciis quatuor in dulcis olei ſextarium immittunt, diebúſque quadraginta inſolant, vel horis tribus in lebete decoquunt, atque ſic exempta reponunt.

Amygdalinum.

CONFICITVR hoc quoque ſicut prędictum, amygdalis amaris iiſque puris contuſis, aqua modica irroratis ſeparatíſque vt comprehenſum eſt: Nonnulli tuſa amygdala vnciis duabus, dulcis olei ſextario Italico immiſſa, [i] in cacabo decoquunt.

Amygdalinum, quod & metopion dicitur.

Metopion. AEGYPTII huius olei inuẽtores metopion ipſum nuncupant.

cupant, quòd galbanum recipiat: germen autem vndè galbanum naſcitur, metopion appellatur. Hæc recipit, olei omphacini ſextarios viginti, amygdalarum amararum libras duas, cardamomi libram, iunci rotundi floris, calami odorati, carpobalſami, ſingulorum libram, myrrhæ, galbani, ſingulorum vncias ſex, reſinæ terebinthinæ, libras duas, vini odorati ad arida imbuenda ſextarios quatuor, mellis attici libras treis: reſinam & galbanum in læuorem redacta ex olei parte ſoluta, reliquis incoctis adiiciemus, necnon ipſum mel: Mixta verò accuratè omnia ab igne tollentes, quum tepidum eſt medicamentum eximimus, nam refrigeratum concreſcit.

Balaninon.

BALANINVM oleum perinde vt ſimplex amygdalinum præparatur, [k] ex querneis glandibus.

Caryinum.

HOC quoque vt ſupra dictum eſt, vetuſtis nucibus conficitur.

Laurinum.

PVRVM quidem laurinum ſimili ratione & lauri fructu confit, mixtum verò hęc recipiet: [l] maturarum oliuarum ſextarium, cum duobus baccarum lauri miſcemus: teruntur omnia exprimúnturque. Nonnulli æqualem amborum portionem miſcent.

Lentiſcinum.

LENTISCINVM oleum laurini modo ex lentiſci ſemine conficitur, idque bifariam & per ſe, & cum oliuis immaturis.

Maſtichinum.

MASTICHINVM ſimpliciſſimum quidem fit, chiæ maſtiches vncia, omphacini olei ſextario Italico immiſſa, excoctáque in cacabo. Nonnulli verò abſinthij & ſtyracis, ſingulorum vnciam adiungunt.

Maſtichinum magis varium.

OLEI ſextarij quinquaginta, inulæ campanę libræ quinque, xylobalſami libræ decem, iunci rotundi floris libræ quinque, cardamomi libræ ſeptem, maſtiches libræ quinque, xylomaſtiches libræ octo, reſinæ terebinthinæ libræ tres, abſinthij comæ libra, vini odorati ſextarij quinque, aquæ ſextarij decem, arida vino antè tertium diem macera-

ta oleo miſcentur & aqua, horis ſex coquuntur, ac maſtiche & terebinthina iniicitur: accuratè mixta [m] excipiantur: refrigerata transfunduntur.

Sicyonium ſimplex.

RADIX cucumeris ſylueſtris marcida duarum vnciarum pondere in olei ſextarium Italicum mittitur, atque in lebete coquitur, fitque ſicyonium.

Sicyonium compoſitum.

OLEI ſextarij decem, cucumis ſylueſtris radicis deraſæ pondo, ſerpylli, ſertulæ campanæ ſingulorum vnciæ ſex, tedarum piceæ pinguium, althææ ſingulorum vnciæ quinque, ſcolopendriæ vnciæ ſex, fœnugræci ſextarij duo. Fœnugræcum aqua primùm die vno priùs commadeſcet, deinde exemptum inditur commemoratis vnà cum oleo, & vini ſextariis duobus, omnibúſque incoctis adiiciuntur medullæ ceruinæ cum momento olei læuigatæ vnciæ quatuor, adipis gallinarum totidem, rurſus [n] exceptum oleum in aliud vas transfunditur. Nonnulli ipſum poſt coctionem diebus quadraginta inſolant.

Aliud ſicyonium efficacius.

ELATERII ſucci ſextarij tres, ariſtolochiæ rotundæ & longæ, ſtyracis, inulæ campanæ, hyſſopi, iridis, cucurbitæ ſylueſtris, pulegij, origani, cyperi, thuris arboris, centaurij, foliorum lauri, ſingulorum vnciæ duæ, olei ſextarij quinque. Miſta incoquito dum parum ſucci relictum fuerit.

Cyprinum ex commentariis Poſidonij.

[o] OLEI ſextarius, iunci quadrati, inulæ campanæ, iridis, ſingulorum libra, ſampſuchi, hyſſopi, viticis ſeminis, eleliſphaci, ſingulorum vnciæ tres, [p] iunci quadrati floris libra. Reliqua omnia pridie in vino macerata coquũtur cum oleo horis ſex. Excepto oleo puro, iuncus quadratus iniicitur. Siquidem adſit viridis cum teneris virgultis non conciſis, ſin minùs, certè aridus contuſus cum aquæ momento, coquetur ſeſquihora. At ſi voles ipſum tingere poſtquàm ab igne fuerit ablatum, indito æruginis puræ ſeſquilibram. Poſidonius autem acrimoniam æruginis vitans, à coctione (inquit) triduum dimittes oleum in cacabo [q] bene humido, & tingetur, ita vt virtus ipſius non offendatur.

Alia ſcriptura cyprini.

[r] CYPERI foliorum, lauri foliorum, iridis, cyperi, eleliſphaci,

ſphaci, ſingulorum quadrãs, thuris arboris, ariſtolochię longæ, viticis ſeminis, ſingulorũ triens, inulæ campanæ, aſpalathi, ſingulorũ vnciæ ſex, rutæ vnciæ duæ, cupreſſi vnciæ duę, olei ſextarij decem. Hæc priùs vino madefacta, incoques in oleo: vbi exemeris iniice rurſus xylobalſami, xylocaſſiæ ſingulorum vncias quatuor, ſampſuchi, cumini, myrti, ſtyracis, maſtiches, ſingulorum vncias tres, opopanacis vncias duas, iunci[s] quadrati floris vncias ſex, æruginis vnciam.

Amaracinum.

INVLAE campanæ [t] pondo, xylobalſami libræ viginti, cyperi libræ octo, iunci rotundi floris, aſpalathi, herbæ ſabinæ ſingulorum libræ octo, opopanacis, amaraci ſeminis ſingulorum libræ duę, [u] olei primi meriti ſextarij duo, vini odorati ſextarij quinq;. Alia omnia ſuperius dicta primam iniectionem habent vino priùs macerata, ſecundã herba ſabina, atque illa quidem horis ſex incoquuntur. hoc autem tribus. nonnulli etiam hoc tingentes æruginis vncias tres iniiciũt.

Irinum.

IRIDIS, aſpalathi, cyperi ſingulorum libræ quinque, opopanacis vnciæ tres, anchuſæ vnciæ duæ, olei ſextarij triginta, aquæ ſextarij quindecim. Sunt qui adiiciant iunci rotundi floris vncias ſex, caſſiæ vncias tres, xylobalſami vncias ſex, nardi gallicæ, tantundem, [x] omnia contuſa aqua pridie macerantur, inde oleo diebus quinque incoquuntur in lebete ad ſex horas: reponitúrque vnguentum.

Crocinum, in quo & alterius crocomagmatis confectura explicatur. [y]

OLEI omphacini odorati libra, calami odorari, myrrhæ troglodyticæ ſingulorum vnciæ quinque, cardamomi vnciæ ſeptem, croci cilicij vnciæ ſex. primùm iniiciatur calamus & myrrha vino læuigata [z], & antè vnciæ modo repoſita, [a] piperis albi grana quadraginta, myrrhæ troglodyticæ drachma, tuſa, cribratáque teruntur rurſus in mortario adiecta olei nardini libra. vt aut medicamentum reddatur, nigrius, nucum cortices combuſtos detritóſque in mortario adiicito: [b] inde opobalſami cochlearia tria, ceræ ſeſquilibram admiſceto.

ANNOTAT. CORNARII.

x *Et durantem, ſi pluribus diebus inſolentur, tenuius, &c.*

y *Expreßis ipſis in cochleis, aut per aquam, &c.*

z *Ad oleum admiſceantur ſucci quidam, quandoque etiam adi-*

pes, aut medullæ. Ex talibus autem quæ exactè oleoſam compagem habent, ſimplici ſermone.

a *Rodat. Quædam verò moderatè quidem calida ſunt, ſed tenuium partium, ideóque & mitigant, & concoquunt.*

b *Et ex moſcho facta, moſcholea dicta.*

c *Securè opertum reponito.*

d *Calami odorati vnciæ quinque.*

e *Cardamomi vnciæ tres. Fieri enim non poteſt, vt tanta rerum moles, octo libris recepta, ab olei ſextariis tribus comprehendatur.*

f *Olei omphacini ſextar. Italicus vnus.*

g *Panniculo deterſis.*

h *Libris tribus.*

i *In duplici vaſe, ſemper pro eo quod hîc & alibi ſæpius legitur in lebete, vel in cacabo. Quod ſemel dictum ſit.*

k *Non ab his quæ in quercubus naſcuntur glandibus, ſed ex his quæ vnguentariæ glandes & myrobalani appellantur. Græcè eſt* ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς δρυσὶ βαλάνων. *Hoc autem falſum eſſe, & nullum oleum ex quernis glandibus exprimi, ſed ex glandibus vnguentariis Dioſc. lib. 4. teſtatur.* οὗ τὸ ἐντὸς θλιβόμενον ὥσπερ τὰ πικρὰ ἀμύγδαλα ἐξίησιν ὑγρὸν, ᾧ εἰς τὰ πολυτελῆ μύρα ἀντ' ἐλαίου χρῶνται. *Quare Pauli locus ſic emendandus.* οὐκ ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς δρυσὶ βαλάνων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν μυρεψικῶν καλουμένων βαλάνων. *Sic Aetius lib. 1. parare docet, & myrobalaninum appellat.*

l *Ad oliuarum maturarum ſextar. v. baccarum lauri ſextar. I. iniicitur. Sic emendanda ex Aetio.*

m *Excolantur.*

n *Excolatum.*

o *Olei ſextar. XXV.*

p *Floris, cypri ſiue liguſtri libra. Hîc Græca falsò habent* κυπρίου τοῦ ἄνθους *pro* κύπρου, *ex quo Cyprinum dicitur. Et mox legendum. Ad excolatum oleum liguſtrum iniicitur.*

q *Non oblito.*

r *Foliorum liguſtri.*

s *Floris liguſtri ſexuncem.*

t *Elenij lib. x.*

u *Olei primarij ſextar. lxxx.*

x *Omnia contuſa, aqua & oleo præmacerantur ad dies. v. & in duplici vaſe coquuntur ad, &c.*

z *In hunc locum poſt* οἴνῳ λεῖα, *id eſt vino læuigata transferenda ſunt verba quæ ſupra cap. 18. ad Malagma Philagrianum*

accre

accreuiſſe dixi. Ea enim Crocini parandi modum docent, & crocomagmatis mentionem faciunt. Et non ea ſolùm verba huc transferantur, ſed & conſequentia in illo cap. ſuppoſita vſque ad Malagma odoratum, quod poſt Philagrianum iſtic ſtatim ſequi debet: ita vt foliatum huius 20. capitis vltimum locum teneat, & verba quæ falsò Crocino cohærent, ad foliatum adiiciantur: eius enim deſcriptionem abſoluunt. Meminit autem ſuprà cap. 12. inter paſtillos, alterius crocomagmatis mẽtionem in Crocino ſe facturũ eſſe, id quod nunc facit.

a *Foliatum. Folij quadrantem, amomi vnc. 1. caſsiæ ſexuncem, ladani vnc. 1. piperis albi grana quadraginta, &c.*

b *Deinde opobalſami cochlearia tria admiſceto, ac vtitor.*

De œnantharis. *Cap.* XXI.

NOn quòd œnanthen, hoc eſt, labruſcam habeant hæc, (nonnulli enim ne œnanthen quidem recipiunt) ſed ex vino & flore liliorum nomen hoc ſortita ſunt. Vſus œnãthariorum apud quoſdam odoris gratia duntaxat & delitiarum adhibetur, ſic vt qui eis vtuntur, à lauacro perfundantur: & menſæ ipſis per ſpongiam oblinantur. At apud eos qui rectè vtuntur, etiam fiunt præſidia tum in reſolutis, tum in iis quos ſyncope premit, ſi roborantibus ſtomachi cataplaſmatis admiſceantur. Item in iis, qui ſe à morbo præſertim febrili recolligunt, vbi lauacro egrediantur per totum corpus diffundentur: naribúſque admouebuntur, adhuc ſpirantibus. Trahuntur enim in altum, & ſpiritum animalem, vitalémq; confirmant. Adhæc vtilia ſunt ad morbum peſtiferum vitandum, cùm eiuſmodi mutationem aër ſuſtinet. Refertur autem huiuſmodi vnguentum ad Poſidonium authorem, à quo vocatur meſopotamenon.

Oenanthini confectio.

CASSIAE, myrrhæ, thuris, phylli, amomi, maſtiches, coſti, carpobalſami, opobalſami, ſingulorum vnciæ tres, ſtyracis pinguis vnciæ quatuor, vini odorati aminęi, Italici ſextarij decem, contuſa omnia, cribrataque; ſtyracem verò minutim cõciſum componito in vrnam oris ampli, [c] cum foliis liliorum pridie refrigeratorum, è domo vna in alteram & vnguibus detractis: ſint autem lilia numero trecenta. deinde vinum adiicitur, & opobalſamũ, miſta, commotaq; ante iniectionem, & cõſtricto vrnæ oſtio quadraginta diebus inſolantur. [d] Balnei vſus eſt in viriũ ex morbo recreatione. Do-

mus irrorabitur vnguento, vaſaque, & ſpongiæ intinctæ faciei admouentur.

Alia confectio, noſtra.

COSTI vnciæ tres, ſpicæ nardi, arnabo, caryophylli, ſingulorum vncia, amomi vnciæ tres, caſſiæ, œnanthes, calami, ſingulorum vncię nouem, ſtyracis, opobalſami, ſingulorum vnciæ quatuor, lilia trecenta, vini falerni ſextarij decem. Simili modo præparatur.

ANNOTAT. CORNARII.

c *cum foliis lilij pridie ſiccatis & exunguibus alternatim locatis.*

d *Et vtere à balneis poſt refocillationem ex morbo.*

De ſuffimentis & cyphi. *Cap.* XXII.

CYphis materia inter medicamenta quæ potui dantur & antidota exiſtit. vſus eſt eius incenſi ad odorem gratum conciliandum, quemadmodum & ſuffiminum. Interim naribus admouetur, vt deſtillationes ex capite in ſubiectas partes concoquat, grauedinéſque, & obſtructione liberet, purgétque cerebri ventriculos, item peſtilentialibus morbis euitandis. Iam per os quoque aſſumitur, tum ad hæc, tum ad ea quæ pectori inhæreſcunt, concoquenda: necnon ad frigidiores iecoris affectus, vnde & Cyphoide appellata Antidota veteres inuenerunt. Miſcetur autem compoſitis medicinis, præcipuè epithematis & antidotis.

Roſatum ſuffimen.

COSTI, amomi, myrrhæ, caſſiæ, ſingulorum vncia, ſtyracis, chiæ, bdellij, [e] conchulæ Indicæ, muſci, ladani, ſingulorum drachmæ duæ, roſarum purarum vnciæ vigintinouem, opobalſami modicum, vini quod ſufficit.

Suffimen lirinum: quod crinaton dicunt.

LILIORVM vngue deſecto libra, ſtyracis primæ notæ, vnciæ nouem, ſpicæ nardi, vnciæ tres, coſti, caryophylli, amomi, maſtiches, [f] conchulæ Indicæ combuſtæ, mellis, ſingulorum ſeſcuncia, opobalſami vnciæ quinque, vini quantum ſatis eſt, lęuigata coguntur in paſtillos.

Cyphi magnum quod vocant ſolare, ex rebus triginta ſex confectum.

STYRACIS, myrrhæ, ladani, aſpalathi, inulæ campanæ, ſingulorum vnciæ ſex, nardi gallicæ, phylli, cupreſſi ſeminis, guttæ ammoniaci, ſtrobili, ſplanchni aut loco ipſius [g] conchularum Indicarum maiorum, carpobalſami, ſingulorum

vnciæ

vnciæ tres, caſſiæ, iridis, ſeſelis, ſphagni, cyperi, cardamomi, calami odorati, ſingulorum vnciæ quinque, roſarum ſiccarum, croci, ſpicæ nardi, herbæ ſabinæ, haſtulæ regię radicis (alij ſucci) ſingulorum vnciæ quatuor, lacaphthi, hoc eſt, piceæ corticis vel alterius cuiuſdam arboris vncię nouem, coſti, iunci rotundi floris, ſingulorum vnciæ duæ, baccas iuniperi maiores quadraginta, minores quinquaginta, amomi, reſinæ terebinthinę, palmularum purarum, ſingulorum libra, ficuum ſiccatarum granis exemptis, vuarum paſſarum acinis ablatis, ſingulorum libræ duę, mellis deſpumati libræ quinque. Poſidonius etiam vini odorati ſextarios tres adiicit. *Lacaphthũ*

Aliud cyphi, quod rebus vigintiocto conſtat, lunare appellatum.

BDELLII, inulæ campanæ, ſingulorum vnciæ ſeptem, iunci rotundi vnciæ duæ, ſphagni vnciæ quinque, baccæ iuniperi minores quinquaginta, cardamomi vncię quinque, aſpalathi vnciæ ſeptem, caſſiæ fiſtulæ vncię quinque, ſpicæ nardi vnciæ duę, cyperi vnciæ quinque, haſtulæ regiæ radicis, herbæ ſabinæ, ſingulorum vnciæ quatuor, cupreſſi ſeminis, nardi gallicę, malabathri cum foliis, roſarum ſiccarum, ſingulorum vnciæ tres, coſti, croci, ſingulorum vnciæ duæ, ladani, myrrhæ, ſingulorum vnciæ ſeptem, caricarum pinguium, vuarum paſſarum, acinis exemptis, ſingulorum librę duæ, ſtrobilorum vncię octo, reſinę terebinthinę libra, ſtyracis vnciæ ſeptem, palmularum pinguium libra, mellis libræ quinque, vini odorati quantum ſatis eſt.

ANNOTAT. CORNARII.

e onychon. *Sunt autem ὄνυχες conchylij Indici teſta odorata ad ſuffitus apta.*

f *onychon vſtorum.*

g *onychon maiorum.*

Confectio maſuchæ, quod nonnullis Maſuaphion vocatur. Cap. XXIII.

MEliloti ſextans, xylobalſami, aſpalathi, herbæ ſabinę, myrrhę, amomi, iunci rotundi floris, foliorum lauri, myrrhæ ſtillatitiæ, ſtyracis, calami odorati, ſampſuchi, ſingulorum vnciæ duę, iridis vnciæ quinque, phylli, croci, ſingulorum vncia, opobalſami ſemuncia, gummi libra, roſarum ſiccarum vnciæ ſex, vini quantum ſufficit.

Ex com

Ex commentariis Antylli, de peſſis. Cap. XXIIII.

Peſſorum differentiæ tres. PEſſi mulierum locis admouentur: cæterùm generales ipſorum differentiæ tres exiſtunt, alij ſiquidem emolliunt, alij aſtringunt, alij aperiunt. *Peſſi emollientes.* Emollientes inflammationibus vteri, exulcerationi, perfrictioni, ſtrãgulatui, auerſioni & inflationibus accommodantur. Fiunt autem ex cera tyrrhenica, cyprino, ſuſino, pinguedine anſeris aut gallinæ, butyro inſulſo, reſina deuſta, medulla ceruina, fœnugræco, & quæ ſunt eius generis. *Aperientes.* Aperientibus vtimur, quum purgationem ſuppreſſam irritare ſtatuimus, aut vuluam conniuentem compreſſámue emendare. Pręparantur hi ex melle, artemiſia, dictamno, braſſica, ſucco dulcis radiculæ, porro, ſucco rutę, ſcammonia, & ſimilibus. *Aſtringẽtes.* Aſtringentes in contrarium aperientibus vſum exhibentur, nam fluxum muliebrem cohibent, & adapertum contrahunt vterum, prolapſumq́; reprimunt. *Peſſi forma.* Materia verò aſtringentium [e] priùs in capite de collyriorum etiam modo comprehenſa eſt. Cęterùm conuenit peſſi craſſitudinem inſtar ſtrigmenti & paulò ſpiſſiorem facere: deinde lanam linamento tortili ſimilem, duplicatam in medicamentum tinctam ori vuluæ condere, ſic vt ſtuppam pręlongam habeat alligatam, quo peſſus facilè poſſit extrahi, quando viſum fuerit.

Peſſus crocodes, ad inflammationes, auerſiones, duritias & inflationes.

CERAE albæ, medullæ vitulinæ, ſingulorum drachmæ ſedecim, medullæ ceruinæ drachmæ vndecim, adipis anſerini drachmæ octo, adipis gallinæ drachmæ octo, maſtiches drachmæ quatuor, [h] hyſſopi medicamenti drachmæ tres, mellis drachmæ duę, croci drachmæ octo, roſacei quod ſatis eſt: crocus lacte muliebri læuigatur.

Peſſus ab aureo colore dictus Chryſos emolliens laudatiſſimus.

CROCI drachma, œſypi tantundem, medullæ ceruinæ drachmæ duę, reſinæ terebinthinę, cerę, adipis anſerini, ſingulorum drachmæ tres, ouorum toſtorum lutea ſedecim, irini & roſacei quod ſatis eſt ex æquo.

Peſſus libanius, menſes euocans, & vuluæ vitiis ſingulariter accommodus.

NARDINI vnguenti vnciæ ſex, ceræ tyrrhenicę vnciæ quinque, ſuſini vnguenti vncię quatuor, adipis ſuilli recentis vncię

vnciæ tres, anſeris & gallinæ adipis, medullæ ceruinę, amaracini vnguenti, ſingulorum vnciæ duę, ſeui taurini, reſinæ terebinthinæ, œſypi, ſingulorum vncia : lebete eliquantur, omnéſque reliqui peſſi.

Enneapharmacus.

ROSACEI vnguenti, ricinini, reſinæ terebinthinę, cerę, mellis, adipis anſerini & bouilli, medullæ ceruinę & butyri pares portiones.

Titianus emolliens.

CERAE vnciæ ſex, reſinę colophoniæ vnciæ quatuor & ſemis, ſeui taurini vnciæ quatuor, guttæ ammoniaci tantundem: ammoniacum aqua ſoluitur.

Peſſus Aegyptia.

MELLIS, reſinæ terebinthinę, butyri roſacei vel ſuſini, croci, ſingulæ partes: in quibus autem inflammatio abeſt, & ſordidis, æruginis dimidiam addunt.

Gone ad concipiendum.

BVTYRI vncię ſex, [i] hyſſopi medicamenti, medullę ceruinæ, adipis anſeris & gallinę, reſine terebinthinę, aloës, ſingulorum vnciæ tres, cerę tyrrhenicę vncię ſex, roſacei librę duę, myrrhę, caſſię, ſingulorum vncię duę, ſpicę nardi vncia, mellis quod ſatis eſt.

[k] *Quomodo medicamenta quæ emplaſtra ingrediuntur coqui debeant.*

Argenti ſpuma.

In medicaminum coctionibus argenti ſpuma cum oleo decoquetur. Conuenit autem lęuigatam rurſus ex oleo conterere, vt ſordium fiat ſpiſſitudo, inde leni igne continenter excoquere, mouendo. initio igitur intumeſcit, & in bullas attollitur: vbi verò iam ferè ſatis incocta fuerit, colorem fęci ſimiliorem recipit. Modus coctionis eſt, quum à tumore ſubſidet, & manus non inquinat.

Plumbago.

PLVMBAGO ſimiliter argẽti ſpumę excoquitur, ſed eo vſque dum nõ modò digitos non inquinet, verùm etiam ex igneo colore in rufum & vehemẽter floridum elangueſcat.

Aes crematum.

ÆS crematum non protinus ab initio ad coquendum iniicitur, ſed vbi emplaſtrum ſemicoctum fuerit. finis coquendi

quendi eſt quum color ipſius, niſi admodum exiguum indatur, ſuperet, & emplaſtrum ruſum efficiat.[l]

Sori & diphryges.

SORI & diphryges dimittuntur & ipſa [m] inter coquendum lebeti: diphryges autem ſicut & ſquama, euſque coquitur dum colore reliqua vincat. ſori peculiarem coctionis finem non habet, ſed is omnibus communis eſt, vt emplaſtrum ſpiſſum reddatur, digitóſque non inquinet.

Chalcitis.

CHALCITIS incoquitur æris modo, coctionémque ipſius metimur inde, ſi emplaſtrum fuluum magis & phœniceum euaſerit.

Flos æris.

ÆRIS flos ſimiliter æri coquitur, ſed eo modo qui communis eſſe coctioni ſolet.

Atramentum ſutorium.

ATRAMENTVM ſutorium in media coctione emplaſtro inditur, [n] coctum verò vehementiorem eius colorem efficit, & ſi alia ei non reſiſtant, nigrum.

Miſy.

MISY poſtremò adiicitur, quãdiu autem coqui debeat, propriè definitum non eſt.

Auripigmentum & ſandaracha.

AVRPIGMENTVM & ſandaracha in coctionis fine iniiciuntur.

Plumbum vſtum.

PLVMBVM vſtum in media coctione adiungitur.

Ceruſa.

CERVSA in alba emplaſtra poſtremò mittitur: ſic enim colorem conſeruat, magíſque albeſcit: in nigra autem, principio: cocta enim largiùs, nigreſcit.

Aerugo.

ÆRVGO viridibus emplaſtris poſt coctionem iniicitur. In quibuſdam neutiquam ollæ inditur, ſed cum aceto detritæ ipſi manentique in pila reliqua ſuperfunduntur. In melinis emplaſtris, quum ſemicocta eſt cõfectio immittitur: nam moderatam cõſequuta coctionem, melinum quaſi mali cotonei colorem efficit. at in his quæ diproſopa, & dichroma dicuntur, per initia ſtatim æruginem incoquimus. [o] in quibuſdam enim per coctionem primùm melinum colorem

inducit

inducit, qui duplicem repræſentat, poſtremò fuluum.

Alumen.

ALVMEN plerunque ſecundum coctionem additur, peculiarem verò coctionis modum nullum habet.

Minium, cadmia & pompholyx.

MINIVM in fine admiſcetur, cadmia & pompholyx per initia immittuntur.

Sal nitrum, ſulfur.

SAL & nitrum in medio coctionis, ſulfur in fine adiicitur, coctio autem ipſius emplaſtra nigrefacit.

Terra & lapides, pumex, conchylia.

TERRAM omnem & lapides plerunque ad coctionis finem iniicimus, item pumicem & conchylia combuſta.

Oleum & reliqua pinguia.

OLEVM ſi quidem per initia fuerit iniectum reſinæ aut pici liquidæ, emplaſtrum non ſpiſſeſcit, quare vbi craſſa euaſerint incocta, rectè indetur: reliqua verò pinguia ſalis expertia, iuxta mediam coctionem adiungere conuenit.

Vnguenta.

VNGVENTVM irinum coctionem quidem fert, ſed cyprinum & roſaceum minùs: reliqua neutiquam. quare ad finem coctionis immittenda ſunt.

Cera.

CERA priuatim ſola non coquitur, vt quæ aduratur, neque cum reſina liquida, aut pice liquida: non enim coit ſpiſſaturq́;, verùm ſuperiniicitur, vel oleo puro, vel oleoſo cum quodam metallico incocto, aut reſinæ, aut pici priùs incoctæ, ꝑ ac priùs quàm reliqua quæ poſſunt iniici ſpiſſeſcet.

Reſina.

RESINA arida, cum cera immittitur: liquida ante omnia alia ipſa priuatim decoquitur, niſi admodum paululum eius aſſumatur.

Pix.

PIX ante reliqua omnia additur. ¶ Modus autem coctionis, liquidæ, dum inſpiſſatur: aridæ, maximè dum non amplius inter coquendum ebullit, neque inturgeſcit.

Apochyma pix nauibus deraſa.

APOCHYMA læuigatum, cribroque ab excrementis ſuis ſecretum, emplaſtro poſteaquam coctum fuerit, inſpergitur. Si autem molle fuerit, cum oleo ſoluitur, ſed prima ratio

ratio coquendi exactior eſt, quòd ſcilicet in ſecunda pondus non conſeruetur.

Bitumen.

BITVMEN inter initia iniectum coquitur, non autem id in læuorem deterere oportet, quoniam aſperitudines fici oliuarúmque granis interioribus ſimileis, obtinet. Quapropter in craſſiores particulas confringendum eſt, coquendúmque in aceto, ſic vt non agitetur vſque dum ebullire deſinat. Ego verò (inquit Timocrates) in oleo decoquens, voti compos euaſi.

Propolis.

PROPOLIN emollire & diſcoquere oportet: ſiquidem à coctione neutiquam diffunditur. At ſi & cerá emplaſtrum recipiat, propolin cum illa quemadmodum & galbanum, contuſam iniiciemus.

Ammoniacum.

AMMONIACVM circiter mediam coctionem iniicitur: detritum verò ſi poteſt fieri, & in tenuem redactum puluerem inſpergere conuenit: ſin minus, cum liquore quodam læuigatum iniicere: ſi emplaſtrum cruentis vulneribus adaptabitur, cum aceto aut vino: ſi fiſtulis aut ſtrumis omnino cum aceto: at ſi molle futurum eſt, qualia ſunt quæ ano accommodantur, cum aqua: [r] inde in ſordium ſpiſſitudinem coactum aliis refrigeratis infundere, ne efferueſcat.

Opopanax.

OPOPANAX multò poſt ammoniacum inditur: omnino autem paucam coctionem requirit. Idem etiam ex vino, acetóue priùs læuigandus eſt.

Galbanum.

GALBANVM neutiquam coctionem tolerat, verùm emplaſtro ab igne ſublato, quò ſpiſſeſcat, ſic vt digitos non inquinet, emollitum inditur.

Sagapenum.

SAGAPENVM tunditur in pila, & teneriuſculum redditum cum emplaſtro vbi ab igne ſublatum fuerit, emollitur.

Aloe.

ALOE ſecundum coctionem inſpergitur.

Lacryma papaueris.

LACRYMA papaueris pridie in aqua modica maceratur,

tur, inde in pila læuigatur, mox etiam emplaſtrum ei ſuperfunditur.

Thapſia.

THAPSIA inſpergitur poſtrema, vel liquore quodam læuigatur.

Bdellium.

BDELLIVM in læuorem pertritum, emplaſtro ab igne iam ſublato inſpergitur: at ſi pingue exiſtat & læuigari non poſſit, ſagapeno ſimiliter ipſum contuſum, ac in emplaſtri figuram coactum, poſt coctionem ſimul cum emplaſtro molliemus.

Thuris lacryma, & manna.

LACRYMA thuris & manna coctione iam abſoluta inſperguntur, [s] in ſordium ſpiſſitudinem coacta ex melle modico aut aceto, aut aqua aut vino, ſi emplaſtrum liquorem recipiat.

Myrrha.

MYRRHA vbi iam coctio finita eſt, inditur.

Semina, radices, & herbæ.

SEMINA, radices, & herbę nullam coctionem ſuſtinent: læuigatis igitur & in pila etiamnum ſubſiſtentibus liquida ſuperfunduntur.

Qui ceræ modus cum oleo eſſe debeat.

QVOD ſi vnguina quæ Græci à leuanda laſſitudine acopa appellant, conficere conſtitueris, oleum ceræ quadruplum immittes: at ſi liquidum ceratum, vt in fracturis præparamus, duplicatum. Si medicamentum quod emplaſtri figuram habeat efficere cogitauerimus, portionem olei ceræ æqualem miſcebimus, ſi aër ambiens moderatus extiterit: at ſi cera vetus aut ſqualida, aër frigidus fuerit, oleum paulò copioſius quàm cera erit: quemadmodùm & ſi cera pinguis, aër exiſtat calidus, paulò minor olei, portio erit, paulum autem hoc, medij in vtramlibet partem exceſſus duodecima erit portio, etenim vndecim & tredecim olei vncias, ceræ libræ admiſcebis.

ANNOTAT. CORNARII.

h *Oeſypi.*

i *Oeſypi.*

k *Hæc omnia quæ ſequuntur in cap. 17. de Emplaſtris transferen-*

da eſſe iam dictum eſt, his rurſus præponendo iſta, Quis ceræ modus cum oleo eſſe debeat, & quæ ſequuntur.

l *Squama æris coquitur vt æs, & eodem tempore immittitur, & eandem cocturæ rationem habet. Niſi enim color eius præualuerit, & emplaſtrum fuluum effecerit, nondum iuſtam cocturam habet. Sed & ferri ſquama eodem tempore iniicitur, & fuluum colorem inducit. Hæc de vtraque ſquama vſque ad Sori & Diphryges deſunt in Græcis codicibus, quæ repoſuimus ex Aetij lib. 14. cap. 25. Quod autem hæc non vltro relicta ſint à Paulo, declarant verba quæ de Diphryge habet, velut qui ſquamæ mentionem feciſſet.*

m *In medio cocturæ. Legendum enim* μέσον τῆς ἑψήσεως, *non* μετά.

n *Et dum coquitur, liuidiorem emplaſtri colorem facit, pro* σφοδροτέραν *lege* πελιδνοτέραν χροίαν, *ex Aetio.*

o *perſeuerans enim in coctura, primùm melinum colorem inducit, deinde duplicem faciem repreſentans, poſtremò fuluum colorem efficit. Græca corrupta ſic reſtituantur.* ὑπερτείνας γὰρ κατὰ τὴν ἕψησιν, πρῶτον μὲν μήλινον ἐπάγει, εἶτα διπρόσωπον γινόμενον, τελευταῖον κιρρὸν ἀπεργάζεται τὸ χρῶμα.

p *Et priùs ſpiſſatæ cum aliis quæ iniici debent.* ἢ ξηρίνη, ἢ πίσση προεψηθείση, καὶ πρότερον συστάση μετὰ τῶν ἄλλων τῶν ἐχόντων ἐμβληθῆναι.

q *Modus autem liquidæ eſt, vt dum coquitur, ſpiſſetur. Siccæ verò maximè cum aceto, vt non ampliùs bullas emittat, neque intumeſcat. Græcè* συνέψει *corruptè pro* σὺν ὄξει. *ex Aetio.*

r *Deinde ita leuigatum. Lege* λειώσαντας *pro* γλοιώσαντας.

s *Trita cum modico melle. Lege* λειωθέντα *pro* γλοιωθέντα.

De medicamentis inuicem ſuccedaneis ex commentariis Galeni.

CAPVT XXV.

IN Alexandria (inquit) muliere quadam morbo periclitante cum quæſiſſem lichnidem, nec eius fuiſſet data copia, niſi protinus vice lichnidis vſus fuiſſem acanthij ſemine, perijſſet mulier. Vndè rogatus ab amicis ad hanc ſuccedentium inuicem medicaminum expoſitionem veni, ſecundùm literarum ſeriem exorſus.

VICE Abrotani, origanum.
Abſinthij, abrotanum.
Acanthæ, [t]Ceraſiorum acanthus.
Acanthij ſeminis, lychnis.
Aconiti, radix iridis ſylueſtris.
Acori, aſari radix.

Actes,

Actes, hoc eſt, ſambuci, acantha.
Adianti,[u] aphroſelinum.
Adipis vulpini, adeps vrſinus.
Adipis ceruini, adeps anſerinus.
Adipis [x] ſuilli, adeps vulpinus.
Aeruginis ferri, excrementum ferri.
Aethiopicæ oliuæ, lacrymæ acaciæ partes duæ.
Agarici, [a] euphorbium.
Agriostaphidis, hoc eſt, ſylueſtris vuæ paſſæ, dactyli Syriaci.
Alicacabi, ſemen Solani.
Aloës, [a] Galenus Agalochi, centaureum, & impreſſus Pauli codex, aloës Indicæ, aloës viridis folia vel glaucium, vel lycium, vel centaureum.
Aluminis, ſal foſſilis.
Amianti, aphroſelinum.
Ammoniaci thymiamatis, propolis.
Ammoniaci ſalis, ſal Cappadocum.
Amyli, aridus pollen.
Amygdalarum amararum, abſinthium.
Anacardij, pſycha herba.
Anchuſæ, hyacinthus.
Aracis, hoc eſt Cicerculæ, ſeſamum.
Ariſtolochiæ rotundæ, ariſtolochia longa.
Argemones, ſeriphion.
Armeni lapidis, atramentum Indicum.
Asbeſti, hoc eſt calcis viuæ, adarce.
Aſij lapidis, Gagates lapis, vel ſal ammoniacus [b] crematus.
Aſphalti, hoc eſt bituminis, pix liquida brutia.
Aſpalathi, ericæ ſemen[c].
Aſphodeli radicis, betæ ſuccus.
Auripigmenti, ſandaracha.

B

Balſami liquoris, myrrha ſtacte.
Bdellij ſphagnus aromaticus.
Buccinorum, oſtrea.
Bupreſtis, [d] blattæ pedentes.
Butyri, lac bubulū concretū.

C

Cadmię, leucographis Aegyptia.
Calamintha, mēta ſylueſtris.
Calami odorati, ſphagnus.
Cantharidum, phalangia.
Capparis radicis, radix ericę, vel myricæ.
Cardamomi, cyperis [e] ammoniaca.
Caſiæ, [f] cinnamomum.
Caſtorei, [g] blattarum pedentium inteſtina.
Cedri baccarum, ladanum.
Ceraunij, leucographis.
Ceræ, lomentum cum propoli coquitur, & contunditur.
ceruini cornu, caprillū cornu
Ceruſæ, recrementū plumbi.
Chamædryos, rumicis ſylueſtris radix.

Chamæmeli, Anthemis.

Cicios, hoc eſt, ricini, ſordes palæſtrarum.

Cicutæ, [h] ſemen coriandri.

Cinnabaris, rhodoeides.

Cinamomi, caſiæ duplum.

Clinopodij, heliotropium.

Cnidij ſeminis, ſemen viticis.

Colocynthidis, ſemen ricini quod eſt crotonis.

Colophoniæ, apochyma, ſeu pix deraſa nauibus.

Comareæ, ammoniacum thymiama.

Corallij, moly.

Coſti, [i] cedrinæ baccæ. Galenus, coſti, ammoniacum, baccarũ cedri, baccæ lauri.

Cotyledonis, [k] anacardium.

Crinanthemi, aphrodiſium.

Croci, crocomagma.

Crocodyli adipis, adeps cani marini.

Crocomagmatis, aloë Indica.

Cymini, ſemen braſſicæ.

Cymini Aethyopici, melanthium.

Cynoſbati, halicacabi ſemen.

Cyperi, Iuniperus maior.

Cypheos, carica cremata.

Cyrenaici liquoris, ſyriacus liquor.

Cucumeris, anchuſa.

D

Dauci ſeminis, ſemen ſij.

Dictamni, ſaluia. [l]

Diphrygis, lapis phrygius. [m]

Dorycnij, ſemen alterci.

Dracunculi, [n] apobroſimum. [o] Galenus addit Damaſonij, eryngium.

E

Ebeni, lotinum aridum.

Ebiſci radicis, [p] folia mori.

Elaterij ſucci, eiuſdem herbæ ſuccus. [q]

Eleliſphaci, hoc eſt, ſaluiæ, nepita.

Hellebori nigri, [r] radix papyri.

Eneaphylli, potamogiton.

Ericæ ſeminis, galla omphacitis.

Erini [s] foliorũ, fimus ciconiæ.

Eryſimi foliorum, herba lanaria.

Erucæ ſeminis, eryſimi ſemẽ.

F

Fœculæ vini combuſtæ, ſandaracha.

Fellis cameli, fel aſcalabotæ.

Fellis muris aranei, fel cameli.

Fellis hyenæ, fel perdicis.

Fellis viperæ, fel ichneumonis.

Fici liquoris, liquor mori.

Fimi palũbini, fimus colũbæ.

Fimi Aluri, fimus ichneumonis.

G

Galbani, ſagapenum.

Gentianæ [t] radicis, apij odorati radix.

Glycyrrhizæ ſucci, ſycamini ſuccus.

Gongilidis, hoc eſt rapæ, heliotropium.

H

Hederę ſucci, perſicus liquor.

Hippu

[h] loti arboris lignum.

[i] Aſphalti.

Hippuris, chamæpitys.

Hormini, lini ſemen.

Humidæ picis, ſuccus panacis.

Hyacinthi, flos Iſateos.

Hyenæ adipis, vulpis adeps.

Hyenæ fellis, fel perdicis.

Hyoſcyami, quod eſt alterci, rubi canini ſemen.

Hyperici, anethi ſemen.

Hypocyſthidis ſucci, acatiæ ſpinæ ſuccus.

I

Iridis Illyricæ, helenium odoratum.

Iunci odorati, cardamomũ.

L

Lacrymæ papaueris, ſuccus mandragoræ.

Ladani, ſampſuchum.

Lanariæ radicis veratri nigri radix.

Lapathi radicis, pyrethri radix.

Lapidis pyritæ, lapis pyrobolus.

Lapidis phrygij, lapis argyrites.

Lapidis magnetis, lapis phrygius.

Lapidis aſij, lapis gagates.

Lathyridum, granum cnidiũ.

Lauri baccarum ſerpillum aridum.

Lentiſci, [u] polygoni radix.

Lepidij, erythrodanum.

Lepidij radicis, folia capparis.

Leporis marini, [x] cancer fluuiatilis.

Leucini [y] floris, ſtruthion, ſeu lanaria.

Ligni balſami, radix violæ candidæ.

Lini ſeminis, fabæ ſuccus.

Loti ſeminis, Betæ ſemen.

Lybiſtici [z], ſemen ſtaphylini.

M

Malabathri, caſſia vel nardus Indica.

Magnyſinæ vitreæ, labrum Italicum.

Malorum cotoneorum, melilotum.

Maluæ, fœnugræcum.

Mandragoræ, [a] oleæ lacryma.

Mandragoræ ſucci, dorycnium.

Mannæ thuris, cortex thuris.

Maſtiche, lentiſci [b] medulla ſeu cor.

Medullæ ceruinæ, adeps cerui, vel medulla vituli.

Mellis, ſapa.

Mellis Attici crudi, mel aliud deſpumatum.

Mëu, myrobalanus.

Myrſinites vinum, ſuccus mori.

Miſyos Cyprij, ochracypria.

Muſcerdæ, muſcæ tantundem.

Mororum ſucci, ruborum folia.

Myrobalani, [c] peucinum.

Myrrhæ trogloditidis, calamus odoratus.

Myrtei olei, lentiſcinum.

Myrti, ſuccus mori.
Miſy torrefactum, diphryges.

N

Nardi Syriacæ, iuncus odoratus.
Nepitæ, menta ſylueſtris.
Napi, gongylidis ſemen.

O

Ocymi, ſiſymbrium.
Ocymoides, ſyluatica menta.
Oenanthes [d] ſucci, ampelini arboris ſuccus.
Olei ricinini, oleum laurinũ.
Olei veteris, duplum olei coquitur cum adipe ſuillo veteri.
Oleæ lacrymæ, hypociſthidis ſuccus. [c] Galenus oleæ Aethyopicæ lacrymæ.
Opocarpaſi, liquor myrti.
Opopanacis, lac ſycamini.
Orizæ, hordeacea farina.
[f] Ornithogallorum, anthani.

P

Papaueris liquoris, mandragoræ ſuccus.
Periſtereonis, chameleuce.
Peucedani liquoris, ſuccus glycyrrhizæ.
Picis liquidæ, opopanax.
Pityocampæ, veſpæ, in Cedriam.
Piperis, zingiber.
Polypodij, radix [g] Chamęlęæ, vel chamælcontis.
Polytrichi, abſinthium.
Propolis, ladanum.
Populi nigræ ſurculorũ, ſampſuchus.
Pſylij, lenticula paluſtris.
Pterei, cneori ſemen.
Pulegij, hyſſopus.
Pyrethri, zingiber.
Pumicis, terra Cretica.
Phu, ſphagnus.
Phyci, anchuſa.

Q

Quercus, chamæleon.

R

Rapæ, heliotropium.
Radicis rumicis, Cinira.
Raphanini olei, ricininum.
Recrementi plumbi, helcyſma.
Recrementi æris Cyprij, melanteria Aegyptia.
Reſinæ piceæ, reſina terebinthina.
Reſinæ colophoniæ, apochyma.
Rhodoidis, ſinopis.
Rhododaphnæ liquoris, viſcus quercinus.
Roſarum ſiccatum, Perſææ folia ſicca.
Rhu, [b] centaureum.
Rubi canini, veſicarię ſemen.
Rumicis, pyrethri radix.

S

Sabini olei, oleum ricininũ.
Sagapeni, piceæ reſina arida.
Salamandræ, lacerta viridis.
Salis ammoniaci, ſal Cappadocicum.
Salicis liquoris, nigræ hederæ liquor.
Saluiæ, nepita.
Sampſuchi, rhus culinarius ſiccus.

ſiccus.
Santonici, abrotanum.
Satyrij, ſemen erucæ.
Scammonij, [i] ricini.
Scillæ, bulbus.
Scinci, ſatyrium.
Scordij, albi papaueris caput.
Semperuiui, [k] lactuca ſerapiadis, radix pæoniæ.
Semperuiui ſucci, lactucæ ſuccus, aut folia.
Sepiæ teſtæ, pumex.
Serpylli, potamogiton.
Seſami, ſemen lini.
[l] Seſamoides, expreſſum amaracinum.
Sinapis, cardamomum.
Siſonis, aniſi.
Siſymbrij, ocymum.
Sphagni [m] odorati, iuncus cultus.
Sphecl æ, hoc eſt fæcis vini combuſtæ, ſandaracha.
Stimmeos tuſi, ſquama æris,
Styracis, caſtoreum.
Strobilorum, ſemen cucumeris.
Struthij radicis, radix veratri nigri.
Sulphuris viui, ſandaracha.
Syrici, ſpuma argenti.

T

Terræ Samiæ, leucographis Aegyptia.
Terræ erythriadis, calx Thebaica. [n] Galenus addit terræ teneræ, plumbago.
Thapſiæ, [o] Elydrion.
Thapſiæ ſucci, chamæleontis nigri ſuccus.
Thermuntiadis [p], lycopſolos.
Troximi [q] maiounium, aut maioulium.
Thuris, ampelites.

V

Vini Italici, vinum mendeſium.
Vuæ acerbæ, galla omphacitis.
Vuæ paſſæ ſatiuæ, palmulæ.
Viſci quercini, chamæleon [r] niger.
Vulpini adipis, vrſinus adeps.
Vulturis ſimus, columbinus ſimus.

X

Xylobalſami, violarum albarum radix.

Z

Zingiberis, pyrethrum.

ANNOTAT. CORNARII.

t *Acanthæ, Acanthi ſiliquæ.*
Acanthi ſiliquis, Acantha.
u *Amianti, Aphroſelenon.*
x *Adipis vitulini, Adeps porcinus vetus.*
z *Agarici, Epithymum aut Euphorbium.*
a *Aloe, Ibidis fructus. Aloe Indica, Aloes viridis folia, Glaucium Lycium, Centaurion.*

b Aut Sandaracha.
c Aut viticis.
d Blatte capite detracto. σίλφαι κεφαλῆς λύσαι.
e Xylocarpaſum.
f Cinnamomi dimidium, aut herba ſabina.
g Caſtorei, Silphium.
h Pſyllij ſemen.
i Coſti, Ammoniacum, Cedri baccæ, Elenium.
k Onocardium.
l Aut pulegium.
m Aut miſy torrefactum, aut æs vſtum, aut lapis pyrites.
n Aron.
o Damaſonij, Carpeſium, aut Calamintha.
p Radix papyri.
q Porri ſuccus.
r Struthij radix.
s Erinei foliis, folia mori.
t Gentianæ, Elenium.
u Lentiſci, Terebinthus.
x Concha marina.
y Leucoij floris.
z Lyguſtici ſeminis, radix eiuſdem, aut paſtinacæ, aut laueris ſemen.
a Mandragoræ, Dorycnium.
b Lentiſci ſuccus.
c Peucedanum.
d Oenanthes, Omphacium ſiccum.
e Oleæ Aethiopicæ lacrymæ, acaciæ partes duæ.
f Ornithogalo, Anthyllis.
g Chamælæa.
h Rheo, centau.
i Scammonij, Colocynthis, ricini ſeminis pars interna, lathyris.
k Serapiadis, pæoniæ radix.
l Seſamoide, quod ab expreſſo amarantho reſtat.
m Sphagni, iuncus odoratus, herba ſabina.
n Dele.
o Naſturtij, aut erucæ ſemen.
p Lycopſis.
q Maiulium appellatum, ſiue lactuca.
r Albus.

De

De ponderibus & menſuris. Cap. XXVI.

POndus, grauitate dimenſum iudicatur, menſura autem vaſis capacitate: vas autem, ſiccæ quantitatis aut humidæ menſura eſt, vt tres quantitatis quæ menſuratur, ſint differentiæ, vna quidem ponderis, altera verò aridæ ſubſtantiæ qualis ea quæ in cumulum cogi poteſt, porrò tertia humidæ eſt ſubſtantiæ. Cùm autem multa propeque infinita ſint pondera & menſuræ, pro regionum diuerſitate, & vtentium conſuetudine, de iis quæ omnibus in vſu communi ſunt, nobis ſermo erit præcipuus.

De notis ponderum & menſurarum.

QVONIAM verò nonnulli literis non integris, ſed notis, ſigniſque pondera & menſuras demonſtrant, ſatius fuerit, veteres in hac re imitari, & primum characteras ipſos exponere. Primum igitur χ litera, cùm ſupraſcriptũ habet α, chalcum, hoc eſt æreolum ſignat, exempli gratia, $\overset{\alpha}{\chi}$. Si ο habeat, choa, quod eſt congium, $\overset{o}{\chi}$. Si οι, chœnicem, $\overset{o}{\chi}$ι. Si κ. chemã, $\overset{\kappa}{\chi}$. At κ ſi ι habeat ſuprapoſitũ, & lineã rectã, quæ per obliquum inferius cornu ipſius ſecet, ceratium, hoc eſt ſiliquam notat, vt $\overset{\iota}{\kappa}$. Si υ ſuperiectum eſt, cyatum $\overset{\upsilon}{\kappa}$. Si ο, cotylam, hoc eſt heminam, $\overset{o}{\kappa}$. At linea circumflexa quam nihil aliud circunſtat, & quę per obliquum ponitur, obolũ notat, ⁀. Si duæ huiuſmodi lineæ ſint, quas nihil circunſtat, duos ſignant obolos, ⁀⁀: qui obuli gramma, hoc eſt ſcrupulum faciunt. is notatur litera Γ, quæ ρ literam habet annexam, recta quadam linea diuiſam, Duæ ʃ ꭓ autem coniunctæ atq; altera parte in angulum coactæ, duobus κ literæ cornibus ſimilem ad rectam lineam ſpectantibus, notant drachmam, quæ alio nomine vocatur olca, <. propriè verò olca per λ ſcribitur, cui in medio litera ο ſit addita, λο. Verùm ſi λ adiectum ι habet, libram ſignat, λι. Nonnulli verò alteram λ literæ lineam obliquè ſecantes libram oſtendunt, ƛ. At cum Γ litera, in ipſo ſui angulo ο habeat, vnciam denotat. <o. Quòd ſi μ in ſummo vertice habeat oppoſitum υ, minam refert, $\overset{\upsilon}{\mu}$. Si υ, notat myſtrum. $\overset{\varepsilon}{\mu}$. Si ε, medimnum, $\overset{\varepsilon}{\mu}$. Si ο, modium, $\overset{o}{\mu}$. Porrò τ poſt ſe habens ρ, & υ, ſignat tryglion, τρυ. At ξ cui iuxta ſit poſitum ι, xeſten, qui ſextarius, oſtendit, ξι. Si ο apponitur, oxybaphum, id eſt acetabulum ξο. Aliqui verò ſextarium linea recta ξ ſecantes conficiunt. ξ.

Sed κ adiectum literæ μ, heminam κμ; κ addito ρ, incumbente ipſis μ, ceramium valet. κρμ

De ponderibus.

Mina Attica & Ægyptia habet vncias ſedecim. Romana viginti. Libra vncias duodecim. Vncia drachmas octo. Drachma habet ſcrupula tria. Scrupulum, obolos duos. [t] Obolus, ſiliquas duas. Siliqua, æreolos duos, & duas tertij partes[u].

De menſuris liquidis.

Italicvm ceramium habet congios octo, Congius ſextarios ſex, Sextarius cochlearia duo, quę nonnulli tryblia nuncupant. Hemina idem tryblium continet myſtra magna tria, acetabula autem quatuor. Nam [x] magnũ myſtrum habet acebulum. Acetabulum ſeſquicyathum habet. Cyathus, chemas paruas, ſeu myſtra parua duo.[y] At ſi voles & ponderum liquidorum menſuram ſcire, permultæ liquidarum rerum ſecundum lancis momentum differentiæ habentur, vt in olei, vini, & mellis exemplo dicemus. Mel igitur vino pōderoſius quarta parte, itémque decima eſt: quò fit vt ferè tertia ponderis pars melli accedat: capit enim integram huius menſuram, & inſuper trientem. Mel autem oleo ex media parte grauius eſt: continet enim totum olei modum, & vltrà, ſemiſſem. Vinum oleo nona parte ſupereminet, totum enim ipſius pondus continet, & nonam eius partem. Quò autem res fiat dilucidior, omnium menſurarum pondus ſigillatim veluti in tabula depictum ſubiecimus. ex qua liquidò conſtat, per podera quæ ſingulis menſuris ſubiecta ſunt, oleum, vinum, & mel, ex ordine demonſtrari.

	Olei	Vini	Mellis.
Ceramium Italicum habet	lib.72.	lib.80.	lib.108.
Congius	lib.9.	lib.10.	lib.13.S.
Sextarius	lib.1.℥.6.	lib.1.℥.8.	lib.2.℥.3.
Hemina	℥.9.	℥.10.	℥.13.& S.
Myſtrum magnum	℥.3.	℥.3.℈.8.	℥.4.& S.
Acetabulum	ʒ.18.	℥.2.℈.12.	℥.3.℈.9.
Cyathus	ʒ.12.	ʒ.12.℈.4.	℥.2.ʒ.2.
Myſtrum paruum	ʒ.6.	℈.20.	ʒ.9.

Oribasivs ſecundum Adamantium author eſt ſextarium Italicum vini menſura quidem vnciarum vigintiquatuor

tuor eſſe, pondere verò vnciarum viginti: ſextarium pondere mellis duas libras, & dimidiam habere.

De aridis.

ÆGYPTIA artaba habet modios quinque. Modius Ægyptius & Italicus Chœnices octo. Chœnix ſextarios duos. Sextarius, ſemiſextarios duos, quos & heminas vocant. Hemina habet cyathos octo. Atticus medimnus habet ſemiſextaria, quæ hemiecta vocãt duodecim. Hemiectum chœnices quatuor. Ita medimnus[z] habebit minas quadragintanouem, ſextarios nonagintaſex. Huiuſmodi autem menſurarũ pondus exponere haud facilè, quòd aridarum rerum infinitæ iuxta momenti lancis rationem differentiæ exiſtant.

ANNOT. CORNARII.

s *& υ. incumbens habens Tryblium ſignificat, τρυ. ξ. autem ſupra ſe. ε. habens Xeſten, id eſt Sextarium deſignat. ξε. Si verò ο. habeat ſupraſcriptum oxybaphum, id eſt acetabulum. ξο.*

t *Obolus, ſiliquas tres.*

v *partes. Ita vt obolus æreolos octo complectatur.*

x *Magnum enim myſtrum continet acetabulum vnum, & tertiam ipſius partem. Sic enim legendum, τὸ γὰρ μέγα μύστρον ἔχει ὀξύβαφον. ᾱ. καὶ τρίτον.*

y *Quòd ſi velis liquidorum iuxta pondus ſcire dimenſionem.*

z *habebit modios ſex, Chœnices quadragintaocto, ſextarios nonagintaſex.*

FINIS.

INDEX EORVM QVÆ HOC OPERE CONTINENTVR.

***

ABaptiſmus inſtrumentum 655
Abdominis interioris mēbranæ vulnera quomodo manu curentur 608
Abdominis ſuendi ratio 609
Abies 720
Abraſa quomodo curanda 458
Abraſa ab inflammatione quid tueatur ibid.
Abſceſsibus corporis exterioribus cōuenientia medicamenta 462
In abſceſsibus qualia corpora inueniri ſoleant 463
Abſceſſui quomodo manu ſcalpelloq́ue ſit medendum 589
Abſceſſum in pus tranſiiſſe quo modo deprahendendum ibid.
Abſceſſus quid 464
Abſceſſus rumpentia 463
Abſceſſuum generatio 464
Notæ ibid.
Abſceſſuum neruicorum medicamenta 463
Abſinthium 711
Acacalis 701
Acacia ibid
Acalyphe ibid.
Acantha Aegyptia vel arabica ibid.
Acantha leuce ibid.
Acanthium ibid.
Acanthobolon 588
Acanthus 701
Aceratos emplaſtrum Gal. 874
Acetabulum 740
Aceti fæx 778
Acetum 757
Acetum ſcillites 821. quibus vtile ibid.
Achores quid, vnde oriātur, & quomodo curentur 220.221
Achras 711
Acidorum vires 696
Acinos herba 701
Acini mali punici 766
Aconitum 701
Aconiti poti notæ & remedia 548
Acopa vnde dicantur 387
Acopa calefacientia quibus cōſtent. eorum vſus 892
Acopa emollientia quibus conueniant ibid.
Acopa quam ſpiſsitudinem habere debeant ibid.
Acopon à varietate pœcilon dictum 893
Acopon aZanitæ 894
Acopon barbaricum dia euphorbiu, ad coxēdicum dolores, & alia pleraque ibid.
Acopon Baſilij ibid.

Acopon

Acopon bromion 893
Acopon cui nomen eſt pyxis 895
Acopon dyſodes ex Gal. 894
Acopon ex abiete Gal. 895
Acopon ex atramento librario, cutis ruborem peculiariter inducens, idq; potiſsimum in iis quibus altera capitis pars dolet, ex commentariis Alexandri 896
Acopon ex nigra populo 895
Acopon lyſiponium 635
Acoron 702
Acorus noſtra 832
Acorus veterum ibid.
Acrides 702
Acrium vires 696
Acrochordon 459
Acroteriaſmos 643
Acron acraganthus 171
Acte 702
Aculeos extrahentia medicamenta 502
Adarce tantum acrimoniæ & caloris habet vt extrinſecus cũ aliis impoſita vrat 699
Adeps animalium. 102. ſuillus, caprillius, anſerinus, gallorum, gallinarũ, leoninus, bubulus, vrſinus, viperinus 772 & 773
Adeps marium calidior & ſiccior quàm fœminarum ibid.
Adeps vetuſtate calidior redditur ibid.
Adglutinamenta 854
Adianthum 699
Aedæon 700
Aegilops ibid.
Aegilops morbus quid. 272. & 578. curatio 579
Aegirinum oleum 902
Aegiros 700
Aegyptia artaba 925
Aegyptia, peſſus 911
Aegyptia ſpina ſanguinem & alias fluxiones retinet 701
Aegyptia ſtomatica 851
Aegyptia terra 715
Aema 700
Aequinoctium vernum quid in hominibus efficiat 111
Aequinoctio verno quid faciendum 112
Aequinoctium vernum dies habet quadragintaſex vſque ad vergiliarum ortum ibid.
Aequinoctium autumnale quid in homine efficiat ibid.
Aequinoctio autumnali quid faciendum ibib.
Ab æquinoctio autumnali dies ſunt quadragintaſex ad occaſum vergiliarum ibid.
Aera lolium 701
Aerem morborum cauſam eſſe quomodo cognoſcatur 170
Aereolus 921
Aer intemperatus contrariæ tẽperiei confert 50
Aeris flos mixtus collyriis palpebrarum & aſperitates & ficus exterit. 784. quomodo coqui debeat 912
Aer optimus. Semper prodeſt 50
Aer temperatus temperatis corporibus vtilis ibid.
Aer vitioſus ibid. ſemper nocet ibid. quomodo emendãdus 171
Aerugo 728, quomodo coquenda 912

Aes

Aes combuſtum ad cicatricem vlceribus obducendam in ſiccioribus corporibus præſtantiſſimũ eſt. 782. *quomodo coquendum* 911
Aeſtate quæ victus ratio conueniat 55
Aetatum omnium victus ratio 18
Aethale 700
Aethiopica olea 720
Aethiopis 700
Aetius Cappadox 439
Aethonychon 699
Agallochum 698
Agapeti compoſitio ad podagrã 832
Agaricum 698
Agarici vires. Dandi modus & pondus. Quale deligendum 803
Ageraton 698
Ageratus 747
Agglutinamenta 853. 854. & 855
Agglutinamenta oculorũ qui defluxionibus infeſtantur 863
Agnus 698
Agninus ſanguis 701
Agreſtis 699
Agrioſcordon 771
Aima 700
Aizoon 699
Alabaſtrites 747
Alana terra 716
Alauda 740
Albus cygnus 856
Albagines oculorum quomodo curentur 277
Album diarodon 860
Alcæa 702
Alcibiadios anchuſa. 699
Alcyonium 703
Alexandri cyphoides 828
Alexandri purgatio ex Rhodomelite confecta 807
Alexandri acopon ex atramento librario 896
Alica 92
Alimenta quæ laudatiſſ. 83
Alimentorum facultates ibid.
Alimon 702
Allium 92. & 771.
Allium ſylueſtre ibid.
Aloe quibus danda 800
Aloes doſis. ibid.
Aloen exhibendi tempus & modus ibid.
Aloe quomodo coquenda 915
Aloe ſola inter medicamenta purgantia ſtomacho conducit 860
Alopex 704
Alopecia vnde dicta 207
Alopeciæ remedia 208
Alopecia & ophiaſis quomodo differant 207
Alos achne 703
Alos anthos ibid.
Alphitidon 552
Alphorum generatio, curatio 451
Alphi albi vnde ducant originem ibid.
Alphi nigri vnde generẽtur ibid.
Als 702
Alſine 703. & 753
Altercum 779
Alterci aſſumpti notæ. Remedia 546
Althæa 702
Alumen quomodo coquendũ 913
Aluminatæ aquæ ad quid conducant 54

Aluus

Aluus quomodo emollienda 110
Alui deiectiones quid præſagiant 147 vide deiectio.
Aluo aſtrictæ quomodo medendũ 360
Aluus quomodo ſubducenda ſanis 44
Alui aſtrictæ citæ & cruentæ in febribus cauſæ & curatio 202
Alypon 703
Alypi ſeminis vires, quantitas & dandi modus 803
Alyſſon 703
Alyſsi vires, & vtendi modus 803
Animantium notæ. 254 curatio ibid.
Amaracinum oleum 905
Amaracus 704
Amarantus ibid.
Amaurosis oculorum 281
Ammanitæ fungi 91
Amazonum paſtillus 839
Ambroſia ad febres arcẽdas apta 891
Ambroſia 704
Ambuſtorum medicamenta 457
Ambuſtis quomodo pili renaſcantur ibid.
Ami 704
Amiantum ibid.
Amithaonis empl. 871
Ammos 704
Ammoniacum quomodo coquendum 911
Ammoniacum thymiama 704
Ammoniacum ſuffimen ibid.
Ammoniaci gutta ibid.
Ammoniaci ſuffiminis põdus, modus vtendi, atque vires 805
Amomum 705
Amores 253
Ampelos melæna 705
Ampelos leuce ibid.
Ampelos agria ibid.
Ampelos hemeros ibid.
Ampeloprasum 704
Ampelitis terra 715
Amphiſbenæ morſus curatio 532
Amygdalinum oleum 902
Amygdalinum metopion ibid.
Amygdala, dulcia, amara 97. & 705
Amylum 92
Amylon 705
Amurca ibid.
Ambrochiſmus in quibus & quomodo fiat 459
Anagallis 705
Anagyrus ibid.
Anarrhinon 706
Ancyloſis quid, & quomodo curanda 509
Anaphorici 314
Anatis ſanguis 700
Anchilops eiusq; curatio 272
Anchuſæ quatuor 699
Ancylion 584
Ancylogloſſon ibid.
Andrachne 706
Andronius paſtillus 840
Androſæmon 706
Androſarces ibid.
Anemonæ ibid.
Anethine malagma 890
Anethinum oleum 898
Anethum 706
Anethum olea incoctum, dolorem lenit, & ſomniferum eſt 181

Aneuriſma

Aneuriſma quid 593. Eius cauſæ, notæ, curatio ibid.
Angina eiúſque ſpecies, & curatio 305
Anguis ſenecta 716
Anicetos empl. 827
Ani inflãmationis curatio 389
Ani eryſipelata quomodo curetur ibid.
Ani dolorem mitigantia 390
Ani excreſcentiæ quomodo curandæ ibid. & 392
Ani vlcera paſcendo ſerpentia quomodo ſananda 388
Ani rimas curãtia ibid. & 391
Ani condylomata quomodo curanda ibid.
Ani condylomata, tubercula & rimæ quomodo manu curentur 641
Ani fiſtularum curatio manu adminiſtrata 638
Ani non perforati curatio 642
Ani vlcera humida quomodo curanda 388
Ani vlcera citra inflammationem oborta quomodo curanda ibid.
Ani procidentis curatio 392
Ani vlcera ſicca recentia quomodo curanda 388
Animi relaxatio ad probam corporis educationem plurimũ affert momenti 19
Animæ defectus cauſæ & remedia 205. & deinceps.
Animalia pedeſtria 101
Animalia fera ſiccius, quàm domeſtica, alimentum exhibent, minúſque excrementitium 102
Animalia volatilia 100
Animalium partes 102
Animalium pedeſtrium carnes ibid.
Aniſum 706
Anodynum medicamentum ad abraſa, flagris cæſa, & articulorum contuſiones 458
Anodynum collyrium liquidum 270
Anonis 707
Anorexia 335
Anſeres 100
Anſerinus adeps 772
Anſeris ſanguis 700
Anſerum oua 100
Antheron 846
Anthyllis 706
Antiadas curantia 304
Antidotum quid 817
Antidotum dia hæmaton ex ſanguinibus 700
Antidotorum differentia 817
Antidotum Mitridatis, diaſtincu 820
Antidotum philonis 822
Antidotum, Sotera 824
Antidotum Satyriacum 831
Antidotum theodoretum 367
Antidotum theriace quomodo paretur 570. Eius vſus 819
Antirrhinon 706
Antiochi hiera 812
Antilium 890
Antitaſis 661
Aparinæ 707
Apechema 652
Aphace 710
Aphrodes papauer 751
Aphronitrum 710

Aphroſe

Aphroſelenes lapis 747
Aphroditarium 845
Aphrodiſiaſticon clidion paſtillus 858
Aphros 710
Aphthas curantia 303
Apiaſtrum 750
Apios 707
Apium 768
Apium grande 728
Apium ictus notæ. Remedia 525
Apium montanum 757
Apij dimidij quod ad radicem eſt vtendi modus 804
Apium quas vires poſsideat 86
Apochyma 707
Apochymatis coctio 912
Apocynon 707
Apollinaris herba 779
Apomeli 853
Apomeli ex commentariis Philagrij ibid.
Apoplexia quid 255
Apoplexia cui ætati & temperamento potiſsimum accidat ibid.
Apoplexiæ ſigna ibid.
Apoplexiæ cauſſa ibid.
Apoplexiæ curatio 256
Apoſyrmata quomodo curanda 457
Apotherapia 20
Apothrauſis 651
Appetentia canina quomodo curanda 197
Apri iecur 726
Aqua nitroſa, bituminoſa, pluuialis, 779 marina 726
Aqua hydropicis quomodo emittatur 606
Aqua inter cutem. Vide hydrops
Aquæ aluminatæ ad quid conducant, nitroſæ, & ſalſæ, ſulfuratæ, bituminatæ, ferreæ 54
Aqua in qua ferrum extinctum eſt 769
Aqua frigida quando aſſumenda 51
Aquam educentia quibus conueniant 804
Aquæ roſatæ quam hydroroſatum dicunt, compoſitio 852
Aquoſorum vis 696
Aquoſum ramicem curantia 383
Aqua frigida quando cum fiducia propinanda in febribus 166
Aquam elicientia quibus exhibenda 804
Aquæ bituminatæ quibus conferant 55
Aquarum naturalium differentiæ ibid.
Aquæ ſulfuratæ quibus conferant ibid.
Aqua vitioſa quomodo emendanda 52
Aquæ ſalſæ & nitroſæ quibus conferant 54
Aquæ ferreæ quibus conferant ibidem
Aquæ vitioſæ notæ 51
Aquæ frigidæ potu coercendi phrenitici 233
Aquam educentia 372
Aquam vitioſam ſumpturus quæ præmittere debeat 52
Aquoſorum vires 696

Aqua marina 726
Aquarum naturalium vis 54
Aqua frigida in febribus putridis quando tuto exhibeatur 155
Aqua quæ optima, eius notæ 51
Aquæ ærea quibus conferant 54
Aquæ frigidæ ſubito ac cumulatim potæ remedia 557
Aqua vitioſa, quomodo corrigenda 51
Aquarum ſponte prouenientium differentiæ & vires 54
Arabica ſpina 701
Arabicus lapis 747
Arachne 707
Araneus ibid.
Araneæ ictus notæ, & remedia 527
Arbutus 738
Arceuthros 708
Archigenis hiera 813
Archigenis medicamentum ad viperarum morſus 531
Archigenis medicamentum ad eroſionem mamillarum cum malignitate 332
Archigenis medicamentū ad carcinode & cacoethe vlcera 477
Arena 704
Argemon 275
Argemone 707
Argæi montis Cappadociæ lapides 747
Argentum viuum 779
Argenti ſpuma 516. quomodo coquenda 830
Argenti viui aſſumpti notæ & remedia 557
Argenti recrementum 721
Arida medicamenta eorúmq; variæ differentiæ 844
Aridum ad xerophthalmiam, &c. 863
Aridum collyrium Gal. quod oculos tuetur 862
Aridum dia crocu 863
Arietum teſticuli 102
Ariobarzanion emplaſtrum 869
Ariſarum 707
Ariſtolochia. ibidem
Ariſtolochiæ clematidis pondus, modus exhibendi & vires 803
Ariſtophanium emplaſtr. 871
Armenia 96
Armenia emplaſt. 874
Armenia terra 715
Armeniacus lapis 747
Armeniacum 708
Armenia mala 96
Arnabo 708
Arnogleſſum ibidem
Aron ibid.
Arquatus. 378
Arſenicum 708
Artaba ægyptia 925
Artemiſiæ 70
Arteriace ad abſciſſum vocis ſonum & eius claritatem faciens 314
Arteriace, hypogloſſis appellata, Ad abſciſionem, vocis raucitatem, & ægrè reiicientes ibidem
Arteriæ quid 131
Arteriarum vſus ibid.
Arteriarum origo ibid.
Arteriæ omnes eodem ꝑ ulſandi modo inter ſe & cum corde conueniunt

niunt ibid.
Arteriæ quæ tangendæ pulſus di gnoſcendi cauſa ibid.
Arteriæ poſt aures in quibus paſ ſionibus incidendæ 558
Arteriæ quomodo diuidantur ibi.
Arteriæ aſperæ tumor qui broncho cele dicitur, eius differentia duplex, curatio 549
Arteriam humidiorem quæ reddant 139
Arteria aſpera quomodo incidi debeat 588
Ἀρτηριακὸν 311
Arteriotomia 561
Artritis quid, ſigna, cauſſæ 422
Arthritis à podagra quid differat ibidem
Arthritidis ex ſanguineo humore curatio 425
Arthriticis non ſanguineis ſolum, ſed pituitoſis etiam & melancholicis in morbi initio ſanguis mitti debet ibidem
Arthritidis ex bile curatio ibid.
Articularius morbus vide arthritis
Articulorum dolor vehemens quomodo leniendus ibid.
Articuli vnde laxentur 579
Articulorum relaxatorum curatio ibidem
Articulorum doloribus contractis intenſo frigore aut humoribus inter oſſa articulorum impactis 427
Articulorum tophi quomodo curandi 428
Articulorum tophos quid coaleſcere impediat 427
Articulorum intortorum & contuſorum remedia 479
Articulorum contractio ſeu ligatio quæ ancyloſis dicitur, quomodo curanda 509
Articulorum contuſionum medicamenta 459
Articulorum morbis quomodo & quæ medicamenta adhibenda 426
Articulorum vlcerum curatio 502
Artos 709
Artus ſanguine infeſtati quomodo curentur 428
Aſarum 709
Asbole ibid.
Aſcalabotes ibidem
Aſcarides lumbrici, vbi generentur, cauſæ & curatio 515
Aſcyrrhon 709
Aſcyrrhoides 706
Aſclepias 709
Aſclepion chironium 760
Aſclepion panaces ibid.
Aſclepios ſmegma aridum 827
Aſelli 688
Aſiæ petræ flos 747
Aſini 757
Aſininum lac 714
Aſininum iecur 726
Aſphaltus 710
Aſpalatus 709
Aſparagus ibid.
Aſparagorum differentiæ & vires 709
Aſphodelus 89
Aſpera arteria quomodo incidi debeat 588

Aſpidis morſus notæ, curatio. 536
Aſpidis tria genera 535
Aſpidis exuuium 716
Aſplenon 709
Aſtaphis ibidem
Aſter atticus ibidem
Aſter magni 859
Aſter paſtillus 837
Aſtragalus 710
Aſthmatici, eorum curatio 315
Aſtringentium vires 696
Aſtringentium ante & poſt cibum ſumptorum facultas 97
Atactos compoſitio ad podagram 832
Attagena 100
Athanaſia Oribaſij 823
Athena emplaſtrum 872
Athera 699
Atheroma quid 184. curatio ibidem. & 592
Atraction 647
Atractylis 710
Atractylis vires 86
Atra bilis duplici modo generatur 803
Atram bilem vacuantia medicamenta ſimplicia ibid.
Atram bilem purgantia medicamenta quibus & quando exhibenda ibid.
Atramentum indicum 750
Atramentum ſcriptorium ibid.
Atramentum ſutorium 784
quomodo coquendum 649
Atriplex 710
Atrophia oculorum 279
Attenuantium alimentorum vires 83
Auditum grauem corrigentia 32
Auditum grauem curantia 288
Auditus grauis quomodo curandus 290
Auditorij meatus non perforati cauſa & curatio 579
Auellana 97
Auena 92. & 713
Auenæ decoctio 92
Aues 100
Aures animalium 102
Auricula muris 703
Aurium ſordes extrahentia 289
Aurium dolor quas cauſſas habeat & quomodo curari debeat. 287 & deinde per totum caput.
Auribus incidentia quomodo extrahantur 290
Auribus incidentia quomodo extrahantur 580
Aurium ſonitus quomodo curandus 290
Aurium vermes quomodo curãdi ibid.
Aurium cruorem fundentium remedia ibid.
Aurium vlcera diuturna quæ ſanent ibid.
Aurium tinnitus quomodo emendandus ibid.
Aurium humiditates deſiccantia lib. j. c. xij.
Auris contuſæ curatio 660
Aurium pus curantia 288
Aurium caro excreſcens quomodo arcenda 289
Aurium vlceribus cum inflammatione quid faciendum ibid.

Aurium curta quomodo ſarcienda 582

Aurium contuſio quomodo curanda 290

Auripigmenti aſſumpti notæ, & remedia 556

Auripigmentum 708. *quomodo coquendum* 649

Autumno quæ victus ratio conueniat 56

Auulſorum remedia 348

B

BAccæ *prunorum ſylueſtrium* 737

Baccharis 711

Baion malagma 888

Balaninon oleum 901

Balanus myrepſica 711

Balauſtium ibidem

Balenæ 105

Ballote 711

Balnea aluminoſa quibus conferant 54

Balnea ærea quibus conferant 55

Balnea bituminata quibus conferant ibid.

Balnea ferrea quibus conferant ibidem

Balnea ſalſa & nitroſa quibus conferant ibid.

Balnea ſulfurata quibus conferãt ibidem

Balnei aquæ dulcis calidi vtilitates ibid.

Balneorum naturalium differentiæ ibidem

Balneorum ſordes 716

Balſamum 711

Barbara, emplaſtrum 872

Barbaricum acopon, dia euphorbiu 894

Barbæ alopeciis efficax remedium 274

Baſiliſci morſus notæ 536

Baſilicum tetrapharmacum 866

Baſilij acopon 894

Baſi hygra ad hypopios 277

Batina mora 850

Batrachi 712

Bdellium ibid.

Bdellij pondus, & modus vtendi 804

Bechicon 314

Bechicon ex ſtyrace ad tuſsim 823

Bechium 712

Belulcum 647

Beſaſa 754

Beta 776

Betæ vires 86

Betonica 712

Bilis atra duplici modo generatur 445

Bilis vomitioni quomodo occurrendum 201

Bilem atram vacuantia medicamenta ſimplicia 803

Bilem atram purgantia medicamenta quibus & quando exhibenda ibid.

Bilem flauam educentia, quando & quibus exhibenda 800

Bilem flauam purgantia medicamenta ſimplicia ibid. & ſequentibus

Bilioſis alui fluxionibus medetur lac coctum in quod calculi marini igniti decocti ſunt, & inteſtinorum torminibus 104

Bithynus paſtillus 841

Bituminatæ aquæ quibus confe-

rant 55
Blatta quæ in piſtrinis inuenitur 769
Blepharoxiſton 273
Blitum 712
Bliti vires 86
Boleti 91
Βομβύλιαι 238
Botanicum emplaſtrum 866
Botryon 275
Bouis femora cremata 759
Brachialis luxatio quomodo curetur 687
Brachij confracti curatio 667
Braſsicæ marinæ facultates 86
Braſsica marina 707
Braſsicæ facultates 86
Brathy 713
Brion 714
Britannica 713
Bromion acopon 893
Bromus 713
Bronchion 320
Bronchus 311
Bronchocele 594
Bryonia 714
Bryon thalaſsion 713
Bubonium ibid.
Bubo quid, Curatio 471
Βουβονοκήλη 382. & 625
Bubulum lac 714
Bubula caro 101
Bubulum ſtercus 426
Bubulum ſtercus 739
Bubulus talus 758
Bubulus adeps 772
Bucellatus purgans 807
Buccina 104. & 735
Bugloſſum 713
Bulbus 712
Bulbus agreſtis 549
Bulbi 90
Bulimos quomodo curetur 196
Bunium 715
Buphthalmon ibidem
Bupreſtis aſſumptæ notæ, Curatio 542
Bupreſtis 713
Butyrum ibid.

C

Cacalia 730
Cachexia quid, eius curatio 368
Cactus arbor 771
Cacoethe vlcera 495
Cactos 557
Cadmia 500. quomodo coquenda 911
Cæcitudo nocturna quid & quomodo curetur 280
Cæſi flagris quomodo curandi 457
Calamagroſtis 730
Calamus ibid.
Calaminta ibid.
Calcanei ex longo decubitu attritus quomodo curandi 433
Calcaneorum et plani pedum ſciſſuræ quomodo curandæ ibid.
Calciamentorum veterum coria 718
Calx 777
Calcis aſſumptæ notæ, remedia 556
Calculorum in renibus notæ 353
Calculi ne creentur 354
Calculorum materia ibid.
Calculi tuſsi eiecti 311
Calculorum cauſſæ 354
Calculi in veſica notæ 616
Calculorũ in renibus curatio 354

Calculi veſicæ quomodo excindendi 616
Calculus quibus excinditur, qui facile curationem recipiant ibid.
Calculos quatuor aut quinque aſperos tribulorum modo, ad magnitudinem ſiliquarum trium, aut quatuor expuit quidam 320
Calculus per anum in teneſmo excretus 343
Calculi in ſanguinis reiectione excreti 311
Calida intemperies quomodo corrigatur 76
Calidi & ſicci temperamenti notæ 65
Calidioris temperaturæ notæ. ibid.
Calidi & humidi temperamenti notæ ibid.
Caliginem oculorum prohibentia 33
Callus quid 636
Callos excindentia 499
Caluariæ fractæ curatio 695
Caluitium vnde fiat 207
Caluitij curatio ibid. & 209
Camaroſis 653
Cameli cerebrum 719
Campe 731
Cancamum 730
Cancanus ibid.
Cancer in quibus corporis partibus oriri ſoleat, Cauſæ, Signa, curatio 476
Cancer in fœminarum mammis cur potiſſimum accidat ibid.
cancer latens 603
cancer vnde appelletur 476
cancer cur planè non conſaneſcat. ibidem
cancer quid 439. Incurabilis ibidem
cancer quomodo præcauẽdus 476
cancer quibus partibus corporis accidat 603
cancer quid, vnde dicatur, Eius curatio manu adhibita ibid.
cancri 104 & 732
canis non rabioſi morſus remedia 518
canis qui momordit rabioſus ſit an non, qua ratione cognoſcas 522
canis rabidi morſuum ſymptomata 521
caninus appetitus quomodo curandus 196
canis rabidi iecur 726
canis rabidi ſigna 521
canum ſtercus 738
canes rabiunt plerunque in æſtu vehementiore 521
canis rabioſi morſuum remedia 523
cannabis 731
canopus 806
canopon 731
cantharidis aſſumptæ ſigna 541
curatio 542
cantharides 731
capillus qua ratione aureus reddatur 216
capitis dolor ex inſolatu contractus quibus notis dignoſcatur 224
capitis dolor ex inſolatu contractus quomodo curetur ibid.
capitis dolorem ex frigida intemperie notantia, & curantia ibidem

Capitis dolorem ex bilioſo humore curantia ibid.
Caput conſortij lege indoleſcens quomodo curetur 225
Capitis dolor ex vino quomodo curetur ibid.
Capitis dolor ex ictu quomodo curetur 228
Capitis pſydracia quomodo curetur 220
Capitis dolorem ex calida intemperie curantia 224
capitis dolor vnde oriatur ibid.
Capitis vlcuſcula denſa, rubráque quomodo curanda 220
Capita Menarum, Smaridis, Muris, Milui, Lacertæ 734
capitis quantitas & figura quæ bona, quæ mala 68
capitis morbos quæ ſigna præcedant 110
capitis vlcera manantia vnde fiant, quomodo curentur 220
Capitis exanthemata quomodo curentur 221
capitis morborum ſignis neglectis quæ ægritudines ſequantur 110
capitis morborum ſigna vbi apparuerint quid faciendum ibid.
capitis faui vnde naſcantur & quomodo curentur 220
capitis formatio 67
capitis pediculi quomodo abigendi 222
capito piſcis 104
capniſtos paſtillus 315
capnion 731
capnos ibid.
capparis 86 & 731
caprarum ſanguis 700
caprarum ſylueſtrium ſanguis ibidem
caprillus fimus 426
caprillum ſtercus 739
caprillus adeps 772
caprilla caro 101
caprillum lac 714
caprillum cornu 734
caprillum iecur 726
caput adurendi modus 427
caput quomodo aduratur in lippientibus ægre ſpirantibus, & elephanticis 558
caput per os & nares quibus medicamentis euacuandum 46
carbunculus quid 474 cauſæ ibidem. Notæ ibidem. curatio ibidem
carbunculus 460
carbunculus oculorum 278
carcinoma oculorum ibidem
cardamine 770
cardamomum 732
cardamum ibidem
cardiogmos 242
carduus 770
cari radix 89
caricæ 96
cari ſpecies 52
caris 732
caries lignorum 767
carnes optimæ quæ 101
carnes volatilium quomodo differant 100
carnem generantia medicamenta 489
carnis contuſæ curatio 430
caro bubula 101
caro ceruina ibid.
caro hircina ibid.

Caro humana ibid.
caro leporina ibid.
caro ouilla ibid.
caro ſuilla ibid.
caro thymi ſalſi 775
Caros 237
caros à lethargo quid differat ibid.
Carpeſium 732
carpeſiæ liquoris poti notæ, remedia 547
Carya 732
Caryinum oleum 642
Caryophyllon 732
Caſeus 104. & 778
caſeus laudatior 104
caſeus acris ibid.
caſeus peſſimus ibid.
caſeus oxygalactinus 778
caſeoſum lactis 714
Caſſamum 733
Caſsia ibid.
Caſtaneæ 100
Caſtorium 733
Catagmatice Oribaſij, ex commentariis Heracleti 880
Catalepſis 240
Cataphora quid 140
cataphoræ curatio 187
cataphora quid, cauſæ, curatio 109
Cataplaſma quod oras vulneris latas in rabidi canis morſu ſeruat 523
cataplaſma ad ſacrum ignem, herpetas, abſceſſus, parotidas, & ambuſta 470
Catapaſmata 844
Catapotia ex aloe, modus vtendi atque pondus 806
catapotia ex lapide armenico, arthriticis 808
catapotia ad tuſsim veterem accommodata 313
catapotia ex xylomacere, dyſentericis vtilia 831
catapotia ad deſtillationem in fauces & tuſsim 313
catapotia Doſithei ad iecur inſcripta 829
Catheter 360
Catheteriſmus 616
Catochos 233. & 240
catochi cauſæ, ſigna, curatio 239 & 240
catochi vel catochomeni vnde dicti ibid.
Caucalis 733
Cauda equina 729
Cauſos febris 161
Cauſtica 275
Cecis 734
Cedræa 733
Cedrus arbor ibid.
cedrus frutex ibid.
Cele, Vide ramex.
Cenchros ibid.
cenchri morſus notæ 534
Curatio ibid.
Centaurium 733
centaurij minoris vires 557. Pōdus ibid. Exhibēdi modus ibid.
Centunculus 717
Cepa 89 & 742
cepæa 775
Cephalæam curans apophlegmatiſmus 230
Cephalæ 734
cephalææ curatio 228
cephalæam curans epithema 229

cephalæam curans vnguentum ibid.
cephalæa 226
cephalæam curantia medicamenta varia 229
Cephalalgia vnde oriatur 223
Cephalicus puluis, capiti conueniens 845
Cera 735
ceræ cum oleo qui modus eſſe debeat in conficiendis vnguentis 916
Cera quomodo coquenda 924
Ceras 734
Ceramium 923
ceramium Italicum ibid.
Ceraſia 96
ceraſia dulcia, auſtera, acida 734
Ceraſi arboris gummi ibid.
Ceraſtis morſus notæ 535. curatio ibid.
Ceratium 657
Ceratonia arbor 734
Ceratoides membrana 275
Ceratum thaidis quo facies rubeſcat 299
ceratum dia turpænes ad podagram dolorem leniens mirabiliter 879
Cercoſis quid, quomodo ſit emendanda 629
Cerebrum leporis, galli, cameli, muſtelæ, hirundinum, ouillum 719
cerebri membranæ inflammationis notæ, cauſæ & curatio 657
cerebri vulnerati notæ 649
cerebri membranæ conuulneratæ ſigna ibid.
cerebri membrana nigreſcẽs quomodo curetur 658
cerebri eryſipelatis ſigna & curatio 236
cerebri temperaturarum notæ 69
cerebrum animalium 102
cerebri inflammationis ſigna & curatio 235 & 236
Cerion quid, eius curatio 637
Ceruicis tumorum curatio 594
Cerui cornu 734
cerui maſculi pudendum 700
ceruina caro 101
Ceruſſæ aſſumptæ ſigna, remedia 555
Ceruſa 785. quomodo coquenda 910
Ceryces 735
Chalbanæ 782
Chalazion & eius curatio 273
Chalcanthon 782
Chalcitis ibid.
chalcitis quomodo coqui debeat 910
Chalcos 782
Chalcu anthos ibid.
Chalazium quid 574. curatio ibid.
Chamæ 104
Chamæacte 702
Chamædrops 783
Chamædrys 782
Chamæleon ibid.
chamælææ pondus & modus adminiſtrandi 803
chamelæa 783
Chamæleuce 782
Chamæleontis nigri aſſumpti notæ, curatio 545
Chamæleontis ſanguis 700
Chamæmelon 783

Chamæme

Chamæmelinon oleum 899
Chamæpityos pondus, & vtendi modus 804
chamæpitys 783
Chamæraphanon 804
Chamæſyce 783
Chelidones ibid.
chelidonia aſpidis genus 535
chelidonium 783
Chemoſis quid, & quomodo curetur 271
Chezananze 815
Chia terra 715
chiacum collyrium 855
Chirurgicæ partes duæ 558
Chole 784
Chondrilla ibid.
Chondrus ibid.
chondri coctio 92
Conſtantini ſapo 848
Chryſe emplaſtrum 880
Chryſocolla 784
Chryſocome ibid.
Chriſitis ibid.
Chryſos, peſſus emolliens 908
Cibis in ventre corruptis quid faciendum 35
cibi faſtidium eiusq; cauſæ ſigna & curatio 339
cibi qui laudatiſsimi 80
cibi varij aſſumi nō debent ibid.
cibi faſtidium in febribus quomodo curandum 191
Cicatrices nigræ quomodo tellendæ 496
cicatrices quomodo tingātur 277
Cicer 92
cicer 722
Cicorium 736
Cici 735
Cicuta 743
Cimolia terra 715
Cinara quomodo præparanda 86
Cinerula 772
Cinis 776
Cinnabaris 735
Cinnamomum ibid.
Cinaræ vires 86
Circea 735
Circunciſorum curatio 614
Ciſſaros 683
Ciſſeris 736
Ciſſos ibid.
Ciſthos ibid.
Citreum malum 97
Citrei mali tres partes ibid.
Citrium 736
Claudiacum dia ſmyrnon 857
Clauus quid, & vnde dicatur 645
Claniculæ luxatæ curatio 680
clauiculæ confractæ curatio 662
Clematis 736
clematis altera ibid.
Cleopatræ mors 535
Clidion aphrodiſiaſticon, paſtillus 858
clidion oribaſij ad dyſentericos & cæliacos ibid.
Clinopodion 737
Clyſter veſicæ 614
Clyſteribus qui vti debeant 45
Cnicus 737
cnici ſeminis pondus, & ſumendi modus 804
Coagulum, leporinum, equinum, Phocæ 765
Coccos cnidios 737
Cocci gnidij vires, pondus, & ſumendi modus 804

Coccos baphicos 737
Coccymelæa ibid.
Cochlea 740
Cœliacus affectus 341
Colis glans contecta quomodo aperiatur 612
colicus dolor in Italia victus ratione temeraria curatus à quodam medico 350
Colla 734
colon quid 347
colobomata 882
Colocyntha 734
colocynthis ibid.
colocynthidis effectus, pōdus, exhibendi modus, quibus exhibenda 802
Colicorum remedium 377
colis glans nuda quomodo contegenda 612
Colico & renum dolori quid cōmune, quid proprium 353
Colliquamenta corporis quomodo curanda 181
Colpos quid, curatio 497
Columbarum ſanguis 700
columbinus pullus 100
columbarum ſylueſtrium ſtercus 739
Columella, curatio 585
columellæ inflammatio quomodo curanda 304
Collyrium anodynum 270
collyrium malabathrinum 862
Colymbades 97
collyria 853
collyrium ex ſucco fœniculi 861
collyrium ex opobalſamo ibid.
collyrium ex aloe 860
collyriū ex ſucco fœnugræci ibid.
collyrium Cleonis ibid.
collyrium craſsius ex vino 862
collyrium ex duobus lapidibus ad aſperitudinem ibid.
collyrium aridum Gal. quod oculos tuetur ibid.
collyrium chiacum 853
collyrium ex oleæ turionum ſucco tenerum 857
collyrium ex decoctis 856
collyrium ex cornu Galeni 858
collyrium monohemeron 855
collyriū dia hydrias repellēs 856
collyrium liquidum ex caucalide 863
collyrium dia crocu ibid.
collyrium Ilambonis 856
collyrium è thure 858
Coma 233
coma vigilans ibid.
comatis vigilantis cauſæ, ſigna, curatio 240
Comæros 738
Comitialis morbi notæ 243
comitialis mòrbi cauſæ 244
comitialis morbi curatio ibid.
comitialis morbus cui ferè ætati accidat 244
comitialis morbus trifariam gignitur ibid.
comitiales quomodo coarguendi ibid.
Compoſitio Procli, podagræ & coxendicum doloribus accommodata 832
compoſitio dia hermodactylu ad podagram 808
compoſitio dia citriu, quod eſt ex malo medico, ſtomacho vtilis 807

compoſitio diæ coronopodiu 809
compoſitio rhodoſtacti 853
compoſitio Agapeti ad podagrã 832
Compoſitio atactos ad podagram ibid.
compoſitio pæonia 828
Conchulæ Indicæ 757
Conchylia 737
Concoctionis ſigna nunquam ſiniſtrè apparent 127
Conditum calculos confringens 829
Condylomata locorum muliebriũ 629 quomodo excidenda ibid.
Condylomatum ani curatio manu adminiſtrata 641
Confectio Rhoetis 854
confectio maſuchæ 907
conuulſiones vnde oriantur 263
conuulſiones ex inanitione originem ducant, an ex repletione quomodo cognoſcendum ibid.
conuulſionum curatio ibid.
Conyza 738
Copros ibid.
Copton ad duritiem ſtomachi & iocinoris malagma 890
Coracon emplaſtrum 871
Coria calceamentorum veterum 618
Corallium 739
Corium ibid.
Coris herba ibid.
Cordis affectus quomodo curandi 329
cor animalium 102
Coriandrum 740
cordis palpitatio 327
Coris animal 739
Coriandri aſſumpti notæ, curatio 546
Corianum 739
cordis temperaturæ notæ 72
Cornu, caprillum, hircinum, cerui, taurinum 734
cornea membana oculi 276
Coronopos 740
Corpus hominis in quatuor partes diducitur 107
corpus vt bene oleat quomodo efficiendum 13
corporis liuores prohibentia ibib.
corpus craſſum quomodo extenuandum 61
córporis habitus quomodo recalfaciendus 13
corpus tenue quomodo impleatur 62
Corporum intemperatorum notæ ibid.
Corporis temperatiſsimi notæ 64
corpus pletoricum 128
corporis colliquamentorum remedia 182
Cortex piceæ 762
Corydallus 740
corydos ibid.
coryza 311
Cos olearia 727
Coſtarum rupturæ & contuſionis notæ & curatio 665
Coſtus 740
cotis noxiæ detrimentum 747
Cotyledon 74
Coxarũ dolor ab articulari morbo quid differat 422
coxarum fracturæ, differẽtiæ, notæ & curatio 666

Coxæ luxatæ curatio 680
coxendices quomodo adurantur 635
Crania 740
Crambe 741
crapulam quid diſcutiat 106
Cratæogonos 741
Cretica terra 715
Crethmon 741
Crinaton ſuffimen 906
crimnon 741
Crinon ibid.
crines 778
criſis inſtans quomodo agnoſcenda 127
criſis futura quomodo prænoſcenda ibid.
Criſis optima peracta quomodo agnoſcenda 130
criſis qualis futura ſit, quomodo dignoſcendum 127. & ſequentibus
Crithe 741
crithe quid, eiusq; curatio 247
critonis ſmegma 847
Crocinum dia rhoden 861
crocinum oleum 869
Crocodes peſſus 908
crocides paſtillus 858
Crocodili terreſtris ſanguis 700
crocodilorum terreſtrium ſtercus 439
crocodilorū fluuiatilium ſtercus ibid.
crocodili morſus remedia 537
crocodilion 741
Crocus 742
crocomagmatis confectura 903
crocomagma quomodo paretur 840
Cromyon 742
Crudis humoribus abundantes quam curandi rationem deſiderent 176
cruenti ſputi cauſæ ſigna 319
cruentum ſputum quomodo curetur 321
crus quomodo reponi debeat 673
cruſtā generantia medicamenta 506
Cubiti fractura quomodo curanda 670
cubiti luxatio quot modis fiat, & quomodo curetur 685
cucumer 95
cucumis 769
cucumis ſylueſtris ibid.
cucumeris ſylueſtris radicis corticis pondus 804
cucurbitulas admouendi modus 599. & deinceps.
cucurbita ſylueſtris 737
cucurbita 95
cucurbita 737
cucurbitularum vſus 599
cucurbitula leuis quid efficiat ibid.
cucurbitula cum ſcarificatione ad quid præſtet ibid.
cuminum 742
cupreſſus 743
curci malagma 888
cutis aſtrictio, eius cauſæ, notæ, curatio 26
cuti ſenili teneræq; conuenientia medicamenta 419
Cyamos 742
cyanos ibid.
cyclaminus 742
cycliſti 656

Cydonaton contuſum fragmentis ſaluis ibid.
Cygnarium 855
Cygnus albus 856
cygnus rubeus ibid.
Cyminum 742
cynanche 743
Cynoſbatos ibid.
cyphi, eius materia, vſus 906
cyphi magnum, quod vocant ſolare ex rebus triginta ſex confectum ibid.
cyphi, quod rebus viginti octo cõſtat, lunare appellatum 907
Cypariſſus 743
cyperus ibid.
Cyphoides Alexandri 828
cyphoides medicamentum ad iecoroſos & pectoris vitia ibid.
Cypros 743
Cytinus 536
Cyprinum oleum ex commentariis Poſidonij 766
Cyprinum aliud b id.
Cytiſus 743

D

DAmaſcena 97
Damaſcena 737
Damaſcena 717
Damaſonium ibid.
Daphne 718
Daphne herba ibid.
Darti 618
Daucus 717
Dauci radix 90
Decretoria ſigna in morborum principio praua ſunt. Sed vbi morbus inclinauerit, bona ſunt 125
Decamyron malagma 887
Deiectio quæ optima 147
Deiectio cruda ibid.
Deiectio merè ruffa ibid.
Deiectio viridis ibid.
Deiectio nigra ibid.
Deiectio liuida ibid.
Deiectio oleoſa, pinguiſque ibid.
Deiectio viſcoſa ibid.
Deiectio nimis fœtida ibid.
Deiectio omnium deterrima & peſtifera 148
Deiectiones quid præſagiant 112
Dentes quomodo eximantur 583
Dentes exeſi quomodo eximendi ibid.
Dentes ſuperflui quomodo tollendi ibid.
Dens confractus quomodo curandus ibid.
Dentes ab interitu vindicãtia 32
Dentium dolorem ſedantia 300
Dentes atritos curantia 301
Dentiũ candorem facientia ibid.
Dentium ſtuporem tollentia ibid.
Dentium inflammationem curãtia ibid.
Dentes mobiles ſtabilientia ibid.
Dentifricium ibid.
Dentium ſmegma 301
Derma 718
Deſtillatio 311
Deſtillationis curatio ibid.
Deſtillationis acris tenuiſq; curatio 313
Denterion 634
Dia aloes medicamentum 845
Dia anacardion 827
Dia alicacabu paſtillus 842
Dia bacanu medicamentum hepati accommodatum 828

Dia calaminthes 827
Diacodion ex papaueris capitibus & melle 823
Dia corallíu paſtillus 858
Diacodion compoſitum 824
Dia citriu medicamentum, tarde concoquentibus efficax 827
Diacodion ex papaueris capitibus & ſapa 823
Dia chartiu paſtillus 840
Dia citriu compoſitio ſtomacho vtilis 807
Dia chartu 846
Diacodyon 233
Dia ægylos, acopon 895
Dia æron emplaſt. 875
Dia cadmias emplaſt. 865
Dia dictamnu empla. 872
Dia erigerontos empla. 869
Dia euphorbiu, acopon 894
Dia coralliu medicamentum, podagricis idoneum 831
Dia electru paſtillus 858
Diarrhæa 340
Dia hæmaton antidoton 821
Dia hermodactilu compoſitio ad podagram 808
Dia libanu 845
Dia æneleu paſtillus 841
Dia oſtreon 846
Dia oxymyrſines ibid.
Dia phellon paſtillus 841
Dia phyſalidon 839
Dia rhoden paſtillus 838
Diaſtole pulſus 130
Diaſcincu 820
Dia ſpermaton paſtillus 838
Dia cinnabareos empla. 878
Dia iteon empl. 873
Dia meliloton malagma 884
Dia ſpermaton malagma 889
Dia ſtrutiu emplaſtrum 867
Dia rhodon, quæ ſeptuaginta duas vncias pendunt 860
Dia talias, collyrium 857
Dia thalias, ruſſum ibid.
Dia ſmyrnon, claudiacum ibid.
Dia moron ſimplex 850
Dia moron compoſitum ibid.
Dia moron ex moris batinis, quæ rubi fructus ſunt ibid.
Dia caryon ſimplex ibid.
Dia caryon compoſitum ibid.
Dia gyreos emplaſtrum 866
Dia gleucous 850
Dia beſaſa ibid.
Dia rhodon album 860
Dia ſmyrnon ad rhyadas & ægylopas 857
Dia gigarton, malagma 890
Dia ſtactes emplaſtrum 877
Dia chylon emplaſtrum 866
Dia aſphodelu emplaſtrum ibid.
Dia ceratos collyrium Galeni 859
Dia elcyſmatos 868
Dia melitos emplaſtrum 866
Dia aloes collyrium 860
Dia libanu collyrium 859
Dia ſcorodon emplaſtrum 867
Dia rhodon Crocinum 961
Dia pyranu emplaſtrum 867
Dia Zomaton collyrium 856
Dia crocu aridum 863
Dia rhodon Nili 860
Dia pternes emplaſtrum 878
Dia leptocaryon emplaſt. ibid.
Dia turpænes ceratum 879
Dia halon emplaſt. 878
Dia ſamſicu malagma 889

Dichromon empla. 875
Dictamnum 718
Dies decretorij 122
Dies ſpeculatorij 123
Digerentia medicamenta 234
Digiti in manu vbi adnaſcantur 602
Digitorum adnatorum differentia ibidem
Digiti adnati quomodo præcidendi ibid.
Digitorum luxatio quomodo curetur 686
Digitorum pterygia putrida quomodo curanda 436
Digitorum pedis luxatorum curatio 694
Dioclis epiſtola Antigono regi ſcripta ad valetudinem tuendam 109
Dionyſias 718
Dioſpolites 825
Diphryges quomodo coqui debeat 910
Dipſas vnde dictus 533
Dipſadis morſus notæ ibid. curatio ibidem
Dolichon 93
Doloris capitis in febribus curatio 187
Dorycinon 719
Dorycnij poti notæ, remedia 550
Doſithei catapotia ad iecur inſcripta 829
Dothiene emplaſtrum 867
Drachma 658
Dracunculus 719
Dracunculi, vbi generentur, curatio 516
Dropax Gallus Oribaſij 796
Dropacis duplex præparatio 893. vſus ibidem
Druppæ oliuæ 97
Drys 719
Dryini morſuum ſigna, remedia 532
Dryinus peßimus ſerpens ibid.
Dryopteris 719
Dulcis radicula 716
Dulcium vires 696
Duracina 96
Dyſenteria quid, ſpecies, cauſſæ, ſigna, curatio, 344
Dyſenteria cruenta ibid. Iecoraria ibidem
Dyſentericis vtilia catapotia ex xylomacere 831
Dyſodes acopon ex Galen. aliud 894
Dyſodes malagma 889

E

EBenus 719
Ebrietatem præcauentia 106
Ebrietatis curatio 35
Ebulus 702
Ebur 721
Eccope 653
Echini 105
Echinus herba 724
Echinon ibid.
Ecchymoma quid, curatio 480
Echidna 724
Eclegma ex marrubio compoſitum 824
Eclegma ad tuſsim 313
Eclegma ex marrubio ſimplex 823
Ecpieſmus oculi 282
Ecpieſma 653
Ectropion, eiuſq; curatio 272

Ectropion 570 Eius cauſſæ ibidem. curatio ibidem
Educentia ſpicula aculeos, arundines, ſpinas & conſimilia 502
Eis onycha 652
Elate 720
Elatine 721
Elaterij noxæ quomodo remouendæ 557
Elaterij effectus, quale deligendum, Exhibendi modus & pondus 801
Elaphobeſcus 721
Elaterium ibid.
Elæa 719
Elæon 720
Elæa æthiopica ibidem
Elæomeli ibidem
Elephantia quid 439
Elephantia incurabilis quare ibi.
Elephantia laborantium ſpirandi difficultas quomodo curanda 443
Elephantiæ cauſſæ 439
Elephantiæ victus ratio conueniens 441
Eleoſelinon 721
Eleliſphacus ibid.
Electrum 725
Elos 276
Elymus 722
Empetron ibid.
Emphyſema quid 272
Emphyſematis cura ibid.
Empiema, 324. cauſſæ, ſigna, curatio ibidem
Emplaſtrum ſmilion ad abſceſſus 867
Emplaſtrum diaſcorodon ad rumpendum ibid.
Emplaſtrum dia apyranu ad diſcutiendum ibid.
Emplaſtrum dia ſtruthiu, ſtrumas diſcutiens ibidem
Emplaſtrum pelarion ex ſcoria argenti 868
Emplaſtrum è fermento abſceſſus rumpens 867
Emplaſtrum dothiene ibid.
Emplaſtrum ex ſucco lini ſeminis diſcutiens detergenſq; 866
Emplaſtrum ex melle ibid.
Empl. barbara quod cruentis protinus vulneribus iniicitur, & fracturarum callos firmat 872
Empla. Galeni aceratos, glutinat, concoquit, vlcera ad ſuppurationem perducit 874
Empla. ex oxelæo 871
Empl. ex achate, diſcutiens emolliensq; ibid.
Empl. ex plumbagine ad calidas affectiones ibid.
Emplaſtrum Iceſios ad ſtrumas, abſceſſus, lienem, articulos, & coxendicum dolores 872
Empl. Neronis, ad ictus omnemq; particularum carnoſarum dolorem 873
Empla. ex ceruſa vel ouis 870
Emplaſtrum parygron Oribaſij ibidem
Emplaſtrum ariobarzanion 879
Emplaſtrum ex dracunculo ibid.
Emplaſtrum Ariſtophanium emolliens. 871
Emplaſtrum ex althæa, podagricis aliiſq; driciis ac commodatum 868
Emplaſtrum ciſſinum ad neruorum

rum vulnega, punctus, & maximè diuturna ibidem
Emplaſtrum botanicum 866
Emplaſtrum ex polline farinaceo ibidem
Emplaſtrorum materia, præparatio & differentia 863
Emplaſtrum pyrine, ad duritias ſcirrhos 868
Emplaſtrum tetrapharmacũ 866
Emplaſtrum dia chylon ibid.
Emplaſtrum dia aſphodelu ibid.
Emplaſtr. oxera multiplicis vſus 874
Emplaſtrum ex pumice, ad cicatricem ducendam 877
Emplaſtr. baula ſtrumis & bubonibus efficax ibid.
Emplaſtrum palmulatum 870
Empla. ex metallicis 874
Emplaſtrum armenia fracturis accommodata ibidem
Emplaſtrum ex anchuſa, ambuſtis efficax 876
Emplaſtrum leæna, noxia educit in ſuperficiem, humoreſq; euacuat 877
Emplaſtrum Macedonium ibid.
Emplaſt. chryſe, cruentis vulneribus accommodatum 880
Emplaſtrum anicetos glutinat diſcutit, ſquamas ſeparat, & ad articulos recenti cicatrice contractos valet 874
Emplaſtrum Serapionis Melæne ibidem
Emplaſtrum ex lolio 875
Emplaſtrum ex vrina muli, podagricis vtile 879
Emplaſtrum ex ſalis flore, articularis in declinatione accommodatum ibidem
Emplaſt. quod nutriendæ vlcerum carni eſt ibid.
Emplaſt. Italicum ad purgandum ſordida, inducendúmque carnem 880
Emplaſtrum peganera ad pleuriticos ibid.
Emplaſtrum athena, ad vlcera ſordida, impacta, neruorum vulnera 872
Emplaſt. è nitro ad abſceſſus, ſcyrrhos, ac tumores 878
Emplaſtrum ex nitro ad carbunculos 876
Emplaſtr. ex anemone ibid.
Emplaſt. ingredientia medicamenta quomodo coqui debeant 909
Emplaſtr. philocothyche, dolorem leniens, ad ſedem vtile 870
Empl. Amithaonis, ad articulos recenti cicatrice contractos, conuulſoſq; ad extrahendum etiam efficax 871
Emplaſt. ex auellanis, ad articulorum tophos probatum 878
Empla. Sphærien ad ardores 876
Empl. ex liquore ſycamino 875
Empla. dichromon. ibid.
Empl. melanchlorum 868
Empl. ex ſenetione 869
Emplaſtrum pſitacium ibid.
Emproſthotonos 264
Encanthis quid, eiuſq; cura 275
Enchephalos 719
Enchiſoma 653
Entaticon empl. 880
Enterocele 623
Entheaſtici 249

Ephelidem curantia 167
Ephemeron 723
Ephemeri aſſumpti notæ, remedia 549
Ephialtes vnde dicatur 253
Ephialtes quomodo curãdus ibid.
Epicaunia vlcus oculi 275
Epilepſia trifariam gignitur 244
Epilepſiæ curatio 244 & ſeq.
Ephialtes vnde conſtituatur 253
Epilepſiæ cauſſæ 244
Epileptici quomodo coarguẽdi 244
Epimedium 722
Epinyctides quid, ſigna, curatio, 454 & 455
Epimelis 722
Epiphora oculorum quomodo curetur 271
Epiploenterocele 624
Epipactis 722
Epiplocele 624
Epiſtola Dioclis Antigono regi ſcripta ad valetudinem tuendam 109
Epithymi vires, pondus, & vtendi modus 803
Epithymum 722
Epithematum differentia & vſus 883
Epulis quid & quomodo curetur 301
Equarum ſanguis 700
Eraſiſtrati panchreſtos hygra 863
Erethria terra 715
Eria 722
Erice 723
Erigerum 726
Erinaceus 724
Erinon 723
Eruum 758
Eruca 723
Erucæ picearum 761
Erucæ facultates 86
Erucæ pinorum aſſumptæ ſigna, & Curatio 544
Erucæ olerum 731
Eryngium 726
Eryſipelas inflammatorium 191
Eryſipelas quid 327
Eryſipelata capitis periculoſa 191 eorum curatio ibidem
Eryſipelas quid ibid. curatio ibid.
Eryſipelatis cerebri ſigna & curatio 236
Erythrodanon 723
Erythroides tunica 618
Erythrum 888
Eupatorium 723
Euphorbium ibid.
Euphorbij pondus, vires, & modus vtendi 804
Eunuchi quomodo fiant 627
Eunuchiſmus ibid.
Euodes, à grato odore dictum, malagma 887
Euzomon 723
Exanthemata puero oborta quomodo curanda 14
Exanthemata ficoſa capitis & menti quomodo curanda 221
Exercitationum genera 18
Exercitatio celeris 19
Exercitatio compoſita ibidem
Exercitatio quid ibidem
Exercitatio vocis qualis eſſe debeat & quæ eius ſint commoda 22

F

FAba 742
Fabæ 63
Faba Aegyptia ibid.

Facies

Facies vt rubeſcat quomodo efficiendum 299
Faciei pillos tollentia 298
Faciei nigritias tollentia ibidem
Faciei vitia quomodo curẽtur 297
Facultates alimentorum 83
Fames grandis, in febribus quomodo curetur 197
Farinaceus pollen 717
Faſtidium cibi 335
Faſtidium cibi in febribus quomodo curandum 194
Fatuitatis cauſſa 241
Fauſtini paſtillus 840
Fauus quid, curatio 637
Fauus quid quomodo curetur 486
Faui capitis vnde naſcantur, & quomodo curentur 220
Febrium continuarum origo notæ & curatio 164
Fex 778
Febrium putridarum agnitio 154
Febrium tertianarum agnitio 157
Febris tertiana ibidem
Febrium putridarum curatio 155
Febris tertianæ victus 157
Febris tertianæ curatio 158
Febris tertianæ nothæ curatio 159
Febrium quartanarũ agnitio 160
Febrium quotidianarũ agnitio 161
Febriũ quotidianarum curatio 162
Febris quartana quo ferè anni tempore incipiat 160
Febris hepialis ſigna, cauſſæ & curatio 163
Febrium ardentium agnitio 166
Febrium ardentium curatio ibid.
Febrium hecticarum agnitio 168
Febrium hecticarum duæ ſpecies ibidem
Febrium diariarum cauſſæ 152
Febris diariæ curandæ ratio ibid.
Febri diaria laborantium victus 153
Febrium putridarum curat. 155
Febris ſemitertianæ notæ, eiúſque generatio duplex 169
Febris ſemitertianæ curatio ibid.
Febres continentes 165
Febres curaturus quot & quæ perquirere debeat 114
Fel Suillum, Ouillum, caprillum, Vrſorum, Boum, Taurinum Hyænæ, callionymi piſcis, Scorpionis maxime Hirundinis, capræ ſylueſtris, Gallorum, Perdicum, Accipitrũ, Aquilarũ 784
Felis morſus notæ, curatio 528
Femora bouis cremata 759
Femorum intertrigines curãtia 17
Femoris fracturæ quomodo curentur 671
Fœniculum grande 728
Fermentum 725
Ferreæ aquæ quibus conferant 54
Ferrum 769
Ferula 755
Ficus 774
Ficus arbor ibid.
Ficus humilis 783
Ficus capitis morbus quomodo curandus 221
Ficoſa capitis & menti exanthemata quomodo curanda ibid.
Filicula 719
Filix 764
Fiſtula quid 636
Fiſtula quid, curatio 500
Fiſtularum ani curatio quæ manu peragitur ibidem

Fiſtularum dıfferentiæ 636
Fiſtulæ quomodo manu curandæ ibidem
Fiſtularum ani latentium notæ 637
Flagris cæſi quomodo curãdi 457
Flatus ventriculi vnde generentur, quomodo curentur 338
Flauum medicamentum 846
Fœniculum 749
Fœnugræcum 777
Fœtum educentia 396
Folium 781
Fracturis idoneum medicamentum Oribaſij, Ex commentariis Heracleti 880
Fractura oſsis quid 653
Fractura in capite quid ibidem
Fracturarum differentiæ ibid.
Fracturæ capitis curatio 655
Fracturæ cũ vulnere curat. 674
Fracturæ callo non firmatæ quomodo curandæ 677
Fracturæ immodico callo obductæ quomodo curentur 676
Fraxinus 750
Frictionum genera 21
Frictionum nouæ coniugationes ibidem
Frictio dura, mollis, mediocris, Multa & dura, modica & mollis ibidem
Frigida lauatio quibus conueniat 53
Frigida intemperies quomodo corrigatur 78
Frigus cui nocuit, quid facere debeat 40
Frons quomodo incidatur et quibus 563
Fructus temporarij 95
Fructus arborum ibid.
Frumentaceorum vires 91
Fuligo 746
Fumaria 731
Fungorũ aſſumptorũ remedia 552
Furunculus quid, curat. 473
Fuca purgans & ſtomacho grata 808

G

Gala 714
Galactites 746
Galbanum 913
Galeni collyrium ex cornu 859
Galenium malagma 888
Galeni picra 827
Galerita 740
Galion 714
Galliopſis ibid.
Galla 734
Galli cerebrum 719
Gallina 100
Gallinarum ſtercus 739
Gallinarum vẽtris interior membrana 737
Gallinarum cohortalium ſanguis 700
Galopſis 714
Ganglion quid, Eius notæ, curatio 595
Ganglium quid, curatio 459
Gangræna quid 465 *curatio* ibid.
Garum 714
Ge ibidem
Geniſta 772
Gentiana 715
Genu articulus laxatus quomodo reponatur 693
Geranium 715
Geras 716

Ges entera ibid.
Gigarta ibid.
Gingidium 716
Gingiuas corroſas curantia 602
Gladiolus 756
Glandes 97
Glans vnguentaria 711
Glans penis contecta quomodo aperiri poſsit 612
Glandes ad quid conueniant 15
Glandes vnde conficiantur ibid.
Glans colis nuda quomodo contegenda 612
Glandulæ animalium 102
Glaſtum 729
Glaux 716
Glaucium ibid.
Glaucoma quid eiúſque remedia 280
Glechon 716
Glaux ibid.
Gluten piſcium 729
Glutinum 738
Glycea quomodo curentur 295
Glycyrrhixa 716
Gnaphalium ibidem
Gone peſſus 909
Gongylis 717
Gramen 699
Gramen arundinaceum 730
Granum gnidium 737
Granum tinctorium ibid.
Craſſum corpus quomodo extenuandum 61
Grauedo 311
Grauidarum Symptomata, eorúmque remedia 1
Groſsi 756
Grues 101
Gummi 738
Gurgulio 585
Gutturis aſpredinem curãtia 314
Gutturi ſpinæ q̃uo eximãtur 588
Gypſi poti notæ & remedia 554
Gyrgathon 251
Gyris 717

H

Habitus corporis quomodo recalſaciendus 30
Hæmatites 746
Hemorrhoides cæcæ curatu diffiles exiſtunt 391. quomodo aperiendæ ibidem
Hæmorrhoides quid, & cur ſic dicantur 391
Hæmorrhoides muliebrium locorũ quomodo excindendæ 629
Hæmorrhoides ani quomodo manu curandæ 640
Halatia, quaſi dicas ex ſale confecta, purgatio 808
Halymi vires 86
Harmation 860
Haſtula regia 710
Hedera 756
Hedychroi confectio 817
Hedioſmus 725
Hedyſarum ibid.
Helcyſma 721
Helleborus ibid.
Helechryſon ibid.
Helenium ibid.
Heliocæs medicamentum 846
Helxine 721
Hemerocalles 726
Hemicrania 228
Hemicraniæ curatio ibid.
Hemionitis 726
Hepar 726 Vide Iecur
Hepar quomodo vratur 604

Hepatis temperaturæ notæ 74
Hepialus febris 163
Hepiali curatio ibidem
Hepſema 724
Heraclion 747
Heraclius lapis ibidem
Herba lactaria 776
Herba apollinaris 779
Herbæ quomodo coquendæ 914
Hermaphroditi vnde appellati 828
Eorum quatuor differentiæ, in viris tres, in mulierib. vna, curatio ibidem
Hermodactylus ſtomacho nocet 426
Herpes quid 460
Herpyllum 723
Hidros 728
Hieracitis 747
Hiera Anthiochi 812
Hiera Archigenis 813
Hiera Galeni 812
Hiera Iuſti ibidem
Hiera Rufi 831
Hippocampus 728
Hippolapathum ibid.
Hippomarathron ibid.
Hippopotamus 728
Hippoſelinon ibid.
Hippuris 72
Hircina caro 101
Hircinum iecur 726
Hirundinaria herba 783
Hirudinum deuoratarum dignotio, curatio 545
Hyſſopi liquidi medicamenti præparatio 880
Hœdi ſanguis 700
Hominis temperatiſſ. notæ 65
Hominis morſus remedia 537
Hordeum 741
Humana caro 101
Humerus ſummus quid 682
Hyalos 779
Hydatis quid, notæ, curatio 572
Hydnon 779
Hydor ibidem
Hydrargyros ibid.
Hydros 534
Hydrocele 383
Hydrocephalon quid, Eius cauſæ, notæ, curatio 559
Hydromalum vinoſum 851
Hydrops leucophlegmatias, hypoſarcidios, vel anaſarca, eiuſque ſigna & cauſſæ, eiuſdem curatio 370 & deinceps
Hydropeperi 779
Hydropicis aqua quomodo emittatur 605
Hydrophobia 521
Hyemi quæ victus ratio conueniat 55
Hygra ex caucalide 863
Hygidion Ammonij 858
Hyoſcyamus 779
Hypericum ibid.
Hypericon 863
Hypecoon 780
Hypociſtis ibidem
Hypophæſton 780
Hypoſpathiſmus 563
Hypoſpadiæon 612
Hypoſpagma quid, eiuſq; curatio 271
Hyrcorum ſanguis 700

I

IAſpis 746
Ichthyocolla 329
Icterus quid 377

Ictericorum remedium 367
Icterus ratione iudicationis in febribus facilè curatur 377
Icteri ex calida intemperie iocinoris notæ, curatio 378
Icteri ex calida intemperie ſolidarum partium generatio, notæ, curatio ibid.
Ictericis quæ vena ſecanda ibid.
Idæa radix 728
Iecur, canis rabidi, caprillū, hircinum, lacertæ, lupinum, aſininum, apri, mergi 726
Ilambonis collyrium 856
Ileos quid 353
Incraſſantium alimentorum differentiæ & vires 83
Incubo vel Incubus vnde dicatur 252
Indicus lapis 747
Infans recens natus quomodo nutriendus 14
Infantium victus ratio 18
Inflammatio propriè quid, curatio 460
Inguinibus conueniens medicamentum 463
Intemperies frigida quomodo corrigatur 78
Intemperatorum corporū notæ 65
Intertrigines femorū curantia 17
Intertrigines curantia 458
Inteſtini procidentia quomodo curanda 609
Intybus ſylueſtris 736
Intybi facultates 85
Iocinoris affectus 364
Iocinoroſi qui ibid.
Iocinoris temperaturæ notæ 74
Iocinoris ſiccæ intēperiei notæ 365
humidæ notæ ibid.
Iocinoris inflammationis ſigna. ibid. eiúſque curatio 367
Iocinoris inflammatio à pleuritide quomodo diſcernenda 365
Iocinoris venarum obſtructionis notæ ibid. curatio 366
Ion 728
Ios ibid.
Iris 729
Iſatis ibid.
Iſis emplaſt. 871
Iſopyron 729
Iſotheon collyrium 862
Iudicium futurū quomodo prænoſcendum 127
Iudicium inſtans quomodo agnoſcendum 128
Iuguli confracti curatio 662
Iuncus anguloſus 742
Iunci odorati & rotundi flos 775
Iuncus paluſtris ibid.
Iuniperus 708
Ixos 728
Ixiæ ſigna, remedia 548
κακοχυμία quid 58
Καρωτικὰ medicamenta 234

L

LAborioſam vitam agētium victus ratio 58
Labrum veneris 718
Lac 714
Lac recens mulctum 103
Lac bubulum, muliebre, caprillum, aſininum, ouillum, vaccinum 714
Lac coctum 103
Lac nutricis viciatum quomodo corrigatur 12
Lac ouillum 102

Lac ſciſsile 103
Lac caprillum 102
Lactis probatio 12
Lac craſsius 102
Lac coqendi modus 103
Lac ſtatim à partu redditũ 102
Lac nutricis quot modis vitietur 12
Lactaria herba 776
Lacerta 768
Lactucæ facultates 85
Ladanon 743
Lagopus ibid.
Lanæ 722
Lanæ pinguitudo 756
Lapathum 744
Lapides 746
Lapides quomodo coquendi 911
Lapis ſpecularis 772
Lapſana 744
Laſerpitium 769
Laſsitudinum ob exercitationem quatuor ſpecies, eorúmque remedia 24
Lateralis dolor quid, notæ 326
cauſæ ibid. curatio 327
Lathyris 744
Laurus arbor 718
Laurus Alexandrina 718
Laurinum oleum 901
Leæna empl. 876
Legumina 92
Lemonium 744
Lemnia terra 715
Lentes 780
Lenticula 93
Lenticula paluſtris 780
Lenticulas curantia 298
Lentiſcus 775
Lentiſcinum oleum 901
Leontopetalon 744
Lepidion ibid.
Lepis 745
Leporina caro 100
Leporis cerebrum 719
Lepra quid, cauſæ, ſigna, curatio 445
Lethargi cauſæ, ſigna, curatio 237
Lethargus à caro quid differat 236
Leucacanthum 745
Leucas ibid.
Leuce quid, cauſæ, curatio 449
Leucus paſtillus 840
Libanius peſſus 908
Libanotides 745
Libanotos ibid.
Libanum 859
Lichen herba 744
Lichenes equorum ibid.
Lien animalium 102
Lien quomodo aduratur 605
Lienis obſtructionis notæ 375
Lienis intemperies quomodo curetur ibid.
Lienteria quid, eius ſpecies, cauſæ, notæ, & curatio 341
Lignys 746
Lignorum caries 767
Ligyſticum 746
Lilium 741
Liliaceum oleum 899
Lingua animalium 102
Linguæ morbus 303
Linguæ ſcabrities quomodo curanda 201
Lini ſemen 747
Linoſpermon ibid.
LinoZoſtis ibid.

Lioſporon 747
Lipaſmata 257
Lippitudinis cauſa, curatio 269
Liquidum collyrium ex caucalide 863
Liquor, Cyrenaicus, Medicus, Syriacus 757
Lirinum ſuffimen 906
Lyſiponion acopon 894
Lithargiros 746
Lithi ibid.
Lithoſpermon 747
Litrum 748
Liuores corporis prohibentia 32
Lolium 701
Lonchitis 748
Lonchitidis ſeminis pondus & modus vtendi 814
Lotus herba 746
Lumbricorum origo 511
Lumbrici rotundi infantibus peculiares ibid.
Lunare cyphi 907
Lupinum 727
Lupinum iecur 726
Luporum ſtercus 738
Lupus, piſcis 104
Luxatio quid 678
Luxationis duæ ſpecies ibid.
Luxatio cum fractura quomodo curetur 695
Luxatio cum vlcere quomodo curetur 694
Lycaonis ſigna, curatio 253
Lychnis 748
Lychnidis ſeminis pondus & modus vtendi 804
Lycium 748
Lycoctonon 702
Lycopſis 748
Lygis 699
Lynceus ad claritatem oculorum 861
Lyſimachium 748

M

Macherionis empla. viride 877
Macedonicum empl. 876
Madaroſis quid, & eius curatio 274
Magnes 747
Magni aſter 859
Mala 751
Mala dulcia ibid. auſtera, acida, aſſa, elixa ibid.
Mala punica 97
Malabathrinum collyrium 862
Malabathron 749
Malacia piſcis 105
Malacia grauidarum Symptoma 1
Malache 749
Malacoſtrata 105
Malagma ad capitis dolorẽ 226
Malagma ex baccis lauri 889
Malagma ex ſeminibus ibid.
Malagma erythrium 888
Malagma mendeſium 885
Malagma marciatum ibid.
Malagma pentamyron 887
Malagma euodes ibid.
Malagma ex ſertula campana 884
Malagma citrinum 888
Malagmatum differẽtia & vſus 884
Malagma dia ſampſychu 888
Malagma ex vinaceis ibid.
Malagma decamyron 887
Malagma ex œnanthe 890

Malagma polyarchion ex Galeno 885 *aliter* ibid.
Malua 749
Maluæ vires 85
Malus Armeniaca 752
Malum citreum 97
Malum medicum 736
Malus perſica 752
Malum punicum, eius acini 766
Malum terræ 707
Mamillarum affectus curantia 331
Mamiras 749
Mammarũ inflammationes quomodo curandæ 476
Mandragora 749
Manethonis dia ſphedes 845
Manus ſummæ contuſionis curatio 671
Manna thuris quomodo coquenda 912
Marathron 749
Maraſmos 167
Marcellius thronus paſtillus 840
Marciatum malagma 885
Marina aqua 726
Marrubium nigrum 830
Maſuaphion confectio 907
Maſſalioti medicamentum 847
Maxillæ confractæ curatio 660
Maxillarum luxatio quomodo curanda 678
Maza 92
Mecon 751
Medicamentum ex thure 845
Medicamenta vomitum citantia 814
Medicamentum ex oſtreis 845
Medicamentum ex duplici pipere 823
Medicamenta purgantia compoſita 806
Medicamentum heliocæs, adurens 846
Medicamenta atram bilem purgantia, quibus & quãdo exhibenda 803
Medicamentum dia beſaſa ex ruta ſylueſtri 851
Medicamenti hyſſopi liquidi præparatio 880
Medicamentum è muſto 849
Medicamentũ dodecatheon 824
Medicamentum dia citriu, tardè concoquentibus efficax 827
Medicamentum maſſalioti 846
Medicamentum ex myrto ſylueſtri 826
Medicamentũ dia coralliu podagricis idoneum 891
Medicamentum dia bacanu, hepati accommodatum 828
Medicamentum Zopyrios ibid.
Medicamentum Galeni è ſcilla comitialibus potiſsimum efficax 822
Medicamentũ dia trion pipereon 826
Medicamentũ ex ſucco mali punici 850
Medicamentum ex ſuccis malorum ad appetentiam abolitam & ægram concoctionem probatum 825
Medicamentum ex ſanguine hircino 830
Medicamentum nephriticum ex cicadis ibid.
Medicamentum ex eruis 824
Medicamentum ex malorum cotoneorum

toncorum carnibus 825
Medicamentum à murino colore pſaron dictum 846
Medicamentorum emplaſtra ingredientiũ differentia, eorumq; coctio 864
Medicamentum ex lupino iecore præſtantiſsimum 827
Medicamentum xanthon 846
Medicum malum 736
Medion 751
Medulla animalium 102
Melan 750
Mel 106
Mel coctum ibid.
Mel ſachær 750
Mel oleo quanto grauius 924
Mela 751
Melancholia quid 249
Melancholiæ cauſæ ibid.
Melancholiæ curatio ibid.
Melancholia hypochondriaca ibid.
Melanthion 750
Meli ibid.
Melanchloron emplaſtrum 868
Melanchlorus paſtillus 842
Melanteria 750
Meloplacontium quomodo paretur 826
Melenæ Serapionis emplaſtrum 874
Melea 752
Melia 750
Melitera Oribaſij 845.
Meliceris quid 484. curatio ibid
Melilotus 750
Melinum oleum 900
Melitites 746
Melopepon 95
Memæcylos 751
Membrum diſtortũ callo firmatum quomodo curetur 677
Membrorum attenuatorum curatio 63
Membrana cerebri ſi nigruerit, quomodo curanda 659
Memoriæ noxa quomodo accidat 241 quomodo cognoſcatur ibid, quomodo curetur 242
Menſes cientia medicamenta 395
Menſes mouentia 48
Menſiũ immoderatus fluxus quas cauſas habeat 396. quomodo curandus 397
Menſium ſuppreſsionis cauſæ quibus notis deprehendantur 394
Menſium ſuppreſſorũ cauſæ ibid. curatio ibid.
Menſuræ 923
Menſurarum notæ ibid.
Menſuræ aridorum ibid. & 925
Menta 725
Meon 752
Mercurialis herba 747
Mergi venter 737
Mergi iecur 726
Merulæ 100
Meſpila 751
Milax 752
Millefolium 754
Milium 733
Milphoſis quid, & eius curatio 274
Mina 923
Mina ægyptia ibid.
Minium rubricum 715
Miſy 752
Miſy quomodo coquatur 910
Mithridatis antidotum dia ſcincu 820

Modius

Modius ægyptius 923
Mola quid, notæ, curatio 408
Moly 754
Molybdos 752
Molybdæna ibid.
Monohemeron collyrium 855
Mora 96
Moræa 752
Morbi principium quod 114
Morbus comitialis trifariam gignitur 243
Morbi publicè graſſantes 170
Morbi letalis notæ 116
Morbi non letalis ſigna ibid.
Moroxus 746
Morus 752
Motus mediocris valetudini tuendæ ſummũ affert præſidium 84
Muliebre lac 714
Mulier ægrè pariens superſteſne futura ſit, an minus quomodo cognoſcendum 632
Muliebris fluor, eius ſpecies & cauſæ, notæ, curatio 399
Muliebres loci, vide vulua & vterus
Muliebrium locorũ clauſuræ cauſæ, incommoda, curatio 629
Mullus 777
Mullus piſcis 104
Mulſa 106
Mulſæ præparatio 107
Multipeda 757
Muria 703
Murenæ morſus curatio 536
Muris auricula 753
Murium ſtercus 739
Muſæ paſtillus 839
Muſtela 714
Muſtelæ venter 737
Muſtelæ cerebrum 719
Muſcus 714
Muſcus marinus 713
Myaces 753
Myagros ibid.
Myaron ibid.
Mycetes ibid.
Mydriaſis oculorum 279
Myelos 753
Myocephalon 276
Myopiæ qui 282
Myopiaſis ibid.
Myoſote 753
Myrica ibid.
Myriophyllon 754
Myrmecia quid 646
Myrrha 771
Myrrha 754
Myrrha quomodo coquenda 913
Myrrhine 754
Myrſinatum emplaſtrum 870
Myrſine 754
Myrtus ibid.
Myſtrum 921
Myſtrum magnum 922
Myſtrum paruum ibid.
Mytuli 753
Myurus 133
Myxa 753

N

Napus 89
Napy 754
Narce 755
Narciſſus ibid.
Narcoticorum largior vſus quæ incommoda afferat 424
Nardinum 858
Nardoſtachys 754
Nardus cizicine iniectiones 887
Nardus gallica 754

Nardus montana ibid.
Nares fractæ & contuſæ quomodo curentur 659
Narium vitia 249. *& deinde per totum caput*
Nartex 755
Naſcanthon 754
Naſcapthon ibid.
Naſturtium 731
Naſturtij vires 86
Natricis morſus notæ 534. *curatio* ibid.
Naturalia. Vide pudenda
Naturalium inflammationes quomodo curandæ 477
Naturalium aquarum vis 54
Naturalium balneorum differentiæ ibid.
Naturalium thymi 614
Nauigantium victus 60
Nauſea quomodo curanda 201
Naxiæ cotis detrimentum 747
Nephritici 353
Nephriticum medicamentum ex bellariis veſicæ & renum exulcerationi idoneum 831
Nephriticum medicamentum ex cicadis 830
Nepita 730
Nerion 755
Nerui teſtium 618
Neruus præciſus quomodo curãdus 507
Neruis vulneratis aut punctis quæ accidant 506
Neruorum vulneratorum curatio ibid.
Neruorũ contuſorũ curatio 507
Neruicorum abſceſſuum medicamenta 463
Neuras 755
Nigellæ incommoda quomodo amolienda 557
Nili dia rhodon 860
Nili malagma ad lienẽ omnẽmq; duritiem 888
Nitrum 748
Nitrum quomodo coqui debeat 911
Nitri ſpuma 710
Nitroſæ & ſalſæ aquæ quibus cõferant 54
Noctuæ ſanguis 700
Nuces 732
Nuces 97
Nuces virides, aridæ ibid.
Nuclei acinorum vuæ 716
Nutrix qualis eſſe debeat 10
Nutrici quæ ſint vitanda ibid.
Nutricis lac laudatiſsimum ibid.
Nutricis lac quod modis vicietur 12
Nutricis lac vitiatum quomodo corrigatur ibid.
Nyctalops quid & quomodo curetur 280
Nymphæa 755
Nymphe quid, quomodo excindenda 629
Nymphodoti paſtillus 843

O

OBolus 922
Oboli gramma ibid.
Ochron 94
Ocimum 785
Ocimoides 786
Oculorum caliginem prohibentia 33
Oculorum expreſsionis curatio 282

Ocularium

Ocularium medicamentorũ differentia atque vſus 854
Oculorum ſuffuſio 577
Oculorum qui defluxionibus infeſtantur agglutinamenta 863
Oculorum carcinomati quid fieri debeat 279
Oculi procidentia quomodo curanda 277
Oculi humor cryſtalloides 280
Oculorum obſcuritas 281
Oculorum ſuppurationem curantia 278
Oculi procidentia 276
Oculorum hebetudo 281
Oculorum confuſio quomodo curanda 282
Oculi purulenti quomodo curandi 276
Oculorum ſuffuſio quid, eiúſque curatio 280
Oculi ſi cute non obtegatur, curatio 570
Oculi purulenti quomodo curandi 576
Oculi dolorum cauſæ 268
Oculorum epiphora, id eſt, defluxionis impetus quomodo curetur 271
Oculorum vnguis, curatio 575
Oculorum phthyſis, eiusq; curatio 279
Oculorum atrophia, eiusq; curatio ibid.
Oculorum hebetudinem curantia 278
Oculorum albugines quomodo curentur 277
Oculorum vnguis qui pterygion Græcis dicitur, quid, eiusq; curatio ibid.
Oculorum vlcera, eorumq; curatio 275
Oculorum inflammationis curatio 269
Oculorum cicatrices quomodo curentur 778
Oculorum carbunculo quid faciendum 278
Ocimum 86
Odora 696
Oe 756
Oedema quid, cauſæ, curatio 468
Oedema aliorum morborum accidens nonnunquam, quomodo curandum ibid.
Oenanthe 756
Oenantharia 905
Oenanthini confectio ibid.
Alia 906
Oenos 756
Oeſypus ibid.
Olea 923
Olea 719
Oleum 720
Oleum amaracinum 903
Oleum amygdalinum 900
Olea Aethiopica 720
Oleum ægirinum 900
Oleum anethinum 899
Oleum balaninum 901
Oleum caryinum ibid.
Oleum chamæmelinum 899
Oleum cicinum 900
Oleum cyprinum poſidonij 902
Aliud ibid.
Olei cum cera qui modus eſſe debeat in conficiendis vnguentis, &c. 913
Oleum crocinum 903

Oleum dulce, omotribes, elotum, Vetus, Tenue, Sabinum, Ex agreſti olea, Ricininum, Seſaminum, Raphaninum 720
Oleum irinum 903
Oleum liliaceum 899
Oleum maſtichinum, magis varium 901
Oleum ſycionium ſimplex 902 *compoſitum ibidem. aliud efficacius* ibid.
Oleum melinum 900
Oleum raphaninum 900
Oleum ricininum ibid.
Olei roſacei confectio 899
Oleum ſeſaminum 900
Oleum ſuſinum ibidem
Oleum melle quanto leuius 924
Oleum vino quanto leuius ibid.
Oleum quomodo coquendum 911
Olei diuerſa genera quomodo conficiantur 897
Olera ſyluestria vitioſos humores gignunt 86
Olerum facultates ibid.
Olera cruda peiores ſuccos procreant quàm cocta 90
Olera condita muria vel oxalme quas facultates habeant ibid.
Olfactus vitia 94 *& deinde per totum capu*
Oliuæ 97
Oloſtium 756
Olympos ſeu olympiacum 858
Olynthi 756
Omenti procidentia quomodo curanda 611
ὠμὴ λύσις 307
Omphacium 756
Omphacomelitis præparatio 833
Onagra 756
Onobrychis 757
Onochelos 699
Onoclæa ibid.
Onoma 756
Ononis ibid.
Ononis 707
Ononis 756
Onothera ibid.
Onothuris ibidem
Onyches 757
Oon 785
Ophites 747
Ophthalmia vnde fiat 269
Opiſthocranion 558
Opiſthotonos 264
Opiſthotonicis potio accommoda 265
Opopanax quomodo coqui debeat 912
Opos, Cyrenaicus, medicus, ſyriacus 757
Orchis herba 758
Ordeum 91
Oreoſelinum 757
Oribaſij cidion 838
Oribaſij dropax Gallus 896
Oribaſij melitera 845
Oribaſij parygrũ emplaſtrũ 870
Origanum 757
Oriogenes paſtillus 842
Oris affectus 300
Oris ventriculi inflammationes quomodo curentur 333
Oryza 92
Orminum 758
Orobanche ibid.
Orobos ibid.
Orthopnœa 315
Oryza 758

Oſſa ibid.
Oſta ibid.
Oſtraca 759
Oſtracites 747
Oſtrea 759
Oſyris 758
Othoma 756
Otium ſummum valetudini maxime obeſt 84
Oua puncta, fricta 101
Ouilla caro ibidem
Ouillum cerebrum 719
Ouium ſtercus 739
Ouillum lac 717
Ouina pellis 718
Ouron 759
Ouum 785
Oui candidum ibidem
Oui luteum ibid.
Oxera emplaſt. 874
Oxos 757
Oxyacanthos ibidem
Oxymeli ſimplex 821
Oxymeli Iuliani, pondus 806
Oxymeli ſplenicum 829
Oxymeli ſcillinum 822
Ozænas curantia 294

P

PAeonia 717
Pæoniæ compoſitio 828
Paliuron 759
Palma 781
Palpebrarum pili oculum irritantes quomodo curandi 275
Palpebrarum vſtionem ex vrente medicamento factam veteres omnes damnarunt 568
Palpebræ ſuperioris ſutura quomodo adminiſtranda 566
Palpebrarum pediculi quomodo arcendi 274
Palpitatio cordis 331
Palumbus 100
Palumbi ſanguis 700
Panaces Herculeum 759
Pancration ibid.
Panis 709
Panis ſyncomiſtos 91
Papauer 751
Papaueris liquoris epoti notæ, Curatio 547
Papyrus 760
Paracynanche 307
Paralyſis quid 255
Pareſis curatio 256
Parietaria 721
Paronychia 760
Parotis quid 291
Partes animalium 101
Particularum naturalium conſeruatio 381
Partium attenuatarum curatio 63
Partium extremarum præciſio quomodo adminiſtranda 644
Parthenij vires, & vtendi modus 803
Partus difficilis cauſſæ & curatio 417
Partus ex vtero qua ratione excutiatur excindaturq́; 632. & deinde per totum caput
Parulis 583. Eius curatio ibid.
Parulis quid & quomodo curetur 301
Parygrum emplaſt. Oribaſij 870
Paſſer troglodytes 778
Paſſeres exigui 101
Paſtillus Oribaſij clidion 838
Paſtillus dia ſpermaton ibid.

Paſtillus purgans 807
Paſtillus ex ſpina Aegyptia 838
Paſtilli ſcillini quomodo præparentur 817
Paſtillus dia rhodon 838
Paſtillus fauſtini 840
Paſtillus leucus 842
Paſtillus cui nomen eſt thronus Marcellius 840
Paſtill. ex erica, lieni dicatus 839
Paſtillus neræ ex Heræ commentariis 840
Paſtillus trigonus 837
Paſtillus nymphodoti 843
Paſtillus capniſtos ad tuſsim continuam 315
Paſtillus Criogenes 842
Paſtillus muſæ 840
Paſtillus ad capitis dolorem ex intemperie calida 264
Paſtillus aſter dictus 837
Paſtillus dia corallii 838
Paſtinaca 772
Paſtinaca marina 778
Paſtinacæ radix 89
Paſtinacæ 105
Patella 672
Patellæ fractæ curatio ibid.
Panicum 92
Pauo 100
Pectoris rupturæ, impreſsionis, confractionis notæ & curatio 664
Pedis oſſa fracta quomodo curentur 673
Pedis digitorum luxatorum curatio 694
Pedũ rimæ quomodo curãdæ 433
Peganera emplaſtrum 877
Peganum 761
Pelagij piſces 104
Pelarion ad vlcera 856
Pelarion ex ſcoria argenti 868
Pelles calceamẽtorum veterũ 718
Penis glans nuda quomodo contegatur 612
Pentamyron malagma 887
Pentaphyllon 760
Peperi ibid.
Peplion ibid.
Peplon herba ibid.
Pepon 95
Peponatum ſmegma 847
Perdix 100
Peryclymenon 760
Periphymoſis 613
Peripneumonia quid 317
Periſcyphiſmus 564
Peritonæi vulnera quomodo manu curanda 608
Perniones quid 432
Perſæa 761
Perturbationis oculi cauſſa 269
Peſsi 908
Peſſus quid 395
Peſſorum differentiæ 908
Peſſus titianus 909
Peſſorum aperientiũ materia 908
Vſus ibid.
Peſſus Aegyptia 909
Peſtilentia quomodo præcauenda 174
Peſtilentiæ notæ ibidem
Peſtilentiam arcentia ibid.
Petaſites 761
Peuce ibid.
Phaci 780
Phacos ibidem
Phæon ad oculos ſanguine ſuffuſos, & magnos affectus 856
Phagedænæ remedia 491

Phalangites 780
Phalangiorum morſus notæ, & curatio 525
Phalaris 780
Phaſelum 94
Phaſganion 755
Phaſianus 100
Phaſiolum 729
Phellos 781
Philagrianum malagma 885
Philocotyche emplaſtrum 870
Philonis antidotum 822
Philyras 781
Phlegmone quid 460
Phlomitis 756
Phlomos 781
Phlyctæna 277
Phlyctenæ quomodo curandæ 455
Phœnicine emplaſtrum 870
Phœnix herba 781
φοινιγμοὶ 238
Phormion 781
Phrenes 232
Phrenitis quid ibid.
Phrygius 747
Phthyſis oculorum 279
Phu 781
Phuſca, ad conterendum calculos 829
Phycos 781
Phygethlon 495
Phylites 782
Phyllon 781
Phyma quid 495
Piceæ cortex 762
Picis flos 761
Picinum oleum ibidem
Picra Galeni 827
Pilos augentia 209
Pilos extenuantia ibid.
Pili palpebrarum oculum irritantes quomodo curandi 275
Pinaſter 761
Pingitis terra 715
Pinguedo animalium 102
Pinguia quomodo coquenda 911
Pinus 761
Piper 760
Pappi quid 557
Pirum agreſte 710
Pirus 707
Piſces 104
Piſces cetacei ibidem
Piſcium ius 725
Piſſa 761
Piſſelæon ibid.
Piſtacia 97
Piſum 94
Pituita in ventriculo redundans, quomodo vacuanda 41
Pytyides 762
Pityocampæ ibidem
Pityos phlœos ibid.
Ptyriaſis 219
Ptyriaſeos curatio ibidem
Pityuſa 762
Pix 761
Plantæ ſordida vlcera quomodo curanda 732
Plūbago quomodo coquenda 909
Plumbum 752
Plumbi ſcobis potæ ſigna 556
Pneumon 762
Podagra quid 422
Podagrica remedia 831
Podagra ab arthritide quid differat 422
Podagra quomodo præcaueri poſſit 431
Pœcilon acopon 893

pollen

Pollen farinaceus 717
Polycnemon 763
Polygalon ibid.
Polygonon ibid.
Polyide ſphragis 840
Polypus quid 581
Polypodas curantia 294
Polypodion 763
Polypodij radicis vires & modus exhibendi 803
Pomorum omnium facultates 95
Pompholygeron emplaſtrum 870
Pondera 923
Ponderum notæ ibid.
Populus nigra 700
Porrigo capitis 219
Porphyræ 763
Porrum 90
Porrum agreſte 704
Portulaca 706
Potamogeton 763
Poterion 764
Praſion ibid.
Præcocia 96
Priapiſmus quid 386
Principium morbi quod 114
Prinos 764
Proficiſcentium victus 59
Propolis 764
Propolis quomodo coqui debeat 912
Proſechij ſtacticum 857
Proteus ad claritatem oculorum, cicatricesq; extenuat 861
Prunus 737
Pruni fructus ibid.
Pruna damaſcena ibid.
Pſeudodictamnon 785
Pſilothrum 847
Pſilothra medicamenta quæ 381
Pſimmythion 785
Pſitacium emplaſtrum 869
Pſora quid 445
Pſoricon 785
Pſorophthalmia quid, eiúſque curatio 272
Pſydracia capitis 220
Pſyllium 785
Pſyllij aſſumpti notæ 546
Ptarmicæ 764
Ptelea ibid.
Pteris ibidem
Pterygion quid 575
Pterygion oculorum quid, eiúſque curatio 278
Ptyas aſpidis genus 535
Pudendum maſculi cerui 700
Pudendorum vlcera quomodo curanda 436
Pudendorum rimas curantia 388
Puerorum ſtercus 739
Pulegium 716
Pulicaris herba 785
Pulmo animalium 102
Pulmonis temperaturæ notæ 71
Pulſus quid 130
Pulſus vſus duplex ibid.
Pulſuum genera & differentiæ recenſentur & explicantur 130 & deinceps
Pulſuum cauſſæ & præſagia 136 & ſequentibus
Puluis cephalicus, capiti conueniẽs 845
Puluis pilos abolens, ad podagram 848
Puluis ex aloe 845
Pumex 735
Pumex quomodo coqui debeat 911
Purgans puls 810
Purgantia medicamenta non ſim-

plici quodam temperamento, ſed totius ſubſtantiæ proprietate purgant 800
Purgantes oliuæ 807
Purgatio ex Rhodomelite Alexandri ibid.
Purgaticnibus quos vti conueniat 800
Purgationis tempus ibidem
Purgans fuſca, & ſtomacho grata 808
Purgantia medicamenta compoſita 805
Purgans paſtillus 807
Purgans vinum in hydropicis ibid.
Purgans bucellatus ibid.
Purgatione modum excedēte quid fieri debeat 811
Purpuræ 763
Purulenti quomodo adurendi 601
Purulentorum curatio 325
Putredini quamlibet partem occupanti accommodata medicamenta 492
Pycnocomon 764
Pyrethrum 765
Pyrethri pondus & vtendi modus 804
Pyrine emplaſtrum 868
Pyros 765
Pytia ibidem
Pyxis acopon 895

Q

Quantitatis quæ menſuratur tres differentiæ 923
Quercus 719
Quinquefolium 760

R

Radicula 89
Radicula dulcis 716
Radices quomodo coquendæ 913
Radÿ fractura quomodo curanda 669
Ramicum genera 381
Ramex inteſtinorum rupto peritonæo difficilius curatur, quā qui ob raritatem illius cōtingit ibid.
Ramex omenti 624
Ramices pueri frequentius patiuntur & quare 381
Ramex varicoſus 622. eius notæ ibid. curatio 623
Ramex tophaceus 622. curat. ibi.
Ramex ventoſus ibid. curatio ibi.
Ramicis curatio 382 & deinceps
Ranæ 712
Ranarum ſanguis 700
Rapa 89
Raphanis ibid.
Raphano quando & quomodo vtendum ibid.
Raphaninum oleum 900
Rapum 717
Ratiocinationis offenſa quomodo contingat, dignoſcatur & curetur 241
Raucitas 311
Recrementum 771
Refractio 653
Remedia 654
Renes animalium 102
Renum affectus quomodo dignoſcendi & curandi 353
Renum calculi cauſſæ, notæ & curatio ibid. & deinceps
Repletionis curatio 34
Reſinæ 895
Reſolutionis curatio 256
Rha 765
Rhacos ibid.

Rhage

Rhagadæ ani & pudendorum quomodo ſanandæ 388
Rhamnus 765
Rheon ibidem
Rhetinæ 766
Rhinarium 857
Rhoda 766
Rhodia radix ibidem
Rhodia ad ſupprimendum ſanguinem vlcera depaſcentia, & excreſcentias 846
Rhodomalum 852
Rhoe 766
Rhœa ibid.
Rhoetis confectio 853
Rhu 781
Rhyas quid, eiuſq; curatio 275
Rhythmus quid 132
Rhythmi differentiæ ibid.
Rhythmus in pulſu quid ibid.
Ricinum 735
Ricininum oleum 900
Ricini pondus, vtendi modus, & vires 804
Ricinorum ſanguis 700
Rigoris in febribus curatio 189
Rimæ ani quomodo manu curandæ 641
Rimæ digitorum totorúmque pedum quomodo curandæ 430
Rhododaphne 755
Roſæ 766
Roſacei confectio 899
Roſmarinus 745
Roſtra animalium 102
Rubus 711
Rubus caninus 743
Rubens cygnus 855
Rufi potio contra peſtem 174
Rumex 744
Rumex grandis 728
Ruptorum remedia 481
Ruptis à quibus abſtinendum 383
Ruta 761
Ruta veneris ardorem obtũdit 36

S

SAbina 713
Sachar 750
Sagapenum 767
Sagapenum quomodo coquendum 912
Sal quomodo coqui debeat 911
Salis flos 703
Salamandra 767
Salamandræ aſſumptæ ſigna 543
curatio ibid.
Sales theriaci 819
Salix 729
Salſamentum thymi 775
Salſæ & nitroſæ aquæ quibus cõferant 54
Saluia 721
Sambucus 702
Sambuci corticis radicis pondus, vires, & modus vtendi 805
Samia terra 715
Sandaracha 767
Sãdaracha quomodo coquẽda 910
Sandix 767
Sanguis 700
Sanguinem è naribus profluentem in febribus quomodo ſiſtere oporteat 203
Sanguinis è naribus profluuium ſedantia 295
Sanguis bubulus leporinus, porci iuuenis, caprillus, 102
Sanguis ex vena, arteria vel naribus profluens quomodo ſiſtendus 502

Sanguinē venáne an arteria profundat quomodo dignoſcatur 503
Sanguinis renum profluuij curatio 358
Sanguinis profluuium curans medicamentum ibid.
Sanguinis ex ore profluuium quomodo ſiſtendum 304
Sanguis animalium 102
Sanguinaria 763
Saporum ſpecies 696
Sapphyrus 747
Saprotes 767
Sarcocolla ibidem
Sarcomata curantia 294
Sardonia herba 551
Sardoniæ herbæ potæ ſigna ibid.
Satureia 727
Satyriaſis quid eiusq́; cauſſæ 386
quæ ſymptomata eam conſequantur ibidem
Satyriacum antidotum 831
Satyrion 767
Saura ibidem
Saxifraga ibid.
Saxiphrages ibid.
Scammonia 770
Scandix ibid.
Scapularum compreßionis, rupturæs refractionis notæ & curatio 664
Schidacidon 752
Schinos 775
Schiſtos 746
Scillini paſtilli quomodo præparentur 817
Scincos 770
Scirrhus quid 481. eius differētiæ, ibidem. qui ſit inſanabilis ibid. cauſſæ ibidem. curatio ibid.
Sclerophthalmia quid, eiusq́; curatio 272
Scolopendra marina 770
Scolopendræ morſus notæ, curatio 528
Scolymon 770
Scolymos quas vires habeat 86
Scordion 770
Scordon 771
Scordopraſon ibidem
Scorpioides ibid.
Scrotum 619
Scroti inflammationis notæ 384
Scrupulus 924
Scylla 770
Scytales morſus cura 532
Secundæ relictæ quomodo manu educendæ 634
Sedes, Vide anus
Sedis tuberoſa vlcera quomodo curanda 477
Selache 105
Selemuſia terra 715
Selinon 768
Semen redundans quomodo imminuendum 39
Semina quomodo coquenda 913
Seminis redundantis noxa 39
Semperuiuum 699
Senecio herba 726
Senum habitus quomodo recalfaciendus 30
Senum victus ratio 28
Sepiæ 105
Sæpiæ teſta 768
Seps ibidem
Serapionis melane empl. 874
Serapias 758
Seris 768
Seriphum ibid.

Serpil

Serpillum 723
Sertula campana 750
Seſamoides 768
Seſaminum oleum 900
Sextarius 924. & deinceps
Sicci temperamenti notæ 65
Sicyos 769
Sicyos agrios ibid.
Sicyonium oleum ſimplex, compoſitum, aliud efficacius 902
Sideritis 768
Sideros ibid.
Signa decretoria in morborum principio praua ſunt 127
Signa concoctionis nunquam ſiniſtrè apparent ibid.
Signa decretoria vbi morbus inclinauerit, bona ſunt ibid.
Siliqua 924
Siliquæ 97
Silphe 769
Silphium ibid.
Silurus ibid.
Silibon ibid.
Sinapi 754
Sinapiſmi vſus 891
Sinciput quibus ſecetur, & quomodo 564
Singultus cauſæ 201
Sion 769
Sion quas habet vires 86
Siricum 767
Siſarum 769
Siſer ibid.
Siſymbrium 770
Siſon 769
Sitis in febribus curatio 198
Smegmata 845
Smegma dentium 302
Smegma peponatum 847
Smilax 771
Smilacis potæ ſigna 550
Smyrna 771
Smyrnion ibid.
Smyrnij vires 86
Stœchas 773
Sol ſi quem exuſſerit, quid faciẽdum 40
Solani furioſi poti ſigna 550
Solanum 773
Solare cyphi 906
Solſtitium æſtiuum quid efficiat in hominibus 112
Solſtitium hyemale quid in corporibus humanis efficiat 111
Somnus quid 107
Somni vehementis cauſæ, curatio 109
Sonchus 771
Soporis vehementis cauſæ, & curatio ibid.
Soporis noxij curatio 187
Sorba 97
Sordes 766
Sordes balneorum 716
Sori 775
Sparganium 771
Spartos 772
Specularium ibid.
Specularis lapis ibid.
Sphacelos quid, curatio 465
Sphærion emplaſt. ad ardores 876
Sphincter 348
Σφίγ7ηρ 515
Sphongion malagma 889
Sphragis polyidæ 840
Spica nardi, Indica, Syriaca 754
Spina alba 701
Spina Aegyptia vel Arabica ibid.

Spinæ gutturi quomodo eximantur 588
Spirandi difficultas 315
Splen, vide Lien
Spodium 772
Spondylion 774
Spongia 772
Spongos ibid.
Spongiarum lapides 747
Spontanearum laßitudinum tres ſpecies, earum curatio, 26, & deinceps.
Spuma nitri 710
Spumæ argenti potæ ſigna, remedia 556
Sputi notæ 151
Sputum cruentum curantia 314
Squama 745
Squamæ Cypriæ pondus & modus vtendi 804
Stachys 772
Stacticum proſechij 857
Staphyloma quid, curatio 575
Staphylinus 772
Steata ibid.
Steatoma quid, curatio 485
Stegnoſis 26
Stellio tranſmarinus 528
Stellionis tranſmarini morſus remedia ibid.
Stercus canum, puerorum, luporum, caprillum, bubulum 738
Sterilitatis remouendæ ratio, 413 & deinceps
Sternutamenta quæ citent 295
Sternutamenta in febribus quomodo curentur 194
Stigmata quomodo curanda 453
Stimmi 773
Stœbæ ibid.
Stomachus quomodo aduratur 605
Stomacho in febribus quæ cura adhibenda 188
Stomachi dolores conuulſorij quomodo curandi 337
Stomachi affectus curantia 333
Stomatica Aegyptia 850
Stomatica medicamenta 849
Strabiſmus quid, & quomodo curetur 282
Strangulatorum curatio 305
Stratiotes 773
Struma quid, vnde dicatur, vbi oriatur, curatio 591
Strumæ quomodo curandæ 475
Strutiocameli 100
Strychnon 773
Stultitia vnde fiat 241
Sturnorum ſtercus 739
Stypteria 773
Styrax ibid.
Styracis albi pondus, & vtendi modus 804
Suber 781
Succidanea inuicem medicamenta. 914. & deinde per totũ cap.
Succinum 725
Sudor 728
Sudorem elicientia 48
Sudori in febribus quid adhibendum 190
Suffimenta 906
Suffimen roſatum ibid.
Suffocatorum curatio 305
Sugillata quomodo curetur 298
Suilla caro 101
Suillus talus 758
Sulſur quomodo coqui debeat 911

Sulſura

Sulfuratæ aquæ quibus conferant 54
Sulphur 726
Suppurationem oculorum curantia 278
Surditatis remedia 290
Suſinum compoſitum 899
Suſinum oleum ibid.
Suſpirioſi qui, eorum curatio 315
Syca 774
Sycamina 97
Syce 774
Sycomora 97
Sycomorus 774
Symphytum petræum ibid.
Synanche 307
Syncopes in febribus cauſæ 176
Syntexes quomodo curari debeāt 182
Syriaſis quid 17
Syriaſi ſuccurrentia ibid.
Syrica 96
Syrmaiſmi 110
Syſtole pulſus 130

T

TAbes quomodo curetur 326
Tali articulus luxatus quomodo reponendus 693
Talus bubulus 758
Tamarix 753
Tarichos 775
Taurocolla ibid.
Taurinum cornu 734
Taurorum ſanguis 700
Taxus 771
Tela è corpore quomodo extrahenda 647
Telephion 776
Telis ibid.
Telline 775
Temperamentorum ordines & interualla 697
Temperamenti optimi notæ 65
Teneſmus quid, vnde oriatur, & quomodo curetur 342
Tenue corpus quomodo impleatur 65
Tephra 776
Terra 715
Terræ tuber 779
Terebinthus quid, eius cauſæ, notæ & curatio 473
Terebinthina reſina 766
Terebinthinæ ad aluum ſubducendam quantitas & exhibitionis tempus 44
Terminthos 776
Teſtæ 759
Teſtes aphthæ vlcere preßi quomodo curandi 385
Teſticulorum caro excreſcēs quomodo amouenda ibid.
Teſticuli inflammationis notæ ibid.
Teſticulus quid 618
Teſticuli animalium 102
Teſticulorū inflammationes quomodo curandæ 477
Teſticulorum temperaturæ notæ 75
Teſtium conſeruatio 378
Teſtudinis marinæ ſanguis quomodo præparetur 536. *Eius vſus* ibid.
Tetrapharmacum emplaſt. 866
Teucrion 776
Teutlon ibid.
Thalaßion hydor 726
Thalaſſeros 861

Thalie

Thalietrum 726
Thapſia ibid.
Thapſia quomodo coquenda 913
Thapſia quæ pericula nonnunquam afferat, eorundem remedia 557
Theion 726
Thelypteron 727
Theodothion minus 858
Theriace antidotum quomodo paretur 818. *Eius vſus* ibid.
Theriaci paſtilli quomodo fiant ibid.
Thermarum differentiæ & vires 54. *& deinceps.*
Thermos 727
Thlaſis aurium 291
Thlaſpi 727
Thoracis morbos quæ ſigna præcedant 110
Thridax 727
Thronus Marcellius paſtillus 840
Thus 745
Thuris lachryma quomodo coquenda 913
Thuris manna 749
Thymbra 727
Thymus ibid.
Thymus 389
Thymus locorum muliebriū 629
quomodo excindendus ibid.
Thymi naturalium quid, eorum differentia, curatio 614
Tibiæ fracturæ quomodo curandæ 673
Tilia 781
Titanus 777
Tithymalus, eius ſeptem ſpecies 776
Titianus peſſus 909
Tonſillæ 380. *eius cauſæ* ibid. *curatio* 584
Tonſillarum inflammationi reſiſtentia 303
Tophos in artubus quid coaleſcere impediat 427
Tophorum commune 430
Tormina quomodo curentur 344
Torpedines 105
Torpedo marina 755
Toxicum vnde dictum 552
Toxici poti notæ, remedia ibid.
Trachoma quid, eius curatio 273
Tragacantha 777
Tragium ibid.
Tragoriganum ibid.
Tragoſitodes ibid.
Tragus frumentaceus ibid.
Terebinthus 776
Tremoris origo 267
Triblium 924
Tribolos 777
Tribulus ibid.
Triches 778
Τειχίασιν *quæ curent* 275
Trichiſmus 653
Trifolium 767
Trigle 777
Triganus paſtillus 837
Triphyllon 767
Tripolium 778
Triticum 765
Trixago paluſtris 770
Troglodytes paſſer 778
Tryglion 924
Trygon 778
Tryx ibid.
Tuberum facultates 91
Tubercula ani quomodo manu curanda

curanda 641
Turdi 100
Turtur ibid.
Turturis ſanguis 700
Tuſsim continuam paſtillus curans 315
Tuſsi in febribus quomodo occurrendum 193
Tuſsi grandines & calculi ex pectore educti 311
Tuſsilago 712
Tyloſis 273

V

VAccinum lac 714
Valetudini tuendæ ſummũ otium maximè obeſt 84
Varices 622
Varicoſus varix ibid.
Vari quid, & quomodo curandi 298
Venenorum ſimplicium enumeratio 541
Venter 737. Mergi ibid. Gallinarum ventris interior membrana ibid. Palumbi ibid. Muſtelæ ibid.
Ventriculi affectus curantia 335
Ventris morborum ſignis apparentibus quid faciendum 110
Venter quomodo emolliendus 112
Ventriculi temperaturæ notæ 70
Ventriculi flatus vnde generẽtur, & quomodo curentur 338
Ventriculi intemperies quomodo corrigantur 79
Veneris ardorem obtundit ruta 36
Veneris commoda ibid.
Veneris impotentia 387. cauſæ, curatio ibid.
Veratri albi aſſumpti noxæ quomodo curandæ 557
Veratrum quibus conueniat 801
Veratrum quomodo exhibeatur 815
Verbenaca 760
Vergiliarũ exortus quid efficiat in hominibus 112
Veri quæ victus ratio conueniat 55
Vermes terreni 695
Vertebrarum contuſionis, & fracturæ notæ, & curatio 666
Vertiginis curatio 243
Verruca quid, vnde ſic nominetur, curatio 646
Verruca penſilis 389
Veſicæ affectus quomodo dignoſcendi, & curandi 353
Veſicæ calculi ſigna 616
Veſicæ clyſtere 614
Veſicæ morbos quæ ſigna præcedant 111
Veſicæ morborum ſignis neglectis quæ ægritudines ſequãtur ibid.
Veſicæ reſolutio 360
Veſicæ reſolutionem comitantia ibid.
Veſpertilionum ſanguis 700
Veſtis attritæ fragmentum 765
Victus nauigantium 59
Victus ratio omnium ætatum 18 & deinceps.
Victus ratio infantum ibid.
Victus ratio in laboribus vitam agentium 56
Victus ratio ſenum 28. & ſequẽtibus.
Victus ratio quolibet anni tempore quæ ſeruanda 55

Vigiliæ quomodo arceantur 108
Vigiliarum variæ cauſæ ibid.
Vigiliis in febribus quomodo reſiſtendum 185
Vinum album 106
Vinum dulce ibid.
Vini meracioris copioſi aſſumpti remedia 557
Vini moderatè ſumpti commoda 106
Vini immoderatè ſumpti incommoda ibid.
Vinum omne nutrit ibid.
Vini potio in febribus quando cõueniat 155
Vinum purgãs in hydropicis 808
Vinum rubens & craſſum 106
Vini vires ibid.
Viola 728
Viola alba 745
Violaceum oleum 900
Vipera 724
Viperæ tum maris, tum fœminæ morſus notæ 530. *Curatio* ibid.
Vires quæ diſſoluant 139
viride emplaſt. Macherionis 877
Virulentorum præcautione 518
Viſcum 728
Vitis nigra 705. *Satiua* ibid.
Vitrum 779
Vituli marini 105
Vlcus ſimplex quid 486. *Quomodo curandum* ibid.
Vlcus cauum quomodo implendum 489
Vlcera ſordida quomodo purganda 490
Vlceri cicatrix quomodo inducẽda 493
Vlcera carcinode quomodo curentur 477
Vlcera chyronia quomodo curanda 475
Vlcera capitis manãtia vnde fiãt 220. *quomodo curentur* ibid.
Vlcerũ vermes quomodo arcendi 490
Vlcera oculorum, eorúmque curatio 275
Vlcera cacoethe 495
Vlcera chironia, telephia ibid.
Vlcera vetera quomodo cur. 475
Vlcera articulorum quomodo curentur 502
Vlcerum diruptorum curatio 501
Vlcus circa os ſacrum vnde proueniat 207
Vmbilico illita quæ purgent 818
Vmbilici prominentis cauſæ 607 *notæ* ibid. *curatio* ibid.
Vmbilici prominentis curatio 380
Vncia 924
Vnguenta quomodo coquan. 911
Vnguentum Zoſimi ad tremulos celebratum 895
Vngues qui laborauerint, vt abſcedant 437
Vnguis oculorum quid, eiusq; curatio 278
Vnguium pterygium quid, cauſæ, curatio 644
Vngues cruenti quomodo curandi 437
Vngues contuſi quomodo curandi ibid.
Vnguium reduuiæ quid 435. *curatio* ibid.
Vocis exercitatio qualis eſſe debeat, & quæ eius ſint cõmoda 23
Volatilia 100

Vomenti quid obſeruandum 42
Vomitus quomodo prouocandus 110
Vomitu qui vti debeant, & quomodo 757. & ſequentibus.
Vomitus quæ commod. præſtet 23
Vomitioni bilis quomodo occurrendum 201
Vranium 859
Vreteres 356
Vrina 759. Humana ibid. Pueri venerem nõ experti ibid. Mulorum ibid. Caprarum, Chamelorum ibid.
Vrinam cientia 111
Vrinæ difficultas quomodo curanda 359
Vrinæ difficultatem indicantia ibid.
Vrinæ incontinentia vnde criatur 360
Vrinam quæ moueant 44
Vrinam mouentia 372
Vrinarum notæ 149
Vrſorum ſanguis 700
Vrtica 701
Vteri affectus 394
Vteri cancrorum ſpecies, notæ, curatio 405
Vteri clauſuræ, quam phimon appellant cauſæ, curatio 413
Vteri durities quomodo curanda 407
Vteri hæmorrhoides quomodo deprehendendæ 417. Curatio ibid.
Vteri inflammationis cauſæ 400 Signa ibid. Curatio ibid.
Vteri fluor, vide Muliebris fluor.
Vteri à naturali ſede declinantis curatio 401
Vteri mola 408
Vteri vlcera paſcendo ſerpentia quomodo curanda 403
Vua, curatio 585
Vuæ 95
Vuæ inflammatio quomodo curanda 304
Vua paſſa 709
Vulpes 704
Vulua, vide Muliebres loci.
Vuluæ abſceſſus quomodo manu curandus 631
Vulua animalium 102
Vuluæ fluor, eius ſpecies, & cauſæ, notæ, curatio 399
Vuluæ oſtij phymus quomodo curetur 631

X

Xanthion 755
Xerophthalmia quid, eiúſque curatio 272
Xeſtes 924
Xiphion 755
Xyris ibid.
Xyraphium medicamentum aduerſus capitis & menti ficoſa exanthemata 221
Xyſter 859

Z

Zea 724
Zingiber ibid.
Zomos 725
Zopyrios medicamentum 828
Zoſimi vnguentum 895
Zyme 725
Zythus 724

FINIS.

70.

128